

ex libris Iohannis Wickham Legg

One of the few productions of the press which was [illegible] towards the [illegible] of the other

Tabula ex Sede apostolica emmanata quo matutino vitiato, siue eo tempore, inchoandi, officium matutinum - pro die sequenti
omnibus Breuiarium Romanum Recitantibus proposita,
Romae Edita typis Reuerendissimae Camerae apostolicae et ad horas horrologii gallici accomodata, anno 1725

20 yannuarii - hora 2a cum quadrante
13 februarii -- hora sesqui secunda
1 martii --- hora 2a et 3 quadrante
8 martii --- hora 3a
4 aprilis --- hora 3a cum quadrante
5 aprilis -- hora sesqui 3a
[illegible] maji --- hora 3a cum 3o quadrante
8 junii --- hora 4a
10 julii --- hora 3a cum 3o quadrante
19 augusti -- hora sesqui 3a
7 7bris -- hora 3a cum quadrante
[illegible] 7bris -- hora 3a
[illegible] octobris -- hora 2a cum 3o quadrante
[illegible] octobris -- hora sesqui secunda
[illegible] nouembris - hora 2a cum quadrante
[illegible] decembris - hora 2a

Typis seuestreis uia amygdalina
anno 1725

Tabula ex Sede apostolica emmanata pro matutino privato, sive pro tempore, inchoandi, officium matutinum per die sequenti
omnibus breviarium Romanum Recitantibus proposita,
Romae edita typis Reverendissimae Camerae apostolicae et ad horas horologii gallici accommodata, anno 1725

20 jannuarii - hora 2a cum quadrante
13 februarii .. hora sesqui secunda
1 martii ... hora 2a et 3o quadrante
[illegible] martii ... hora 3a
[illegible] aprilis ... hora 3a cum quadrante
[illegible] aprilis ... hora sesqui 3a
[illegible] maji ... hora 3a cum 3o quadrante
[illegible] junii ... hora 4a
[illegible] julii ... hora 3a cum 3o quadrante
[illegible] augusti .. hora sesqui 3a
[illegible] 7bris ... hora 3a cum quadrante
[illegible] 7bris .. hora 3a
[illegible] octobris ... hora 2a cum 3o quadrante
[illegible] octobris ... hora sesqui secunda
[illegible] novembris . hora 2a cum quadrante
[illegible] decembris . hora 2a

Typis [illegible] via amygdalina
anno 1725

BREVIARIUM

SACRI ORDINIS

CARTUSIENSIS.

Cura & Juſſu

Reverendi Patris DOMNI ANTONII,
Totius Ordinis Generalis Moderatoris correctum,
& impreſſum.

CORRERIÆ.

M. DCC. XVII.

Tabula literarum Dominicalium, incipientium ab Anno M. DCC. XVII.

C B A *G* E D C *B* G F E *D* B A G *F* D C B *A* F E D *C* A G F *E*
F *A* *C* *E* *G* *B* *D*

In Tabula supraſcripta, Literam Dominicalem ſingulis annis hoc pacto invenies. Primam literam, quæ eſt C, tribue anno 1717. ſequentem B, tribue anno 1718. ſicque deinceps progredere, quouſque pervenias ad numerum anni cujus literam ſcire vis: quia litera, ſuper quam cadit numerus illius anni, erit litera Dominicalis: Quæ ſi unica occurrerit, annum communem eſſe intelliges, ſi duplex, biſſextilem. Et tunc prior, id eſt, ſuperior uſque ad feſtum S. Matthiæ Apoſtoli deſerviet: inferior autem ad reliquam anni partem accommodabitur. Sciendum autem quòd finitis 28. annis redeundum eſt ad principium anni tunc currentis.

De Cyclo decemnovali Aurei numeri.

Ordo numerorum ab uno ad decemnovem, Cyclus decemnovalis Aurei numeri dicitur, quia ſingulis decemnovem annis cuique anno unum numerum illius tribuendo, Cyclus expletur, & in unum redit. Eo nunc tantùm Eccleſia utitur ad inveniendum Epactam cujuslibet anni, ex qua, & novilunia & feſta mobilia inveniuntur. Igitur ut Aureus numerus quolibet anno propoſito inveniatur, compoſita eſt ſequens tabella Aureorum numerorum cujus uſus incipit ab anno correctionis 1582. incluſivè, duratque in perpetuum. Ex ea enim Aureus numerus cujuſlibet anni poſt annum 1582. reperietur hoc modo. Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, qui eſt 6. Secundus autem qui eſt 7. ſequenti anno 1583. & ita deinceps in infinitum.

Tabula Cycli Aurei numeri initium ſumens ab Anno correctionis Calendarii, M. D. LXXXXII.

vi. vii. viii. ix. x. xi. xii. xiii. xiv. xv. xvi. xvii. xviii. xix. i. ii. iii. iv. v.

Modus inveniendi quota ſit Luna cujuſque Menſis per Epactam.

Epacta nihil aliud eſt, quàm numerus undecim dierum, quia in anno communi ſolari Luna facit 12. conjunctiones cum Sole, & 11. dies ſuperant tertiæ decimæ, & illi 11. dies ſunt Epacta: cujus ordo ſic procedit. Anno 1583. ſecundùm reformationem anni à ſanctiſſimo Gregorio Papa XIII. eſt Epacta 7. Sequenti anno ad numerum 7. Epactæ præcedentis anni addendo 11. erit Epacta 18. Tertio anno ad 18. addendo 11. erit Epacta 29. Quarto anno ad 29. addendo 11. erunt numeri 40. qui ſuperant unam lunationem, è quibus demptis 30. remanent 10. Et ſic ſemper à principio procedendo cum 11. habebitur Epacta anni currentis, qui annus incipit commutando Epactam in Calendis Martii. Quæ quidem Epacta per dies Calendarii diſtributa indicat eodem die eſſe Novilunium.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. *Detractis prius* 10. *diebus, usque ad annum* 1700. *exclusivè.*

Aurei num.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.
Epactæ.	xxvi.	vii.	xviii.	xxix.	x.	xxi.	ii.	xiii.	xxiv.	v.	xvi.	xxvii.	viii.	xix.	i.	xii.	xxiii.	iv.	xv.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 1700. *inclusivè, usque ad annum* 1900. *exclusivè.*

Aurei num.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
Epactæ.	ix.	xx.	i.	xii.	xxiii.	iv.	xv.	xxvi.	vii.	xviii.	*.	xi.	xxii.	iii.	xiv.	xxv.	vi.	xvii.	xxviii.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 1900. *inclusivè, usque ad annum* 2200. *exclusivè.*

Aurei num.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
Epactæ.	xxix.	x.	xxi.	ii.	xiii.	xxiv.	v.	xvi.	xxvii.	viii.	xix.	*.	xi.	xxii.	iii.	xiv.	25.	vi.	xvii.

Quælibet autem tabella ab eo numero Aureo initium sumit, qui illo anno currit, à quo usus tabellæ incipit. Et licèt in his tabellis diversæ semper Epactæ Aureis numeris respondeant, aliquando tamen continget ut eisdem Aureis numeris eædem Epactæ respondeant, quæ olim ante correctionem Calendarii.

Itaque si Epacta quocumque anno proposito invenienda sit, quærendus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellæ, & quæ illi tempori, in quo annus propositus continetur, congruit. Mox enim sub Aureo numero in inferiori ordine tabellæ reperietur Epacta anni propositi, vel certè hoc signum. *. Ubi ergo illa Epacta vel signum *. in Calendario repertum fuerit, eo die Novilunium fiet. Invenietur autem Aureus numerus, vel ex antecedente canone, vel ex tabella Epactarum proposito tempori congruente, tribuendo primum Aureum numerum illius tabellæ illi anno à quo usus tabellæ incipit: & secundum Aureum numerum sequenti anno, &c. Eodem modo reperietur Epacta sine Aureo numero, si prima Epacta tabellæ tribuatur illi anno, à quo ejus usus incipit, & secunda Epacta sequenti anno, &c.

Tabula æquationis Cycli Epactarum perpetui.

Detractis x. diebus				
1582	2100	2700	3300	3900
1600 *Biss.*	2200	2800 *Biss.*	3400	4000 *Biss.*
1700	2300	2900	3500	4100
1800	2400 *Biss.*	3000	3600 *Biss.*	4200
1900	2500	3100	3700	4300
2000 *Biss.*	2600	3200 *Biss.*	3800	4400 *Biss.*

Hæc tabula æquationis Cycli Epactarum denotat in quadringentis annis tres bissextos fore omittendos, & quartum quemque centesimum fore bissextilem, ut æquinoctium semper ad 21. diem Martii permaneat.

De Indictione.

INdictio est spatium quindecim annorum: & singulis annis tribuitur aliquis numerus indictionis, ab uno ad quindecim per ordinem: deinde à principio repetatur. Anno igitur 1585. currit indictionis numerus 13. sequenti anno 14. & deinceps in aliis usque ad 15. prosequendo, & repetendo ut suprà.

De Festis Mobilibus.

AD majorem commoditatem inveniendi festa mobilia posita est sequens tabula, in qua inventa litera Dominicali, & apud eam Epacta anni currentis ad rectam lineam ejusdem Epactæ numeri progrediendo, omnia Festa mobilia ejus anni, quo die & mense advenerint, reperiuntur. Sed ut faciliùs omnia Festa mobilia ejus anni quo die & mense evenerint reperiantur, posita est sequens tabella. In cellula enim literæ Dominicalis currentis quæratur Epacta currens. Nam è directo omnia Festa mobilia deprehendentur. Ut anno 1585. in cellula literæ Dominicalis F, tunc currentis è regione Epactæ ix. quæ eodem anno currit, habetur Septuagesima die 17. Februarii, dies Cinerum 6. Martii, & Pascha die 21. Aprilis, &c. ut sequitur ibi. Sed est advertendum, quòd in annis Bissextilibus invenienda sunt omnia Festa mobilia per literam Dominicalem posteriorem, quæ nimirùm currit post Festum S. Matthiæ Apostoli, ne scilicet ambigamus utra duarum literarum pro hoc aut illo Festa indagando accipienda sit: ita tamen ut Septuagesimæ & diei Cinerum inventæ in Januario, aut Februario addatur unus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ currit prior litera Dominicalis, quæ in Calendario priorem semper sequitur. Post Festum autem S. Matthiæ in Februario licèt posterior litera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita ut dies 24. Februarii dicatur 25. & dies 25. dicatur 26, &c. Quòd si dies Cinerum cadat in Martium, nihil est addendum, quia tunc & litera posterior currit & dies mensis propriis numeris respondent, cùm dies intercalaris Februario sit additus. Exempli gratia. Anno 2096. Bissextili Epacta erit v. & literæ Dominicales A, G. Si igitur per posteriorem literam quæ est G, Festa mobilia investigentur, reperietur Septuagesima die 11. Februarii, & dies Cinerum die 28. Februarii. Si autem addatur unus dies, cadet Septuagesima in diem 12. Februarii, quæ est Dominica, & dies Cinerum in diem 29. Februarii, quæ est feria quarta. Pascha autem, & reliqua Festa in eos dies cadent, qui in tabula expressi sunt. Item anno 4088. Bissextili Epacta erit xxiv. & literæ Dominicales C, D. Si igitur per literam C, quæ posterior erit, inquirantur Festa mobilia, invenietur Septuagesima die 21. Februarii; & si addatur unus dies, cadet in diem 22. Februarii, quæ est Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10. Martii: quare nihil additur, &c.

Ex antiqua tabula, ita Festa mobilia reperientur. Accipiatur Epacta currens, sumaturque litera Dominicalis currens, infra tamen Epactam currentem. E regione hujus literæ Dominicalis omnia Festa mobilia continentur. Exemplum, anno 1643. Epacta est 10. & litera Dominicalis D. Si igitur in hac tabula sumatur litera Dominicalis D, quæ primò infra Epactam 10. occurrit, reperitur è regione hujus literæ Dominicæ Septuagesima 1. Februarii, dies Cinerum 18. Februarii, Pascha 5. Aprilis, Ascensio Domini 14. Maii, Pentecoste 24. Maii, &c.

Epactæ autem in Calendario positæ denotant Novilunia, & stella significat 30. Epactam. Porrò ad inveniendum Pascha, oportet reperire Epactam currentem, quæ est inter diem 8. Martii, & 5. Aprilis inclusivè, & ab ea numerare 14. dies deorsum versus, post quos proximus dies Dominicus erit Pascha.

TABULA PASCHALIS NOVA REFORMATA.

Littera Dominicalis.	*Cyclus Epactarum.*	*Septuagesima.*	*Dies Cinerum.*	*Pascha.*	*Ascensio Domini.*	*Pentecostes.*	*Corpus Christi.*	*Dñicæ post S. Trinitatem*	*Pri Dom ca vent*
D	23.	18 Jan.	4 Febr.	22 Mart.	30 April.	10 Maii.	21 Maii	27	29 N
	22. 21. 20. 19. 18. 17. 16.	25 Jan.	11 Febr.	29 Mart.	7 Maii.	17 Maii.	28 Maii	26	29 N
	15. 14 13. 12. 11. 10. 9.	1 Feb.	18 Febr.	5 April.	14 Maii.	24 Maii.	4 Junii	25	29 N
	8. 7. 6. 5. 4. 3. 2.	8 Feb.	25 Febr.	12 April.	21 Maii.	31 Maii	11 Junii	24	29 N
	1. *. 29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24.	15. Feb.	4 Mar.	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii	23	29 N
E	23. 22.	19 Jan.	5 Febr.	23 Mart.	1 Maii.	11 Maii.	22 Maii	27	30 N
	21. 20. 19. 18. 17. 16. 15.	26 Jan.	12 Febr.	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii	26	30 N
	14. 13. 12. 11. 10. 9. 8.	2 Feb.	19 Febr.	6 April.	15 Maii.	25 Maii.	5 Junii	25	30 N
	7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.	9 Feb.	26 Febr.	13 April.	22 Maii.	1 Junii.	12 Junii	24	30 N
	*. 29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24.	16 Feb.	5 Mar.	20 April.	29 Maii.	8 Junii.	19 Junii	23	30 N
F	23. 22. 21.	20 Jan.	6 Febr.	24 Mart.	2 Maii.	12 Maii.	23 Maii	27	1 D
	20. 19. 18. 17. 16. 15. 14.	27 Jan.	13 Febr.	31 Mart.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii	26	1 D
	13. 12. 11. 10. 9. 8. 7.	3 Feb.	20 Febr.	7 April.	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii	25	1 D
	6. 5. 4. 3. 2. 1. *.	10 Feb.	27 Febr.	14 April.	23 Maii.	2 Junii.	13 Junii	24	1 D
	29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24	17 Feb.	6 Mar.	21 April.	30 Maii.	9 Junii.	20 Junii	23	1 D
G	23. 22. 21. 20.	21 Jan.	7 Febr.	25 Mart.	3 Maii.	13 Maii.	24 Maii	27	2 D
	19. 18. 17. 16. 15. 14. 13.	28 Jan.	14 Febr.	1 April.	10 Maii.	20 Maii.	31 Maii	26	2 D
	12. 11. 10. 9. 8. 7. 6.	4 Feb.	21 Febr.	8 April.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii	25	2 D
	5. 4. 3. 2. 1. *. 29.	11 Feb.	28 Febr.	15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii	24	2 D
	28. 27. 26. xxv. 25. 24.	18 Feb.	7 Mar.	22 April.	31 Maii.	10 Junii.	21 Junii	23	2 D
A	23. 22. 21. 20. 19.	22 Jan.	8 Febr.	26 Mart.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii	27	3 D
	18. 17. 16. 15. 14. 13. 12.	29 Jan.	15 Febr.	2 April.	11 Maii.	21 Maii.	1 Junii	26	3 D
	11. 10. 9. 8. 7. 6. 5.	5 Feb.	22 Febr.	9 April.	18 Maii.	28 Maii.	8 Junii	25	3 D
	4. 3. 2. 1. *. 29. 28.	12 Feb.	1 Mar.	16. April.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii	24	3 D
	27. 26. xxv. 25. 24.	19 Feb.	8 Mar.	23 April.	1 Junii.	11 Junii.	22 Junii	23	3 D
B	23. 22. 21. 10 19. 18.	23 Jan.	9 Febr.	27 Mart.	5 Maii.	15 Maii.	26 Maii	26	27 No
	17. 16. 15. 14. 13. 12. 11.	30 Jan.	16 Febr.	3 April.	12 Maii.	22 Maii.	2 Junii	25	27 No
	10. 9. 8. 7. 6. 5. 4.	6 Feb.	23 Febr.	10 April.	19 Maii.	29 Maii.	9 Junii	24	27 No
	3. 2. 1. *. 29. 28. 27.	13 Feb.	2 Mar.	17 April.	26 Maii.	5 Junii.	16 Junii	23	27 No
	26. xxv. 25. 24.	20 Feb.	9 Mar.	24 April.	2 Junii.	12 Junii.	23 Junii	22	27 No
C	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17.	24 Jan.	10 Febr.	28 Mart.	6 Maii.	16 Maii.	27 Maii	26	28 No
	16. 15. 14. 13. 12. 11. 10.	31 Jan.	17 Febr.	4 April.	13 Maii.	23 Maii.	3 Junii	25	28 No
	9. 8. 7. 6. 5. 4. 3.	7 Feb.	24 Febr.	11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii	24	28 No
	2. 1. *. 29. 28. 27. 26. xxv.	14 Feb.	3 Mar.	18 April.	27 Maii.	6 Junii.	17 Junii	23	28 No
	25. 24.	21 Feb.	10 Mar.	25 April.	3 Junii.	13 Junii.	24 Junii	22	28 No

TABULA PASCHALIS ANTIQUA REFORMATA.

	Cyclus Epactarum.	*Litteræ Dominicales.*	*Septuagesima.*	*Dies Cinerum.*	*Pascha.*	*Ascensio Domini.*	*Pentecoste.*	*Corpus Christi.*	*Dominica post SS. Trinitatem*	*Prima Dominica Adventus.*
	xxiii		Janu.	Febru.	Mart.	Aprilis.	Maii.	Maij.		
	xxii	d	18	4	22	30	10	21	27	29 Nov.
	xxi	e	19	5	23	1 Maii	11	22	27	30
	xx	f	20	6	24	2	12	23	27	1 Dec.
	xix	g	21	7	25	3	13	24	27	2
	xviii	A	22	8	26	4	14	25	27	3
	xvii	b	23	9	27	5	15	26	26	27 Nov.
	xvi	c	24	10	28	6	16	27	26	28
	xv	d	25	11	29	7	17	28	26	29
	xiv	e	26	12	30	8	18	29	26	30
	xiii	f	27	13	31	9	19	30	26	1 Dec.
	xii	g	28	14	1 Apri.	10	20	31	26	2
	xi	A	29	15	2	11	21	1 Junii	26	3
	x	b	30	16	3	12	22	2	25	27 Nov.
	ix	c	31	17	4	13	23	3	25	28
	viii	d	1 Feb.	18	5	14	24	4	25	29
	vii	e	2	19	6	15	25	5	25	30
	vi	f	3	20	7	16	26	6	25	1 Dec.
	v	g	4	21	8	17	27	7	25	2
	iv	A	5	22	9	18	28	8	25	3
	iii	b	6	23	10	19	29	9	24	27 Nov.
	ii	c	7	24	11	20	30	10	24	28
	i	d	8	25	12	21	31	11	24	29
	*	e	9	26	13	22	1 Junii	12	24	30
	xxix	f	10	27	14	23	2	13	24	1 Dec.
	xxviii	g	11	28	15	24	3	14	24	2
	xxvii	A	12	1 Mar.	16	25	4	15	24	3
	xxvi	b	13	2	17	26	5	16	23	27 Nov.
25	xxv	c	14	3	18	27	6	17	23	28
xxv	xxiv	d	15	4	19	28	7	18	23	29]
		e	16	5	20	29	8	19	23	30
		f	17	6	21	30	9	20	23	1 Dec.
		g	18	7	22	31	10	21	23	2
		A	19	8	23	1 Junii	11	22	23	3
		b	20	9	24	2	12	23	22	27 Nov.
		c	21	10	25	3	13	24	22	28

TABULA TEMPORARIA FESTORUM MOBILIUM.

Anni Domini.	*Littera Dominicalis*	*Epacta.*	*Aureus numer.*	*Septuagesima.*	*DiesCinerum*	*Pascha.*	*Capitulum Generale.*	*Ascensio Domini.*	*Pentecoste.*	*Dominica post SS. Trinitatem*	*Dominica prima Adventus.*
1717	c	xvii	8	24.Jan.	10. Feb.	28.Mar.	25. Apri.	6. Maii.	16.Maii.	26	28.Nov
1718	b	xxviii	9	13. Feb.	2. Mar.	17.Apri.	15. Maii.	26.Maii.	5. Junii.	23	27.Nov
1719	A	ix	10	5. Feb.	22. Feb.	9. Apri.	7. Maii	18. Maii.	28.Maii.	25	3. Dec.
1720	g f	xx	11	28. Jan.	14. Feb.	31. Mar.	28.Apri.	9. Maii.	19. Maii.	26	1. Dec.
1721	e	i	12	9. Feb.	26.Feb.	13. Apri.	11.Maii.	22.Maii.	1. Junii.	24	30.Nov
1722	d	xii	13	1. Feb.	18. Feb.	5. Apri.	3. Maii.	14. Maii	24.Maii.	25	29.Nov
1723	c	xxiii	14	24.Jan.	10. Feb.	28.Mar.	25. Apri.	6. Maii.	16. Maii.	26	28.Nov
1724	b A	iv	15	13. Feb.	1. Mar.	16. Apri.	14 Maii.	25.Maii.	4. Junii.	24	3. Dec.
1725	g	xv	16	28. Jan.	14. Feb.	1. Apri	29.Apri.	10.Maii.	20.Maii.	26	2. Dec.
1726	f	xxvi	17	17. Feb.	6. Mar.	21.Apri.	19.Maii	30.Maii.	9. Junii.	23	1. Dec.
1727	e	vii	18	9. Feb.	26.Feb.	13. Apri.	11.Maii.	22.Maii.	1. Junii.	24	30.Nov
1728	d c	xviii	19	25. Jan.	11. Feb.	28.Mar.	25. Apri.	6. Maii.	16.Maii.	26	28.Nov
1729	b	*	1	13. Feb.	2. Mar.	17.Apri.	15.Maii.	26.Maii.	5. Junii.	23	27.Nov
1730	A	xi	2	5. Feb.	22. Feb.	9. Apri.	7. Maii.	8. Maii.	28.Maii.	25	3. Dec.
1731	g	xxii	3	21. Jan.	7. Feb.	25.Mar.	22.Apri.	3. Maii.	13. Maii.	27	2. Dec.
1732	f e	iii	4	10. Feb	27. Feb.	13. Apri.	11.Maii.	22.Maii.	1. Junii	24	30.Nov
1733	d	xiv	5	1. Feb.	18. Feb.	5. Apri.	3. Maii.	14.Maii.	24.Maii.	25	29.Nov
1734	c	xxv	6	21. Feb.	10.Mar.	25.Apri.	23.Maii.	3. Maii.	13.Junii.	22	28.Nov
1735	b	vi	7	6. Feb.	23. Feb.	10.Apri.	8. Maii.	19. Maii.	29.Maii.	24	27.Nov
1736	A g	xvii	8	29.Jan.	15. Feb.	1. Apri.	29.Apri.	10. Maii.	20 Maii	26	2. Nov
1737	f	xxviii	9*	17. Feb.	6. Mar.	21. Apri.	19.Maii.	30.Maii.	9. Junii	23	1. Dec.
1738	e	ix	10	2. Feb.	19. Feb.	6. Apri.	4. Maii.	15.Maii.	25.Maii.	25	30.Nov
1739	d	xx	11	25.Jan.	11. Feb.	29.Mar.	26.Apri.	7. Maii.	17.Maii.	26	29.Nov
1740	c b	i	12	14.Feb.	2. Mar.	17.Apri.	15.Maii	26.Maii.	5. Junii.	23	27.Nov
1741	A	xii	13	20.Jan.	15. Feb.	2. Apri.	30.Apri.	11. Maii.	21. Maii.	26	3. Dec.
1742	g	xxiii	14	21. Jan.	7. Feb.	25.Mar.	22.Apri.	3. Maii.	13. Maii.	27	2. Dec.
1743	f	iv	15	10. Feb.	27.Feb.	14.Apri.	12.Maii.	23.Maii.	2. Junii.	24	1. Dec.
1744	e d	xv	16	2. Feb	19.Feb.	5. Apri.	3. Maii.	14.Maii.	24.Maii.	25	29.Nov
1745	c	xxvi	17	14.Feb	3. Mar.	18.Apri.	16.Maii.	27.Maii.	6. Junii.	23	28.Nov
1746	b	vii	18	6. Feb.	23.Feb.	10.Apri.	8. Maii.	19.Maii.	29 Maii.	24	27.Nov
1747	A	xviii	19	29.Jan.	15. Feb.	2. Apri.	30. Apri.	11.Maii.	21. Maii.	26	3. Dec.
1748	g f	*	1	11. Feb.	28.Feb.	14.Apri.	12.Maii	23.Maii.	2. Junii.	24	1. Dec.
1749	e	xi	2	2. Feb.	19. Feb.	7. Apri.	4. Maii.	15.Maii.	25.Maii	25	30.Nov
1750	d	xxii	3	25.Jan.	11. Feb.	29.Mar.	26.Apri.	7. Maii.	17.Maii.	26	29 Nov
1751	c	iii	4	7. Feb.	24. Feb.	11.Apri.	9. Maii.	20 Maii.	30.Maii	24	28.Nov.
1752	b A	xiv	5	30. Jan.	16. Feb.	2. Apri.	30 Apri	11. Maii	21.Maii.	26	3 Dec.
1753	g	xxv	6	18. Feb.	7. Mar.	22.Apri.	20.Maii	31.Maii.	10.Junii.	23	2. Dec.
1754	f	vi	7	10. Feb.	27. Feb.	14.Apri.	12.Maii.	23 Maii.	2. Junii.	24	1. Dec.
1755	e	xvii	8	26. Jan.	12. Feb.	30. Mar.	27.Apri.	8. Maii.	18. Maii.	26	30. Nov
1756	d c	xxviii	9	15. Feb.	3. Mar.	18.Apri.	16.Maii	27. Maii	6. Junii.	23	28.Nov

TABELLA TEMPORARIA
Festorum Mobilium.

Anni Domini	Litteræ Dominicales	Epactæ	Septuagesimæ	Dies Cinerum	PASCHA	Capitulum Generale	Ascensio Domini	Pentecoste	Corpus Christi	Dnicæ post Trin.	D… A…
1756	d c	xxviij	15 Febr.	3 Mart.	18 April.	16 Maij.	27 Maij.	6 Junij.	17 Junij.	23	28
1757	b	ix	6 Febr.	23 Febr.	10 April.	8 Maij.	19 Maij.	29 Maij.	9 Junij.	24	27
1758	A	xx	22 Janu.	8 Febr.	26 Mart.	23 April.	4 Maij.	14 Maij.	25 Maij.	27	3
1759	g	j	11 Febr.	28 Febr.	15 April.	13 Maij.	24 Maij.	3 Junij.	14 Junij.	24	2
1760	f e	xij	3 Febr.	20 Febr.	6 April.	4 Maij.	15 Maij.	25 Maij.	5 Junij.	25	30
1761	d	xxiij	18 Janu.	4 Febr.	22 Mart.	19 April.	30 April.	10 Maij.	21 Maij.	27	29
1762	c	iv	7 Febr.	24 Febr.	11 April.	9 Maij.	20 Maij.	30 Maij.	10 Junij.	24	28
1763	b	xv	30 Janu.	16 Febr.	3 April.	1 Maij.	12 Maij.	22 Maij.	2 Junij.	25	27
1764	A g	xxvj	19 Febr.	7 Mart.	22 April.	20 Maij.	31 Maij	10 Junij	21 Junij.	23	2
1765	f	vij	3 Febr.	20 Febr.	7 April.	5 Maij.	16 Maij.	26 Maij.	6 Junij.	25	1
1766	e	xviij	26 Janu.	12 Febr.	30 Mart.	27 April.	8 Maij.	18 Maij.	29 Maij.	26	30
1767	d	*	15 Febr.	4 Mart.	19 April.	17 Maij.	28 Maij	7 Junij.	18 Junij.	23	29
1768	c b	xj	31 Janu.	17 Febr.	3 April.	1 Maij.	12 Maij.	22 Maij.	2 Junij.	25	27
1769	A	xxij	22 Janu.	8 Febr.	26 Mart.	23 April.	4 Maij	14 Maij.	25 Maij.	27	3
1770	g	iij	11 Febr.	28 Febr.	15 April.	13 Maij.	24 Maij	3 Junij.	14 Junij.	24	2
1771	f	xiv	27 Janu.	13 Febr.	31 Mart.	28 April.	9 Maij	19 Maij.	30 Maij.	26	1
1772	e d	xxv	16 Febr.	4 Mart.	19 April.	17 Maij.	28 Maij	7 Junij.	18 Junij.	23	29
1773	c	vj	7 Febr.	24 Febr.	11 April.	9 Maij.	20 Maij.	30 Maij	10 Junij.	24	28
1774	b	xvij	30 Janu.	16 Febr.	3 April.	1 Maij.	12 Maij	22 Maij.	2 Junij.	25	27
1775	A	xxvii	12 Febr.	1 Mart.	16 April.	14 Maij.	25 Maij.	4 Junij.	15 Junij.	24	3
1776	g f	ix	4 Febr.	21 Febr.	7 April.	5 Maij.	16 Maij.	26 Maij.	6 Junij.	25	1
1777	e	xx	26 Janu.	12 Febr.	30 Mart.	27 April.	8 Maij.	18 Maij.	29 Maij.	26	30
1778	d	j	15 Febr.	4 Mart.	19 April.	17 Maij.	28 Maij.	7 Junij.	18 Junij.	23	29
1779	c	xij	31 Janu.	17 Febr.	4 April.	2 Maij.	13 Maij.	23 Maij	3 Junij.	25	28
1780	b A	xxiij	23 Janu.	9 Febr.	26 Mart.	23 April	4 Maij.	14 Maij.	25 Maij	27	3
1781	g	iv	11 Febr.	28 Febr.	15 April.	13 Maij.	24 Maij.	3 Junij	14 Junij	24	2
1782	f	xv	27 Janu.	13 Febr.	31 Mart.	28 April.	9 Maij.	19 Maij	30 Maij.	26	1
1783	e	xxvj	16 Febr.	5 Mart.	20 April.	18 Maij.	29 Maij.	8 Junij.	19 Junij.	23	30
1784	d c	vij	8 Febr.	25 Febr.	11 April.	9 Maij.	20 Maij.	30 Maij.	10 Junij.	24	28
1785	b	xviij	23 Janu.	9 Febr.	27 Mart.	24 April.	5 Maij.	15 Maij.	26 Maij.	26	27
1786	A	*	12 Febr.	1 Mart.	16 April.	14 Maij.	25 Maij.	4 Junij.	15 Junij.	24	3
1787	g	xj	4 Febr.	21 Febr.	8 April.	6 Maij.	17 Maij.	27 Maij.	7 Junij.	25	2
1788	f e	xxij	20 Janu.	6 Febr.	23 Mart.	20 April.	1 Maij	11 Maij.	22 Maij.	27	30
1789	d	iij	8 Febr.	25 Febr.	12 April.	10 Maij.	21 Maij	31 Maij.	11 Junij.	24	29
1790	c	xiv	31 Janu.	17 Febr.	4 April.	2 Maij.	13 Maij.	23 Maij.	3 Junij.	25	28
1791	b	xxv	20 Febr.	9 Mart.	24 April.	22 Maij.	2 Junij.	12 Junij.	23 Junij.	22	27
1792	A g	vj	5 Febr.	22 Febr.	8 April.	6 Maij.	17 Maij.	27 Maij.	7 Junij.	25	2
1793	f	xvij	27 Janu.	13 Febr.	31 Mart.	28 April.	9 Maij.	19 Maij.	30 Maij.	26	1
1794	e	xxviij	16 Febr.	5 Mart.	20 April.	18 Maij.	29 Maij.	8 Junij.	19 Junij.	23	30
1795	d	ix	1 Febr.	18 Febr.	5 April.	3 Maij.	14 Maij.	24 Maij.	4 Junij.	25	20
1796	c b	xx	24 Janu.	10 Febr.	27 Mart.	24 April.	5 Maij.	15 Maij.	26 Maij.	26	27
1797	A	j	12 Febr.	1 Mart.	16 April.	14 Maij.	25 Maij.	4 Junij.	15 Junij.	24	3
1798	g	xij	4 Febr.	21 Febr.	8 April.	6 Maij.	17 Maij.	27 Maij.	7 Junij.	25	2
1799	f	xxiij	20 Janu.	6 Febr.	24 Mart.	21 April.	2 Maij.	12 Maij.	23 Maij.	27	1
1800	e	iv	9 Febr.	26 Febr.	13 April.	11 Maij.	22 Maij.	1 Junij.	12 Junij.	24	30
1801	d	xv	1 Febr.	18 Febr.	5 April.	3 Maij.	14 Maij.	24 Maij.	4 Junij.	25	29
1802	c	xxvj	14 Febr.	3 Mart.	18 April.	16 Maij.	27 Maij.	6 Junij.	17 Junij.	23	28
1803	b	vij	6 Febr.	23 Febr.	10 April.	8 Maij.	19 Maij.	29 Maij.	9 Junij.	24	27
	g	xviij	29 Janu.	15 Febr.	1 April.	29 April.	10 Maij.	20 Maij.	31 Maij.	26	2
		*	10 Febr.	27 Febr.	14 April.	12 Maij.	23 Maij.	2 Junij.	13 Junij.		

TABELLA TEMPORARIA
Festorum Mobilium.

…eræ …nicales.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	PASCHA.	Capitulum Generale.	Ascensio Domini.	Pentecoste.	Corpus Christi.	Dñicæ post Trin.	Dominica prima Adventu…
e	xj	2 Febr.	19 Febr.	6 April.	4 Maij.	15 Maij.	25 Maij.	5 Junij.	25	30 Nove…
d	xxij	25 Janu.	11 Febr.	29 Mart.	26 April.	7 Maij.	17 Maij.	28 Maij.	26	29 Nove…
cb	iij	14 Febr.	2 Mart.	17 April.	15 Maij.	26 Maij.	5 Junij	16 Junij.	23	27 Nove…
A	xiv	29 Janu.	15 Febr.	2 April.	30 April.	11 Maij.	21 Maij.	1 Junij.	26	3 Dece…
g	xxv	18 Febr.	7 Mart.	22 April.	20 Maij.	31 Maij.	10 Junij	21 Junij.	23	2 Dece…
f	vj	10 Febr.	27 Febr.	14 April.	12 Maij.	23 Maij.	2 Junij.	13 Junij.	24	1 Dece…
d	xvij	26 Janu.	12 Febr.	29 Mart.	26 April.	7 Maij.	17 Maij.	28 Maij.	26	29 Nove…
c	xxviij	14 Febr.	3 Mart.	18 April.	16 Maij.	27 Maij.	6 Junij	17 Junij.	23	28 Nove…
b	ix	6 Febr.	23 Febr.	10 April.	8 Maij.	19 Maij.	29 Maij.	9 Junij.	24	27 Nove…
A	xx	22 Janu.	8 Febr.	26 Mart.	23 April.	4 Maij.	14 Maij.	25 Maij.	27	3 Dece…
gf	j	11 Febr.	28 Febr.	14 April.	12 Maij.	23 Maij.	2 Junij.	13 Junij.	24	1 Dece…
e	xij	2 Febr.	19 Febr.	6 April.	4 Maij.	15 Maij.	25 Maij.	5 Junij.	25	30 Nove…
d	xxiij	18 Janu.	4 Febr.	22 Mart.	19 April.	30 April.	10 Maij.	21 Maij.	27	29 Nove…
c	iv	7 Febr.	24 Febr.	11 April.	9 Maij.	20 Maij	30 Maij.	10 Junij.	24	28 Nove…
A	xv	30 Janu.	16 Febr.	2 April.	30 April.	11 Maij.	21 Maij	1 Junij	26	3 Dece…
g	xxvj	18 Febr.	7 Mart.	22 April.	20 Maij.	31 Maij	10 Junij.	21 Junij	23	2 Dece…
f	vij	3 Febr.	20 Febr.	7 April.	5 Maij.	16 Maij.	26 Maij	6 Junij	25	1 Dece…
e	xviij	26 Janu.	12 Febr.	30 Mart.	27 April.	8 Maij.	18 Maij.	29 Maij	26	30 Nove…
dc	*	15 Febr.	3 Mart.	18 April.	16 Maij.	27 Maij.	6 Junij.	17 Junij	23	28 Nove…
b	xj	30 Janu.	16 Febr.	3 April.	1 Maij.	12 Maij.	22 Maij.	2 Junij.	25	27 Nove…
A	xxij	22 Janu.	8 Febr.	26 Mart.	23 April.	4 Maij.	14 Maij.	25 Maij.	27	3 Dece…
g	iij	11 Febr.	28 Febr.	15 April.	13 Maij.	24 Maij	3 Junij.	14 Junij.	24	2 Dece…
fe	xiv	3 Febr.	20 Febr.	6 April.	4 Maij.	15 Maij	25 Maij.	5 Junij.	25	30 Nove…
d	xxv	15 Febr.	4 Mart.	19 April.	17 Maij.	28 Maij	7 Junij.	18 Junij	23	29 Nove…
c	vj	7 Febr.	24 Febr.	11 April.	9 Maij.	20 Maij	30 Maij.	10 Junij	24	28 Nove…
b	xvij	30 Janu.	16 Febr.	3 April.	1 Maij.	12 Maij	22 Maij.	2 Junij	25	27 Nove…
Ag	xxvij	19 Febr.	7 Mart.	22 April.	20 Maij.	31 Maij	10 Junij.	21 Junij	23	2 Dece…
f	ix	3 Febr.	20 Febr.	7 April.	5 Maij.	16 Maij	26 Maij	6 Juni	25	1 Dece…
e	xx	26 Janu.	12 Febr.	30 Mart.	27 April.	8 Maij	18 Mai	29 Maij	26	30 Nove…
d	j	15 Febr.	4 Mart.	19 April.	17 Maij.	28 Maij	7 Junij	18 Junij	23	29 Nove…
cb	xij	31 Janu.	17 Feb.	3 April.	1 Maij.	12 Maij	22 Maij.	2 Junij	25	27 Nove…
A	xxiij	22 Janu.	8 Febr.	26 Mart	23 April.	4 Maij	14 Maij.	25 Maij	27	3 Dece…
g	iv	11 Febr.	28 Febr	15 April.	13 Maij	24 Maij	3 Junij.	14 Junij	24	2 Dece…
f	xv	27 Janu.	13 Febr.	31 Mart.	28 April.	9 Maij	19 Maij.	30 Maij	26	1 Dece…
ed	xxvi	16 Febr	4 Mart.	19 April.	17 Maij	28 Maij	7 Juni	18 Junij	23	29 Nove…
c	vij	7 Febr.	24 Febr.	11 April	9 Maij.	20 Maij	30 Maij.	10 Junij	24	28 Nove…
b	xviij	23 Janu.	9 Febr.	27 Mart.	24 April.	5 Maij	15 Maij	26 Maij	26	27 Nove…
A	*	12 Febr.	1 Mart.	16 April	14 Maij.	25 Maij	4 Junij	15 Junij	24	3 Dece…
gf	xj	4 Febr.	21 Febr.	7 April	5 Maij.	16 Maij.	26 Maij	6 Junij	25	1 Dece…
e	xxij	19 Janu.	5 Febr.	22 Mart.	20 April.	1 Maij.	11 Maij.	22 Maij	27	30 Nov…
d	iij	8 Febr.	25 Febr.	12 April.	10 Maij.	21 Maij.	31 Maij	11 Junij.	24	29 Nov…
c	xiv	31 Janu.	17 Febr.	4 April	2 Maij.	13 Maij	23 Maij	3 Junij.	25	28 Nov…
bA	xxv	20 Febr.	8 Mart.	23 April	21 Maij.	1 Junij	11 Junij	22 Junij.	23	3 Dec…
g	vj	4 Febr.	21 Febr.	8 April	6 Maij.	17 Maij	27 Maij	7 Junij.	25	2 Dec…
f	xvij	27 Janu.	13 Febr.	31 Mart.	28 April.	9 Maij.	19 Maij.	20 Maij.	26	1 Dec…
e	xxviij	16 Febr.	5 Mart.	20 April.	18 Maij.	29 Maij.	8 Junij.	19 Junij.	23	30 Nov…
dc	ix	8 Febr.	25 Febr.	11 April.	9 Maij.	20 Maij.	30 Maij	10 Junij.	24	28 Nov…
b	xx	23 Janu.	9 Febr.	27 Mart.	24 April.	5 Maij.	15 Maij	26 Maij.	26	27 No…
A	j	12 Febr.	1 Mart.	16 April.	14 Maij.	25 Maij	4 Junij	15 Junij.	24	3 D…
g	xij	*4 Febr.*	*21 Febr.*	*8 April.*	*6 Maij.*	17 Maij.	27 Maij.	7 Junij.	25	2 …

JANUARIUS

Habet dies xxxi. *Luna verò xxx.*

Cyclus Epactarum.	*Littera Dominicalis.*		*Dies mensis.*	
*	A	*Calend.*	1	*Circumcisio Domini.* Solenn. 190.
xxix	b	iv no.	2	Octavæ S. Stephani. *Missa.* 193.
xxviii	c	iii no.	3	Octavæ S. Joannis Evangelistæ. *Missa.* 194.
xxvii	d	*Pridie.*	4	Octavæ SS. Innocentium. *Missa.* 195.
xxvi	e	*Nonis.*	5	
25. xxv	f	viii id.	6	*Epiphania Domini.* Solenn. sermo. 200.
xxiv	g	vii id.	7	
xxiii	A	vi id.	8	
xxii	b	v id.	9	
xxi	c	iv id.	10	Pauli primi Eremitæ, Confess. *Commem.* 535.
xx	d	iii id.	11	
xix	e	*Pridie id.*	12	
xviii	f	*Idibus.*	13	Octavæ Epiphaniæ. *xii. lect.* 212. Hilarii Episc. & Confess. *Commem.*
xvii	g	xix cal.	14	Felicis in Pincis Confess. 535.
xvi	A	xviii cal.	15	*Dominica prima post Octavas Epiphaniæ celebratur Solenn. SS. Nominis Jesu.* 217.
xv	b	xvii cal.	16	Marcelli Papæ & Martyris. 535.
xiv	c	xvi cal.	17	*Antonii Abbatis.* Capit. 535.
xiii	d	xv cal.	18	Cathedra S. Petri Romæ. *Missa.* Priscæ Virginis & Martyris. *Commemor.* 537.
xii	e	xiv cal.	19	
xi	f	xiii cal.	20	Fabiani & Sebastiani Martyrum. *Missa.* 538.
x	g	xii cal.	21	Agnetis Virginis & Mart. *xii. lect.* 538.
ix	A	xi cal.	22	*Vincentii Martyris.* Capit. 540
viii	b	x cal.	23	
vii	c	ix cal.	24	
vi	d	viii cal.	25	*Conversio S. Pauli Apostoli.* Capit. *non conv.* 542.
v	e	vii cal.	26	Polycarpi Episcopi & Martyris.
iv	f	vi cal.	27	
iii	g	v cal.	28	Agnetis secundò, Virg. & Martyris. 545.
ii	A	iv cal.	29	Francisci Salesii Episc. & Confess. *xii. lect.* 545.
i	b	iii cal.	30	
*	c	*Prid. cal.*	31	*petri nolasci Confess.*

FEBRUARIUS

Habet dies xxviii. *Luna verò* xxix.

Cyclus Epactarum.	*Littera Dominicalis.*		*Dies mensis.*	
xxix	d	*Calend.*	1	
xxviii	e	iv no.	2	*Purificatio B. V. Mariæ.* Solenn. Serm. 546.
xxvii	f	iii no.	3	Blasii Episc. & Mart.
25.xxvi	g	*Pridie no.*	4	Dedicatio Ecclesiae M. D.
xxv.xxiv	A	*Nonis.*	5	*Agathæ Virg. & Mart.* Cap. *non Conv.* 551.
xxiii	b	viii id.	6	
xxii	c	vii id.	7	Romualdi Abbatis. 552.
xxi	d	vi id.	8	Stephani grandimontensis 3 lect.
xx	e	v id.	9	
xix	f	iv id.	10	
xviii	g	iii id.	11	
xvii	A	*Pridie id.*	12	
xvi	b	*Idibus.*	13	
xv	c	xvi cal.	14	Valentini Mart. 552.
xiv	d	xv cal.	15	
xiii	e	xiv cal.	16	
xii	f	xiii cal.	17	
xi	g	xii cal.	18	
x	A	xi cal.	19	
ix	b	x cal.	20	
viii	c	ix cal.	21	
vii	d	viii cal.	22	Cathedra S. Petri Apost. Antioch. *Missa.* 552.
vi	e	vii cal.	23	Vigilia.
v	f	vi cal.	24	*Matthiæ Apostoli.* Capitulum. 552.
iv	g	v cal.	25	
iii	A	iv cal.	26	
ii	b	iii cal.	27	
i	c	*Prid. cal.*	28	

MARTIUS

Habet dies xxxi. *Luna verò* xxx.

Cyclus Epactarum.	*Littera Dominicalis.*		*Dies mensis.*	
*	d	*Calend.*	1	
xxix	c	vi no.	2	
xxviii	f	v no.	3	
xxvii	g	iv no.	4	
xxvi	A	iii no.	5	
25. xxv	b	*Pridie no.*	6	
xxiv	c	*Nonis.*	7	*Thomæ de Aquino Doct. Eccl. & Conf.* Capit. *non Conv. 554.*
xxiii	d	viii id.	8	
xxii	e	vii id.	9	
xxi	f	vi id.	10	
xx	g	v id.	11	
xix	A	iv id.	12	*Gregorii Papæ & Doctoris Ecclesiæ.* Capitulum. *non Conv. 556.*
xviii	b	iii id.	13	
xvii	c	*Pridie id.*	14	
xvi	d	*Idibus.*	15	
xv	e	xvii cal.	16	
xiv	f	xvi cal.	17	
xiii	g	xv cal.	18	
xii	A	xiv cal.	19	*Joseph Conf.* Solenn. 558.
xi	b	xiii cal.	20	Joachim Patriarchæ, patris Beatæ Dei Genitricis Mariæ. *xii. lect. 561.*
x	c	xii cal.	21	*Benedicti Abb.* Solenn. 561.
ix	d	xi cal.	22	
viii	e	x cal.	23	
vii	f	ix cal.	24	
vi	g	viii cal.	25	
v	A	vii cal.	26	*Annuntiatio B. V. Mariæ.* Solenn. Sermo. 566.
iv	b	vi cal.	27	
iii	c	v cal.	28	
ii	d	iv cal.	29	
i	e	iii cal.	30	
*	f	*Prid. cal.*	31	

APRILIS

Habet dies xxx. *Luna verò* xxix.

Cyclus Epactarum.	*Littera Dominicalis.*		*Dies mensis.*	
xxix	g	*Calend.*	1	Hugonis Gratianopolitani Episcopi & Confess. *xii. lect.* 575.
xxviii	A	iv no.	2	Francisci de Paula, Conf. *xii. lect.* 579.
xxvii	b	iii no.	3	
25.xxvi	c	*Pridie no.*	4	
xxv.xxiv	d	*Nonis.*	5	
xxiii	e	viii id.	6	
xxii	f	vii id.	7	
xxi	g	vi id.	8	
xx	A	v id.	9	
xix	b	iv id.	10	
xviii	c	iii id.	11	
xvii	d	*Pridie id.*	12	
xvi	e	*Idibus.*	13	
xv	f	xviii cal.	14	Tiburtii, Valeriani & Maximi, Martyrum. 579.
xiv	g	xvii cal.	15	
xiii	A	xvi cal.	16	
xii	b	xv cal.	17	
xi	c	xiv cal.	18	
x	d	xiii cal.	19	
ix	e	xii cal.	20	
viii	f	xi cal.	21	
vii	g	x cal.	22	
vi	A	ix cal.	23	Georgii Mart. *Missa.* 579.
v	b	viii cal.	24	
iv	c	vii cal.	25	*Marci Evangel.* Capit. 579.
iii	d	vi cal.	26	
ii	e	v cal.	27	
i	f	iv cal.	28	Vitalis Martyris. 583.
*	g	iii cal.	29	Petri Martyr. *xii. lect.* 583.
xxix	A	*Prid. cal.*	30	

MAIUS

Habet dies xxxi. *Luna verò* xxx.

Cyclus Epacta-rum.	*Littera Domi-nicalis,*		*Dies men-sis.*	
xxviii	b	*Calend.*	1	*Philippi & Jacobi Apost.* Cap. 583.
xxvii	c	vi no.	2	
xxvi	d	v no.	3	*Inventio S. Crucis.* Solenn. Alexandri, Eventii, & Theoduli, Mart. *commem.* 587.
25. xxv	e	iv no.	4	
xxiv	f	iii no.	5	
xxiii	g	*Prid. no.*	6	Catharinæ Senensis, Virg. *Missa.* 593.
xxii	A	*Nonis.*	7	
xxi	b	viii id.	8	gibriani, conf. capt. non conu
xx	c	vii id.	9	
xix	d	vi id.	10	Gordiani & Epimachi, Mart. 593. nicolai albergati conf et episcop 12 lect
xviii	e	v id.	11	
xvii	f	iv id.	12	Nerei, Achilei, & Pancratii, Mart. 593.
xvi	g	iii id.	13	
xv	A	*Pridie id.*	14	
xiv	b	*Idibus.*	15	
xiii	c	xvii cal.	16	
xii	d	xvi cal.	17	
xi	e	xv cal.	18	
x	f	xiv cal.	19	
ix	g	xiii cal.	20	
viii	A	xii cal.	21	
vii	b	xi cal.	22	
vi	c	x cal.	23	
v	d	ix cal.	24	
iv	e	viii cal.	25	Urbani, Papæ & Mart. 594.
iii	f	vii cal.	26	Philippi Nerii, Conf. 594.
ii	g	vi cal.	27	
i	A	v cal.	28	
*	b	iv cal.	29	
xxix	c	iii cal.	30	
xxviii	d	*Prid. cal.*	31	

JUNIUS

Habet dies xxx. *Luna verò* xxix

Cyclus Epactarum.	*Littera Dominicalis.*		*Dies mensis.*	
xxvii	e	*Calend.*	1	
25.xxvi	f	iv no.	2	Marcellini & Petri, Mart. *Missa.* 594.
xxv.xxiv	g	iii no.	3	
xxiii	A	*Prid. no.*	4	
xxii	b	*Nonis.*	5	
xxi	c	viii id.	6	Norberti Episcopi & Conf. 594.
xx	d	vii id.	7	
xix	e	vi id.	8	
xviii	f	v id.	9	Primi & Feliciani, Mart.
xvii	g	iv id.	10	
xvi	A	iii id.	11	*Barnabæ Apost.* Capit. 594.
xv	b	*Pridie id.*	12	Basilidis, Cyrini, & Nab. Mart.
xiv	c	*Idibus.*	13	Antonii de Padua, Conf. *xii. lect.* 595.
xiii	d	xviii cal.	14	
xii	e	xvii cal.	15	
xi	f	xvi cal.	16	Quirici & Julittæ, Martyr.
x	g	xv cal.	17	
ix	A	xiv cal.	18	Marci & Marcelliani, Martyr. 596.
viii	b	xiii cal.	19	Gervasii & Prothasii, Martyr. *Missa.* 596.
vii	c	xii cal.	20	
vi	d	xi cal.	21	
v	e	x cal.	22	
iv	f	ix cal.	23	Vigilia. *Missa.*
iii	g	viii cal.	24	*Nativitas S. Joannis Bapt.* Solenn. Sermo. 597.
ii	A	vii cal.	25	
i	b	vi cal.	26	Joannis & Pauli, Mart. *xii. lect.* 605.
*	c	v cal.	27	Anthelmi Episcopi & Conf. *xii. lect.* 606.
xxix	d	iv cal.	28	Vigilia. *Missa.* Leonis Papæ & Confess. Item. Irenæi & Sociorum ejus. *commem.* 606.
xxviii	e	iii cal.	29	*Petri & Pauli Apost.* Solenn. 606.
xxvii	f	*Prid. cal.*	30	Commemoratio S. Pauli Apostoli. *xii. lect.* 610.

JULIUS

Habet dies xxxi. *Luna verò* xxx.

Cyclus Epactarum.	*Littera Dominicalis.*		*Dies mensis.*	
xxvi	g	*Calend.*	1	Octav. S. Joannis Baptistæ. *xii. lect.* 612.
25. xxv	A	vi no.	2	*Visitatio B. V. Mariæ.* Solenn. 614. Processi & Martiniani, Mart. *commemor.*
xxiv	b	v no.	3	
xxiii	c	iv no.	4	
xxii	d	iii no.	5	
xxi	e	*Prid. no.*	6	Octavæ Apost. Petri & Pauli. *xii. lect.* 621.
xx	f	*Nonis.*	7	
xix	g	viii. id.	8	
xviii	A	vii id.	9	Octavæ Visitationis B. V. Mariæ. *xii. lect.* 621.
xvii	b	vi id.	10	Septem Fratrum, Mart. 624.
xvi	c	v id.	11	
xv	d	iv id.	12	
xiv	e	iii id.	13	Silæ Apostoli. 624.
xiii	f	*Pridie id.*	14	Bonaventuræ Episcopi & Doctoris Ecclesiæ. *xii. lect.* 624.
xii	g	*Idibus.*	15	
xi	A	xvii cal.	16	
x	b	xvi cal.	17	
ix	c	xv cal.	18	
viii	d	xiv cal.	19	
vii	e	xiii cal.	20	Margaritæ Virg. & Mart.
vi	f	xii cal.	21	Praxedis Virginis. 625.
v	g	xi cal.	22	*Mariæ Magd.* Solenn. Sermo. 625.
iv	A	x cal.	23	Apollinaris Episc. & Mart. 630.
iii	b	ix cal.	24	Christinæ Virg. & Mart. Vigilia.
ii	c	viii cal.	25	*Jacobi Apostoli.* Capitul. Christophori, Mart. *commem.* 630.
i	d	vii cal.	26	*Annæ Matris B. V. Mariæ.* Solenn. 632.
*	e	vi cal.	27	
xxix	f	v cal.	28	Nazarii, Celsi & Pantal. Mart.
xxviii	g	iv cal.	29	Felicis, Simplicii, Faustini, & Beatricis, Martyrum. 633.
xxvii	A	iii cal.	30	Abdon & Sennen, Mart. 633.
25. xxvi	b	*Prid. cal.*	31	Ignatii Confessoris. *xii. lect.* 634. Germani Episc. & Conf. *commem.*

AUGUSTUS

Habet dies. xxxi, *Luna verò* xxx.

Cyclus Epactarum.	*Littera Dominicalis.*		*Dies mensis.*	
xxv.xxiv	c	*Calend.*	1	Petri ad vincula. *xii. lect.* 634.
xxiii	d	iv no.	2	Stephani Papæ, & Mart. 636.
xxii	e	iii no.	3	Invent. S. Steph. proto. *Missa.* 636.
xxi	f	*Prid. no.*	4	Dominici Conf. *xii. lect.* 637.
xx	g	*Nonis.*	5	
xix	A	viii id.	6	*Transfiguratio Domini.* Solen. Sixti, Feliciſſimi & Agapiti Mart. *Missa.* 637.
xviii	b	vii id.	7	
xvii	c	vi id.	8	Cyriaci, Largi & Smaragdi, Mart. 643.
xvi	d	v id.	9	Vigilia.
xv	e	iv id.	10	*Laurentii Mart.* Capit. 643.
xiv	f	iii id.	11	Tiburtii, Mart. 646.
xiii	g	*Pridie id.*	12	
xii	A	*Idibus.*	13	Hyppoliti Mart. 646.
xi	b	xix cal.	14	Vigilia. *Missa.* Euſebii Conf. 646.
x	c	xviii cal.	15	*Aſſumptio B. V. Mariæ.* Solenn. ſermo. 646.
ix	d	xvii cal.	16	
viii	e	xvi cal.	17	
vii	f	xv cal.	18	Agapiti Martyris. *commemor.* 654.
vi	g	xiv cal.	19	
v	A	xiii cal.	20	*Bernardi Abbatis.* Capit. *non Conv.* 654.
iv	b	xii cal.	21	
iii	c	xi cal.	22	Octavæ Aſſumptionis B. V. Mariæ. *xii. lect.* Timothei & Symphoriani Mart. *commem.* 654.
ii	d	x cal.	23	Vigilia.
i	e	ix cal.	24	*Bartholomæi Apoſtoli.* Capit. 656.
*	f	viii cal.	25	Ludovici Regis Franciæ, & Conf. *xii. lect.* 658.
xxix	g	vii cal.	26	
xxviii	A	vi cal.	27	
xxvii	b	v cal.	28	*Auguſtini Epiſc. & Doctoris Eccleſiæ.* Capit. *non Conv.* 658. Hermetis Mart. *commemor.*
xxvi	c	iv cal.	29	*Decollatio S. Joannis Baptiſtæ.* Capit. 659. Sabinæ Martyris. *commem.*
25.xxv	d	iii cal.	30	Felicis & Adaucti, Martyrum.
xxiv	e	*Prid. cal.*	31	

SEPTEMBER

SEPTEMBER

Habet dies xxx. *Luna verò* xxix

Cyclus Epactarum.	*Littera Dominicalis.*		*Dies mensis.*	
xxiii	f	*Calend.*	1	
xxii	g	iv no.	2	
xxi	A	iii no.	3	
xx	b	*Prid. no.*	4	
xix	c	*Nonis.*	5	
xviii	d	viii id.	6	
xvii	e	vii id.	7	
xvi	f	vi id.	8	*Nativitas B. V. Mariæ.* Solenn. ſermo. 663.
xv	g	v id.	9	Gorgonii Martyris. *commem.* 668.
xiv	A	iv id.	1	Nicolai de Tolentino Confeſſoris. *xii. lect.* 668.
xiii	b	iii id.	11	Proti & Hyacinthi Martyrum. *commem.* 669.
xii	c	*Pridie id.*	12	
xi	d	*Idibus.*	13	
x	e	xviii cal.	14	*Exaltatio ſanctæ Crucis.* Solenn. ſermo. 669. Cornelii & Cypriani Mart. *commem.*
ix	f	xvii cal.	15	Octav. Nativit. B. V. Mariæ. *xii. lect.* 671. Nicomedis, Mart. *commem.*
viii	g	xvi cal.	16	Luciæ & Geminiani, Mart. Euſemiæ, Virg. & Mart. *commem.* 673.
vii	A	xv cal.	17	
vi	b	xiv cal.	18	
v	c	xiii cal.	19	Januarii & Soc. Mart. *xii. lect.* 673.
iv	d	xii cal.	20	Vigil. Euſtach. & Soc. Mart. 673.
iii	e	xi cal.	21	*Matthæi Apoſt. & Evang.* Cap. 673.
ii	f	x cal.	22	Mauritii & Soc. Mart. *xii. lect.* 675.
i	g	ix cal.	23	Lini Papæ & Mart. Teclæ, Virginis & Mart. *commem.* 677.
*	A	viii cal.	24	
xxix	b	vii cal.	25	
xxviii	c	vi cal.	26	
xxvii	d	v cal.	27	Coſmæ & Damiani, Mart. *Miſſa.* 677.
25. xxvi	e	iv cal.	28	
xxv. xxiv	f	iii cal.	29	*Dedicatio* S. *Michaëlis Archang.* Solen. Serm. 677.
xxiii	g	*Prid. cal.*	30	*Hieronymi Preſbit. Conf. & Doct. Eccl.* Cap. *non Conv.* 683.

OCTOBER

Habet dies xxxi. *Luna verò* xxx.

Cyclus Epactarum.	*Littera Dominicalis.*		*Dies mensis.*	
xxii	A	*Calend.*	1	Remigii Episcopi & Confessoris. 685.
xxi	b	vi no.	2	
xx	c	v no.	3	
xix	d	iv no.	4	Francisci Confess. *xii. lect.* 685.
xviii	e	iii no.	5	Placidi & socior. Martyrum. 685.
xvii	f	*Pridie no.*	6	*Brunonis Confessor. Patris nostri.* Solenn. sermo. 686. Fidei Virg. & Martyris. *commem.*
xvi	g	*Nonis.*	7	Marci Papæ & Conf. *commem.* 691.
xv	A	viii id.	8	
xiv	b	vii id.	9	Dionysii & socior. ejus Martyrum. *xii. lect.* 692.
xiii	c	vi id.	10	
xii	d	v id.	11	
xi	e	iv id.	12	
x	f	iii id.	13	Octavæ S. P. N. Brunonis Conf. *xii. lect.* 693.
ix	g	*Pridie id.*	14	Callixti Papæ & Martyris. 694.
viii	A	*Idibus.*	15	Teresiæ Virginis. *Missa.* 694.
vii	b	xvii cal.	16	
vi	c	xvi cal.	17	
v	d	xv cal.	18	*Lucæ Evangelistæ.* Capit. 694.
iv	e	xiv cal.	19	
iii	f	xiii cal.	20	
ii	g	xii cal.	21	*Undecim millium Virginum & Mart.* Capit. *non Conv.* 696. Hilarionis Abbatis. *commem.*
i	A	xi cal.	22	
*	b	x cal.	23	
xxix	c	ix cal.	24	
xxviii	d	viii cal.	25	Crispini & Crispiniani Martyrum. 699.
xxvii	e	vii cal.	26	
xxvi	f	vi cal.	27	Vigilia.
25. xxv	g	v cal.	28	*Simonis & Judæ Apostolorum.* Capit. 699.
xxiv	A	iv cal.	29	
xxiii	b	iii cal.	30	
xxii	c	*Prid. cal.*	31	Vigilia. *Missa.*

NOVEMBER

Habet dies xxx. *Luna verò* xxix.

Littera Domi-nicalis.		*Dies men-sis.*	
d	*Calend.*	1	*Festum omnium Sanctorum.* Solenn. sermo. 700.
e	iv no.	2	*Commemoratio Fidelium Defunctorum.* Missa.
f	iii no.	3	
g	*Pridie no.*	4	Vitalis & Agricolæ Mart. 706.
A	*Nonis.*	5	
b	viii id.	6	
c	vii id.	7	
d	vi id.	8	*Festum Reliquiarum.* Solenn. 706. Quatuor Coronatorum Martyrum. *commem.*
e	v id.	9	Theodori Martyris. 708. *Commemoratio Fratrum nostrorum.* Missa.
f	iv id.	10	
g	iii id.	11	*Martini Episcopi & Confess.* Capit. 709. Mennæ Mart. *commem.*
A	*Pridie id.*	12	Didaci Confess. 709.
b	*Idibus.*	13	Britii Episcopi & Confess. 709.
c	xviii cal.	14	
d	xvii cal.	15	
e	xvi cal.	16	
f	xv cal.	17	*Hugonis Lincoln. Episc. & Conf.* Solen. serm. 710.
g	xiv cal.	18	
A	xiii cal.	19	
b	xii cal.	20	
c	xi cal.	21	*Præsentatio B. V. Mariæ.* Solenn. *non Conversis.* 712. Columbani Abbatis. *commem.*
d	x cal.	22	Ceciliæ Virg. & Martyris. *Missa.* 713.
e	ix cal.	23	Clementis Papæ & Martyris. *xii. lect.* 713. Felicitatis Mart. *commem.*
f	viii cal.	24	Chrysogoni Martyris. 715.
g	vii cal.	25	*Catharinæ Virg. & Mart.* Capit. *non Conv.* 715.
A	vi cal.	26	
b	v cal.	27	
c	iv cal.	28	
d	iii cal.	29	Vigilia. Saturnini Mart. 519.
e	*Prid. cal.*	30	*Andreæ Apostoli.* Capit. 519.

DECEMBER

Habet dies xxxi. *Luna verò* xxx.

Cyclus Epacta-rum.	*Littera Domi-nicalis.*		*Dies men-ſis.*	
xx	f	*Calend.*	1	
xix	g	iv no.	2	
xviii	A	iii no.	3	
xvii	b	*Prid. no.*	4	Barbaræ Virginis & Martyris. *Miſſa.* 521.
xvi	c	*Nonis.*	5	
xv	d	viii. id.	6	Nicolai Epiſc. & Confeſſoris. *xii. lect.* 521.
xiv	e	vii id.	7	*Ambroſii Epiſcopi & Doctoris Eccleſiæ.* Capit. *non Conv.* 523.
xiii	f	vi id.	8	*Conceptio B. V. Mariæ.* Solenn. ſermo. 524.
xii	g	v id.	9	
xi	A	iv id.	10	Eulaliæ Virg. & Martyris. *commem.* 531.
x	b	iii id.	11	
ix	c	*Pridie id.*	12	
viii	d	*Idibus.*	13	Luciæ Virg. & Martyris. *commem. Miſſa.* 531.
vii	e	xix cal.	14	
vi	f	xviii cal.	15	Octavæ Conceptionis B. V. Mariæ. *xii. lect.* 531.
v	g	xvii cal.	16	
iv	A	xvi cal.	17	*O Sapientia.*
iii	b	xv cal.	18	
ii	c	xiv cal.	19	
i	d	xiii cal.	20	Vigilia.
*	e	xii cal.	21	*Thomæ Apoſtoli.* Capit. 533.
xxix	f	xi cal.	22	
xxviii	g	x cal.	23	
xxvii	A	ix cal.	24	Vigilia. *Miſſa.*
xxvi	b	viii cal.	25	*Nativitas Domini.* Solenn. ſermo. 163. Anaſtaſiæ Martyris. *commem.*
25. xxv	c	vii cal.	26	*Stephani Protomartyris.* Solenn. 170.
xxiv	d	vi cal.	27	*Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ.* Solenn. 174.
xxiii	e	v cal.	28	*Innocentium Martyrum.* Solenn. 179.
xxii	f	iv cal.	29	Thomæ Epiſcopi & Martyris. *xii. lect.* 183.
xxi	g	iii cal.	30	
19. xx	A	*Prid. cal.*	31	Sylveſtri Papæ & Confeſſoris. *commem.* 186.

RUBRICÆ GENERALES
BREVIARII CARTUSIENSIS.

diviſione Divini Officii, deque Feſto Solenni.

Fficium Canonicum quotidie fit aut Feſtivale, aut Temporale. Quatuor autem Officii Feſtivalis genera ſunt, quæ diverſo modo, diver- celebrantur ordine. Quorum tria, duodecim nes ſigillatim habent, & quartum, tres dumta- x Feſtis duodecim lectiones habentibus, unum ne, aliud autem Capituli, tertium verò ſim- r duodecim lectionum vocamus. Temporale Officium, aut eſt Dominicale, aut Feriale.

olenne Feſtum celebratur apud nos cum Capi- t Refectorio. Habet autem totum Officium in- m incipiendo à primis Veſperis uſque ad Com- ium ſequentis diei incluſivè, niſi impediatur ncurrentiam alterius Feſti Solennis, de qua rrentia dicetur infrà : excepta Solennitate uſſionis glorioſæ Virginis Mariæ.

Ad primas autem ejus Veſperas, unam tantùm us Antiphonam ſuper Pſalmos feriales eo die tandos, etiamſi eodem die Feſtum Capituli, odecim lectionum celebretur, exceptis duabus anis Paſchæ, & Pentecoſtes, in quibus Pſalmi icales ſemper ad prædictas Veſperas dicuntur, ris Annuntiatio Dominica, aut Dedicatio Ec- in illis contingat. Excipiuntur etiam Solenni- nctorum Stephani, Joannis Evangeliſtæ, & entium, de quibus in primis Veſperis fit tan- mmemoratio.

Magnum etiam Reſponſorium ad primas Veſ- in omni Solennitate dicitur. Invitatorium, i, Pſalmi ad Matutinas & ad Laudes, lectiones, ſoria, verſus, antiphonæ, & cætera omnia in eſperis, Matutinis, Laudibus, & cæteris Ho- Solennitate dicuntur : proüt in unoquoque fuſiùs explicabitur.

olennitates autem ſunt hæ: SS. Nominis Jeſu, a, Aſcenſio, Pentecoſtes, Feſta SS. Trinitatis, & riſtiæ, Compaſſio beatiſſimæ Virginis Mariæ, ario Eccleſiæ, præter illa, quæ in Calendario, c voce (Solennitas) prænotantur. Quædam Feſta ſolenniter coli poſſunt, vel in quibuſdam aciis, vel peculiaribus domibus, pro devotione, conſuetudo invaluerit, (ſervata tamen hujus rii forma) & ſi à Capitulo generali, vel Reveré- re Priore Cartuſiæ probata, rata, & confirmata etiam cum Officiis privatis pariter approbatis.

5. Feriis ſecunda, tertia, & quarta, poſt Paſcha & Pentecoſten, Officium quidem ſolenne eſt : ſed ad Matutinas habentur tantum tres lectiones, & duo nocturna.

6. Quomodo ſit ordinandum Officium ſolenne, in Veſperis, Matutinis & cæteris Horis: ſimiliter & de antiphonis, reſponſoriis, verſibus, Capitulis, & aliis in eo dicendis, habentur inferiùs de ſingulis propriæ rubricæ.

De Feſtis Capituli, & duodecim Lectionum.

1. Officium Feſti Capituli incipit à Capitulo primarum Veſperarum incluſivè, & uſque ad Completorium ſequentis diei incluſivè durat, niſi propter concurrentiam Feſti alterius aliter ſit faciendum, proüt infrà dicetur. Quod quidem Capitulum in ipſis Veſperis, reſponſorium parvum, hymnus, Pſalmi, verſus, lectiones, reſponſoria, & cætera omnia in Matutinis, Laudibus, Horis, & ſecundis Veſperis ſunt de Feſto. Magnum autem reſponſorium ad primas Veſperas hujus Feſti non dicimus, excepto Feſto SS. Philippi & Jacobi.

2. Hujuſmodi Officium fit in Feſtis quibus in Calendario ponitur hæc vox, Capituli. Præter hæc tamen volumus etiam ea coli, quæ ſacra Concilia ſtatuunt colenda, & quæ per Diœceſes, in quibus domus Ordinis ſitæ ſunt, feſtivè celebrantur: etiamſi in Calẽdario noſtro non fuerit Feſtum Capituli, ſed duodecim lectionum tantùm, aut trium, aut etiam nullum.

3. Permittitur etiam ſingulis domibus alia Feſta cum Capitulo aut etiam ſolenniter celebrare: quæ ex antiqua conſuetudine, vel de ſpeciali conceſſione cum Capitulo, aut ſoléniter hactenus celebraverunt.

4. Feſti autem duodecim lectionum Officium per omnia ſimile eſt Officio Feſti Capituli : niſi quòd Matutinæ, Laudes, & Veſperæ in Eccleſia dicuntur, cæteræ Horæ in cellis. Signantur autem ejuſmodi Feſta in Calendario ſic, (xii. lectionum.)

De Octavis & vigiliis Feſtorum.

1. PRæcipua quædam Feſta cum octavis celebrantur. Sunt autem octavarum tres differentiæ, aliæ enim ſunt ſolennes, aliæ feſtivales, aliæ ſimplici octava ſunt contentæ.

2. Solennes octavæ ſunt, Natalis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes, intra quas omnia ſolenniter cantamus & de ipſis octavis officium quotidie facimus: niſi feſtum aliquod duodecim lectionum im-

pediat. Quanquam infra octavas Paſchæ & Pentecoſtes de nullo Feſto occurrente fiat Officium, niſi de Annuntiatione Dominica, aut Dedicatione Eccleſiæ.

3. Feſtivales octavæ ſunt, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Corporis Domini, Viſitationis, Aſſumptionis, Nativitatis, & Conceptionis glorioſæ Virginis Mariæ, S. Joannis Bapt. SS. Apoſt. Petri & Pauli, & S. P. N. Brunonis. Infra quas Officium quidem totum de ipſis octavis fit, niſi occurrat Feſtum duodecim lectionum: octava verò die Feſtum duodecim lectionum facimus.

4. Porrò octavæ ſimplici octava contentæ, ſunt octavæ ſanctorum Stephani, Joannis, & Innocentium: de quibus infra octavas earum nulla fit commemoratio: ſed die tantùm octava fit de illis Feſtum trium lectionum cum Miſſa propria.

5. Præcipua etiam quædam Feſta habent vigiliam. Porrò inter vigilias primum locum obtinet vigilia Natalis Domini: cujus Officium incipit à Laudibus. Quòd ſi in Dominica evenerit, in ipſa etiam fit, & incipit à verſiculo tertii Nocturni qui ante lectiones dicitur.

6. Secundum locum obtinent vigiliæ Paſchæ, & Pentecoſtes: poſt quas ſequuntur vigiliæ Aſcenſionis Domini, Aſſumptionis glorioſiſſimæ Virginis, ſancti Joannis Baptiſtæ, SS. Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, quæ nullum habent proprium Officium, præter Miſſas proprias.

7. Poſtremum locum obtinent vigiliæ SS. Andreæ, Thomæ Apoſtoli, Matthiæ, Jacobi, Bartholomei, Matthæi, Simonis & Judæ, & Laurentii Martyris, quæ nec Officium, nec Miſſas habent proprias, ſed commemorationes tantùm in aliis Miſſis.

De Feſto trium Lectionum.

1. OFficium Feſti trium lectionum incipit in primis Veſperis à Capitulo, niſi majori Feſto impediatur: & terminatur ad Sextam incluſivè. In hoc Feſto omnes Hymni ad omnes Horas, & Pſalmi ad utrumque Nocturnum, cum ſuis antiphonis, dicuntur de tempore, ſeu de Feria, lectiones de ſacra Scriptura tunc currente. Invitatorium verò, verſiculi, reſponſoria magna, & parva, pſalmi & antiphonæ Laudum, & cæterarum Horarum uſque ad Sextam incluſivè, cum orationibus ad omnes Horas de Feſto dicuntur, & de Communi Sanctorum ſumuntur, niſi proprium aliquid habeatur. Hora Sexta perſoluta, de Feſto trium lectionum nihil ampliùs fit.

2. Si hujuſmodi Feſtum propriam orationem habeat: dicimus eam in Veſperis, Nocturno, Laudibus, & ad Tertiam: ad Sextam verò dicimus primam orationem de Communibus. Si non habeat propriam, dicimus primam de communibus ad Veſperas, Laudes, & Tertiam: ſecundam v[...] Nocturnum & Sextam: & hæc intelligenda quando nihil ſpeciale in dicto Feſto currente[...] tur. Quòd ſi una ex communibus orationi[...] tali Feſto appropriata, illa dicitur ad Veſ[...] Nocturnum, Laudes, & Tertiam: & alia a[...] tam tantùm.

3. Porrò primum capitulum de commun[...] ctorum, in Feſto trium lectionum dicitur ad [...] ras, & Tertiam: ſecundum capitulum dici[...] Nocturnum, & Sextam: & tertium ad Laude[...]

4. Facimus autem Feſtum trium lectio[...] quoties in Calendario occurrit nomen alicuju[...] de quo non exprimitur quòd ſit Feſtum Solen[...] Capituli, vel duodecim lectionum: vel quòd [...] ſola commemoratio fit. Verumtamen ſæpi[...] peditur officium trium lectionum, propter [...] rens aliud Feſtum, vel octavas: ut infra [...] de commemorationibus & concurrentia Feſt[...]

De Dominicis.

1. OFficium Dominicale incipit à primi[...] peris in Sabbato, & durat uſque ad C[...] torium Dominicæ incluſivè: niſi per aliud [...] occurrens impediatur. Oratio autem ejus [...] dicitur Sabbato ad Veſperas, & Dominica ad [...] tinas poſt Evangelium, ad Laudes, & Terti[...] ad ſecundas Veſperas. Invitatoria, hymni, [...] antiphonæ, verſiculi, & capitula, tam ad L[...] quàm ad cæteras Horas recipienda ſunt ex [...] rio: niſi quando aliqua ex his certis temp[...] propria habentur ſuis locis expreſſa. Lectio[...] rò, reſponſoria, & quædam antiphonæ, ac ora[...] quæ deſunt in pſalterio, repetenda ſunt ex [...] officio. Cætera ſunt ſicut in Feſtis Capituli[...]

2. Fit autem Dominicale Officium in o[...] Dominicis Adventus, & à Septuageſima uſ[...] octavas Paſchæ incluſivè niſi occurrat vigili[...] talis Domini, aut Purificatio glorioſæ Virg. [...]

3. De Dominica occurrente à die Natalis D[...] uſque ad Feſtum S. Thomæ Martyris incl[...] nihil prorsùs fit.

4. De Dominicis occurrentibus infra o[...] Epiphaniæ, Aſcenſionis Domini, & duobus [...] poſt Feſtum S. Thomæ Martyris infra octav[...] talis Domini, Dominicale fit Officium [...] Evangelium, orationem propriam, & anti[...] ad *Magnificat*, & *Benedictus*. Cætera ſi[...] octavis, & in primis Veſperis dictarum D[...] carum fit tantùm commemoratio de Dominic[...]

5. Verumtamen qñando octava Epiphania[...] ſecunda vel tertia occurrens, anticipatur S[...] præcedenti propter reſponſoria, *Domine ne*

anda: de Dominica infra easdem octavas
nò fit : tunc enim vacat.

Dominicis verò occurrentibus infra octa-
ris Domini, sancti Joannis Baptistæ, SS.
ri & Pauli, Visitationis, Assumptionis,
atis gloriosæ Virginis Mariæ, & S.P.N.
fit sola commemoratio ad utrasque Vesp-
audes, & Missam.

liter quoties in totius anni Dominicis ab
ic expressa sunt, occurrit Festum duode-
onum, fit de Dominica sola commemo-
utrasque Vesperas, Laudes, & Missam:
ter inchoanda nova responsoria aliter or-
ut infrà.

Dominicis autem vacantibus, sciendum
cium sex Dominicarum ab Epiphania us-
Septuagesimam positum esse, & viginti
ab octavis Pentecostes usque ad Adven-
t compleatur numerus Dominicarum, quæ
ab Epiphania usque ad Septuagesimam, &
avis Pentecostes usque ad Adventum, ne ulla
ica per annum ab Epiphania usque ad
gesimam, & ab octavis Pentecostes usque ad
tum vacet, quin saltem de ea fiat comme-
io. Nam quæ aliquando supersunt post Epi-
am ante Septuagesimam, ponuntur post vi-
am quintam ab octavis Pentecostes hoc or-
Si Dominicæ post octavas Pentecostes exce-
numerum vigesimum quintum, tunc vigesima
Dominica dicendum erit Officium Dominicæ
æ post octavas Epiphaniæ. Si vigesima septima
nica contigerit, habebit Officium ejusdem
æ Dominicæ, & vigesima sexta, quartæ. Per
um autem hic intelligitur Oratio Domini-
d utrasque Vesperas, Laudes, & Tertiam,
gelium cum sua Homilia, & antiphonæ ad *Be-*
us, & *Magnificat* in secundis Vesperis, dum-
Nam in primis Vesperis, antiphonæ sumun-
libris Prophetarum.

De Feria.

Officium de feria fit per totum annum: quo-
ties nec de Dominica, nec de Festo aliquo
cim vel trium lectionum, nec de octavis ali-
Festi celebratur. Et ibi feriale Officium in-
ubi præcedentis Festi Officium desinit. Ter-
ur autem, ubi subsequentis Festi, vel diei
um incipit. Et quando plures dies feriales
uæ sibi succedunt, Officium sequens à Ma-
incipit, & durat usque ad Completorium
vè.

Officium feriale sicut & Dominicale, ordinatè
r in psalterio, cum Invitatoriis, Hymnis, an-
tiphonis, Psalmis, versiculis, parvis lectionibus, &
responsoriis, capitulis, & orationibus ad Noctur-
num. Psalmi etiam ad Laudes proprii, cum suis
antiphonis, capitulo, versiculo, & antiphona ad
Benedictus ibidem ponuntur.

3. Orationes ad Laudes & Vesperas, ex Do-
minica præcedenti petuntur; nisi aliter exprimatur.
Lectiones majores ex sacra Scriptura, & responsoria
magna post eas, habentur in proprio Officio de
tempore. Invitatoria etiam, Hymni, capitula, versus,
brevia responsoria, & antiphonæ quæ diversis tem-
poribus ponuntur in proprio Officio, dicuntur loco
eorum quæ sunt in psalterio.

De translatione Festorum.

1. ANnuntiatio Dominica quando occurrit in
aliqua Dominica Quadragesimæ, transfertur
ad primam diem vacantem. Quando verò à die
Cœnæ Domini inclusivè, usque ad feriam quar-
tam infra octavas Paschæ contingit, transfertur
ad feriam quintam infra octavas, vel ad alium diem
post octavas, proüt in qualibet Diœcesi fuerit ordi-
natum, cui domus Ordinis in ea sitæ se, quo ad
hoc, conformare debebunt.

2. Compassio beatæ Virginis Mariæ, quando
in ea Annuntiatio Dominica occurrit, transfertur
ad feriam secundam post Dominicam Palmarum.

3. Festa SS. Joseph & Benedicti, quando in ali-
qua Dominica Quadragesimæ occurrunt, transfe-
runtur ad diem primò vacantem.

4. Inventio S. Crucis, si contingat in Ascensione
Domini, transfertur ad feriam sextam sequentem.

5. Festum S. Joannis Baptistæ, si contingat in
Festo Corporis Christi, transfertur ad feriam sex-
tam vacantem.

6. Conceptio gloriosissimæ Virginis, quando
contingit in Dominica aliqua Adventus, transfer-
tur ad feriam primò sequentem.

7. Dedicatio Ecclesiæ, si eveniat in aliquo Festo
solenni, vel in aliqua Dominica Adventus, aut alia
inter Septuagesimam & Pascha, seu quando nova
Responsoria sunt necessariò inchoanda, transfer-
tur ad diem sequentem. Quòd si à Cœna Domini
usque ad feriam quartam Paschæ eveniat, feria
quinta celebrabitur, nisi eo die Annuntiatio esset
celebranda: tunc enim transfertur in feriam sextam
ejusdem hebdomadæ. Si occurrat in aliquo prio-
rum quatuor dierum Pentecostes, feria quinta pro-
xima fiet. Si in Octavis Epiphaniæ, Ascensionis,
Eucharistiæ, S. Joannis Baptistæ, SS. Apostolorum
Petri & Pauli, Visitationis, Assumptionis, Nativi-
tatis, seu Conceptionis Deiparæ, aut S. P. nostri
Brunonis, anticipabuntur Octavæ, & de ipsa fiet. Si

in vigilia Natalis Domini, vel Pentecoſtes eveniat pro ſecundis Veſperis ſolam habebit commemor.

8. Cæterum quandocumque Feſtum aliquod ſolenne transfertur, id fit cum plena ſolennitate.

9. Feſta Capituli, & xii. lectionum transferuntur, quoties occurrunt in aliqua Dominica Adventus, vel in aliqua Dominica à Septuageſima uſque ad Octavam Paſchæ, aut à die Cœnæ uſque poſt Octavam Paſchæ, aut infra Octavas Pentecoſtes, aut in die alicujus Solennitatis, vel Feſti dignioris, aut in aliqua Dominica, in qua ſunt inchoanda reſponſoria, quæ non poſſunt in alia ſequenti Dominica dici.

10. Quando autem plura Feſta Capituli, vel duodecim lectionum ſimul transferuntur, digniora in primis celebrantur: ut putà, ſi primò evenerit Feſtum ſimplex duodecim lectionum, & poſtea Feſtum Capituli, & contingat ambo transferri: priùs fiet de Feſto Capituli, licet poſteriùs evenerit. Similiter ſi duo Feſta Capituli vel xii. lect. eodem die contingant, Officium fiet de digniori, ſive majori: & quod minus eſt, transfertur, quòd ſi fuerint æqualia: tunc eo ordine celebrantur, quo evenerunt.

11. Dies octava Epiphaniæ, Aſcenſionis, Corporis Chriſti, S. Joannis Baptiſtæ, SS. Apoſt. Petri & Pauli, Viſitationis, Aſſump. Nativit. Cōceptionis Virg. Mariæ, & S. P. N. Brunonis, propter eaſdem cauſas, pro quibus dictum eſt Feſta xii. lect. transferri, anticipantur die præcedenti, & nunquam transferuntur.

12. Quando propter Feſtum Corporis Chriſti, Feſtum S. Joannis ſimul occurrens ad feriam ſextam transfertur, octava ejuſdem tranſibit per ſolam commemorationem.

13. De Feſtis quæ transferuntur nulla prorsùs fit commemoratio, donec eorum Officium inchoëtur: ſi tamen ſimul cum illis occurrat commemoratio Sancti alicujus, illa fiet eo die quo occurrit: & in die quo de Feſto tranſlato fit Officium, nihil ampliùs de prædicta commemoratione fiet.

14. Feſtum trium lectionum nunquam transfertur: ſed ſi propter Dominicam, vel Feſtum aliquod duodecim lectionum, vel octavas aliquas, Officium de eo fieri non poteſt: fit de eo tantùm commemoratio ad primas Veſperas, Laudes, & Miſſam. Quòd ſi venerit in diebus in quibus de tali Feſto nulla fit commemoratio, eo anno nihil fiet de eo ampliùs.

De concurrentia Feſtorum.

1. Concurrentia feſtorum attendenda eſt ſemper in ſecundis Veſperis, ut ſciatur quomodo ſit ordinandum Officium cum ſequenti die. Itaque cùm dicitur aliquod Feſtum cum alio concurrere, intelligitur de præcedente Feſto in ſecundis Veſperis cum ſequente in primis Veſperis.

2. Solennitate igitur in ſecundis Veſperis co[ncurrente] cum alia ſequente Solennitate, regulari[ter] de prima fit uſque ad Capitulum, & à Capitulo i[n]cluſivè de ſecunda, cum commemoratione præc[e]dentis, exceptis Solennitatibus ſanctorum Stepha[ni] Joannis, & Innocentium.

3. Quòd ſi Solennitas concurrat cum ſequen[te] Feſto Capituli, vel duodecim lectionum tantùm, v[el] cum Dominica, etiam in qua nova reſponſoria ſu[nt] inchoanda, omnia in ſecundis Veſperis Solenni[ta]tis, fiunt de ipſa Solennitate, & de ſequente Feſt[o] vel Dominica fit ſola commemoratio. Excipi[tur] Compaſſio glorioſiſſimæ Virginis, in qua ſecun[dæ] Veſperæ à Capitulo ſunt de Dominica, cum ſo[la] commemoratione Solennitatis.

4. Si Dominica quælibet non ſolennis, aut Feſtu[m] Capituli, vel duodecim lectionum concurrat cu[m] ſequente Solennitate, in ſecundis Veſperis illi[us] Dominicæ vel Feſti, totum Officium fit de Solenn[i]tate cum commemoratione Dominicæ, vel Feſti excepta Dominica contingente in vigilia Natal[is] Domini, de qua in ſecundis Veſperis ipſius vigi[]liæ nulla fit commemoratio.

5. Si autem Dominica, vel Feſtum Capituli, v[el] duodecim lectionum concurrat cum ſequente Feſt[o] duodecim lectionum non ſolenni, in ſecundis ipſiu[s] Veſperis à Capitulo & deinceps fit de Feſto ſequen[te] cum commemoratione præcedentis.

6. Feſtum trium lectionum occurrens poſt ali[]quod Feſtum duodecim lect. aut Dominicam, ſo[]lam habet commemorationem ad primas Veſpera[s] ſed ſequente die ſuum habet Officium, niſi im[]pediatur, ut ſuprà dictum eſt.

De lectionibus Matutinarum, & libris in Eccleſia legendis.

1 Omnibus diebus duodecim lectiones habenti[]bus, ſive feſtivis: ſive Dominicis: quatuo[r] poſtremæ lectiones ſunt ſemper de homilia ſacro[] ſancti Evangelii.

2. Omnibus etiam diebus feſtivis duodecim le[]ctionum, octo priores lectiones ſunt de ſermone ſeu tractatu alicujus Eccleſiaſtici Doctoris: except[is] Feſtis quibuſdam illas habentibus ex ſacra Scriptu[]ra, vel partim ex ipſa, partim ex Doctoribus.

3. Similiter in vigilia Natalis Domini, quand[o] non accidit in Dominica, & Dominicis, ac ſinguli[s] diebus infra Octavas Natalis Domini, Paſchæ Pentecoſtes, Euchariſtiæ, S. Joannis Baptiſtæ, SS Apoſtolorum Petri & Pauli, Aſſumptionis glorio[]ſiſſimæ Virginis, & S. P. N. Brunonis., omnes le[]ctiones ſunt propriæ: ſicut Dominicis etiam inf[ra]

Octav[a]

Octavas Epiphaniæ, & Ascensionis, & in Octavis Paschæ. Cæteræ totius anni Dominicæ, in quibus non fit officium de aliquo Festo xii. lect. illas priores lectiones habent ex sacris Bibliis, quemadmodum & cæteri dies trium lectionum.

4. Sunt autem divini libri legendi in Officio divino, ad hunc modum. Prima Dominica Adventus Isaiam incipimus usque ad vigiliam Natalis Domini. Dominica verò quæ Festo S. Andreæ magis propinqua est, Adventus Domini celebretur: cùm verò idem Festum accidit in Dominica, ibidem celebretur Adventus.

5. Ab Octavis S. Stephani usque ad Septuagesimam, beati Pauli Epistolis utimur. A Septuagesima usque ad Dominicam de Passione libris Genesis, Exodi, Levitici, Numerorum, Deuteronomii, Josuë, Judicum, & Ruth. A Dominica de Passione usque ad Cœnam Domini Jeremiam, & Baruch. Threnos autem in triduo ante Pascha perficimus.

6. Actus Apostolorum feria secunda post Octavas Paschæ incipimus, eosque tribus hebdomadibus: Canonicas verò Epistolas exinde usque ad Ascensionem: & ab Ascensione usque ad Pentecosten Apocalypsim tantummodo perlegimus.

7. Post Octavas Pentecostes, primo die, quo Festum trium lect. occurrit, libros Regum incipimus. Quòd si hujusmódi Festum non occurrat per illam hebdomadam, eosdem libros sequenti Dominica, quæ est infra Octavas Corporis Christi, in Refectorio inchoamus: & prosequimur in Festis 3. lectionum postea occurrentibus usque ad Dominicam propinquiorem Calendis Augusti.

8. A Dominica propinquiori Calendis Augusti, ad Dominicam propinquiorem Calendis Septembris, Parabolas Salomonis, & Ecclesiasten, librum Sapientiæ, & de Ecclesiastico quantùm tempus permittit, legimus.

9. A Dominica propinquiori Calendis Septembris, Job tribus hebdomadibus quando ipsæ Calendæ feria tertia, vel quarta contingunt: alioquin duabus eum legimus septimanis: ac duabus sequentibus, Tobiam, Judith, & Hester.

10. A Dominica propinquiori Calendis Octobris usque ad Dominicam propinquiorem Calendis Novembris, Machabæorum libros.

11. A Dominica propinquiori Calendis Novembris, usque ad Adventum, Ezechielem, & duodecim minores Prophetas. Quòd si Dominica in ipsis Calendis contigerit, tunc incipitur Ezechiël in Refectorio. Similiter quandocumque Festum duodecim lect. occurrit in Dominica, in qua historia est incipienda, si de Festo fiat officium, ipsa historia eo die incipitur in Refectorio.

De Responsoriis Matutinarum.

1. DE Responsoriis, quæ post lectiones Matutinarum leguntur, hoc sciendum, quòd quæ de libris Regum, Salomonis, Job, Tobiæ, Judith, Hester, & Machabæorum sumuntur, diebus tantùm Dominicis, & non ferialibus dicenda sunt: unde si in Dominica illis inchoandis propria, Festum duodecim lect. occurrat celebrandum, differuntur in Dominicam hujusmodi Festo vacantem.

2. Quòd si ante tempus, quo alia historia inchoari debet, nulla restaret Dominica tali Festo vacans, tunc Responsoria essent incipienda in illa Dominica, in qua historia incipitur, & Festum illud occurrens in alium diem transferri deberet. Excipiuntur Dominicæ contingentes in Festo Exaltationis sanctæ Crucis, vel in Octavis Nativitatis beatæ Virginis Mariæ, in quibus inchoatur quidem historia Tobiæ in Refectorio, sed ejus Responsoria differuntur ad sequentem Dominicam: licèt in ea Festum duodecim lectionum occurrat, quod propterea transfertur.

3. Responsoria verò Dominicalia à Calendis Novembris usque ad Octavas Pentecostes dicuntur intra hebdomadam nullo occurrente Festo: de quo fiat Officium. Et si propter occurrens Festum duodecim lectionum in ea Dominica, in qua erant inchoanda, non possunt inchoari, semper prima die quæ infra hebdomadam sine Festo occurrit, inchoantur: & tunc in sequenti Sabbato non dicitur magnum Responsorium.

4. Quoties etiam ipsa Responsoria repetuntur in Dominica, toties intra hebdomadam, quando primò postea sunt dicenda, à capite rursus incipiuntur: quod non fit quando in Dominica occurrit Festum duodecim lect. de quo celebratur: tunc enim Responsoria Dominicalia intra hebdomadam ab eo loco, in quo hebdomada præcedenti intermissa fuerant, continuantur.

5. Cæterùm de istis Dominicalibus Responsoriis quæ à Calendis Novembris usque ad Pentecosten cantantur, quarta, octava, & duodecima, quæ mutuantur, infra hebdomadam reticentur.

6. Excipiuntur à prædictis Dominicis, Dominicæ occurrentes inter Epiphaniam & Septuagesimam, quarum Responsoria non dicuntur intra hebdomadam, sed inchoantur in Dominica, quæ prima post oct. Epiphaniæ sine festo duodecim lectionum occurrit.

7. Ferialibus autem diebus propria Responsoria de psalterio sunt eodem tempore deputata.

8. Notandum insuper quòd omni tempore,

quando nova Reſponſoria in aliqua Dominica incipiuntur, quæ non fuerunt ante dicta, in Veſperis Sabbati præcedentis, magnum Reſponſorium cantamus, ſcilicèt ſecundum ex Dominicalibus; niſi ſit Feſtum ſolenne in dicto Sabbato, de quo Veſperæ ex integro ſint cantandæ. In Sabbato tamen quod Dominicæ Palmarum jungitur, cantamus ultimum Reſponſorium de Matutinis, & non ſecundum.

9. Sciendum inſuper quòd omnia Feſta duodecim lectionum, vel trium, & octavæ Feſtivales, habent Reſponſoria Feſto convenientia; & quoties Reſponſoria Solennitatum, Natalis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Euchariſtiæ, S. Joannis Baptiſtæ, Viſitationis, Aſſumptionis, Nativitatis beatiſſimæ Virginis Mariæ, & S. P. N. Brunonis, dicuntur cum duodecim lectionibus; toties repetuntur à principio poſteà, quoties cum tribus lectionibus rursùs incipi debent.

10. Reſponſoria verò, quæ in Feſtis trium lect. infra hebdomadam occurrentibus de Communi Sanctorum ſunt dicenda, licèt in præcedenti Feſto duodecim lect. dicta fuerint: non tamen rurſus incipiuntur, ſed ſemper ea dicuntur quæ à ſignis tabulæ monſtrantur dicenda.

De commemorationibus poſt Veſperas & Laudes faciendis.

1. COmmunes commemorationes (quas etiam ſuffragia vocamus) de Cruce, de Domina, de S. Joanne Baptiſta, S. Brunone, & omnibus Sanctis quotidie ad Veſperas & Laudes facimus, niſi quando fit Officium de aliqua Solennitate: tunc enim omnes illæ omittuntur. Et ſimiliter à Veſperis Sabbati præcedentis Dominicam in Paſſione incluſivè uſque ad ſecundam poſt octavas Paſchæ feriam, & infra octavas Pentecoſtes, & à Laudibus vigiliæ Natalis Domini incluſivè, uſque ad ſequentem poſt Circumciſionem Domini diem.

2. Commemorationem verò de Cruce à primis Veſperis primæ Dominicæ Adventus incluſivè, uſque ad ſecundam poſt octavas Paſchæ feriam, intermittimus: ſed & commemorationem de Domina ab iiſdem Veſp. uſque ad octav. Epiphaniæ incluſive: ſicut & infra octav. Viſitationis, Aſſumptionis, Nativitatis, & Conceptionis ipſius.

3. Speciales verò commemorationes ad Veſp. & Laudes, quando occurrunt, facimus: de Solennitate, de Feſto Capituli, de Feſto xii. lectionum, de Dominica, de octavis, de Feſto trium lect. de Adventu, de Quadrageſima, & de Feſtis ſolam commemorationem habentibus.

4. Pro hujuſmodi commemorationibus ſumitur ad Veſp. Aña quæ erat dicenda ad *Magnificat*, ſi Veſperæ dicendæ fuiſſent de eo, cujus ſit commem. cum verſiculo, qui dicendus fuiſſet poſt Hymnum Veſperarum: Et ad Laudes ſimiliter ſumitur Aña, quæ dicenda fuiſſet ad *Benedictus*, cum verſiculo dicendo poſt Hymnum Laudum: quod eſt regulariter obſervandum, niſi ſpecialiter aliud notetur.

5. Porrò de Solennitate nunquam facimus commemorationem in primis ejus Veſperis, præterquàm in Solennitatibus SS. Stephani, Joannis, & Innocentium. In ſecundis verò Veſperis Solennitatis, de ea non facimus commemorationem, niſi quando immediatè ſequitur aliud feſtum ſolenne; excepta Compaſſione beatiſſimæ Virginis Mariæ, ut ſuprà dictum eſt.

6. De Feſto Capituli vel duodecim lect. in primis ejus Veſperis nunquam fit commemor. niſi quando ſolenne Feſtum immediatè præcedit. In ſecundis autem ejus Veſperis fit de eo commemoratio, quoties aliud quodcumque Feſtum duode. lect. ſubſequitur.

7. De nullo unquam Feſto duodecim lectionum qualecumque fuerit, fit commem. ad Laudes.

8. De Dominica tamen ſemper fit commemoratio, tam in Laudibus, quàm in utriſque Veſperis, quotieſcumque de ea non fit Officium: excepta Dominica quæ contingit à die Natalis Domini, uſque ad Feſtum S. Thomæ Martyris incluſivè, de qua nec Officium, nec ulla commemoratio fit. Excepta etiam Dominica occurrente in vigilia Natalis Domini, de qua Dominica nulla fit commemor. in ſecundis Veſperis. De Dominicis etiam vacantibus aliquando ante Septuageſ. vel Adventum, nulla fit commemoratio.

9. Infra Octavas Paſchæ, Pentecoſtes, Natalis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Euchariſtiæ, S. Joannis Baptiſtæ, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, Viſitationis, Aſſumptionis, Nativitatis, Conceptionis glorioſiſſimæ Virginis, & S. P. N. Brunonis, ſemper aut fit Officium de Octavis, aut commem. ad Laudes & Veſperas etiamſi Feſtum ſolenne infra ipſas celebretur.

10. De Adventu Domini, & de jejunio Quadrageſimali quoties non fit Officium, ſemper fit commemoratio ad Laudes & Veſperas etiamſi Feſtum ſolenne in eis occurrat.

11. De jejunio autem temporali, & de Rogationibus, & de vigiliis Sanctorum nulla fit commemoratio ad Veſp. & Laudes.

12. De Feſto trium lect. contingente in Dominica, vel in aliquo Feſto Capituli, aut duodecim lect. aut Octavis feſtivalibus, fit commemoratio ad Veſperas & Laudes. De eo autem contingente in aliqua ſolennitate, nulla fit, niſi ad Miſſam commemoratio: præterquam de Martyribus Cor

nelio & Cypriano, de quibus in Solennitate Exaltationis S. Crucis ad utrasque Vesp. & Laudes fit commemoratio: propterea quòd de eis olim fiebat festum duodec. lect. De Octavis etiam S. Stephani in secundis Vesperis Circumcisionis fit comm. m.

De Ordine in commemorationibus ad Vesperas & Laudes servando.

1. QUando plures commemorationes speciales simul occurrunt faciendæ post Vesper. aut Laudes: secundùm ordinem quo hìc consequenter ponuntur, fieri debent.

De Festo xii. lectionum.
De Dominica.
De Octavis festivalibus.
De Festo trium lectionum, & de Sanctis per solam commemorationem transeuntibus.
De Adventu, & Quadragesimali jejunio.

2. Sciendum tamen est commemorationem de Dominica non semper præcedere commemorationem de Octavis festivalibus. Nam quando contingit commemorationem de Octavis Eucharistiæ, S. Joannis Baptistæ, SS. Apostol. Petri & Pauli, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis gloriosissimæ Virginis, vel S. P. N. Brunonis, simul cum commemoratione de Dominica fieri, commemoratio de Octavis præcedit.

3. Quando autem contingit commemorationem Dominicæ simul fieri cum commemorat. de Octavis Natalis Domini, Epiphaniæ, & Ascensionis, in Vesperis Sabbati priùs fit commemor. de Octavis: sed in Laudibus & Vesperis Dominicæ, priùs fit commemoratio de Dominica, quàm de Octavis.

4. Quando Oratio aliqua in commemoratione finitur sic, *Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum*, vel, *Dominus noster Jesus Christus Filius tuus*, vel, *Jesus Christus Filius tuus Dominus noster*: si alia adhuc commemoratio sequatur, statim respondetur, *Amen*: & in sola ultima commemoratione dicitur, *Per Dominum nostrum Jesum Christum.* In aliis verò dicitur, *Per Christum Dominum nostrum. Amen*: vel, *Qui vivis & regnas, &c.* Super qua etiam finali terminatione Collectarum, sunt notandi hi versus.

Per Dominum dicat, si Patrem quilibet orat.
Si Christum memores: Per eumdem dicere debes.
Si loqueris Christo, Qui vivis scire memento.
Qui tecum, si sit Collectæ finis in ipso.
Si memores Flamen, ejusdem dic prope finem.

De ordinatione Divini Officii, tam Canonici, quàm de Domina, ad omnes Horas,

1. AD Matutinas omni tempore, ter *Pater*, & *Ave Maria*, præmittimus, deinde, *Deus in adjutorium*, cum, *Gloria Patri*, & *alleluia*, vel, *laus tibi Domine*, dicimus. Postea ter versum, *Domine labia*, repetimus, subjungentes Psalmum, *Domine quid multiplicati sunt*, cum, *Gloria Patri.* Deinde Invitatorium cum Psalmo, *Venite*, Hymnum, & sex Psalmos ad primum Nocturnum cum una vel pluribus Antiphonis, pro ratione temporis, & versiculo post ultimam Antiphonam.

2. Excipiuntur tres dies ante Pascha, qui peculiarem habent ordinationem. Excipiuntur etiam dies feriales, qui ab Octavis Pentecostes usque ad Dominicam proximam Calendis Novembris occurrunt, in quibus Psalmus, *Venite*, dicitur sine Invitatorio.

3. Post ultimam Antiphonam & versiculum primi Nocturni, *Pater noster*, & *Ave Maria*, semel dicimus, & in omnibus diebus duodecim lectiones habentibus, statim post *Et ne nos*, addimus, *Suscipe Domine Jesu Christe.* Deinde quatuor lectiones cum totidem responsoriis post eas legimus præmissa ante singulas benedictione.

4. Postea, inchoata Antiphona, sex Psalmos rursum subjungimus cum una, vel pluribus Antiphonis, & versiculo in fine. Deinde rursum semel *Pater noster*, & *Ave Maria*, dicimus, subjungentes versum, *Exurge Domine*, & quatuor alias lectiones cum suis responsoriis præmissa ante singulas benedictione.

5. Postea tria Cantica cum unica Antiphona, & versiculo post eam dicimus, & iterum semel *Pater* & *Ave Maria*, cum versu, *Ostende nobis Domine.* Deinde quatuor de Homilia super Evangelium diei lectiones legimus cum suis responsoriis præmissa ante singulas benedictione.

6. Postremò Canticum, *Te Deum laudamus*, dicimus, subjungentes ei Evangelium diei cum, *Te decet laus*, & Oratione congrua. Sic persolvitur Matutinum omnibus diebus xii. lect. habentibus: sive Solennes, sive Capituli, sive simplices fuerint.

7. Diebus autem tres lectiones dumtaxat habentibus, persoluto primo Nocturno, sicut prædictum est, post versiculum & *Pater*, & *Ave Maria*, nullam deprecationem facimus: sed feriis 2. 4. & 6. versum *Exurge Domine*, & feriis 3. 5. & Sabbato versum, *Ostende*, subjungimus, deinde tres lectiones cum totidem magnis responsoriis præmissa ante singulas congrua benedictione, dicimus. Postea, sex adhuc Psalmos cum una, vel pluribus Añis, legimus: post ultimam Añam, Capitulum, & versiculum subjungentes, deinde ter, *Kyrie eleison*, ter, *Christe eleison*, & rursum ter, *Kyrie eleison*, quæ semper à Choro Prioris incipi debent, cum precibus ut in

Breviario habentur, & Oratione congrua, & *Dominus vobiscum*, & *Benedicamus* Domino, in fine.

8. Ab octavis autem Pentecostes usque ad Dominicam propinquiorem Calendis Novembris, ferialibus diebus quando fit Officium de feria, una tantùm lectio cum parvo responsorio legitur.

9. Laudes statim finita Oratione matutina sine *Benedicamus* Domino, diebus xii. lect. incipimus, dicentes, non præmisso *Pater noster*, nec ullo intervallo facto, *Deus in adjutorium, &c.* Ferialibus autem diebus quando dicimus *Exultabunt*. Eo finito breve facimus intervallum, & signo per Præsidentem dato pulsatur ad Laudes. quibus tunc præmittitur *Pater*, & *Ave Maria*, cum signo Crucis ante *Deus in adjutorium*. Cæterùm omni tempore ad Laudes, post *Deus in adjutorium*, sequitur *Gloria Patri*, *allel.* vel, *Laus tibi* Domine, & Psalm. *Deus misereatur nostri*: deinde tres Psalmos, Canticum unum diëi vel Festo congruum, dicimus, cum Psalmo *Laudate* Dominum *de cælis*, & duobus sequentibus dicimus, cum una vel pluribus Añis, proüt tempus postulaverit: postea Capitulum cum parvo responsorio, Hymno, versiculo, & Cantico *Benedictus* cum sua Aña persolvimus: subjungentes *Kyrie eleison.iii. Christe eleison. iii. Kyrie eleison.iii.* cum precibus proüt dictum est, & Oratione congrua, cum *Dominus vobiscum*, & *Benedicamus* Dom. Deinde si dies vel tempus postulaverit, dicuntur speciales, & communes commemorationes: post quarum ultimam rursus dicitur *Dominus vobiscum*, & *Benedicamus* Domino. Sic persolvuntur Laudes omni tempore.

10. Ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Vesperas, *Pater*, & *Ave Maria*, semel & sigillatim semper præmittimus, nisi quando immediatè ante aliquam dictarum Horarum aliquod officium est in Conventu persolutum, tunc enim finito tali officio, nullo facto intervallo, dictas Horas, à *Deus in adjutorium* incipimus. Idem fit quoties in privato duas Horas unam post aliam continuamus.

11. In Prima, Tertia, Sexta, & Nona, post *Deus in adjutor.* cum *Gloria Patri*, & *allel.* vel *laus tibi*, Hymnum semper dicimus. Postea, ad Primam diebus Dñicis, etiamsi non de Dñica, sed de Festo occurrente celebretur, semper subjungimus Psalm. *Beati immaculati in via*, cum tribus octonariis subsequentibus, & *Gloria Patri* in fine singulorum, & unica post omnes Aña: post quam, Capitulum cum versiculo dicitur, cum precibus propriis, proüt habentur in Breviario, usque ad, *Dñe Deus virtutum*, exclusivè, ante quod interponimus Symbolum, *Quicumque*: quo finito, loco, *Dñe Deus virtutum*, dicimus versum, *Benedicat nos Deus Deus noster*, cum Oratione *Omnipotens sempiterne Deus*. Et hæc Dominicis diebus nunquam variantur.

12. Cæteris verò diebus totius anni super hebdomadam, ad Primam post Hymnum tres Psalmos feriæ congruentes proüt ordinantur in Breviario cum Symbolo, *Quicumque*, & unica Aña in fine, continuè dicimus: deinde Capitulum cum versiculo, *Exurge Domine*, & precibus ad Primam propriis cum Oratione, *In hac hora*, vel *Domine Deus Pater omnipotens*, proüt tempus postulaverit, sicut in Breviario continetur: & *Dominus vobiscum*, ac *Benedicamus Domino* in fine. Et in privato statim addimus, *Pretiosa*, cum reliquis precibus in Breviario descriptis, quibus si dies sit Capituli, subjungitur Psalmus, *De profundis* cum precibus in Capitulo dici solitis.

13. Finita verò Prima, ad Tertiam, Sextam, & Nonam, post Hymnum tres Psalmi, proüt ordinati sunt in Breviario, cum unica Aña, Capitulo, & versiculo dicuntur: quibus preces, *Ego dixi*, *&c.* cum Oratione propria & *Dominus vobiscum*, ac *Benedicamus Domino*, in fine subjungimus.

14. Ad Vesperas post *Deus in adjutorium* cum suo *Gloria Patri*, *allel.* vel *Laus tibi*, dicimus quatuor Psalmos cum una vel pluribus Añis, proüt dies postulaverit: quibus subjungimus Capitulum cum responsorio parvo, vel magno juxta diëi exigentiam: deinde Hymnum, versiculum, Canticum *Magnificat* cum sua Aña, & precibus consuetis *Ego dixi* cum congrua Oratione, & *Dominus vobiscum*, ac *Benedicamus Domino* in fine: postea facimus commemorationes speciales, vel communes proüt occurrunt faciendæ, post quarum ultimam repetimus *Dominus vobiscum*, & *Benedicamus Domino*: & sic finiuntur Vesperæ. De Agenda sequente Vesperas in Conventu habetur suo loco.

15. Completorium semper persolvimus eodem modo proüt in Breviariis continetur: præmittentes *Pater*, *Ave Maria*, semel cum *Confiteor*, & *Misereatur*: deinde *Converte nos*. *Deus in adjutorium*, & *Gloria Patri*, cum suo *allelu-ia*, vel *Laus tibi*, dicimus: postea subjungimus tres Psalmos, & rursus *allelu-ia*, vel *Laus tibi*, pro Aña: deinde Hymnum, Capitulum, & versiculum, in cujus responsione addimus duplex *allelu-ia*, tempore Paschali: postremò preces proprias cum sua Oratione, & *Dominus vobiscum*, ac *Benedicamus Domino*, in fine. Atque sic finitur Completorium.

16. Qui solus dicit Officium, & qui nondum promotus ad Diaconatum cum aliis persolvit, ante *Benedicamus Domino*, non dicit *Dominus vobiscum*, sed *Domine exaudi orationem*.

17. Officium verò privatim de gloriosissima Dei genitrice ad omnes Horas omni tempore sic prorsus dicitur, sicut descriptum in illius Horis habetur. Nam ante Matutinas semper dicitur ter *Ave Maria*, & semel ante alias Horas singulas. Cæterum à Septuagesima usque ad Pascha loco *allelu-ia* dicitur, *Laus tibi*: & in Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio, per totum annum dicimus alterum illorum semel dumtaxat post *Deus in adjutorium*, & post Psalmos rursus illud loco Antiphonæ repetimus.

18. Vesperæ autem habent suam propriam Añam, sicut Matutinæ, & Laudes: post quas dicto *Deus venerunt gentes*, & *Ad te levavi* cum precibus adjunctis, quemadmodum post singulas ejus Horas dicere debemus, *Animæ omnium*, & *Salve Regina* cum versiculo, *Ave Maria*, & tribus tantùm Orationibus, scilicet *Famulorum*, *Ecclesiæ*, & *Ineffabilem*.

19. Verumtamen quando plures Horæ de ipsa beatissima Virgine per se, vel cum una, aut pluribus Horis de die, simul dicuntur, post ultimam tantùm Horam sive de Domina, sive de die fuerit, *Salve* subjungimus, præmisso *Animæ omnium*, ut dictum est, exceptis Vesperis, quibus semper subjungitur *Salve Regina*, etiamsi Officium canonicum absque intervallo sequatur.

20. Observandum præterea est, quòd tribus diebus ante Pascha ad Tertiam, Sextam, & Nonam, Psalmi mutantur.

De quibusdam Ceremoniis servandis in Officio Divino, quod privatim dicitur, tam de die, quàm de gloriosissima Virgine.

1. Notandum quòd per totum annum flexis genibus procumbentes, dicimus *Pater noster*, & *Ave Maria* ante omnes Horas, & *Gloria Patri*, usque ad *Sicut erat*, post *Deus in adjutorium*, & preces ad omnes Horas, cum suis Orationibus. Exceptis diebus occurrentibus à Pascha usque ad Oct. Pentecostes inclusivè, in quibus prædicta dicimus inclinati, sicut & alio tempore quibuscumque diebus duodecim lect. incipiendo à primis Vesperis inclusivè usque ad Completorium sequentis diëi inclusivè, & omnibus diebus à vigilia Natalis Domini, incipiendo à Laudibus ejus inclusivè usque ad Completorium Octav. Epiphaniæ inclusivè, & per totas Oct. Corporis Domini, S. Joannis Baptistæ, SS. Apost. Petri & Pauli, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis genitricis Dei, & S. P. N. Brunonis, incipiendo à primis Vesperis dictarum Solennitatum inclusivè, usque ad Completorium Octavarum inclusivè. Porrò quoties ad preces Horarum genua flectimus, Psalmum *Miserere mei Deus* cum illis dicimus: aliàs eum tacemus.

2. Quoties præmisso *Pater noster*, & *Ave Maria*, aliquam Horam inchoare debemus, antequam dicamus, *Deus in adjutorium*, vel *Domine labia*, vel *Converte nos*, signamus nos signaculo Crucis dicentes, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen*. Et postea caput inclinamus modicè & reverenter. Quando autem non præmisso *Pater*, & *Ave Maria*, Horam aliquam inchoamus, non signamus nos nec inclinamus.

3. Item quoties post aliquam Horam, vel quodlibet Divinum Officium persolutum, aliud non subjungimus: statim signamus, & inclinamus nos ante discessum.

4. Caput reverenter & modicè inclinamus quoties & ubicumque nomen *Jesu*, vel *Mariæ* Matris ejus, sive in Conventu, sive extra pronuntiamus, vel audimus.

5. Quoties pulsatur pro indulgentiis, dicimus ter flexis genibus, *Ave Maria*, veniam ante singula sumentes, id est, nudato capite locum ubi flexi sumus osculamur ad Dei honorem, & beatissimæ semper Virginis Mariæ.

6. Aliæ sunt veniæ, quas pro defectibus in Conventu tantùm, & non in cellis sumere debemus.

7. Non fiunt tam profundæ inclinationes in privato quàm in Conventu, ad evitandum Officii interruptiones.

8. Ante Horas de die *Pater noster*, & *Ave Maria* dicimus nudato capite, surgentesque signamus nos, & inclinamus: & sic Horas incipimus non tegentes, donec tam ad Matutinas, quàm ad cæteras Horas, Añam, cum versu primo primi Psalmi dixerimus. Ante versiculum lectiones præcedentem nudamus caput, nec illud cooperimus donec omnes lectiones, cum suis responsoriis finitæ fuerint, & Psalmi sequentis primum versum dixerimus. Lectiones autem cum responsoriis erecti dicimus, & dicto, *Tu autem*, inchoantes responsorium modicè inclinamus, & iterum post versum.

9. Quòd si soli Officium persolvamus, non est ante lectiones dicendum *Jube domne benedicere*, ipsæ tamen benedictiones præcedere debent lectiones. Et quandocumque legitur Evangelium aliquod inter divina, qui Sacerdos est, vel Diaconus tantùm, dicit etiam solus *Dominus vobiscum* non sibi respondens *Et cum spiritu tuo*. Reliqui verò inferiori, aut nullo Ordine sacro initiati, dicunt, *Domine exaudi orationem meam*.

10. Ad omnium Horarum Capitula nudamus caput, eisque dictis inclinamus; nec ipsum tegimus donec preces quæ sequuntur cum orationibus & commemorat. finitæ fuerint.

11. *Pretiosa*, post Primam, cum precibus adjunctis, nudatis capitibus, & proüt tempus postulaverit, genibus flexis, aut inclinati dicimus, sicut & preces ad Primam.

12. Ad Psalmodiam nunquam soli sedemus, nisi infirmitate, debilitate, aut alia necessitate exigente, sed stantes psallimus quamvis liceat sedibus nostris inniti, ut fit in Conventu.

13. Si verò plures simul dicant: alternatim servent morem Conventus. Et tunc Antiquior incipit, *Deus in adjutorium*, Hymnos, primos Psalmos in omnibus Nocturnis, Laudibus, & Horis: dat benedictiones ante omnes lectiones: exceptis quatuor lectionibus Homiliæ, quas ipse dicit cum responsoriorum versiculis. Dicit etiam Capitulum, inchoat *Kyrie eleison:* & preces ac omnes orationes, ac Evangelium legit. Inchoat etiam semper, *Te Deum. Domine quid multiplicati. Deus misereatur nostri. Benedictus*, & *Magnificat*. Junior autem incipit Invitatorium, dicit, *Venite*, & versiculos ante lectiones, & ante orationes in commemorationibus, parva responsoria cum suis versiculis, & *Gloria Patri*, item respondet Antiquiori ad capitula, preces, & orationes: subjungit *Benedicamus Domino* post Laudes, & Vesperas, & post commemorationes. Si tantùm tres sint lectiones, eas dicit cum responsoriorum versiculis. Si autem duodecim sunt, ad quatuor ultimas benedictionem largitur. Quòd si tres simul dicant Officium: ultimus dicit quatuor priores lectiones, secundus quatuor sequentes, & Antiquior quatuor ultimas.

14. Cæterùm qui lectiones legit, non dicit, *Et ne nos* non benedictiones largitur, sed alius, etiamsi non sit Diaconus. Et qui lectiones legit, responsorium sequens dicit cum aliis, sed versiculum solus, cum *Gloria Patri*, quando dicendum fuerit, nec tenetur repetere partem responsorii, nisi hujusmodi responsoria pro *Gloria Patri* repetenda essent ex integro. Simul omnes dicunt, *Domine ad adjuvandum me festina*, cum *Gloria Patri*, & *Sicut erat* sequenti, & Añam, *Salve Regina*: & omnes commemorationes. Cætera proüt cuique convenit, cum decenti semper distinctione in medio versus: & caveatur ne unus incipiat versum antequam alter suum finierit.

15. Cæterùm quoties aliqua simul dicunt, ea ita submissè dicant, ut alter non impediat alterius attentionem & devotionem.

16. Quoties septem Psalmi pœnitentiales, cum litaniis ex debito dicendi sunt, ut fit in Quadragesima ferialibus diebus: Psalmos, stando, aut sedibus innitendo, dicimus, capitibus coopertis, litanias autem & preces flexis genibus, & nudatis capitibus.

17. In privato Officio de Domina, omni tempore genua flectimus & capita nudamus ad *Ave Maria*, ante Horas: & *Salve Regina*, cum orationibus sequentibus. Ad Psalmos autem *Deus venerunt gentes*, &, *Ad te levavi*, cum sequentibus precibus, inclinamur quidem pro temporis exigentia, aut in genua provolvimur: sed nudata semper tenemus capita.

18. Totum insuper utrumque Missæ Officium, tam in Adventu, quàm reliquis anni temporibus dicendum, capita similiter nudata tenentes persolvimus: sicut Evangelium quoque *In principio erat* cum versu, *Te decet laus*, ac orationibus sequentibus, quando dici debet. Et dum in Officio Missæ, *Salve sancta parens*, primò incipitur, flexis genibus veniam sumimus, non autem cùm repetitur.

19. Dicimus prætereà nudatis capitibus, & flexis genibus, vel inclinati proüt tempus postulaverit, post Completorium, *Sancta Maria succurre*, cum subjuncta oratione, & ter *Pater noster*, ac toties *Ave Maria*.

20. Quoties post Evangelium *In principio erat*, dicitur versus, *Te decet laus*, cum subjunctis orationibus, profundè inclinamur. Et quando in lectione *Missus est*, ad Matutinas dicimus *Ave gratia plena*, sumimus veniam, nec surgimus donec dixerimus *Benedicta tu in mulieribus*. Sic sumitur veniam quoties incipimus Añam, *Sancta Maria succurre*, in Completorio, ad *Salve Regina*, post Horas, ad versiculum *Ave Maria*, dumque dicitur in Evangelio, *Et Verbum caro factum est*.

21. Quando plures simul persolvunt Officium Missæ, simul dicunt Introitum cum *Gloria Patri*, & *Gloria in excelsis*. Responsorium cum *Allelu-ia* sive Tractu, Offertorium, & Communionem: junior autem dicit Epistolam, Antiquior incipit *Gloria in excelsis*, legit Evangelium, & orationes, & dicit, *Benedicamus Domino*, in fine ultimæ orationis.

De modo cantandi & psallendi, ex Statutis nostris.

1. Quia boni Monachi officium est potiùs plangere quàm cantare, sic cantemus voce, ut planctus non cantus delectatio sit in corde: quod Dei gratia præveniente, fieri poterit, si ea quæ cantando, vanam, seu vitiosam delectationem afferunt, amputentur: ut est fractio & inundatio vocis, geminatio puncti, & similia, quæ potiùs ad curiositatem attinent, quàm ad devotum & simplicem cantum. Formam igitur psallendi teneamus, quàm docet B. Bernardus in serm. 47. super Cantica Canticor. de Officio divino, dicens sic. Ex Regula nostra nihil « operi Dei præponere licet. Quo quidem nomine, « laudum præconia, quæ Deo in oratorio persolvuntur quotidie, Pater ideò Benedictus voluit appellari, ut ex hoc clariùs aperiret, quàm nos operi illi vellet

esse intentos. Unde vos moneo (dilectissimi) purè semper & strenuè Divinis interesse laudibus : Strenuè quidem : ut sicut reverenter, ita & alacriter Domino assistatis. Non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra transilientes, non fractis & remissis vocibus muliebre quiddam balba de nare sonantes, sed virili, ut dignum est, & sonitu, & affectu, voces sancti Spiritus depromentes. Purè verò, ut nihil aliud dum psallitis, quàm quod psallitis cogitetis. Nec solas dico vitandas cogitationes vanas & otiosas : vitandæ sunt & illæ, illa dumtaxat hora & illo loco, quas officiales fratres pro communi necessitate quasi necessario frequenter admittere compelluntur. Sed ne illa quidem profectò recipere tunc consuluerim, quæ fortè paulò ante in claustro sedentes, in codicibus legeratis, qualia & nunc me viva voce differente ex hoc auditorio Spiritus sancti reportatis. Salutaria sunt, sed minimè illa salubriter inter psallendum revolvitis. Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit, quidquid aliud quàm debes, neglecto eo quod debes, obtuleris.

2. Psalmodiam non multùm protrahamus, sed rotunda & viva voce cantemus. Principium, medium, & finem versus, simul intonemus, & simul dimittamus. Punctum, hoc est, ultimam syllabam, seu notam medietatis, & finis versus, nullus teneat, sed citò dimittat.

3. Post medium versus, bonam pausam faciamus. Nullus ante alios incipere, & nimis currere præsumat, aut post alios nimium protrahere, vel punctum tenere. Simul cantemus, simul pausemus, semper ad voces aliorum auscultantes.

Hæc ex ordinario Divini Officii deprompta sunt.

DE QUIBUSDAM OFFICIIS DEFUNCTORUM GENERALIBUS.

De Officio Benefactorum nostrorum.

1. PRima die post Circumcisionem vacante, pro Benefactoribus nostris dicitur Agenda in Conventu : & singuli Sacerdotes singulas reddunt Missas, quarum prima redditur in Conventu à Priore, vel Vicario, vel utrisque impeditis ab Antiquiore. (Quod semper observatur cùm singuli Sacerdotes pro aliquo Officio singulas reddunt Missas) cæteræ autem Missæ privatim à cæteris Sacerdotibus persolvuntur. Orationes autem sunt hæ. *Inclina famulorum & famularum. Deus cui proprium* pro Tricenario currente, cum quatuor cæteris assuetis : & in Missa, *Omnipotens qui vivorum*, non autem in Agenda. Pro eodem Officio Monachi professi non celebrantes, & Moniales dicunt unum Psalterium, Conversi verò trecentas triginta Orationes Dominicas, & totidem salutationes Angelicas : Novitii verò nihil pro hoc Officio debent,

2. Circa Festum S. Antonii celebratur Officium recolendæ memoriæ Domini Talayrandi, Cardinalis Petragoricensis, cum Orationibus, *Da nobis Domine ut animam famuli tui Sacerdotis, atque Pontificis, Inclina famulorum & famularum tuarum, Deus cui proprium* in plurali pro Tricenariis, & quatuor assuetis.

3. Circa principium Martii celebratur Tricenarium Dominæ Joannæ reginæ Franciæ & Navarræ, cum qua comprehenditur ejus maritus Dominus Carolus, cum utriusque liberis : cujus Orationes sunt, *Inclina* in plurali, *Deus cui proprium* in plurali pro Tricenariis currentibus cum quatuor assuetis, & in Missa, *Omnipot. qui vivorum.*

4. Circa Festum S. Marci fit Tricenarium Domini Amblardi Episcopi Maurianensis, cujus Officii Orationes sunt, *Inclina famulorum & famularum tuarum, Deus cui proprium* in plurali pro Tricenariis currentibus, cum quatuor assuetis. Pro quolibet istorum trium Tricenariorum, non celebrantes literati professi dicere tenentur quinquaginta Psalmos, non literati, centum quinquaginta *Pater noster*, & *Ave Maria*, sine veniis.

5. Capitulum generale tenetur in hebdomada Dominicæ tertiæ post octav. Paschæ. Et reversis Prioribus à dicto Capitulo, vel recepta carta Capituli, debet persolvi in singulis domibus Ordinis quamprimum potest fieri Officium ipsius Capituli generalis, quod fit per omnia sicut Officium Benefactorum ut suprà dictum est. Porro Officium Capituli generalis est pro nostris parentibus, benefactoribus, caris, & familiaribus, vivis & defunctis, eisque qui ad Capitulum accesserunt, vel accedentibus charitatem exhibuerunt, & qui se orationibus nostri Ordinis commendaverunt.

6. Cùm Abbas Cluniacensis moritur, Agendam & Missam pro eo solvimus in Conventu, nec dicitur in ea, *Omnipotens qui vivorum.* Est autem hæc Missa ab hebdomadario reddenda.

7. Præterea circa Festum S. Lucæ facimus Offi-

cium pro Cluniacensibus, & pro cæteris in eodem Officio associatis. Pro eis itaque una Agenda dicitur in Conventu, & fit eodem modo per omnia sicut in Officio Benefactorum, ut suprà scriptum est, excepto quòd tertio loco repetitur Oratio, *Inclina*, pro Tricenario currente.

8. Altera post Solennitatem omnium Sanctorum die facimus cõmemorationem omnium Defunctorum, cujus Officii Vesperæ, sive *Placebo* post Vesper. præcedentis diëi statim à toto Conventu in choro permanente decantantur: residuum verò Agendæ integrum post Nocturna sequentis diëi dicetur, & Missa conventualis manè tempore congruo. Hujus autem Officii Orationes tam in Agenda quàm in Missa sunt, *Fidelium*, & pro Tricenariis currentibus, *Inclina*. Quòd si præsens Defunctus eadem die occurrat, dicitur secundo loco propria ejus Oratio, & postea, *Inclina*.

9. Similiter sequenti die post Festum Reliquiarum post Nocturna dicimus *Dirige*, & *Exultabunt*. Dehinc manè prima diëi persoluta, Missam præsente Conventu cantamus, & tam in Agenda quàm in Missa Oratio prima dicitur, *Deus veniæ largitor* pro fratribus nostris, hoc est, pro totius Ordinis nostri personis in Christo quiescentibus: secunda, *Inclina famulorum & famularum*, pro antecessoribus seu parentibus nostris defunctis: tertia *Deus cui proprium* in plurali pro Tricenariis currentibus: deinde, *Deus qui inter Apostolicos*, *Omnipotens sempiterne*, *Fidelium*, & in Missa additur in fine, *Omnipotens qui vivorum* pro nobisipsis, & benefactoribus nostris, tam vivis quàm mortuis. *Placebo* autem Agendæ hujus Officii dicitur præcedenti die ante Completorium ab unoquoque nostrûm in cellis.

De variis Officiis Defunctorum, & specialiter de Agenda.

1. VAria in Ordine nostro habemus Officia Defunctorum, distinctis nominibus designata: videlicet Agendam, Tricenarium, Anniversarium, Monachatum, Brevem, Precem generalem.

2. Porrò Agendam vocamus Officium pro Defunctis exolvendum, complectens Vesperas, Matutinas, & Laudes, prout in nostris horariis ordinantur.

3. Per totum autem annum singulis diebus post Vesperas, Agendam ab ipsius initio dicimus, exceptis tribus septimanis Paschæ, Pentecostes, & Natalis Domini, cum triduo ante Pascha, exceptis etiam omnibus diebus Dominicis, & Festis xii. lectionum, diebusque tam Dominicas quàm hujusmodi Festa immediatè præcedentibus.

4. Hoc autem pro Defunctis Officium uno eodemque modo cum novem lectionibus semper persolvendum est, quoties persolvi debet.

5. A Festo omnium Sanctorum usque ad Septuagesimam, diebus xii. lectionum, quos simile Festum non subsequitur, dicere tenemur Agendam pro Anniversariis.

6. A Septuagesima verò usque ad eamdem omnium Sanctorum Solennitatem, quamvis diebus prædictis non teneamur Agendam dicere, tamen primo post eos feriali die, post Nocturna tenemur dicere, *Exultabunt*, cujus Orationes sunt, *Inclina* in plurali cum quatuor assuetis.

7. Tricenarium aut est singulare, quod uni personæ peculiariter deputatur; aut est commune seu conjunctum, quod pro pluribus simul persolvitur.

8. Pro quolibet autem sive singulari, sive communi, dicitur Agenda integra cum Oratione propria.

9. Pro quolibet autem Tricenario, quod per cartam Capituli generalis injungitur singulæ personæ Ordinis professæ literatæ non celebrantes tenentur dicere viginti Psalmos, & Conversi 50. *Pater*, & *Ave Maria*. Pro aliis autem Tricenariis in Calendariis domorum descriptis, dictæ personæ dicunt 50. Psalm. & Conversi 150. *Pater*, & *Ave Maria*.

10. Anniversarium vocamus Officium mortuorum, quod singulis annis anniversario die obitus alicujus celebrandum occurrit: & propterea scribuntur nomina habentium Anniversarium in Calendariis domorum, & pro his solvitur Agenda.

11. Aliud est genus Anniversarii, quod privatum vocamus, pro quo dicitur tantùm *Placebo* usque ad *Dirige*, cum Orationibus *Inclina*. *Fidelium*, *Omnipotens qui vivorum*.

12. Monachatus est duplex. Simplex includit dumtaxat Tricenarium singulare & Anniversarium perpetuum. Monachatum cum psalteriis includit Tricenarium singulare, Anniversarium perpetuum, & insuper à quolibet literato debentur duo psalteria, in quorum uno in fine cujuslibet Psalmi dicendo versum *Requiem*, debet genibus flexis venia sumi; alterum autem cum versu *Requiem* dicitur, sed sine veniis. Occupati & debiles pro veniis persolvant Agendam. Sacerdotes possunt pro quinquagena Psalmorum reddere Missam.

Brevis Officium importat à qualibet persona Ordinis literata unam Agendam integram.

Habemus insuper Precem generalem & specialem.

De prædictis Officiis consule Ordinarium.

PSALTERIUM DISPOSITUM PER HEBDOMADAM,

CUM ORDINARIO OFFICII DE TEMPORE.

Secundum Usum & Morem ORDINIS CARTUSIENSIS.

Quotidie ante Primam & omnes Horas inclinati, vel flexis genibus pro ratione temporis dicimus secretò.

PAter noster qui es in cælis ꟸ sanctificétur nomen tuum: Advéniat regnum tuum ꟸ Fiat volúntas tua sicut in cælo & in terra: Panem nostrum quotidiánum da nobis hódiè ꟸ & dimitte nobis débita nostra, sicut & nos dimittimus debitóribus nostris: Et ne nos indúcas in tentatiónem ꟸ Sed líbera nos à malo ꟸ Amen.

AVe María grátia plena, Dóminus tecum, Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

Deinde surgentes signamus nos signaculo Crucis, & clara voce dicimus.

DEUS in adjutórium meum intende.

Dómine ad adjuvándum me festína.

Glória Patri, & Fílio: & Spirítui sancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sécula seculórum. Amen. Allelu-ia.

Sic dicitur (Allelu-ia) *ad omnes Horas per totum annum; Sed à Dominica in Septuagesima usque ad Vesperas Sabbati sancti exclusivè dicitur*, Laus tibi Dómine Rex ætérnæ glóriæ.

Hymnus.

JAm lucis orto sydere,
Deum precémur súpplices,
Ut in diúrnis áctibus,
Nos servet à nocéntibus.

Linguam refrænans témperet,
Ne litis horror ínsonet,
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes haúriat.

Sint pura cordis íntima,
Absístat & vecórdia,
Carnis terat supérbiam,
Potus cibíque párcitas.

Ut cùm dies abcéſſerit,
Noctémque ſors redúxerit,
Mundi per abſtinéntiam,
Ipſi canámus glóriam.
Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Filio,
Cum Spíritu Paracléto,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

DOMINICIS DIEBVS,
Ad Primam.

Antiphona. Allelu-ia.
Pſalmus. Beati immaculáti. *ut infra, pagina*

FERIA SECUNDA,
Ad Primam.

Antiphona. Servíte Dómino.

Pſalmus 1.

BEátus vir qui non ábiit in consílio impiórum : & in via peccatórum non ſtetit : & in cáthedra peſtiléntiæ non ſedit.

Sed in lege Dómini volúntas ejus : & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum, quod plantátum eſt ſecùs decúrſus aquárum : quod fructum ſuum dabit in témpore ſuo.

Et folium ejus non défluet : & ómnia quæcúmque fáciet, proſperabúntur.

Non ſic impii, non ſic : ſed tanquam pulvis, quem prójicit ventus à fácie terræ.

Ideò non reſúrgent ímpii in judício : neque peccatores in concilio juſtórum.

Quóniam novit Dóminus viam juſtórum : & iter impiorum períbit.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper : & in ſécula ſeculorum. Amen.

Pſalmus 2.

QUare fremuérunt gentes : & pópuli meditáti ſunt inánia ?

Aſtitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum : advérsùs Dóminùm, & advérsùs Chriſtum ejus.

Dirumpámus víncula eórum : & projiciámus à nobis jugum ipſórum.

Qui hábitat in cælis irridébit eos : & Dominus ſubſannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira ſua : & in furóre ſuo conturbábit eos.

Ego autem conſtitútus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus : prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me, Fílius meus es tu : ego hódie génui te.

Póſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam : & poſſeſſiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea : & tanquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc reges intelligite : erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre : & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite diſciplínam : nequándo iraſcatur Dóminus, & pereátis de via juſta.

Cùm exárſerit in brevi ira ejus : beáti omnes qui confídunt in eo.

Pſalmus 6.

DOmine ne in furóre tuo árguas me : neque in ira tua corrípias me.

Miſerére mei Dómine, quóniam infírmus ſum : ſana me Dómine quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbáta eſt valde : ſed tu Dómine úſquequò ?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam : ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : in inférno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo : lavábo per síngulas noctes lectum meum : lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus : inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me omnes qui operámini iniquitátem : quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant, & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : convertántur, & erubéscant valde velóciter.

Symbolum S. Athanasii.

QUicúmque vult salvus esse : ante ómnia opus est, ut téneat Cathólicam fidem.

Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit : absque dúbio in ætérnum peribit.

Fides autem Cathólica hæc est : ut unum Deum in Trinitáte, & Trinitátem in unitáte venerémur.

Neque confundéntes persónas : neque substántiam separántes.

Alia est enim persóna Patris : ália Filii, ália Spíritus sancti.

Sed Patris, & Filii, & Spíritus sancti una est Divínitas : æquális glória, coætérna Majéstas.

Qualis Pater, talis Filius : talis Spíritus sanctus.

Increátus Pater, increátus Filius : increátus Spíritus sanctus.

Imménsus Pater, imménsus Filius : imménsus Spíritus sanctus.

Ætérnus Pater, ætérnus Filius : ætérnus Spíritus sanctus.

Et tamen non tres ætérni : sed unus ætérnus.

Sicut non tres increáti, nec tres imménsi : sed unus increátus, & unus imménsus.

Símiliter omnípotens Pater, omnípotens Filius : omnípotens Spíritus sanctus.

Et tamen non tres omnipoténtes : sed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius : Deus Spíritus sanctus.

Et tamen non tres Dii : sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Filius : Dóminus Spíritus sanctus.

Et tamen non tres Domini : sed unus est Dóminus.

Quia sicut sigillátim unamquámque persónam, Deum ac Dóminum confitéri Christiána veritáte compéllimur : ita tres Deos, aut Dóminos dícere Cathólica religióne prohibémur.

Pater à nullo est factus : nec creátus nec génitus.

Filius à Patre solo est : non factus, nec creátus, sed génitus.

Spíritus sanctus a Patre & Filio : non factus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres : unus Filius, non tres Filii : unus Spíritus sanctus, non tres Spíritus sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius, aut postérius, nihil majus, aut minus : sed totæ tres Persónæ coætérnæ sibi sunt, & coæquáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam supra dictum est : & únitas in Trinitáte, & Trínitas in unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo salvus esse : ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad ætérnam salútem: ut incarnatiónem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta: ut credámus & confiteámur, quia Dóminus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Deus est ex substántia Patris ante sécula génitus: & homo est ex substántia matris in século natus.

Perféctus Deus: perféctus homo ex ánima rationáli & humána carne subsistens.

Æquális Patri secúndùm divinitátem: minor Patre secúndùm humanitátem.

Qui licet Deus sit, & homo: non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversióne divinitátis in carnem: sed assumptióne humanitátis in Deum.

Unus omninò non confusióne substántiæ: sed unitáte persónæ.

Nam sicut ánima rationális & caro unus est homo: ita Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salúte nostra, descéndit ad ínferos: tértia die resurréxit à mórtuis.

Ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos & mórtuos.

Ad cujus advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis: & redditúri sunt de factis própriis ratiónem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam: qui verò mala, in ignem ætérnum.

Hæc est fides Cathólica: quam nisi quisque fidéliter, firmitérque credíderit, salvus esse non póterit.

Antiph. Servíte Dómino in timóre.

Dominicis diebus, & festis xii. Lectionum, & infra Octavas Nativitatis Domini, Paschæ, & Pentecostes.

Ad Primam. Capitulum.

1. *Timoth.* 1. D.

REgi seculórum immortáli, invisíbili ✠ soli Deo honor, & glória: in sécula seculórum, Amen.

℞. Deo grátias.

Omni tempore ad Primam.

℣. Exúrge Dómine ádjuva nos.

℞. Et líbera nos propter nomen tuum.

In Adventu Domini, & xl. Dominicis diebus, & festis xii. Lectionum, & in Vigilia Nativitatis Domini.

Ad Primam. Capitulum.

Isaiæ. 33. A.

DOmine miserére nostri, te enim expectávimus ✠ esto bráchium nostrum in manè: & salus nostra in témpore tribulatiónis.

℞. Deo grátias. ℣. Exúrge.

Privatis diebus. Capitulum.

Zachar. 8. D.

PAcem & veritátem dilígite: dicit Dóminus omnípotens.

℞. Deo grátias. ℣. Exúrge Dómine.

Preces.

Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Christe eleison. Christe eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Ave María, *pagina* 1.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ✠

℞. Sed líbera nos à malo ✠

Symbolum Apostolorum.

CRedo in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli & terræ. Et in Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum. Qui concéptus est de Spíritu sancto, natus ex María Vírgine. Passus sub Póntio Piláto,

crucifixus, mórtuus, & sepúltus. Descéndit ad ínferos, tértia die resurréxit à mórtuis. Ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis. Inde ventúrus est judicáre vivos, & mórtuos.

Credo in Spíritum sanctum. Sanctam Ecclésiam Cathólicam. Sanctórum communiónem. Remissiónem peccatórum.

℣. Carnis resurrectiónem ✠

℟. Vitam ætérnam, Amen.

℣. Repleátur os meum laude ✠

℟. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitúdinem tuam ✠

℣. Dómine avérte fáciem tuam à peccátis meis ✠

℟. Et omnes iniquitátes meas dele ✠

℣. Cor mundum crea in me Deus ✠

℟. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis ✠

℣. Ne projícias me à fácie tua ✠

℟. Et Spíritum sanctum tuum ne aúferas à me.

℣. Redde mihi lætítiam salutáris tui ✠

℟. Et spíritu principáli confírma me.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo ✠

℟. A viro iníquo éripe me.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus ✠

℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

℣. Eripe me de operántibus iniquitátem ✠

℟. Et de viris sánguinum salva me.

℣. Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi ✠

℟. Ut reddam vota mea de die in diem ✠

℣. Exaúdi nos Deus salutáris noster ✠

℟. Spes ómnium fínium terræ, & in mari longè ✠

℣. Deus in adjutórium meum inténde ✠

℟. Dómine ad adjuvándum me festína ✠

℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortális ✠

℟. Miserére nobis ✠

℣. Bénedic ánima mea Dómino ✠

℟. Et ómnia quæ intra me sunt nómini sancto ejus ✠

℣. Bénedic ánima mea Dómino ✠

℟. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus ✠

℣. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis ✠

℟. Qui sanat omnes infirmitátes tuas ✠

℣. Qui rédimit de intéritu vitam tuam ✠

℟. Qui corónat te in misericórdia & miseratiónibus ✠

℣. Qui replet in bonis desidérium tuum ✠

℟. Renovábitur ut áquilæ juvéntus tua ✠

Confessio.

Confíteor Deo, & beátæ Maríæ, & ómnibus Sanctis & vobis fratres quia peccávi nimis, mea culpa, per supérbiam, cogitatióne, locutióne, ópere & omissióne; Precor vos, oráte pro me;

Misereátur vestri omnípotens Deus, per intercessiónem beátæ Maríæ, & ómnium Sanctórum, & dimíttat vobis ómnia peccáta vestra, & perdúcat ad vitam ætérnam ✠ ℟. Amen.

Si verò solus fueris.

Confessio.

Confíteor Deo, & tibi ô piíssima Dei Génitrix, & vobis omnes Sancti quia peccávi nimis, mea culpa, per supérbiam, cogitatióne, locutióne, ópere & omissióne; Precor te ô piíssima Dei Génitrix, & vos omnes Sancti, oráte pro me.

Absolutio.

Misereátur mei omnípotens Deus, per intercessiónem tuam ô piíssi-

ma Dei Genítrix, & vestram omnes Sancti, & dimíttat mihi ómnia peccáta mea, & perdúcat ad vitam ætérnam; Amen.

℣. Convérte nos Deus salutáris noster ✠

℟. Et avérte iram tuam à nobis ✠

℣. Dignáre Dómine die isto ✠

℟. Sine peccáto nos custodíre ✠

℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos.

℟. Quemádmodum sperávimus in te.

℣. Sacerdótes tui induántur justítiam ✠

℟. Et Sancti tui exúltent ✠

℣. Dómine salvos fac Reges ✠

℟. Et exaúdi nos in die qua invocavérimus te.

℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ ✠

℟. Et rege eos, & extolle illos usque in ætérnum ✠

℣. Fiat pax in virtúte tua ✠

℟. Et abundántia in túrribus tuis ✠

℣. Orémus pro fidélibus defúnctis ✠

℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis ✠

℣. Animæ famulórum tuórum requiéscant in pace ✠

℟. Amen.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus ✠

℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperántes in te.

℣. Pro ómnibus nobis bona faciéntibus ✠

℟. Retribúere dignáre Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen sanctum tuum, vitam ætérnam ✠

℣. Pro afflíctis & captívis ✠

℟. Libera eos Deus Israël ex ómnibus tribulatiónibus suis ✠

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam ✠

℟. Et clamor meus ad te véniat ✠

Privatis diebus. *Psalmus* 50.

MIserére mei Deus: secúndùm magnam misericórdiam tuam.

Et secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum: dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognosco: & peccátum meum contra me est semper

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: incérta & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestasti mihi.

Aspérges me hyssópo & mundábor: lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætitiam: & exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis: & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua: & Spíritum sanctum tuum ne aúferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: & spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: & impii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ: & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries: & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium dedíssem útique holocaústis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: cor contrítum & humiliátum Deus non despícies.

Benignè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes, & holocaústa : tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri, *&c.*

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.

℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus ✠

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam ✠ *vel*, Dóminus vobíscum ✠

Privatis diebus. *Oratio.*

DOmine Deus, Pater omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre fecísti : tua nos salva virtúte ✠ ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, nec ullum incurrámus perículum : sed semper ad tuam justítiam faciéndam omnis nostra áctio tuo moderámine dirigátur. Per Dóminum nostrum.

℣. Dómine exaúdi.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

In festis duodecim Lect. super hebdomadam, & infra Octav. Nativitatis Domini, Paschæ, & Pentecostes, & in Vigil. Nativit. Domini.

Oratio.

IN hac hora hujus diéi, tua nos quæsumus Dómine reple misericórdia : ut per totam diem exultántes, in tuis laudibus delectémur. Per Dóminum nostrum.

Dominicis diebus sive festum occurrat, sive non, dicto ℣. Dómine exaúdi. *cum suo* ℟. *Dicitur Symbolum S. Athanasii.* Quicumque vult, *ut supra, pag. 3. quo finito, sequitur;*

℣. Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus ✠

℟. Et métuant eum omnes fines terræ.

℣. Dómine exaúdi, *vel* Dóminus vobíscum ✠

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere ✠ & in poténtia majestátis adoráre unitátem : quæsumus, ut ejúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Finita Prima, singulis diebus semper dicitur ℣. Pretiósa in conspéctu Domini ✠

℟. Mors Sanctórum ejus ✠

Oratio.

SAncta María & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum Deum nostrum ✠ ut mereámur ab eo adjuvári & salvári, qui in Trinitáte perfécta vivit & regnat Deus : Per ómnia sécula seculórum ✠ Amen.

℣. Deus in adjutórium meum inténde. Dómine ad adjuvándum me festína ✠

Et dicitur trina vice, quando quis solus persolvit Divinum Officium, sed quando cum aliis, dicitur sena vice : sequitur Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ✠

℟. Sed líbera nos à malo ✠

℣. Réspice Dómine in servos tuos, & in ópera tua, & dírige fílios eórum ✠

℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige ✠

Gloria Patri, & Filio; *&c.*

Orémus ✠

DIrígere dignéris Dómine sancte Pater omnipotens, ætérne Deus, hódie corda & córpora nostra ✠ sensus, actus, & sermónes nostros, in lege

tua, & in opéribus mandatórum tuórum: ut hîc, & in ætérnum ſemper ſalvi, & líberi eſſe mereámur. Per Dóminum.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam †

℟. Et clamor meus ad te véniat †

℣. Benedicámus Dómino †

℟. Deo grátias †

Subjungitur Dominicis diebus & Capituli. *Pſal.* De profúndis.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine †

℟. Et lux perpétua lúceat eis †

Pater noſter. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem †

℟. Sed líbera nos à malo †

℣. A porta ínferi †

℟. Erue Dómine ánimas eórum †

℣. Dóminus vobíſcum † *vel* Dómine exaúdi † Orémus † Inclína Dómine. Præténde, & Omnípotens ſempitérne Deus, qui vivórum.

℣. Requiéſcant in pace † ℟. Amen.

FERIA TERTIA AD PRIMAM.

Hymnus. Jam lucis. *pag.* 1.

Antiphona. Dómine Deus.

Pſalmus 7.

DOmine Deus meus in te ſperávi: ſalvum me fac ex ómnibus perſequéntibus me, & líbera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam meam: dum non eſt qui rédimat, neque qui ſalvum fáciat.

Dómine Deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iníquitas in mánibus meis.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala: décidam méritò ab inimícis meis inánis.

Perſequátur inimícus ánimam meam, & comprehéndat: & concúlcet in terra vitam meam: & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua: & exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandáſti: & ſynagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me Dómine ſecúndùm juſtítiam meam: & ſecúndùm innocéntiam meam ſuper me.

Conſumétur nequítia peccatórum: & díriges juſtum, ſcrutans corda & renes Deus.

Juſtum adjutórium meum à Dómino: qui ſalvos facit rectos corde.

Deus judex juſtus, fortis, & pátiens: nunquid iráſcitur per ſíngulos dies?

Niſi converſi fuéritis, gládium ſuum vibrábit: arcum ſuum teténdit, & parávit illum.

Et in eo parávit vaſa mortis: ſagíttas ſuas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injuſtítiam: concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum: & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus: & in vérticem ipſíus iníquitas ejus deſcéndet.

Confitébor Dómino ſecúndùm juſtítiam ejus: & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Pſalmus 8.

DOmine Dóminus noſter: quàm admirábile eſt nomen tuum in univérſa terra.

Quóniam eleváta eſt magnificéntia tua: ſuper cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecíſti laudem propter inimícos tuos: ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera

digitórum tuórum : lunam, & ſtellas, quæ tu fundáſti.

Quid eſt homo quòd memor es ejus ? aut filius hóminis, quóniam víſitas eum?

Minuiſti eum paulóminus ab Angelis: glória & honóre coronáſti eum : & conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum.

Omnia ſubjecíſti ſub pédibus ejus : oves & boves univérſas : ínſuper & pécora campi.

Vólucres cæli, & piſces maris : qui perámbulant ſémitas maris.

Dómine Dóminus noſter : quàm admirábile eſt nomen tuum in univérſa terra.

Pſalmus 9.

CONfitébor tibi Dómine in toto corde meo : narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor, & exultábo in te : pſallam nómini tuo Altíſſime.

In converténdo inimícum meum retrórſum : infirmabúntur, & períbunt à fácie tua.

Quóniam feciſti judícium meum, & cauſam meam : ſediſti ſuper thronum qui júdicas juſtítiam.

Increpáſti gentes, & périit ímpius : nomen eórum deléſti in ætérnum, & in ſǽculum ſǽculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem : & civitátes eórum deſtruxiſti.

Périit memória eórum cum ſónitu : & Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parávit in judício thronum ſuum : & ipſe judicábit orbem terræ in æquitáte: judicábit pópulos in juſtítia.

Et factus eſt Dóminus refúgium paúperi : adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et ſperent in te qui novérunt nomen tuum : quóniam non dereliquíſti quæréntes te Dómine.

Pſállite Dómino, qui hábitat in Sion : annuntiáte inter gentes ſtúdia ejus.

Quóniam requírens ſánguinem eórum recordátus eſt : non eſt oblitus clamórem paúperum.

Miſerére mei Dómine : vide humilitátem meam de inimícis meis.

Qui exáltas me de portis mortis : ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion.

Exultábo in ſalutári tuo : infíxæ ſunt gentes in intéritu, quem fecérunt.

In láqueo iſto, quem abſcondérunt : comprehénſus eſt pes eórum.

Cognoſcétur Dóminus judícia fáciens: in opéribus mánuum ſuárum comprehénſus eſt peccátor.

Convertántur peccatóres in inférnum: omnes gentes, quæ obliviſcúntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit paúperis : patiéntia paúperum non períbit in finem.

Quicúmque vult. *pagina 3.*

Ant. Dómine Deus meus in te ſperávi.

Capitulum, ℣. *Preces*, &c. *ut ſupra pagina 4.*

FERIA QUARTA, AD PRIMAM.

Hymnus. Jam lucis. *pag. 1.*

Antiph. Exúrge Dómine.

Diviſio Pſalmi 9.

EXúrge Dómine, non confortétur homo : judicéntur gentes in conſpéctu tuo.

Conſtítue Dómine legiſlatórem ſuper eos : ut ſciant gentes, quóniam hómines ſunt.

Ut quid Dómine receſſíſti longè : déſpicis in opportunitátibus, in tribulatióne ?

Dum ſupérbit ímpius, incénditur pau-

per: comprehendúntur in consíliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in desidériis ánimæ suæ: & iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor: secúndùm multitúdinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspéctu ejus: inquinátæ sunt viæ illíus in omni témpore.

Auferúntur judícia tua à fácie ejus: ómnium inimicórum suórum dominábitur.

Dixit enim in corde suo: Non movébor à generatióne in generatiónem sine malo.

Cujus maledictióne os plenum est, & amaritúdine, & dolo: sub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occúltis: ut interfíciat innocéntem.

Oculi ejus in paúperem respíciunt: insidiátur in abscóndito, quasi leo in spelúnca sua.

Insidiátur, ut rápiat paúperem: rápere paúperem, dum áttrahit eum.

In láqueo suo humiliábit eum: inclinábit se, & cadet, cùm dominátus fúerit paúperum.

Dixit enim in corde suo, Oblítus est Deus: avértit fáciem suam, ne vídeat in finem.

Exúrge Dómine Deus, exaltétur manus tua: ne oblivíscáris paúperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum? dixit enim in corde suo, Non requíret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consíderas: ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus est pauper: órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & malígni: quærétur peccátum illíus, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum, & in séculum séculi: peribítis gentes de terra illíus.

Desidérium paúperum exaudívit Dóminus: præparatiónem cordis eórum audívit auris tua.

Judicáre pupíllo, & húmili: ut non appónat ultra magnificáre se homo super terram.

Psalmus 10.

IN Dómino confído: quómodo dícitis ánimæ meæ, Transmígra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum: paravérunt sagittas suas in pháretra: ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo: Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in paúperem respíciunt: pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat justum & ímpium: qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: ignis, & sulphur, & spíritus procellárum, pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus & justítias diléxit: æquitátem vidit vultus ejus.

Psalmus 11.

SAlvum me fac Dómine, quóniam defécit sanctus: quóniam diminútæ sunt veritátes à fíliis hóminum.

Vana locúti sunt unusquísque ad próximum suum: lábia dolósa, in corde, & corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus univérsa lábia dolósa: & linguam magníloquam.

Qui dixérunt Linguam nostram magnificábimus: lábia nostra à nobis sunt: quis noster Dóminus est?

Propter miſériam inopum, & gémitum paúperum: nunc exúrgam, dicit Dóminus.

Ponam in ſalutári : fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia caſta : argéntum igne examinátum : probátum terræ purgátum ſéptuplum.

Tu Dómine ſervábis nos, & cuſtódies nos : à generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant : ſecúndùm altitúdinem tuam, multiplicáſti fílios hóminum.

Quicúmque vult. *pag. 3.*

Ant. Exúrge Dñe, non præváleat homo.

Capitulum, ℣. *Preces*, &c. *ut pag.* 4.

FERIA QUINTA, AD PRIMAM.

Antiph. Cantábo Dómino.

Pſalmus 12.

USquequò Dómine oblíviſcéris me in finem? úſquequò avértis fáciem tuam à me.

Quámdiu ponam consília in ánima mea : dolórem in corde meo per diem?

Uſquequò exaltábitur inimícus meus ſuper me? réſpice, & exáudi me Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte : nequándo dicat inimícus meus, præválui advérſus eum.

Qui tribulant me, exultábunt, ſi motus fúero : ego autem in miſericórdia tua ſperávi.

Exultábit cor meum in ſalutári tuo : cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi: & pſallam nómini Dómini altiſſimi.

Pſalmus 13.

DIxit insípiens in corde ſuo : Non eſt Deus.

Corrúpti ſunt, & abomínábiles facti ſunt in ſtúdiis ſuis : non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Dóminus de cælo proſpéxit ſuper fílios hóminum : ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt : non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Sepúlchrum patens eſt guttur eórum : linguis ſuis dolosè agébant : venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne & amaritúdine plenum eſt : velóces pedes eórum ad effundéndum ſánguinem.

Contrítio, & infelícitas in viis eórum : & viam pacis non cognovérunt : non eſt timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóſcent omnes qui operántur iniquitátem : qui dévorant plebem meam ſicut eſcam panis?

Dóminum non invocavérunt : illic trepidavérunt timóre ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne juſta eſt : consílium ínopis confudíſtis : quóniam Dóminus ſpes ejus eſt.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſraël? cùm avérterit Dóminus captivitátem plebis ſuæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſraël.

Pſalmus 14.

DOmine quis habitábit in tabernáculo tuo? aut quis requiéſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingréditur ſine mácula : & operátur juſtítiam.

Qui lóquitur veritátem in corde ſuo : qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit próximo ſuo malum : & oppróbrium non accépit advérsùs próximos ſuos.

Ad níhilum dedúctus eſt in conſpéctu ejus malígnus : timéntes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo ſuo, & non décipit: qui pecúniam ſuam non dedit ad uſú-

ram: & múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc: non movébitur in ætérnum.

Quicúmque vult. *pag.* 3.

Antiph. Cantábo Dómino qui bona tribuit mihi.

Capit. ℣. *Preces*, &c. *pag.* 4.

FERIA SEXTA, AD PRIMAM.

Antiph. Consérva me Dómine.

Psalmus 15.

CONsérva me Dómine, quóniam sperávi in te: dixi Dómino, Deus meus es tu: quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui sunt in terra ejus: mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum: póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus: nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ, & cálicis mei: tu es qui restítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: étenim hæréditas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: ínsuper & usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper: quóniam à dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, & exultávit lingua mea; ínsuper & caro mea requiéscet in spe.

Quoniam non derelínques ánimam meam in inférno: nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vitæ: adimplébis me lætitia cum vultu tuo: delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

Psalmus 16.

EXaúdi Dómine justítiam meam: inténde deprecatiónem meam.

Aúribus pércipe oratiónem meam: non in lábiis dolósis.

De vultu tuo judícium meum pródeat: óculi tui víderant æquitátes.

Probásti cor meum, & visitásti nocte: igne me examinásti, & non est invénta in me iníquitas.

Ut non loquátur os meum ópera hóminum: propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis: ut non moveántur vestígia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudísti me Deus: inclína aurem tuam mihi, & exaúdi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas: qui salvos facis sperántes in te.

A resisténtibus déxteræ tuæ custódi me: ut pupíllam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me: à fácie impiórum qui me afflixérunt.

Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt: ádipem suum conclusérunt: os eórum locútum est supérbiam.

Projiciéntes me, nunc circumdedérunt me: óculos suos statuérunt declináre in terram.

Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam: & sicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exúrge Dómine, præveni eum, & supplánta eum: éripe ánimam meam ab ímpio: frámeam tuam ab inimícis manus tuæ.

Dómine, à paucis de terra dívide eos in vita eórum: de abscónditis tuis adimplétus est venter eórum.

Saturáti sunt fíliis: & dimisérunt re-

liquias ſuas párvulis ſuis.

Ego autem in juſtítia apparébo conſpéctui tuo : ſatiábor cùm apparúerit glória tua.

Pſalmus 17.

Diligam te Dómine fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberátor meus.

Deus meus, adjútor meus : & ſperábo in eum.

Protéctor meus, & cornu ſalútis meæ : & ſuſcéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum : & ab inimícis meis ſalvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis: & torréntes iniquitátis conturbavérunt me

Dolóres inférni circumdedérunt me : præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum : & ad Deum meum clamávi.

Et exaudívit de templo ſancto ſuo vocem meam : & clamor meus in conſpéctu ejus, introívit in aures ejus.

Commóta eſt, & contrémuit terra : fundaménta móntium conturbáta ſunt, & commóta ſunt : quóniam irátus eſt eis.

Aſcéndit fumus in ira ejus : & ignis à fácie ejus exárſit : carbónes ſuccénſi ſunt ab eo.

Inclinávit cælos, & deſcéndit : & calígo ſub pédibus ejus.

Et aſcéndit ſuper Chérubim, & volávit : volávit ſuper pennas ventórum.

Et póſuit ténebras latíbulum ſuum : in circúitu ejus tabernáculum ejus : tenebróſa aqua in núbibus áëris.

Præ fulgóre in conſpéctu ejus nubes tranſiérunt : grando & carbónes ignis.

Et intónuit de cælo Dóminus : & Altíſſimus dedit vocem ſuam : grando & carbónes ignis.

Et miſit ſagíttas ſuas, & diſſipávit eos : fúlgura multiplicávit, & conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum : & reveláta ſunt fundaménta orbis terrárum.

Ab increpatióne tua Dómine : ab inſpiratióne ſpíritus iræ tuæ.

Miſit de ſummo, & accépit me : & aſſúmpſit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíſſimis, & ab his qui odérunt me : quóniam confortáti ſunt ſuper me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ: & factus eſt Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem : ſalvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecúndùm juſtítiam meam : & ſecúndùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi.

Quia cuſtodívi vias Dómini : nec ímpiè geſſi à Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conſpéctu meo : & juſtítias ejus non répuli à me.

Et ero immaculátus cum eo : & obſervábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecúndùm juſtítiam meam : & ſecúndùm puritátem mánuum meárum in conſpéctu oculórum ejus.

Quicúmque vult. *pag.* 3.

Antiph. Conſérva me Dómine, quóniam ſperávi in te.

Capitulum, ℣. *Preces*, *ut pag.* 4.

SABBATO AD PRIMAM.

Antiph. Vivit Dóminus.

Diviſio Pſalmi 17.

Cum ſancto ſanctus eris : & cum viro innocénte ínnocens eris.

Et cum elécto eléctus eris : & cum pervérſo pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem ſalvum fácies: & óculos ſuperbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam Dómine : Deus meus illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne : & in Deo meo transgrédiar murum.

Deus meus impollúta via ejus : elóquia Dómini igne examináta : protéctor est ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? aut quis Deus præter Deum nostrum ?

Deus qui præcínxit me virtúte : & pósuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tanquam cervórum : & super excélsa státuens me.

Qui docet manus meas ad prælium : & posuísti ut arcum æreum bráchia mea.

Et dedísti mihi protectiónem salútis tuæ : & déxtera tua suscépit me.

Et disciplina tua corréxit me in finem : & disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me : & non sunt infirmáta vestígia mea.

Pérsequar inimícos meos, & comprehéndam illos : & non convértar donec defíciant.

Confríngam illos nec póterunt stare : cadent subtus pedes meos.

Et præcinxísti me virtúte ad bellum : & supplantásti insurgéntes in me subtus me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum : & odiéntes me dispérdidísti.

Clamavérunt, nec erat qui salvos fáceret : ad Dóminum : nec exaudívit eos.

Et commínuam eos ut púlverem ante fáciem venti : ut lutum platéárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli : constítues me in caput géntium.

Pópulus, quem non cognóvi, servívit mihi : in audítu auris obedívit mihi.

Filii aliéni mentíti sunt mihi : fílii aliéni inveteráti sunt : & claudicavérunt à sémitis suis.

Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus : & exaltétur Deus salútis meæ.

Deus qui das vindíctas mihi, & subdis pópulos sub me : liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me : à viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus Dómine : & nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes Regis ejus : & fáciens misericórdiam Christo suo David : & sémini ejus usque in séculum.

Psalmus 18.

CÆli enárrant glóriam Dei : & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum : & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes : quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : & ipse tanquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam : à summo cælo egréssio ejus.

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : nec est qui se abscóndat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta convértens ánimas : testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda : præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus pérmanens in séculum séculi : judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum & lápidem

pretióſum multum : & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea : in cuſtodiéndis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit? ab occúltis meis munda me : & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : & meditátio cordis mei in conſpéctu tuo ſemper.

Dómine adjútor meus : & redémptor meus.

Pſalmus 19.

EXaúdiat te Dóminus in die tribulatiónis : prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de ſancto : & de Sion tueátur te.

Memor ſit omnis ſacrifícii tui : & holocaúſtum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi ſecúndùm cor tuum : & omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in ſalutári tuo : & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : nunc cognóvi quóniam ſalvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum.

Exaúdiet illum de cælo ſancto ſuo : in potentátibus ſalus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis : nos autem in nómine Dómini Dei noſtri invocábimus.

Ipſi obligáti ſunt, & cecidérunt : nos autem ſurréximus, & erécti ſumus.

Dómine ſalvum fac regem : & exaúdi nos in die, qua invocavérimus te.

Quicúmque vult. *pag.* 3.

Antiph. Vivit Dóminus, & benedíctus Deus ſalútis meæ.

Capitulum , ℣. *Preces* &c. *pag.* 4.

Nota quod quotidie ante Matutinas dicimus ter Pater noſter, *&* Ave Maria, *inclinati, vel genibus flexis, pro ratione temporis.*

DOMINICIS DIEBUS,

Ad Matutinas.

DEus in adjutórium meum inténde. Dómine ad adjuvándum me feſtina.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto.

Sicut erat in princípio.

Allelu-ia. *vel* Laus tibi Dómine rex ætérnæ glóriæ.

℣. Dómine lábia mea apéries, & os meum annuntiábit laudem tuam. *Ter dicitur, & ſequitur poſtea,*

Pſalmus 3.

DOmine, quid multiplicáti ſunt qui tríbulant me? multi inſúrgunt advérsùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ : non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem Dómine ſuſcéptor meus es : glória mea, & exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi : & exaudívit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormívi, & ſoporátus ſum : & exurréxi, quia Dóminus ſuſcépit me.

Non tímebo míllia pópuli circumdántis me : exúrge Dómine, ſalvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percuſsíſti omnes adverſántes mihi ſine cauſa : dentes peccatórum contrivíſti.

Dómini eſt ſalus : & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

Supradicta eodem ritu quotidie ad Matutinas dicuntur, exceptis tribus diebus ante Paſcha.

Singulis annis in prima Dominica quæ poſt Octavas Pentecoſtes, & Octa-

vas Epiphaniæ occurrit sine xii. Lectionum festo, in Choro cui contingit, inchoatur semper Invitatorium,

In manu tua Dómine : Omnes fines terræ.

Psalmus. Veníte.

In altera verò Dominica quæ sine xii. Lectionum festo in alio Choro contingit, Invitatorium,

Adorémus Dóminum : Qui fecit nos.

Psalmus 94.

VEníte exultémus Dómino, jubilémus Deo salutári nostro : præoccupémus fáciem ejus in confessióne, & in psalmis jubilémus ei.

Invitatorium.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & rex magnus super omnes Deos ; quóniam non repéllet Dóminus plebem suam; quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipse cónspicit.

Divisio.

Quóniam ipsíus est mare, & ipse fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte adorémus, & procidámus ante Deum : plorémus coram Dómino qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster ; nos autem pópulus ejus, & oves páscuæ ejus.

Invitatorium.

Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne secúndùm diem tentatiónis in desérto ; ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, & vidérunt ópera mea.

Divisio.

Quadragínta annis próximus fui generatióni huic, & dixi, Semper hi errant corde ; ipsi verò non cognovérunt vias meas, quibus jurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam.

Invitatorium.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto; Sicut erat in princípio & nunc, & semper, & in sécula seculórum. Amen.

Divisio.

Deinde iterum reincipitur Invitatorium ex integro.

DOMINICIS ET FERIALIBUS diebus, ad Matutinas.

Hymnus.

ÆTérne rerum cónditor,
Noctem diémque qui regis,
Et témporum das témpora,
Ut álleves fastídium.

Præco diéi jam sonat,
Noctis profúndæ pérvigil;
Noctúrna lux viántibus
A nocte noctem ségregans.

Hoc excitátus Lúcifer,
Solvit polum calígine;
Hoc omnis errórum chorus
Viam nocéndi déserit.

Hoc nauta vires cólligit,
Pontíque mitéscunt freta;
Hoc, ipsa petra Ecclésiæ,
Canénte, culpam díluit.

Surgámus ergo strénuè,
Gallus jacéntes éxcitat,
Et somnoléntos íncrepat,
Gallus negántes árguit.

Gallo canénte spes redit,
Ægris salus refúnditur,
Mucro latrónis cónditur,
Lapsis fides revértitur.

Jesu labántes réspice,
Et nos vidéndo córrige;
Si réspicis, lapsus cadunt,
Fletúque culpa sólvitur.

Tu lux refúlge sénsibus,
Mentísque somnum díscute;
Te nostra vox primùm sonet
Et vota solvámus tibi.

Patri ſit glória,
ue ſoli Filio,
Spíritu Paracléto,
ınc & in perpétuum. Amen.

PRIMO NOCTURNO.

tiph. Dómine.

Pſalmus 20.

Omine in virtúte tua lætábitur rex: & ſuper ſalutáre tuum exul- veheménter.

ſidérium cordis ejus tribuíſti ei: & ntáte labiórum ejus non fraudáſti

uóniam præveníſti eum in bene- ónibus dulcédinis: poſuíſti in cá- ejus corónam de lápide pretióſo.

tam pétiit à te, & tribuíſti ei: lon- dinem diérum in ſéculum, & in lum ſéculi.

agna eſt glória ejus in ſalutári tuo: iam & magnum decórem impónes r eum.

uóniam dabis eum in benedictiónem éculum ſéculi: lætificábis eum in dio cum vultu tuo.

uóniam rex ſperat in Dómino: & in ericórdia Altiſſimi non commové- ır.

veniátur manus tua ómnibus inimí- tuis: déxtera tua invéniat omnes te odérunt.

ones eos ut clibanum ignis in témpo- ultus tui: Dóminus in ira ſua con- bábit eos: & devorábit eos ignis.

uctum eórum de terra perdes: & en eórum à fíliis hóminum.

uóniam declinavérunt in te mala: itavérunt consília, quæ non potué- t ſtabilíre.

uóniam pones eos dorſum: in relí- ís tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua: can- tábimus & pſallémus virtútes tuas.

Pſalmus 21.

DEus Deus meus réſpice in me: quare me dereliquíſti? longè à ſalúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus clamábo per diem, & non exaúdies: & nocte, & non ad inſipién- tiam mihi.

Tu autem in ſancto hábitas: laus Iſraël.

In te ſperavérunt patres noſtri: ſpera- vérunt, & liberáſti eos.

Ad te clamavérunt, & ſalvi facti ſunt: in te ſperavérunt, & non ſunt confúſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo: oppróbrium hóminum, & abjéctio ple- bis.

Omnes vidéntes me, deriſérunt me: locúti ſunt lábiis, & movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum: ſal- vum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxíſti me de ventre: ſpes mea ab ubéribus matris meæ: in te projéctus ſum ex útero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne diſcéſſeris à me.

Quóniam tribulátio próxima eſt: quó- niam non eſt qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi: tau- ri pingues obſedérunt me.

Aperuérunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rápiens, & rúgiens.

Sicut aqua effúſus ſum: & diſpérſa ſunt ómnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tanquam cera liquéſcens: in médio ventris mei.

Aruit tanquam teſta virtus mea: & lin- gua mea adhæſit faúcibus meis: & in púlverem mortis deduxíſti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi: concílium malignántium obſé- dit me.

Fodérunt manus meas, & pedes meos: dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Ipsi verò consideravérunt, & inspexérunt me: divisérunt sibi vestiménta mea: & super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem Dómine ne elongáveris auxílium tuum à me: ad defensiónem meam cónspice.

Erue à frámea Deus ánimam meam: & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis: & à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: in médio Ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum laudáte eum: univérsum semen Jacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israël: quóniam non sprevit, neque despéxit deprecatiónem paúperis.

Nec avértit fáciem suam à me: & cùm clamárem ad eum exaudívit me.

Apud te laus mea in Ecclésia magna: vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent paúperes, & saturabúntur: & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: vivent corda eórum in séculum séculi.

Reminiscéntur & converténtur ad Dóminum: univérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspéctu ejus: univérsæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini est regnum: & ipse dominábitur géntium.

Manducavérunt, & adoravérunt omnes pingues terræ: in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet: & semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: & annutiábunt cæli justítiam ejus pópulo qui nascétur, quem fecit Dó-minus.

Antiphona. Dómine in virtúte tua læ-tábitur rex.

Antiphona. Dóminus regit me.

Psalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mi- déerit: in loco páscuæ ibi m- collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me- ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justitiæ propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio um-bræ mortis, non timébo mala: quó-niam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus: ipsa m- consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam: ad-vérsùs eos, qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: & calix meus inébrians quàm præclárum est!

Et misericórdia tua subsequétur me ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini: i- longitúdinem diérum.

Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitúdo eju- orbis terrárum, & univérsi q- hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus, & mundo corde qui non accépit in vano ánimam suam nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino & misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras : & elevámini portæ æternáles : & introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? Dóminus fortis & potens : Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras : & elevámini portæ æternáles : & introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ ? Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ.

Antiph. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit : in loco páscuæ ibi me collocávit.

Antiph. Oculi mei.

Psalmus 24.

AD te Dómine, levávi ánimam meam : Deus meus in te confido non erubéscam.

Neque irrídeant me inimíci mei : étenim univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes : supervácuè.

Vias tuas Dómine demónstra mihi : & sémitas tuas édoce me.

Dirige me in veritáte tua, & doce me : quia tu es Deus salvátor meus : & te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine : & misericordiárum tuárum, quæ à século sunt.

Delícta juventútis meæ, & ignorántias meas : ne memíneris.

Secúndùm misericórdiam tuam meménto mei tu : propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus : propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in judício : docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini, misericórdia & véritas : requiréntibus testaméntum ejus, & testimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo : multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum ? legem státuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur : & semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum : & testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum : quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére mei : quia únicus, & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt : de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum : & dimítte univérsa delícta mea.

Réspice inimícos meos quóniam multiplicáti sunt : & ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, & érue me : non erubéscam, quóniam sperávi in te.

Innocéntes & recti adhæsérunt mihi : quia sustínui te.

Líbera Deus, Israël : ex ómnibus tribulatiónibus suis.

Psalmus 25.

JUdica me Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingréssus sum : & in Dómino sperans non infirmábor.

Proba me Dómine, & tenta me : ure renes meos, & cor meum.

Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est : & complácui in veritáte tua.

Non sedi cum concílio vanitátis : & cum iníqua geréntibus non introíbo.

Odívi ecclésiam malignántium : & cum ímpiis non sedébo.

Lavábo inter innocéntes manus meas : & circúmdabo altáre tuum Dómine.

Ut áudiam vocem laudis : & enár-

rem univérſa mirabília tua.

Dómine diléxi decórem domus tuæ : & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam : & cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum mánibus iniquitátes ſunt : déxtera eórum repléta eſt munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréſſus ſum : rédime me, & miſerére mei.

Pes meus ſtetit in diréĉto : in Eccléſiis benedícam te Dómine.

Ant. Oculi mei ſemper ad Dóminum.

℣. Exaltáre Dómine in virtúte tua.

℟. Cantábimus & pſallémus virtútes tuas.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Antiph. Dóminus.

Pſalmus 26.

Dominus illuminátio mea, & ſalus mea : quem timébo ?

Dóminus protéĉtor vitæ meæ : à quo trepidábo ?

Dum apprópiant ſuper me nocéntes : ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei : ipſi infirmáti ſunt, & cecidérunt.

Si consiſtant advérsùm me caſtra : non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsùm me prælium : in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram : ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini : & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcóndit me in tabernáculo ſuo in die malórum : protéxit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me : & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis : cantábo, & pſalmum dicam Dómino.

Exaúdi Dómine vocem meam, qua clamávi ad te : miſerére mei, & exaúdi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea : fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam à me : ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto, ne derelínquas me : neque deſpícias me Deus ſalutáris meus.

Quóniam pater meus, & mater mea, dereliquérunt me : Dóminus autem aſſúmpſit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua : & dírige me in ſémitam reĉtam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me : quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui : & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini : in terra vivéntium.

Expéĉta Dóminum, viríliter age : & confortétur cor tuum, & ſúſtine Dóminum.

Pſalmus 27.

Ad te Dómine clamábo, Deus meus ne ſíleas à me : nequándo táceas à me : & aſſimilábor deſcendéntibus in lacum.

Exaúdi Dómine vocem deprecatiónis meæ dum oro ad te : dum extóllo manus meas ad templum ſanĉtum tuum.

Ne ſimul trahas me cum peccatóribus : & cum operántibus iniquitátem ne perdas me.

Qui loquúntur pacem cum próximo ſuo : mala autem in córdibus eórum.

Da illis ſecúndùm ópera eórum : & ſecúndùm nequítiam adinventiónum ipſórum.

Secúndùm ópera mánuum eórum tríbue illis : redde retributiónem eórum ipsis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, & in ópera mánuum ejus: déstrues illos, & non ædificábis eos.

Benedíctus Dóminus : quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus, & protéctor meus : in ipso sperávit cor meum, & adjútus sum.

Et reflóruit caro mea : & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis suæ : & protéctor salvatiónum Christi sui est.

Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ : & rege eos, & extólle illos usque in ætérnum.

Antiph. Dóminus defénsor vitæ meæ.

Antiph. Adoráte Dóminum.

Psalmus 28.

AFférte Dómino fílii Dei : afférte Dómino fílios aríetum.

Afférte Dómino glóriam & honórem: afférte Dómino glóriam nómini ejus : adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas : Deus majestátis intónuit : Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte : vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros : & confrínget Dóminus cedros Líbani.

Et comminuet eas tanquam vítulum Líbani : & diléctus quemádmodum fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis : vox Dómini concutiéntis desértum : & commovébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, & revelábit condénsa : & in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit : & sedébit Dóminus rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit : Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Psalmus 29.

EXaltábo te Dómine quóniam suscepísti me : nec delectásti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus clamávi ad te : & sanásti me.

Dómine eduxísti ab inférno ánimam meam : salvásti me à descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino Sancti ejus : & confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus : & vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus : & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea : non movébor in ætérnum.

Dómine : in voluntáte tua præstitísti decóri meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam à me : & factus sum conturbátus.

Ad te Dómine clamábo : & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in sánguine meo : dum descéndo in corruptiónem.

Numquid confitébitur tibi pulvis : aut annuntiábit veritátem tuam ?

Audívit Dóminus, & misértus est mei: Dóminus factus est adjútor meus.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi : conscidísti saccum meum, & circumdedísti me lætítia.

Ut cantet tibi glória mea, & non compúngar : Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.

Antiph. Adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

Antiph. In tua justítia.

Psalmus 30.

IN te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum : in justítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam : accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem, & domum refúgii : ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu : & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi : quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum : redemísti me Dómine Deus veritátis.

Odísti observántes vanitátes : supervácuè.

Ego autem in Dómino sperávi : exultábo, & lætábor in misericórdia tua.

Quóniam respexísti humilitátem meam : salvásti de necessitátibus ánimam meam.

Nec conclusísti me in mánibus inimíci : statuísti in loco spatióso pedes meos.

Miserére mei Dómine, quóniam tríbulor : conturbátus est in ira óculus meus : ánima mea & venter meus.

Quóniam defécit in dolóre vita mea : & anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea : & ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimícos meos factus sum oppróbrium & vicínis meis valde : & timor notis meis.

Qui vidébant me, foras fugérunt à me : oblivióni datus sum, tanquam mórtuus à corde.

Factus sum tanquam vas pérditum : quóniam audívi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu.

In eo dum convenírent simul advérsùm me : accípere ánimam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi Dómine : dixi, Deus meus es tu : in mánibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum : & à persequéntibus me.

Illústra fáciem tuam super servum tuum : salvum me fac in misericórdia tua : Dómine non confúndar, quóniam invocávi te.

Erubéscant ímpii, & deducántur in inférnum : muta fiant lábia dolósa.

Quæ loquúntur advérsùs justum iniquitátem : in supérbia & in abusióne.

Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ Dómine : quam abscondísti timéntibus te.

Perfecísti eis qui sperant in te : in conspéctu filiórum hóminum.

Abscóndes eos in abscóndito faciéi tuæ : à conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo : à contradictióne linguárum.

Benedíctus Dóminus : quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte muníta.

Ego autem dixi in excéssu mentis meæ : projéctus sum à fácie oculórum tuórum.

Ideo exaudísti vocem oratiónis meæ : dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum omnes Sancti ejus : quóniam veritátem requíret Dóminus : & retríbuet abundánter faciéntibus supérbiam.

Viríliter ágite, & confortétur cor vestrum : omnes qui sperátis in Dómino.

Psalmus 31.

BEáti quorum remíssæ sunt iniquitátes : & quorum tecta sunt peccáta.

Beátus vir, cui non imputávit Dóminus peccátum : nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt ossa mea: dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua: convérsus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cógnitum tibi feci: & injustitiam meam non abscóndi.

Dixi, Confitébor advérsùm me injustitiam meam Dómino: & tu remisisti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis Sanctus: in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum: ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me: exultátio mea érue me à circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, & ínstruam te in via hac, qua gradiéris: firmábo super te óculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intelléctus.

In camo & fræno maxíllas eórum constringe: qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris: sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino & exultáte justi: & gloriámini omnes recti corde.

Ant. In tua justitia líbera me Dómine.

℣. Memor fui nocte nóminis tui Dómine.

℟. Et custodívi legem tuam.

IN TERTIO NOCTURNO.

Antiph. Allelu-ia.

Canticum. *Isaiæ* 33.

DOmine miserére nostri, te enim exspectávimus: esto bráchium nostrum in mane: & salus nostra in témpore tribulatiónis.

A voce Angeli fugérunt pópuli: & ab exaltatióne tua dispérsæ sunt gentes.

Et congregabúntur spólia vestra sicut collígitur bruchus: velut cùm fossæ plenæ fúerint de eo.

Magnificátus est Dóminus, quóniam habitávit in excélso: implévit Sion judício & justítia: & erit fides in tempóribus tuis.

Divítiæ salútis sapiéntia & sciéntia: timor Dómini ipse est thesaúrus ejus.

Ecce vidéntes clamábunt foris: Angeli pacis amárè flebunt.

Dissipátæ sunt viæ: cessávit tránsiens per sémitam: írritum, factum est pactum: projécit civitátes, non reputávit hómines.

Luxit, & elánguit terra: confúsus est Líbanus, & obsórduit.

Et factus est Saron sicut desértum: & concússa est Basan, & Carmélus.

Nunc consúrgam, dicit Dóminus: nunc exaltábor, nunc sublevábor.

Canticum. *Isaiæ* 33.

AUdíte qui longè estis, quæ fécerim, dícit Dóminus: & cognóscite vicíni fortitúdinem meam.

Contérriti sunt in Sion peccatóres: possédit tremor hypócritas.

Quis póterit habitáre de vobis cum igne devoránte? quis habitábit ex vobis cum ardóribus sempitérnis?

Qui ámbulat in justítiis, & lóquitur veritátem: qui prójicit avarítiam ex calúmnia: & éxcutit manus suas ab omni múnere.

Qui obtúrat aures suas ne áudiat sánguinem: & claudit óculos suos ne vídeat malum.

Iste in excélsis habitábit: muniménta saxórum sublímitas ejus: panis ei datus est: aquæ ejus fidéles sunt.

Regem in decóre suo vidébunt óculi

ejus : cernent terram de longè : cor tuum meditábitur timórem.

Canticum. Ecclesiastici 36.

MIserére Dómine plebi tuæ, super quam invocátum est nomen tuum: & Israel, quem coæquásti primogénito tuo.

Miserére civitáti sanctificatiónis tuæ Jerúsalem : civitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis : & glória tua pópulum tuum.

Da testimónium his qui ab inítio creatúræ tuæ sunt : & súscita prædicatiónes, quas locúti sunt in nómine tuo prophétæ prióres.

Da mercédem sustinéntibus te, ut prophétæ tui fidéles inveniántur : & exaudi oratiónes servórum tuórum.

Secúndùm benedictiónem Aaron de pópulo tuo : & dírige nos in viam justítiæ.

Et sciant omnes qui hábitant terram : quia tu es Deus conspéctor seculórum.

Antiph. Allelu-ia. *iv.*

℣. Média nocte surgébam ad confiténdum tibi.

℟. Super judícia justificatiónis tuæ.

Ultimo responsorio cum suo Glória Patri. *finito, sequitur Canticum S. Ambrosii & S. Augustini.*

TE Deum laudámus : te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem : omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli : tibi cæli & univérsæ Potestátes.

Tibi Chérubim & Séraphim incessábili voce proclámant.

Sanctus.

Sanctus.

Sanctus.

Dóminus Deus Sabáoth.

Pleni sunt cæli & terra : majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus Apostolórum chorus.

Te Prophetárum laudábilis númerus.

Te Mártyrum candidátus laudat exércitus.

Te per orbem terrárum : sancta confitétur Ecclésia.

Patrem imménsæ majestátis.

Venerándum tuum verum : & únicum Fílium.

Sanctum quoque Paraclétum Spíritum.

Tu rex glóriæ Christe.

Tu Patris sempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum susceptúrus hóminem : non horruísti Vírginis úterum.

Tu devícto mortis acúleo : aperuísti credéntibus regna cælórum.

Tu ad déxteram Dei sedes : in glória Patris.

Judex créderis esse ventúrus.

Hic accipimus veniam.

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni : quos pretióso sánguine redemísti.

Ætérna fac cum Sanctis tuis glória munerári.

Salvum fac pópulum tuum Dómine : & bénedic hæreditáti tuæ.

Et rege eos : & extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in séculum : & in séculum séculi.

Dignáre Dómine die isto : sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri Dómine : miserére nostri.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos : quemádmodum sperávimus in te.

In te Dómine sperávi : non confúndar in ætérnum.

Sequitur Dóminus vobíscum. *& Evangelium*

gelium : quo dicto, respondetur. Amen. *Tunc addit Sacerdos*: Te decet laus, te decet hymnus, tibi glória Deo Patri, & Filio, cum sancto Spíritu in sécula seculórum. Amen.

Sequitur Oratio Dominicalis, si fiat de Dominica, & habet suam conclusionem, & responso Amen. *Sequuntur Laudes.*

AD LAUDES.

DEus in adjutórium meum inténde. Dómine ad adjuvándum me festína.

Glória Patri, & Fílio, *&c.*

Psalmus 66.

DEus misereátur nostri, & benedícat nobis : illúminet vultum suum super nos : & misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exúltent gentes : quóniam júdicas pópulos in æquitáte : & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus : confiteántur tibi pópuli omnes : terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus : & métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri, & Fílio, *&c.*

Psalmus præcedens omni die dicitur ad Laudes post Deus in adjutórium.

Antiph. Allelu-ia. *Psalm.* Miserére mei Deus, *ut supra pag. 6.*

Psalmus 117.

COnfitémini Dómino quóniam bonus : quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israël, quóniam bonus : quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum : quóniam in séculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor : non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor : & ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino : quàm confídere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino : quàm speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me : & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me : & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes : & exarsérunt sicut ignis in spinis : & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem : & Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus : & factus est mihi in salútem.

Vox exultatiónis & salútis : in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem : déxtera Dómini exaltávit me : déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam : & narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus : & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítiæ : ingréssus in eas confitébor Dómino : hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me : & factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes : hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud : & est

mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: exultémus, & lætémur in ea.

O Dómine salvum me fac: ô Dómine bene prosperáre: benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis: usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi: Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me: & factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in séculum misericórdia ejus.

Psalmus 62.

DEus Deus meus: ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea: quàm multiplíciter tibi caro mea.

In terra desérta, & ínvia, & inaquósa, sic in sancto appárui tibi: ut vidérem virtútem tuam, & glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea: & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum in matutínis meditábor in te: quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo: adhæsit ánima mea post te: me suscépit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam: introíbunt in inferióra terræ: tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo: laudabúntur omnes qui jurant in eo: quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Antiph. Allelu-ia. *iv.*

Antiph. Benedíctus es.

Canticum. *Daniel.* 3.

BEnedícite ómnia ópera Dómini Dómino: laudáte & superexaltáte eum in sécula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cælos sunt Dómino: benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol & luna Dómino: benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber & ros Dómino: benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis & æstus Dómino: benedícite frigus & æstus Dómino.

Benedícite rores & pruína Dómino: benedícite gelu & frigus Dómino.

Benedícite glácies & nives Dómino: benedícite noctes & dies Dómino.

Benedícite lux & ténebræ Dómino: benedícite fúlgura & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum: laudet, & superexáltet eum in sécula.

Benedícite montes & colles Dómino: benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: benedícite mária & flúmina Dómino.

Benedícite cete & ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino: benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ & pécora Dómino: benedícite fílii hóminum Dómino.

Benedícat Israël Dóminum: laudet & superexáltet eum in sécula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dó-

mino : benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite Spíritus & ánimæ justórum Dómino : benedícite sancti & húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Misaël Dómino : laudáte & superexaltáte eum in sécula.

Benedicámus Patrem, & Fílium, cum sancto Spíritu : laudémus, & superexaltémus eum in sécula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli : & laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sécula.

Antiph. Benedíctus es Dómine in throno regni tui, & superlaudábilis, & superexaltátus in sécula.

Antiph. Allelu-ia.

Psalmus 148.

LAudáte Dóminum de cælis : laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : laudáte eum omnes Virtútes ejus.

Laudáte eum sol & luna : laudáte eum omnes stellæ & lumen.

Laudáte eum cæli cælórum : & aquæ omnes quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit & facta sunt : ipse mandávit, & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in séculum séculi : præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra : dracónes & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum : quæ fáciunt verbum ejus.

Montes & omnes colles : ligna fructífera, & omnes cedri.

Béstiæ, & univérsa pécora : serpéntes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli : príncipes, & omnes júdices terræ.

Júvenes, & vírgines, senes cum junióribus, laudent nomen Dómini : quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cælum & terram : & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : fíliis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Psalmus 149.

CAntáte Dómino cánticum novum : laus ejus in Ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum : & filii Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : in tympano, & psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória : lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus : increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscríptum : glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus : laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : laudáte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : laudáte eum in psaltério, & cíthara.

Laudáte eum in tympano, & choro : laudáte eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cymbalis bene sonán-

tibus : laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Antiph. Allelu-ia, allelu-ia.

Capitulum. *Apoc.* 7.

Benedíctio, & cláritas, & ſapiéntia, & gratiárum actio, honor, & virtus, & fortitúdo Deo noſtro : in ſécula ſeculórum, Amen.

℟. Deo grátias.

℟. Hæc eſt dies, quam fecit Dóminus.

℟. Hæc eſt dies, quam fecit Dóminus.

℣. Exultémus, & lætémur in ea.

℟. Hæc eſt dies, quam fecit Dóminus.

℣. Glória Patri, & Fílio, *&c.*

℟. Hæc eſt dies, quam fecit Dóminus.

Hymnus.

Splendor patérnæ glóriæ,
De luce lucem próferens :
Lux lucis, & fons lúminis,
Diem dies illúminans.

Verúſque Sol illábere,
Micans nitóre pérpeti :
Jubárque ſancti Spíritus
Infúnde noſtris ſénſibus.

Votis vocémus & Patrem,
Patrem perénnis glóriæ,
Patrem poténtis grátiæ
Culpam relégēt lúbricam.

Infórmet actus ſtrénuos,
Dentem retúndat ínvidi,
Caſus ſecúndet áſperos,
Donet geréndi grátiam.

Mentem gubérnet & regat,
Caſto, fidéli córpore :
Fides calóre férveat,
Fraudis venéna néſciat.

Chriſtúſque nobis ſit cibus,
Potúſque noſter ſit fides :
Læti bibámus ſóbriam
Ebrietátem ſpíritus.

Lætus dies hic tránſeat,
Pudor ſit ut dilúculum :
Fides velut merídies,
Crepúſculum mens néſciat.

Auróra curſus próvehit,
Auróra totus pródeat,
In Patre totus Fílius,
Et totus in Verbo Pater.

Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paracléto :
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Dóminus regnávit.

℟. Decórem indútus eſt.

Ad Benedictus, Antiphona quæ pro tempore currit.

Canticum. *Luc.* 1.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël : quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ.

Et eréxit cornu ſalútis nobis : in domo David púeri ſui.

Sicut locútus eſt per os Sanctórum : qui à ſéculo ſunt Prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis noſtris : & de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam miſericórdiam cum pátribus noſtris : & memorári teſtaménti ſui ſancti.

Juſjurándum quod jurávit ad Abraham patrem noſtrum : datúrum ſe nobis.

Ut ſine timóre de manu inimicórum noſtrórum liberáti : ſerviámus illi.

In ſanctitáte & juſtítia coram ipſo : ómnibus diébus noſtris.

Et tu puer Prophéta Altíſſimi vocáberis : præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus : in remiſſiónem peccatórum eórum.

Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri : in quibus viſitávit nos óriens ex alto.

Illumináre his qui in ténebris, & in

umbra mortis sedent : ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

PRECES AD OMNES HORAS.

Kyrie eleison, *ter*. Christe eleison, *ter*. Kyrie eleison, *ter*.

Pater noster. Ave María. *ut pag.* 1.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ✠

℟. Sed líbera nos à malo ✠

℣. Ego dixi Dómine miserére mei ✠

℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi ✠

℣. Convértere Dómine úsquequo.

℟. Et deprecábilis esto super servos tuos ✠

℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos.

℟. Quemádmodum sperávimus in te.

℣. Sacerdótes tui induántur justítiam ✠

℟. Et sancti tui exúltent ✠

℣. Dómine salvos fac Reges ✠

℟. Et exaúdi nos in die qua invocavérimus te.

℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ ✠

℟. Et rege eos, & extólle illos usque in ætérnum ✠

℣. Fiat pax in virtúte tua ✠

℟. Et abundántia in túrribus tuis ✠

℣. Orémus pro fidélibus defúnctis ✠

℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis ✠

℣. Animæ famulórum tuórum requiéscant in pace ✠

℟. Amen.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus ✠

℟. Salvos fac servos tuos Deus meus sperántes in te.

℣. Pro ómnibus nobis bona faciéntibus ✠

℟. Retribúere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen sanctum tuum, vitam ætérnam ✠

℣. Pro afflictis & captívis ✠

℟. Libera eos Deus Israël ex ómnibus tribulatiónibus suis ✠

℣. Dómine exaúdi.

℟. Et clamor.

Diebus ferialibus dicitur Psalmus Miserére mei Deus.

Glória Patri, & Filio, *&c.*

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.

℟. Et osténde fáciem tuam & salvi érimus ✠

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat, *vel* Dóminus vobíscum ✠

Orémus ✠

Oratio illa quæ dicenda contigerit, proüt hora cantata postulaverit.

FERIA SECUNDA, ad Matutinas.

Invitatorium. Venite exultémus Dómino. *Psalmus.* Jubilémus Deo, *ut supra, pag.* 16.

Nota, quòd ab Octava Pentecost. usque ad Dominicam proximam Calend. Novemb. diebus ferialibus, in quibus nullum trium vel duodecim Lectionum festum occurrit, non dicitur Invitatorium, sed post Psalmum, Dómine quid multiplicáti, *dicitur sequens*

Psalmus 94.

VEníte exultémus Dómino : jubilémus Deo salutári nostro.

Præoccupémus fáciem ejus in confessióne : & in psalmis jubilémus ei.

Quóniam Deus magnus Dóminus : & Rex magnus super omnes Deos.

Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ : & altitúdines móntium ipsíus sunt.

Quóniam ipsíus est mare, & ipse fecit

illud: & siccam manus ejus formavérunt.

Veníte adorémus, & procidámus, & plorémus ante Dóminum qui fecit nos: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Et nos pópulus páscuæ ejus: & oves manus ejus.

Hódie si vocem ejus audiéritis: nolíte obduráre corda vestra.

Sicut in irritatióne: secúndùm diem tentatiónis in desérto.

Ubi tentavérunt me patres vestri: probavérunt me, & vidérunt ópera mea.

Quadragínta annis offénsus fui generatióni illi: & dixi, Semper hi errant corde.

Et isti non cognovérunt vias meas: ut jurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam.

Hymnus. Ætérne rerum. *pag.* 16.

IN PRIMO NOCTURNO.

Antiph. Rectos decet.

Psalmus 32.

EXultáte justi in Dómino: rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cíthara: in psaltério decem chordárum psallite illi.

Cantáte ei cánticum novum: bene psallite ei in vociferatióne.

Quia rectum est verbum Dómini: & ómnia ópera ejus in fide.

Díligit misericórdiam & judícium: misericórdia Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cæli firmáti sunt: & spíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesaúris abyssos.

Tímeat Dóminum omnis terra: ab eo autem commoveántur omnes inhabitántes orbem.

Quóniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandávit, & creáta sunt.

Dóminus díssipat consília géntium: réprobat autem cogitatiónes populórum: & réprobat consília príncipum.

Consílium autem Dómini in ætérnum manet: cogitatiónes cordis ejus in generatióne & generatiónem.

Beáta gens cujus est Dóminus, Deus ejus: pópulus, quem elégit in hæreditátem sibi.

De cælo respéxit Dóminus: vidit omnes fílios hóminum.

De præparáto habitáculo suo: respéxit super omnes, qui hábitant terram.

Qui finxit sigillátim corda eórum: qui intélligit ómnia ópera eórum.

Non salvátur rex per multam virtútem: & gigas non salvábitur in multitúdine virtútis suæ.

Fallax equus ad salútem: in abundántia autem virtútis suæ non salvábitur.

Ecce óculi Dómini super metuéntes eum: & in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Ut éruat à morte ánimas eórum: & alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dóminum: quóniam adjútor & protéctor noster est.

Quia in eo lætábitur cor nostrum: & in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos: quemádmodum sperávimus in te.

Psalmus 33.

BEnedícam Dóminum in omni témpore: semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea: aúdiant mansuéti, & læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum: & exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dóminum, & exaudívit me: & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini: &

facies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus exaudívit eum : & de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum : & erípiet eos.

Gustáte, & vidéte quóniam suávis est Dóminus : beátus vir, qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes sancti ejus : quóniam non est inópia timéntibus eum.

Divites eguérunt, & esuriérunt : inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Veníte fílii, audíte me : timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam : díligit dies vidére bonos ?

Próhibe linguam tuam à malo : & lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo, & fac bonum : inquire pacem, & perséquere eam.

Oculi Dómini super justos : & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala : ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justi, & Dóminus exaudívit eos : & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt corde : & húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes justórum : & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum : unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima : & qui odérunt justum delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum : & non delínquent omnes qui sperant in eo.

Antiph. Rectos decet collaudátio.

Antiph. Expúgna.

Psalmus 34.

JUdica Dómine nocéntes me : expúgna impugnántes me.

Apprehénde arma & scutum : & exúrge in adjutórium mihi.

Effúnde frámeam & conclúde advérsùs eos, qui persequúntur me : dic ánimæ meæ, salus tua ego sum.

Confundántur & revereántur : quæréntes ánimam meam.

Avertántur retrórsum, & confundántur : cogitántes mihi mala.

Fiant tanquam pulvis ante fáciem venti : & Angelus Dómini coárctans eos.

Fiat via illórum ténebræ & lúbricum : & Angelus Dómini pérsequens eos.

Quóniam gratis abscondérunt mihi intéritum láquei sui : supervácuè exprobravérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus, quem ignórat : & cáptio, quam abscóndit, apprehéndat eum : & in láqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultábit in Dómino : & delectábitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent : Dómine, quis símilis tibi ?

Erípiens ínopem de manu fortiórum ejus : egénum & paúperem à diripiéntibus eum.

Surgéntes testes iníqui : quæ ignorábam, interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis : sterilitátem ánimæ meæ.

Ego autem, cùm mihi molésti essent : induébar cilício.

Humiliábam in jejúnio ánimam meam : & orátio mea in sinu meo convertétur.

Quasi próximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacébam : quasi lugens & contristátus sic humiliábar.

Et advérsùm me lætáti sunt, & con-

venérunt : congregáta sunt super me flagélla, & ignorávi.

Dissipáti sunt, nec compúncti : tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatióne : frenduérunt super me déntibus suis.

Dómine quando respícies ? restítue ánimam meam à malignitáte eórum : à leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in Ecclésia magna : in pópulo gravi laudábo te.

Non supergaúdeant mihi qui adversántur mihi iníquè : qui odérunt me gratis & ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacíficè loquebántur : & in iracúndia terræ loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum : dixérunt, Euge, euge vidérunt óculi nostri.

Vidísti Dómine, ne síleas : Dómine ne discédas à me.

Exúrge, & inténde judício meo : Deus meus, & Dóminus meus in causam meam.

Júdica me secúndùm justítiam tuam Dómine Deus meus : & non supergaúdeant mihi.

Non dicant in córdibus suis, Euge, euge ánimæ nostræ : nec dicant devorávimus eum.

Erubéscant & revereántur simul : qui gratulántur malis meis.

Induántur confusióne & reveréntia : qui magna loquúntur super me.

Exúltent & læténtur qui volunt justítiam meam : & dicant semper, magnificétur Dóminus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditábitur justítiam tuam : tota die laudem tuam.

Antiph. Expúgna impugnántes me.

Antiph. Spera in Dómino.

Psalmus. 36.

NOli æmulári in malignántibus : neque zeláveris faciéntes iniqui-

Quóniam tanquam fœnum velóciter aréscent : & quemádmodum ólera herbárum citò décident.

Spera in Dómino, & fac bonitátem : & inhábita terram, & pascéris in divítiis ejus.

Delectáre in Dómino : & dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam, & spera in eo : & ipse fáciet.

Et edúcet quasi lumen justítiam tuam : & judícium tuum tanquam merídiem : súbditus esto Dómino, & ora eum.

Noli æmulári in eo, qui prosperátur in via sua : in hómine faciénte injustítias.

Désine ab ira, & derelínque furórem : noli æmulari ut malignéris.

Quóniam qui malignántur, exterminabúntur : sustinéntes autem Dóminum ipsi hæreditábunt terram.

Et adhuc pusillum, & non erit peccátor : & quæres locum ejus, & non invénies.

Mansuéti autem hæreditábunt terram : & delectabúntur in multitúdine pacis.

Observábit peccátor justum : & stridébit super eum déntibus suis.

Dóminus autem irridébit eum : quóniam próspicit quòd véniet dies ejus.

Gládium evaginavérunt peccatóres : intendérunt arcum suum.

Ut dejíciant paúperem & ínopem : ut trucídent rectos corde.

Gládius eórum intret in corda ipsórum : & arcus eórum confringátur.

Mélius est módicum justo : super divítias peccatórum multas.

Quóniam bráchia peccatórum conteréntur :

réntur : confirmat autem justos Dóminus.

Novit Dóminus dies immaculatórum: & hæréditas eórum in ætérnum erit.

Non confundéntur in témpore malo: & in diébus famis saturabúntur : quia peccatóres peribunt.

Inimíci verò Dómini, mox ut honorificáti fúerint & exaltáti : deficiéntes quemádmodum fumus deficient.

Mutuábitur peccátor, & non solvet: justus autem miserétur, & tribuet.

Quia benedicéntes ei hæreditábunt terram : maledicéntes autem ei disperibunt.

Apud Dóminum gressus hóminis dirigéntur : & viam ejus volet.

Cùm cecíderit, non collidétur : quia Dóminus suppónit manum suam.

Júnior fui, étenim sénui : & non vidi justum derelíctum : nec semen ejus quærens panem.

Tota die miserétur & cómmodat : & semen illíus in benedictióne erit.

Divisio.

DEclina à malo, & fac bonum : & inhábita in séculum séculi.

Quia Dóminus amat judícium, & non derelinquet Sanctos suos : in ætérnum conservabúntur.

Injústi puniéntur : & semen impiórum períbit.

Justi autem hæreditábunt terram : & inhabitábunt in séculum séculi super eam.

Os justi meditábitur sapiéntiam : & lingua ejus loquétur judícium.

Lex Dei ejus in corde ipsíus : & non supplantabúntur gressus ejus.

Considerat peccátor justum : & quærit mortificáre eum.

Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus ejus : nec damnábit eum, cùm judicábitur illi.

Expécta Dóminum, & custódi viam ejus : & exaltábit te, ut hæreditáte cápias terram : cùm períerint peccatóres, vidébis.

Vidi ímpium superexaltátum : & elevátum sicut cedros Líbani.

Et transívi, & ecce non erat : & quæsívi eum, & non est invéntus locus ejus.

Custódi innocéntiam, & vide æquitátem : quóniam sunt relíquiæ hómini pacífico.

Injústi autem disperíbunt simul : relíquiæ impiórum interíbunt.

Salus autem justórum à Dómino : & protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábit eos Dóminus, & liberábit eos : & éruet eos à peccatóribus : & salvábit eos, quia speravérunt in eo.

Antiph. Spera in Dómino, & fac bonitátem.

Antiph. Ne in ira tua.

Psalmus 37.

DOmine ne in furóre tuo árguas me : neque in ira tua corrípias me.

Quóniam sagíttæ tuæ infíxæ sunt mihi : & confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea à fácie iræ tuæ : non est pax óssibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum : & sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt & corrúptæ sunt cicatríces meæ : à fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, & curvátus sum usque in finem : tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illu-

siónibus : & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliátus sum nimis: rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum : & gémitus meus à te non est abscónditus.

Cor meum conturbátum est : derelíquit me virtus mea : & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.

Amíci mei & próximi mei : advérsùm me appropinquavérunt, & stetérunt.

Et qui juxta me erant de longè stetérunt : & vim faciébant, qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes : & dolos tota die meditabántur.

Ego autem tanquam surdus non audiébam : & sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens: & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te Dómine sperávi : tu exaúdies me Dómine Deus meus.

Quia dixi, nequándo supergaúdeant mihi inimíci mei : & dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum: & dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo : & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me : & multiplicáti sunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi : quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus : ne discésseris à me.

Inténde in adjutórium meum : Dómine Deus salútis meæ.

Ant. Ne in ira tua árguas me Dómine.

℣. Dómine in cælo misericórdia tua.

℟. Et véritas tua usque ad nubes.

In æstate, Lectio. Thren. 2.

CONsúrge, lauda in nocte in princípio vigiliárum : effúnde sicut aquam cor tuum ante conspéctum Dómini. Leva ad eum manus tuas : pro ánima parvulórum. Tu autem Dómine miserére nostri.

℟. Deo grátias.

℟. Benedícam Dóminum in omni témpore.

℟. Benedícam Dóminum.

℣. Semper laus ejus in ore meo.

℟. Benedícam Dóminum.

℣. Glória Patri.

℟. Benedícam Dóminum.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Antiph. Allelu-ia.

In Septuagesima.

Antiph. Ut non delinquam.

Psalmus 38.

DIxi, Custódiam vias meas : ut non delínquam in lingua mea.

Pósui ori meo custódiam : cùm consísteret peccátor advérsùm me.

Obmútui, & humiliátus sum, & sílui à bonis : & dolor meus renovátus est.

Concáluït cor meum intra me : & in meditatióne mea exardéscet ignis.

Locútus sum in lingua mea : Notum fac mihi Dómine finem meum.

Et númerum diérum meórum quis est : ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurábiles posuísti dies meos: & substántia mea tanquàm níhilum ante te.

Verúmtamen univérsa vánitas : omnis homo vivens.

Verúmtamen in imágine pertránsit homo : sed & frustra conturbátur.

Thesaurízat : & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ est expectátio mea, nonne Dóminus ? & substántia mea apud te est.

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me : oppróbrium insipiénti dedísti me.

Obmútui,& non apérui os meum,quóniam tu fecísti : ámove à me plagas tuas.

A fortitúdine manus tuæ ego deféci in increpatiónibus : propter iniquitátem corripuísti hóminem.

Et tabéscere fecísti sicut aráneam ánimam ejus : verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaúdi oratiónem meam Dómine, & deprecatiónem meam : aúribus pércipe lácrymas meas.

Ne síleas, quóniam ádvena ego sum apud te : & peregrínus, sicut omnes patres mei.

Remítte mihi ut refrígerer, priúsquam ábeam : & ámplius non ero.

Psalmus 39.

EXpéctans expectávi Dóminum : & inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas : & edúxit me de lacu misériæ, & de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos : & diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum : carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, & timébunt : & sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus : & non respéxit in vanitátes, & insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua : & cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi, & locútus sum : multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluísti : aures autem perfecísti mihi.

Holocaústum & pro peccáto non postulásti : tunc dixi, Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me, ut fácerem voluntátem tuam : Deus meus vólui, & legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in Ecclésia magna, ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scísti.

Justítiam tuam non abscóndi in corde meo : veritátem tuam, & salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam, & veritátem tuam : à concílio multo.

Tu autem Dómine ne longè fácias miseratiónes tuas à me : misericórdia tua & véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus : comprehendérunt me iniquitátes meæ : & non pótui, ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei : & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine, ut éruas me:Dómine ad adjuvándum me réspice.

Confundántur, & revereántur simul : qui quærunt ánimam meam, ut aúferant eam.

Convertántur retrórsum, & revereántur : qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exúltent & læténtur super te omnes quæréntes te : & dicant semper, magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum, & pauper : Dóminus solícitus est mei.

Adjútor meus, & protéctor meus tu es : Deus meus ne tardáveris.

Antiph. Ut non delínquam in lingua mea.

In Septuageſima.

Antiph. Sana Dómine.

Pſalmus 40.

BEátus qui intélligit ſuper egénum & paúperem : in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conſérvet eum, & vivíficet eum : & beátum fáciat eum in terra : & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolóris ejus : univérſum ſtratum ejus verſáſti in infirmitáte ejus.

Ego dixi, Dómine miſerére mei : ſana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi : Quando moriétur, & períbit nomen ejus ?

Et ſi ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur : cor ejus congregávit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur foras : & loquebátur in idípſum.

Advérsùm me ſuſurrábant omnes inimíci mei : advérsùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum conſtituérunt advérsùm me : Nunquid qui dormit, non adjíciet ut reſúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi, qui edébat panes meos : magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem Dómine miſerére mei : & reſúſcita me, & retríbuam eis.

In hoc cognóvi, quóniam voluíſti me : quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepiſti : & confirmáſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum : fiat, fiat.

Pſalmus 41.

QUemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum : ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum : quando véniam & apparébo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte : dum dícitur mihi quotídie, Ubi eſt Deus tuus ?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam : quóniam transíbo in lócum tabernáculi admirábilis uſque ad domum Dei.

In voce exultatiónis & confeſſiónis : ſonus epulántis.

Quare triſtis es ánima mea ? & quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : ſalutáre vultus mei, & Deus meus.

Ad meipſum ánima mea conturbáta eſt : proptérea memor ero tui de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat : in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélſa tua, & fluctus tui : ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam : & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ : dicam Deo, Suſcéptor meus es.

Quare oblítus es mei ? & quare contriſtátus incédo, dum afflígit me inimícus ?

Dum confringúntur oſſa mea : exprobravérunt mihi, qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies, Ubi eſt Deus tuus ? quare triſtis es áni-

ma mea, & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: salutáre vultus mei, & Deus meus.

Antiph. Sana Dómine ánimam meam quia peccávi tibi.

In Septuagesima.

Antiph. Eructávit.

Psalmus 43.

DEus áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

Opus quod operátus es in diébus eórum: & in diébus antíquis.

Manus tua gentes dispérdidit, & plantásti eos: afflixísti pópulos, & expulísti eos.

Nec enim in gládio suo possedérunt terram: & bráchium eórum non salvávit eos.

Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultus tui: quóniam complacuísti in eis.

Tu es ipse Rex meus, & Deus meus: qui mandas salútes Jacob.

In te inimícos nostros ventilábimus cornu: & in nómine tuo spernémus insurgéntes in nobis.

Non enim in arcu meo sperábo: & gládius meus non salvábit me.

Salvásti enim nos de affligéntibus nos: & odiéntes nos confudísti.

In Deo laudábimur tota die: & in nómine tuo confitébimur in séculum.

Nunc autem repulísti, & confudísti nos: & non egrediéris Deus in virtútibus nostris.

Avertísti nos retrórsum post inimícos nostros: & qui odérunt nos, diripiébant sibi.

Dedísti nos tanquam oves escárum: & in géntibus dispersísti nos.

Vendidísti pópulum tuum sine prétio: & non fuit multitúdo in commutatiónibus eórum.

Posuísti nos oppróbrium vicínis nostris: subsannatiónem, & derísum his, qui sunt in circúitu nostro.

Posuísti nos in similitúdinem géntibus: commotiónem cápitis in pópulis.

Tota die verecúndia mea contra me est: & confúsio faciéi meæ coopéruit me.

A voce exprobrántis & obloquéntis: à fácie inimíci, & persequéntis.

Hæc ómnia venérunt super nos: nec oblíti sumus te, & iníquè non égimus in testaménto tuo.

Et non recéssit retrò cor nostrum: & declinásti sémitas nostras à via tua.

Quóniam humiliásti nos in loco afflictiónis: & coopéruit nos umbra mortis.

Si oblíti sumus nomen Dei nostri: & si expándimus manus nostras ad Deum aliénum.

Nonne Deus requíret ista? ipse enim novit abscóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur tota die: æstimáti sumus sicut oves occisiónis.

Exúrge, quare obdórmis Dómine? exúrge, & ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam avértis: oblivísceris inópiæ nostræ, & tribulatiónis nostræ?

Quóniam humiliáta est in púlvere ánima nostra: conglutinátus est in terra venter noster.

Exúrge Dómine, ádjuva nos: & rédime nos propter nomen tuum.

Psalmus 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ: velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ fíliis hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea

benedixit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo : super femur tuum potentíssime.

Spécie tua, & pulchritúdine tua inténde : prósperè procéde, & regna.

Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam : & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ : (pópuli sub te cadent) in corda inimicórum Regis.

Sedes tua Deus in séculum séculi : virga directiónis, virga regni tui.

Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem : proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cásia à vestiméntis tuis, à dómibus ebúrneis : ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Astitit Regína à dextris tuis in vestítu deauráto : circúmdata varietáte.

Audi fília, & vide, & inclína aurem tuam : & obliviscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Et concupíscet rex decórem tuum : quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus vultum tuum deprecabúntur : omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ Regis ab intùs : in fímbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam : próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia & exultatióne : adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii : constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui : in omni generatióne, & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúnt in ætérnum : & in séculum sécul

Antiph. Eructávit cor meum v bonum.

Antiph. Allelu-ia, allelu-ia.

Capitulum. 1. *Cor.* 16.

Vigiláte ꟸ state in fide ꟸ v ágite ꟸ & confortámini : vestra in charitáte fiant.

℟. Deo grátias.

℣. Ego dixi Dómine miserére

℟. Sana ánimam meam, quia tibi.

Preces ut supra, pag. 29.

Oratio.

Illúmina, quæsumus Dómine corda credéntium : ut tuo munímine, & tuo auxílio prote Per Dóminum.

AD LAUDES.

Antiph. Miserére mei Deus. *ipse, pag.* 6.

Antiph. Intéllige.

Psalmus 5.

Verba mea áuribus pércipe ne : intéllige clamórem me

Inténde voci oratiónis meæ meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo Dó manè exaúdies vocem meam.

Manè astábo tibi, & vidébo niam non Deus vólens iniquitáten

Neque habitábit juxta te mali neque permanébunt injústi ante tuos.

Odísti omnes qui operántur tátem : perdes omnes qui loq mendácium.

Virum sánguinum, & dolósun minábitur Dóminus : ego autem i titúdine misericórdiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justítia tua : propter inimícos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas : cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eórum : linguis suis dolósè agébant : júdica illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus suis : secúndùm multitúdinem impietátum eórum expélle eos : quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes qui sperant in te : in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum : quóniam tu benedíces justo.

Dómine : ut scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti nos.

Antiph. Intéllige clamórem meum Dómine.

Antiph. Dómine in cælo.

Psalmus 35.

DIxit injústus ut delínquat in semetipso : Non est timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolósè egit in conspéctu ejus : ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas, & dolus : nóluit intellígere, ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo : ástitit omni viæ non bonæ : malítiam autem non odívit.

Dómine in cælo misericórdia tua : & véritas tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut montes Dei : judícia tua abyssus multa.

Hómines & juménta salvábis Dómine : quemádmodum multiplicásti misericórdiam tuam Deus.

Fílii autem hóminum : in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriabúntur ab ubertáte domus tuæ : & torrénte voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ : & in lúmine tuo vidébimus lumen.

Præténde misericórdiam tuam sciéntibus : & justítiam tuam his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supérbiæ : & manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem : expúlsi sunt nec potuérunt stare.

Antiph. Dómine in cælo misericórdia tua.

Antiph. Convérsus est.

Canticum. *Isaiæ* 12.

COnfitébor tibi Dómine, quóniam irátus es mihi : convérsus est furor tuus, & consolátus es me.

Ecce Deus salvátor meus : fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus : & factus est mihi in salútem.

Hauriétis aquas in gaúdio de fóntibus Salvatóris : & dicétis in die illa, Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus : mementóte quóniam excélsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magnífice fecit : annuntiáte hoc in univérsa terra.

Exúlta, & lauda habitátio Sion : quia magnus in médio tui sanctus Israël.

Antiph. Convérsus est furor tuus Dómine : & consolátus es me.

Antiph. In excélsis laudáte Deum,

Psalmus. Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. *Rom.* 13.

NOx præcéssit ꟸ dies autem appropinquávit: abjiciámus ergo ópera tenebrárum ꟸ & induámur arma lucis: sicut in die honéstè ambulémus.

℟. Deo grátias.

℟. Dómine in cælo misericórdia tua.
℟. Dómine in cælo misericórdia tua.
℣. Et véritas tua usque ad nubes.
℟. Dómine in cælo misericórdia tua.
℣. Glória Patri, & Filio.
℟. Dómine in cælo misericórdia tua.

Hymnus. Splendor pat. *pag.* 28.

℣. Repléti sumus manè misericórdia tua.
℟. Et exultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiph. Benedíctus Deus Israël.

Oratio Dominicalis.

FERIA TERTIA, *ad Matutinas.*

Invitat. Jubilémus Deo salutári nostro.

Psalmus. Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Ætérne rerum. *pag.* 16.

IN PRIMO NOCTURNO.

Antiph. Adjútor.

Psalmus 45.

DEus noster refúgium, & virtus: adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ sunt aquæ eórum: conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur: adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, & inclináta sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram: aúferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma: & scuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte, quóniam ego sum Deus: exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: suscéptor noster Deus Jacob.

Psalmus 46.

OMnes gentes plaúdite mánibus: jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis: Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis: & gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hæreditátem suam: spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo: & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus: psállite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham: quóniam Dii fortes terræ veheménter elevári sunt.

Antiph. Adjútor in tribulatiónibus.

Antiph. Magnus Dóminus.

Psalmus. 47.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis: in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exultatióne univérſæ terræ: mons Sion, látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur: cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti ſunt: convenérunt in unum.

Ipſi vidéntes ſic admiráti ſunt: conturbáti ſunt, commóti ſunt: tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: in ſpíritu veheménti cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri: Deus fundávit eam in ætérnum.

Suſcépimus Deus miſericórdiam tuam: in médio templi tui.

Secúndùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ: juſtítia plena eſt déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exúltent fíliæ Judæ: propter judícia tua Dómine.

Circúmdate Sion, & compléctímini eam: narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veſtra in virtúte ejus: & diſtribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in ætérnum, & in ſéculum ſéculi: ipſe reget nos in ſécula.

Pſalmus 48.

AUdíte hæc omnes gentes: áuribus percípite omnes qui habitátis orbem.

Quique terrígenæ & fílii hóminum: ſimul in unum dives & pauper.

Os meum loquétur ſapiéntiam: & meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam: apériam in pſaltério propoſitiónem meam.

Cur timébo in die mala? iníquitas calcánei mei circúmdabit me.

Qui confídunt in virtúte ſua: & in multitúdine divitiárum ſuárum gloriantur.

Frater non rédimit, rédimet homo: non dabit Deo placatiónem ſuam.

Et prétium redemptiónis ánimæ ſuæ: & laborábit in ætérnum, & vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum cùm víderit ſapiéntes moriéntes: ſimul insípiens & ſtultus períbunt.

Et relínquent aliénis divítias ſuas: & ſepúlchra eórum domus illórum in ætérnum.

Tabernácula eórum in progénie & progénie: vocavérunt nómina ſua in terris ſuis.

Et homo, cùm in honóre eſſet, non intelléxit: comparátus eſt juméntis inſipiéntibus: & símilis factus eſt illis.

Hæc via illórum ſcándalum ipſis: & póſtea in ore ſuo complacébunt.

Sicut oves in inférno póſiti ſunt: mors depáſcet eos.

Et dominabúntur eórum juſti in matutíno: & auxílium eórum veteráſcet in inférno à glória eórum.

Verúmtamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi: cùm accéperit me.

Ne timúeris cùm dives factus fúerit homo: & cùm multiplicáta fúerit glória domus ejus.

Quóniam cùm interíerit, non ſumet ómnia: neque deſcéndet cum eo glória ejus.

Quia ánima ejus in vita ipsíus benedicétur: confitébitur tibi cum benefé- ceris ei.

Introíbit uſque in progénies patrum ſuórum: & uſque in ætérnum non vidébit lumen.

Homo, cùm in honóre esset, non intelléxit: comparátus est juméntis insipiéntibus: & símilis factus est illis.

Antiph. Magnus Dóminus, & laudábilis valdè.

Antiph. Deus deórum.

Psalmus 49.

DEus deórum Dóminus locútus est: & vocávit terram.

A solis ortu usque ad occásum: ex Sion spécies decóris ejus.

Deus maniféstè véniet: Deus noster, & non silébit.

Ignis in conspéctu ejus exardéscet: & in circúitu ejus tempéstas válida.

Advocábit cælum desúrsum: & terram discérnere pópulum suum.

Congregáte illi sanctos ejus: qui órdinant testaméntum ejus super sacrifícia.

Et annuntiábunt cæli justítiam ejus: quóniam Deus judex est.

Audi pópulus meus, & loquar: Israël, & testificábor tibi: Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrifíciis tuis árguam te: holocaústa autem tua in conspéctu meo sunt semper.

Non accípiam de domo tua vítulos: neque de grégibus tuis hircos.

Quóniam meæ sunt omnes feræ sylvárum: juménta in móntibus & boves.

Cognóvi ómnia volatília cæli: & pulchritúdo agri mecum est.

Si esuríero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitúdo ejus.

Numquid manducábo carnes taurórum: aut sánguinem hircórum potábo?

Immola Deo sacrifícium laudis: & redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis: éruam te, & honorificábis me.

Peccatóri autem dixit Deus: Quare tu enárras justítias meas: & assúmis testaméntum meum per os tuum?

Tu verò odísti disciplínam: & projecísti sermónes meos retrórsum.

Si vidébas furem, currébas cum eo: & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítia: & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsùs fratrem tuum loquebáris: & advérsùs filium matris tuæ ponébas scándalum: hæc fecísti, & tácui.

Existimásti iníquè quod ero tui símilis: árguam te, & státuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc qui obliviscímini Deum: nequándo rápiat, & non sit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me: & illic iter quo osténdam illi salutáre Dei.

Psalmus 51.

QUid gloriáris in malítia: qui potens es in iniquitáte?

Tota die injustítiam cogitávit lingua tua: sicut novácula acúta fecísti dolum.

Dilexísti malítiam super benignitátem: iniquitátem magis quàm loqui æquitátem.

Dilexísti ómnia verba præcipitatiónis: lingua dolósa.

Proptérea Deus déstruet te in finem: evéllet te, & emigrábit te de tabernáculo tuo: & radícem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt justi, & timébunt: & super eum ridébunt, & dicent: Ecce homo, qui non pósuit Deum adjutórem suum.

Sed sperávit in multitúdine divitiárum suárum: & præváluit in vanitáte sua.

Ego autem sicut oliva fructífera in domo Dei: sperávi in misericórdia Dei in ætérnum, & in séculum séculi.

Confitébor tibi in séculum quia fecísti: & expectábo nomen tuum, quó-

niam bonum est in conspéctu sanctórum tuórum.

Antiph. Deus deórum Dóminus locútus est.

℣. Immola Deo sacrifícium laudis.

℟. Et redde Altíssimo vota tua.

In æstate, Lectio. Proverb. 3.

DOminus sapiéntia fundávit terram: stabilívit cælos prudéntia. Sapiéntia illíus erupérunt abyssi: & nubes rore concréscunt. Tu autem Dómine miserére nostri.

℟. Deo grátias.

℟. Deus in nómine tuo salvum me fac Dómine.

℟. Deus in nómine tuo salvum.

℣. Et in virtúte tua júdica me.

℟. Deus in nómine tuo.

℣. Glória Patri, & Fílio.

℟. Deus in nómine tuo.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Antiph. Allelu-ia.

In Septuagesima.

Antiph. Avértat Dóminus.

Psalmus 52.

DIxit insípiens in corde suo: Non est Deus.

Corrúpti sunt, & abominábiles facti sunt in iniquitátibus: non est qui fáciat bonum.

Deus de cælo prospéxit super fílios hóminum: ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operántur iniquitátem: qui dévorant plebem meam, ut cibum panis?

Deum non invocavérunt: illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit ossa eórum, qui homínibus placent: confúsi sunt, quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israël? cùm convérterit Deus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, & lætábitur Israël.

Psalmus 53.

DEus in nómine tuo salvum me fac: & in virtúte tua júdica me.

Deus exaúdi oratiónem meam: aúribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsùm me: & fortes quæsiérunt ánimam meam: & non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me: & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis: & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntáriè sacrificábo tibi: & confitébor nómini tuo Dómine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Antiph. Avértat Dóminus captivitátem plebis suæ.

In Septuagesima.

Antiph. Inténde in me.

Psalmus 54.

EXaúdi Deus oratiónem meam: & ne despéxeris deprecatiónem meam: inténde mihi, & exaúdi me.

Contristátus sum in exercitatióne mea: & conturbátus sum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes: & in ira moléesti erant mihi.

Cor meum conturbátum est in me: & formído mortis cécidit super me.

Timor & tremor venérunt super me:

& contexérunt me ténebræ.

Et dixi, Quis dabit mihi pennas ſicut colúmbæ : & volábo, & requiéſcam ?

Ecce elongávi fúgiens : & manſi in ſolitúdine.

Expectábam eum qui ſalvum me fecit : à puſillanimitáte ſpíritus & tempeſtáte.

Præcípita Dómine, dívide linguas eórum : quóniam vidi iniquitátem, & contradictiónem in civitáte.

Die ac nocte circúmdabit eam ſuper muros ejus iníquitas : & labor in médio ejus, & injuſtítia.

Et non defécit de platéis ejus : uſúra & dolus.

Quóniam ſi inimícus meus maledixíſſet mihi : ſuſtinuíſſem útique.

Et ſi is qui óderat me, ſuper me magna locútus fuíſſet : abſcondíſſem me fórſitan ab eo.

Tu verò homo unánimis : dux meus, & notus meus.

Qui ſimul mecum dulces capiébas cibos : in domo Dei ambulávimus cum conſénſu.

Véniat mors ſuper illos : & deſcéndant in inférnum vivéntes.

Quóniam nequítiæ in habitáculis eórum : in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamávi : & Dóminus ſalvábit me.

Véſpere, & mane, & merídie narrábo, & annuntiábo : & exaúdiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his, qui appropínquant mihi : quóniam inter multos erant mecum.

Exaúdiet Deus, & humiliábit illos : qui eſt ante ſǽcula.

Non enim eſt illis commutátio, & non timuérunt Deum : exténdit manum ſuam in retribuéndo.

Contaminavérunt teſtaméntum ejus : diviſi ſunt ab ira vultus ejus : & appropinquávit cor illíus.

Molliti ſunt ſermónes ejus ſuper óleum : & ipſi ſunt jácula.

Jacta ſuper Dóminum curam tuam : & ipſe te enútriet : non dabit in ætérnum fluctuatiónem juſto.

Tu verò Deus : dedúces eos in púteum intéritus.

Viri ſanguinum & dolóſi non dimidiábunt dies ſuos : ego autem ſperábo in te Dómine.

Pſalmus 55.

Miſerére mei Deus, quóniam conculcávit me homo : tota die impúgnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei tota die : quóniam multi bellántes advérsùm me.

Ab altitúdine diéi timébo : ego verò in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes meos : in Deo ſperávi, non timébo quid fáciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabántur : advérsùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt & abſcóndent : ipſi calcáneum meum obſervábunt.

Sicut ſuſtinuérunt ánimam meam pro níhilo ſalvos fácies illos : in ira pópulos confrínges.

Deus vitam meam annuntiávi tibi : poſuíſti lácrymas meas in conſpéctu tuo.

Sicut & in promiſſióne tua : tunc converténtur inimíci mei retrórſum.

In quacúmque die invocávero te : ecce cognóvi, quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum : in Dómino laudábo ſermónem : in Deo ſperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

In me ſunt Deus vota tua : quæ reddam laudatiónes tibi.

Quoniam eripuíſti ánimam meam de morte : & pedes meos de lapſu : ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Antiph. Inténde in me, & exaúdi me Dómine.

In Septuageſima.

Antiph. Juſtè judicáte.

Pſalmus 57.

SI verè útique juſtítiam loquímini : recta judicáte filii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini : in terra injuſtítias manus veſtræ concínnant.

Alienáti ſunt peccatóres à vulva : erravérunt ab útero : locúti ſunt falſa.

Furor illis ſecúndùm ſimilitúdinem ſerpéntis : ſicut áſpidis ſurdæ, & obturántis aures ſuas.

Quæ non exaúdiet vocem incantántium : & venéfici incantántis ſapiénter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipſórum : molas leónum confrínget Dóminus.

Ad níhilum devénient tanquam aqua decúrrens : inténdit arcum ſuum donec infirméntur.

Sicut cera quæ fluit, auferéntur : ſupercécidit ignis, & non vidérunt ſolem.

Priúſquam intellígerent ſpinæ veſtræ rhamnum : ſicut vivéntes, ſic in ira abſórbet eos.

Lætábitur juſtus cùm víderit vindíctam : manus ſuas lavábit in ſánguine peccatóris.

Et dicet homo, Si útique eſt fructus juſto : útique eſt Deus júdicans eos in terra.

Pſalmus 58.

ERipe me de inimícis meis Deus meus : & ab inſurgéntibus in me ra me.

Eripe me de operántibus iniquitátem & de viris ſánguinum ſalva me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam : irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque peccátum meum Dómine : ſine iniquitáte cucúrri, & diréxi.

Exúrge in occúrſum meum, & vide : & tu Dómine Deus virtútum, Deus Iſraël.

Inténde ad viſitándas omnes gentes : non miſereáris ómnibus qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad véſperam, & famem patiéntur ut canes : & circuíbunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore ſuo : & gládius in lábiis eórum : quóniam quis audívit?

Et tu Dómine deridébis eos : ad níhilum dedúces omnes gentes.

Fortitúdinem meam ad te cuſtódiam : quia Deus ſuſcéptor meus es : Deus meus, miſericórdia ejus prævéniet me.

Deus oſténdet mihi ſuper inimícos meos, ne occídas eos, nequándo obliviſcántur pópuli mei.

Diſpérge eos in virtúte tua : & depóne eos, protéctor meus Dómine.

Delíctum oris eórum, ſermónem labiórum ipſórum : & comprehendántur in ſupérbia ſua.

Et de execratióne & mendácio annuntiabúntur in conſummatióne : in ira conſummatiónis, & non erunt.

Et ſcient, quia Deus dominábitur Jacob : & fínium terræ.

Converténtur ad véſperam, & famem patiéntur ut canes : & circuíbunt civitátem.

Ipſi diſpergéntur ad manducándum : ſi verò non fúerint ſaturáti, & murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem

tuam : & exultábo mane misericórdiam tuam.

Quia factus es suscéptor meus : & refúgium meum in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus tibi psallam : quia Deus suscéptor meus es : Deus meus misericórdia mea.

Antiph. Justè judicáte filii hóminum.

Antiph. Allelu-ia. *iv.*

Capitulum. Vigiláte. *pag.* 38.

℣. Deus vitam meam annuntiávi tibi.

℞. Posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.

Preces ut supra pag. 29.

Oratio.

ILlúmina quæsumus Dómine ténebras nostras : & totíus noctis insídias tu repélle propítius. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Antiph. Secúndùm magnam misericórdiam tuam miserére mei Deus. *Psalmus.* Miserére. *pag.* 6.

Antiph. Salutáre.

Psalmus 42.

JUdica me Deus, & discérne causam meam de gente non sancta : ab hómine iníquo & dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea : quare me repulísti, & quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus ?

Emítte lucem tuam, & veritátem tuam : ipsa me deduxérunt, & adduxérunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei : ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara Deus, Deus meus : quare tristis es ánima mea, & quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : salutáre vultus mei, & Deus meus.

Ant. Salutáre vultus mei Deus meus.

Antiph. Quóniam.

Psalmus 56.

MIserére mei Deus, miserére mei : quóniam in te confídit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo : donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum Altíssimum : Deum qui benefécit mihi.

Misit de cælo, & liberávit me : dedit in oppróbrium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam, & veritátem suam : & erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum : dormívi conturbátus.

Filii hóminum dentes eórum arma, & sagittæ : & lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre super cælos Deus : & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis : & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam : & incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum : cantábo, & psalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge psaltérium & cíthara : exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine : & psalmum dicam tibi in géntibus.

Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua : & usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos Deus : & super omnem terram glória tua.

Antiph. Quóniam in te confídit ánima mea.

Antiph. Cunctis diébus.

Canticum Ezechiæ. *Isaiæ.* 38.

EGo dixi : In dimídio diérum meórum vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum: dixi, Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aſpíciam hóminem ultra : & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta eſt, & convolúta eſt à me : quaſi tabernáculum paſtórum.

Præcíſa eſt velut à texénte vita mea: dum adhuc ordírer ſuccídit me : de mane uſque ad véſperam fínies me.

Sperábam uſque ad mane : quaſi leo ſic contrívit ómnia oſſa mea.

De mane uſque ad véſperam fínies me : ſicut pullus hirúndinis ſic clamábo : meditábor ut colúmba.

Attenuáti ſunt óculi mei : ſuſpiciéntes in excélſum.

Dómine vim pátior reſpónde pro me: quid dicam, aut quid reſpondébit mihi cùm ipſe fécerit ?

Recogitábo tibi omnes annos meos: in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine ſi ſic vívitur, & in tálibus vita ſpíritus mei, corrípies me, & vivificábis me : ecce in pace amaritúdo mea amaríſſima.

Tu autem eruíſti ánimam meam ut non períret : projeciſti poſt tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te : non expectábunt qui deſcéndunt in lacum veritátem tuam.

Vivens vivens ipſe confitébitur tibi, ſicut & ego hódie : pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine ſalvum me fac : & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dómini.

Antiph. Cunctis diébus vitæ noſtræ ſalvos nos fac Dómine.

Antiph. Omnes Angeli ejus laudáte Dóminum de cælis. *Pſalmus.* Laudáte. pag. 27.

Capitulum. Nox præcéſſit. *pag.* 40.

℟. Miſerére mei Deus miſerére mei.

℟. Miſerére mei Deus miſerére mei.

℣. Quóniam in te confídit ánima mea.

℟. Miſerére mei Deus miſerére mei.

℣. Glória Patri, & Fílio.

℟. Miſerére mei Deus miſerére mei.

Hymnus. Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. Repléti ſumus mane miſericórdia tua.

℟. Et exultávimus & delectáti ſumus.

Ad Benedictus.

Antiph. Viſitávit, & fecit redemptiónem Dóminus plebis ſuæ.

Oratio Dominicalis.

FERIA QVARTA,
ad Matutinas.

Invitatorium. In manu tua Dómine, Omnes fines terræ. *Pſal.* Venite. *p.* 16.

Hymnus. Ætérne rerum. *pag.* 16.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Antiph. Da nobis Dómine.

Pſalmus 59.

Deus repuliſti nos, & deſtruxíſti nos : irátus es, & miſértus es nobis.

Commovíſti terram, & conturbáſti eam : ſana contritiónes ejus, quia commóta eſt.

Oſtendíſti pópulo tuo dura : potáſti nos vino compunctiónis.

Dedíſti metuéntibus te ſignificatiónem : ut fúgiant à fácie arcus.

Ut liberéntur dilécti tui : ſalvum fac déxtera tua, & exaúdi me.

Deus locútus eſt in ſancto ſuo : lætábor, & partíbor Síchimam : & convállem tabernaculórum metíbor.

Meus est Gálaad, & meus est Manásses: & Ephráim fortitúdo cápitis mei.

Juda Rex meus: Moab olla spei meæ.

In Idumæam exténdam calceaméntum meum: mihi alienígenæ súbditi sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam: quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repulísti nos: & non egrediéris Deus in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne: quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: & ipse ad níhilum dedúcet tribulántes nos.

Psalmus 60.

EXaúdi Deus deprecatiónem meam: inténde oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi: dum anxiarétur cor meum, in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea: turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in sécula: prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu Deus meus exaudísti oratiónem meam: dedísti hæreditátem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies Regis adjícies: annos ejus usque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conspéctu Dei: misericórdiam & veritátem ejus quis requíret?

Sic psalmum dicam nómini tuo in séculum séculi: ut reddam vota mea de die in diem.

Antiph. Da nobis Dómine auxílium de tribulatióne.

Antiph. Benedícite gentes.

Psalmus 61.

NOnne Deo subjécta erit ánima mea? ab ipso enim salutáre meum.

Nam & ipse Deus meus, & salutáris meus: suscéptor meus, non movébo ámplius.

Quoúsque irrúitis in hóminem: interfícitis univérsi vos? tanquam paríe inclináto & macériæ depúlsæ?

Verúmtamen prétium meum cogitavérunt repéllere: cucúrri in siti: ore suo benedicébant, & corde suo maledicébant.

Verúmtamen Deo subjécta esto ánima mea: quóniam ab ipso patiéntia mea.

Quia ipse Deus meus, & salvátor meus: adjútor meus, non emigrábo.

In Deo salutáre meum, & glória mea: Deus auxílii mei, & spes mea in Deo est.

Speráte in eo omnis congregátio pópuli: effúndite coram illo corda vestra: Deus adjútor noster in ætérnum.

Verúmtamen vani fílii hóminum mendáces fílii hóminum in statéris: ut decípiant ipsi de vanitáte in idípsum.

Nolíte speráre in iniquitáte: & rapínas nolíte concupíscere: divítiæ si áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus est Deus, duo hæc audívi: quia potéstas Dei est, & tibi Dómine misericórdia: quia tu reddes unicuíque juxta ópera sua.

Psalmus 65.

JUbiláte Deo omnis terra: psalmum dícite nómini ejus: date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo, Quàm terribília sunt ópera tua Dómine: in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & psallat tibi: psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei: terribílis in consíliis super fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam: in flúmine pertransíbunt pede: ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum: óculi ejus super gentes respíciunt: qui exásperant non exalténtur in semetípsis.

Benedícite gentes Deum nostrum: & audítam fácite vocem laudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vitam: & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos Deus: igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum: posuísti tribulatiónes in dorso nostro: imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem & aquam: & eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocaústis: reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et locútum est os meum: in tribulatióne mea.

Holocaústa medulláta ófferam tibi cum incénso aríetum: ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo omnes qui timétis Deum: quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi: & exaltávi sub lingua mea.

Iniquitátem si aspéxi in corde meo: non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus: & atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus: qui non amóvit oratiónem meam, & misericórdiam suam a me.

Antiphona. Benedícite gentes Deum nostrum.

Antiph. In Ecclésiis.

Psalmus 67.

EXúrgat Deus, & dissipéntur inimíci ejus: & fúgiant qui odérunt eum, à fácie ejus.

Sicut déficit fumus deficiant: sicut fluit cera à fácie ignis, sic péreant peccatóres à fácie Dei.

Et justi epuléntur, & exúltent in conspéctu Dei: & delectentur in lætítia.

Cantáte Deo, psalmum dícite nómini ejus: iter fácite ei qui ascéndit super occásum: Dóminus nomen illi.

Exultáte in conspéctu ejus: turbabúntur à fácie ejus patris orphanórum & júdicis viduárum.

Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit uníus moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine: simíliter eos qui exásperant, qui hábitant in sepúlchris.

Deus cùm egrederéris in conspéctu pópuli tui: cùm pertransíres in desérto.

Terra mota est: étenim cæli distillavérunt à fácie Dei Sinái, à fácie Dei Israël.

Plúviam voluntáriam segregábis Deus hæreditáti tuæ: & infirmáta est: tu verò perfecísti eam.

Animália tua habitábunt in ea: parasti in dulcédine tua paúperi Deus.

Dóminus dabit verbum: evangelizántibus virtúte multa.

Rex virtútum dilécti dilécti: & speciéi domus divídere spólia.

Si dormiátis inter médios cleros, pennæ colúmbæ deargentátæ: & posterióra dorsi ejus in pallóre auri.

Dum discérnit cæléstis reges super eam, nive dealbabúntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis: ut quid suspicámini montes coagulátos?

Mons, in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo: étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex: míllia lætántium: Dóminus in eis, in Sina, in sancto.

Aſcendíſti in altum, cepíſti captivitátem : accepíſti dona in homínibus.

Etenim non credéntes : inhabitáre Dóminum Deum.

Diviſio.

BEnedíctus Dóminus die quotídie : prósperum iter fáciet nobis Deus ſalutárium noſtrórum.

Deus noſter, Deus ſalvos faciéndi : & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confrínget cápita inimicórum ſuórum : vérticem capílli perambulántium in delíctis ſuis.

Dixit Dóminus, Ex Baſan convértam : convértam in profúndum maris.

Ut intingátur pes tuus in sánguine : lingua canum tuórum ex inimícis ab ipſo.

Vidérunt ingréſſus tuos Deus : ingréſſus Dei mei, Regis mei qui eſt in ſancto.

Prævenérunt príncipes conjúncti pſalléntibus : in médio juvenculárum tympaniſtriárum.

In Eccléſiis benedícite Deo Dómino : de fóntibus Iſraël.

Ibi Bénjamin adoleſcéntulus : in mentis excéſſu.

Príncipes Juda duces eórum : príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.

Manda Deus virtúti tuæ : confírma hoc Deus quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jeruſalem : tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis : congregátio taurórum in vaccis populórum : ut exclúdant eos qui probáti ſunt argénto.

Díſſipa gentes quæ bella volunt : vénient legáti ex Ægypto : Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ cantáte Deo : pſállite Dómino.

Pſállite Deo : qui aſcéndit ſuper cælum cæli, ad Oriéntem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis : date glóriam Deo ſuper Iſraël : magnificéntia ejus, & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in ſanctis ſuis : Deus Iſraël ipſe dabit virtútem & fortitúdinem plebi ſuæ : benedíctus Deus.

Antiph. In Eccléſiis benedícite Dómino.

℣. Benedícite gentes Deum noſtrum.

℟. Et audítam fácite vocem laudis ejus.

In æſtate, Lectio. *Sap. 1.*

DIlígite juſtítiam : qui judicátis terram. Sentíte de Dómino in bonitáte : & in ſimplicitáte cordis quærite illum. Quóniam invenítur ab his qui non tentant illum : appáret autem eis qui fidem habent in illum. Tu autem Dómine.

℟. In te Dómine ſperávi, non confúndar in ætérnum.

℟. In te Dómine ſperávi, non conf.

℣. In juſtítia tua líbera me, & éripe me.

℟. In te Dómine ſperávi, non conf.

℣. Glória Patri, & Fílio.

℟. In te Dómine ſperávi, non conf.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Antiph. Allelu-ia.

In Septuageſima.

Antiph. Quærite Dóminum.

Pſalmus 68.

SAlvum me fac Deus : quóniam intravérunt aquæ uſque ad ánimam meam.

Infíxus ſum in limo profúndi : & non eſt ſubſtántia.

Veni in altitúdinem maris : & tempéſtas demérſit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ ſunt

fauces meæ : defecérunt óculi mei, dum ſpero in Deum meum.

Multiplicáti ſunt ſuper capíllos cápitis mei : qui odérunt me gratis.

Confortáti ſunt qui perſecúti ſunt me inimíci mei injúſtè : quæ non rápui, tunc exolvébam.

Deus tu ſcis inſipiéntiam meam : & delícta mea à te non ſunt abſcóndita.

Non erubéſcant in me qui expéctant te Dómine : Dómine virtútum.

Non confundántur ſuper me : qui quærunt te Deus Iſraël.

Quóniam propter te ſuſtínui oppróbrium : opéruit confúſio fáciem meam.

Extráneus factus ſum frátribus meis : & peregrínus fíliis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me : & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt ſuper me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam : & factum eſt in oppróbrium mihi.

Et póſui veſtiméntum meum cilícium: & factus ſum illis in parábolam.

Advérsùm me loquebántur qui ſedébant in porta : & in me pſallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratiónem meam ad te Dómine : tempus beneplàciti Deus.

In multitúdine miſericórdiæ tuæ : exaúdi me in veritáte ſalútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infígar : líbera me ab iis qui odérunt me, & de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéſtas aquæ : neque abſórbeat me profúndum : neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum.

Diviſio.

Exaúdi me Dómine, quóniam benígna eſt miſericórdia tua : ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum réſpice in me.

Et ne avértas fáciem tuam à púero tuo : quóniam tríbulor, velóciter exaúdi me.

Inténde ánimæ meæ, & líbera eam : propter inimícos meos éripe me.

Tu ſcis impropérium meum, & confuſiónem meam : & reveréntiam meam.

In conſpéctu tuo ſunt omnes qui tríbulant me : impropérium expectávit cor meum, & miſériam.

Et ſuſtínui qui ſimul contriſtarétur, & non fuit : & qui conſolarétur, & non invéni.

Et dedérunt in eſcam meam fel : & in ſiti mea potavérunt me acéto.

Fiat menſa eórum coram ipſis in láqueum : & in retributiónes, & in ſcándalum.

Obſcuréntur óculi eórum, ne vídeant: & dorſum eórum ſemper incúrva.

Effúnde ſuper eos iram tuam : & furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum deſérta : & in tabernáculis eórum non ſit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percuſsíſti, perſecúti ſunt : & ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem ſuper iniquitátem eórum : & non intrent in juſtítiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium: & cum juſtis non ſcribántur.

Ego ſum pauper, & dolens : ſalus tua Deus ſuſcépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico : & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deo ſuper vítulum novéllum : córnua producéntem & úngulas.

Vídeant paúperes, & læténtur: quærite Deum, & vivet ánima veſtra.

Quóniam exaudívit paúperes Dómi-

nus : & vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cæli & terra : mare, & ómnia reptilia in eis.

Quóniam Deus salvam fáciet Sion : & ædificabúntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi : & hæreditáte acquírent eam.

Et semen servórum ejus possidébit eam : & qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Antiph. Quærite Dóminum, & vivet ánima vestra.

In Septuagesima.

Antiph. Dómine Deus.

Psalmus 69.

DEus in adjutórium meum inténde : Dómine ad adjuvándum me festína.

Confundántur & revereántur : qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsùm, & erubéscant : qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes : qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exúltent & lætentur in te omnes qui quærunt te : & dicant semper, Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego verò egénus, & pauper sum : Deus ádjuva me.

Adjútor meus, & liberátor meus es tu: Dómine ne moréris.

Psalmus 70.

IN te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum : in justítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam : & salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum : ut salvum me fácias.

Quóniam firmaméntum meum : & refúgium meum es tu.

Deus meus éripe me de manu peccatóris : & de manu contra legem agéntis & iníqui.

Quóniam tu es patiéntia mea Dómine: Dómine spes mea à juventúte mea.

In te confirmátus sum, ex útero : de ventre matris meæ tu es protéctor meus.

In te cantátio mea semper : tanquam prodígium factus sum multis, & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam : tota die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore senectútis : cùm defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi : & qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum.

Dicéntes, Deus derelíquit eum : persequímini & comprehéndite eum : quia non est qui erípiat.

Deus ne elongéris à me : Deus meus in auxílium meum réspice.

Confundántur & defíciant detrahéntes ánimæ meæ : operiántur confusióne, & pudóre, qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo : & adjíciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit justítiam tuam: tota die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi literatúram, introíbo in poténtias Dómini : Dómine memorábor justítiæ tuæ solíus.

Deus docuísti me à juventúte mea : & usque nunc pronuntiábo mirabília tua.

Et usque in senéctam, & sénium : Deus ne derelínquas me.

Donec annúntiem bráchium tuum : generatióni omni quæ ventúra est.

Poténtiam tuam, & justítiam tuam Deus usque in altíssima quæ fecísti magnália : Deus quis símilis tibi ?

Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas, & malas : & convérsus vivificásti me : & de abyssis terræ íterum reduxísti me.

Multiplicásti magnificéntiam tuam : & convérsus consolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam Deus : psallam tibi in cíthara sanctus Israël.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi : & ánima mea quam redemísti.

Sed & lingua mea tota die meditábitur justítiam tuam : cùm confúsi & reveríti fúerint, qui quærunt mala mihi.

Antiph. Dómine Deus in adjutórium meum inténde.

In Septuagesima.

Antiph. Quam bonus.

Psalmus 71.

DEus judícium tuum Regi da : & justítiam tuam filio Regis.

Judicáre pópulum tuum in justítia : & paúperes tuos in judício.

Suscípiant montes pacem pópulo : & colles justítiam.

Judicábit paúperes pópuli, & salvos fáciet filios paúperum : & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum Sole & ante Lunam : in generatióne & generatiónem.

Descéndet sicut plúvia in vellus : & sicut stillicídia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia, & abundántia pacis : donec auferátur Luna.

Et dominábitur à mari usque ad mare : & à flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes : & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent : Reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes Reges terræ : omnes gentes sérvient ei.

Quia liberábit paúperem à poténte : & paúperem cui non erat adjútor.

Parcet paúperi & ínopi : & ánimas paúperum salvas fáciet.

Ex usúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum : & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ : & adorábunt de ipso semper : tota die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium : superextollétur super Líbanum fructus ejus : & florébunt de civitáte sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in sécula : ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ : omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israël : qui facit mirabília solus.

Et benedíctum nomen majestátis ejus in ætérnum : & replébitur majestáte ejus omnis terra : fiat, fiat.

Psalmus 72.

QUàm bonus Israël Deus : his qui recto sunt corde.

Mei autem pene moti sunt pedes : pene effúsi sunt gressus mei.

Quia zelávi super iníquos : pacem peccatórum videns.

Quia non est respéctus morti eórum : & firmaméntum in plaga eórum.

In labóre hóminum non sunt : & cum homínibus non flagellabúntur.

Ideo ténuit eos supérbia : opérti sunt iniquitáte, & impietáte sua.

Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eó-

rum : transiérunt in affectum cordis.

Cogitavérunt, & locúti sunt nequitiam : iniquitátem in excélso locúti sunt.

Posuérunt in cælum os suum : & lingua eórum transívit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hic : & dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixérunt, Quómodo scit Deus : & si est sciéntia in excélso ?

Ecce ipsi peccatóres, & abundántes in sǽculo : obtinuérunt divítias.

Et dixi, Ergo sine causa justificávi cor meum : & lavi inter innocéntes manus meas.

Et fui flagellátus tota die : & castigátio mea in matutínis.

Si dicébam, narrábo sic : Ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Existimábam ut cognóscerem hoc : labor est ante me.

Donec intrem in sanctuárium Dei : & intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuísti eis : dejecísti eos dum allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatiónem? súbitò defecérunt : periérunt propter iniquitátem suam.

Velut sómnium surgéntium : Dómine in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum : & renes mei commutáti sunt : & ego ad níhilum redáctus sum, & nescívi.

Ut juméntum factus sum apud te : & ego semper tecum.

Tenuísti manum déxteram meam : & in voluntáte tua deduxísti me : & cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cælo ? & à te quid vólui super terram ?

Defécit caro mea, & cor meum : Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce, qui elóngant se à te períbunt : perdidísti omnes qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est : pónere in Dómino Deo spem meam.

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas : in portis filiæ Sion.

Antiph. Quàm bonus Israël Deus.

Antiph. Allelu-ia, allelu-ia.

Capitulum. Vigiláte. *pag.* 38.

℣. Gaudébunt lábia mea dum cantávero tibi.

℟. Et ánima mea quam redemísti Dómine.

Preces ut supra pag. 29.

Oratio.

TUa nos Dómine véritas semper illúminet : & ab omni pravitáte deféndat. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Antiph. Amplius lava me Dómine ab injustítia mea. *Psalm.* Miserére. *pag.* 6.

Antiph. A timóre.

Psalmus 63.

EXaúdi Deus oratiónem meam cùm déprecor : à timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me à convéntu malignántium : à multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas : intendérunt arcum rem amáram : ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbitò sagittábunt eum, & non timébunt : firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscónderent láqueos : dixérunt, Quis vidébit eos ?

Scrutáti sunt iniquitátes : defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum : & exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum : & infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum,

Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos : & tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei : & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino & sperábit in eo : & laudabúntur omnes recti corde.

Antiph. A timóre inimíci éripe Dómine ánimam meam.

Antiph. Te decet.

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion : & tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratiónem meam : ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos : & impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti, & assumpsísti : inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ : sanctum est templum tuum mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus salutáris noster : spes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua accinctus poténtia : qui contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes. & timébunt qui hábitant términos à signis tuis : éxitus matutíni & véspere delectábis.

Visitásti terram, & inebriásti eam : multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis : parásti cibum illórum, quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria : multíplica genímina ejus : in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ : & campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti : & exultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium : & valles abundábunt fruménto : clamábunt, étenim hymnum dicent.

Ant. Te decet hymnus Deus in Sion.

Antiph. Dóminus.

Canticum Annæ. 1. *Reg.* 2.

EXultávit cor meum in Dómino : & exaltátum est cornu meum in Deo meo.

Dilatátum est os meum super inimícos meos : quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus ut est Dóminus : neque enim est álius extra te : & non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia : gloriántes.

Recédant vétera de ore vestro : quia Deus scientiárum Dóminus est : & ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est : & infirmi accíncti sunt róbore.

Repléti prius pro pánibus se locavérunt : & famélici saturáti sunt.

Donec stérilis péperit plúrimos : & quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat & vivíficat : dedúcit ad ínferos, & redúcit.

Dóminus paúperem facit, & ditat : humíliat, & súblevat.

Súscitat de púlvere egénum : & de stércore élevat paúperem.

Ut sédeat cum princípibus : & sólium glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdines terræ : & pósuit super eos orbem.

Pedes sanctórum suórum servábit : &

impii in ténebris conticéſcent : quia non in fortitúdine ſua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adverſárii ejus : & ſuper ipſos in cælis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ : & dabit impérium Regi ſuo : & ſublimábit cornu Chriſti ſui.

Antiph. Dóminus judicábit fines terræ.

Antiph. Cæli cælórum laudáte Deum.

Pſalmus. Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Nox præcéſſit. *pag.* 40.

℟. Exaúdi nos Deus ſalutáris noſter.

℟. Exaúdi nos Deus ſalutáris noſter.

℣. Spes ómnium finium terræ, & in mari longè.

℟. Exaúdi nos Deus ſalutáris noſter.

℣. Glória Patri, & Fílio.

℟. Exaúdi nos Deus ſalutáris noſter.

Hymnus Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. Repléti ſumus mane miſericórdia tua.

℟. Et exultávimus & delectáti ſumus.

Ad Benedictus.

Antiph. Eréxit Dóminus nobis, cornu ſalútis in domo David púeri ſui.

Oratio Dominicalis.

FERIA QVINTA, *ad Matutinas.*

Invit. Adorémus Dóminum : Quóniam ipſe fecit nos. *Pſal.* Veníte. *p.* 16.

Hymnus. Ætérne rerum. *pag.* 16.

IN PRIMO NOCTURNO.

Antiph. Liberáſti virgam.

Pſalmus 73.

UT quid Deus repuliſti in finem : irátus eſt furor tuus ſuper oves páſcuæ tuæ.

Memor eſto congregatiónis tuæ : quam poſſedíſti ab inítio.

Redemiſti virgam hæreditátis tuæ : mons Sion in quo habitáſti in eo.

Leva manus tuas in ſupérbias eó[rum] in finem : quanta malignátus eſt in[imí]cus in ſancto.

Et gloriáti ſunt qui odérunt te [in] médio ſolennitátis tuæ.

Poſuérunt ſigna ſua, ſigna & non [co]gnovérunt : ſicut in éxitu ſuper [ſum]mum.

Quaſi in ſilva lignórum ſecúribu[s ex]cidérunt januas ejus in idípſum : i[n ſe]cúri & áſcia dejecérunt eam.

Incendérunt igni ſanctuárium tu[um :] in terra polluérunt tabernáculum [nó]minis tui.

Dixérunt in corde ſuo cognáti[o eó]rum ſimul : Quiéſcere faciámus o[mnes] dies feſtos Dei à terra.

Signa noſtra non vídimus : jam [non] eſt Prophéta : & nos non cogn[óſcet] ámplius.

Uſquequo Deus improperábit i[nimí]cus : irrítat adverſárius nomen t[uum] in finem ?

Ut quid avértis manum tuam : & [dex]teram tuam de médio ſinu tuo in fi[nem ?]

Deus autem Rex noſter ante ſéc[ula :] operátus eſt ſalútem in médio terr[æ.]

Tu confirmáſti in virtúte tua m[are :] contribuláſti cápita dracónum in a[quis.]

Tu confregiſti cápita dracónis : d[edíſti] eum eſcam pópulis Æthíopum.

Tu dirupíſti fontes & torréntes [: tu ex]ſiccáſti flúvios Ethan.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox : t[u fa]bricátus es auróram & ſolem.

Tu feciſti omnes términos terræ : [æſ]tem & ver tu plaſmáſti ea.

Memor eſto hujus : inimícus im[pro]perávit Dómino : & pópulus insi[piens] incitávit nomen tuum.

Ne tradas béſtiis ánimas confit[éntes]

tibi : & ánimas paúperum tuórum ne oblivifcáris in finem.

Réfpice in teftaméntum tuum : quia repléti funt, qui obfcuráti funt terræ dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúfus : pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exúrge Deus, júdica caufam tuam : memor efto improperiórum tuórum, eórum quæ ab infipiénte funt tota die.

Ne oblivifcáris voces inimicórum tuórum : fupérbia eórum qui te odérunt, afcéndit femper.

Pfalmus 74.

CONfitébimur tibi Deus, confitébimur : & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua : cùm accépero tempus, ego juftítias judicábo.

Liquefácta eft terra, & omnes qui hábitant in ea : ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iníquis, Nolíte iníquè ágere : & delinquéntibus, Nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu veftrum : nolíte loqui advérsùs Deum iniquitátem.

Quia neque ab oriénte, neque ab occidénte, neque à desértis móntibus : quóniam Deus judex eft.

Hunc humíliat, & hunc exáltat : quia calix in manu Dómini vini meri plenus mifto.

Et inclinávit ex hoc in hoc : verúmtamen fæx ejus non eft exinaníta : bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in féculum : cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confríngam : & exaltabúntur córnua jufti.

Antiph. Liberáfti virgam hæreditátis tuæ.

Antiph. Tu es Deus.

Pfalmus 76.

VOce mea ad Dóminum clamávi : voce mea ad Deum, & inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum : & non fum decéptus.

Rénuit confolári ánima mea : memor fui Dei, & delectátus fum : & exercitátus fum, & defécit fpíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei : turbátus fum, & non fum locútus.

Cogitávi dies antíquos : & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus fum nocte cum corde meo : & exercitábar, & fcopébam fpíritum meum.

Nunquid in ætérnum projíciet Deus : aut non appónet ut complacítior fit adhuc ?

Aut in finem mifericórdiam fuam abfcíndet : à generatióne in generatiónem ?

Aut oblivifcétur miferéri Deus ? aut continébit in ira fua mifericórdias fuas?

Et dixi, Nunc cœpi : hæc mutátio déxteræ Excélfi.

Memor fui óperum Dómini : quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis : & in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus in fancto via tua : quis Deus magnus ficut Deus nofter ? tu es Deus qui facis mirabília.

Notam fecífti in pópulis virtútem tuam redemífti in bráchio tuo pópulum tuum : fílios Jacob, & Jofeph.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ, & timuérunt : & turbátæ funt abyffi.

Multitúdo ſonitus aquárum : vocem dedérunt nubes.

Etenim ſagíttæ tuæ tránſeunt : vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruſcatiónes tuæ orbi terræ : commóta eſt & contrémuit terra.

In mari via tua, & ſémitæ tuæ in aquis multis: & veſtígia tua non cognoſcéntur.

Deduxíſti ſicut oves pópulum tuum : in manu Moyſi, & Aaron.

Antiph. Tu es Deus qui facis mirabília.

Antiph. Inclináte.

Pſalmus 77.

ATténdite (pópule meus) legem meam : inclináte aurem veſtram in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum : loquar propoſitiónes ab inítio.

Quanta audívimus & cognóvimus ea : & patres noſtri narravérunt nobis ?

Non ſunt occultáta à fíliis eórum : in generatióne áltera.

Narrántes laudes Dómini, & virtútes ejus : & mirabília ejus quæ fecit.

Et ſuſcitávit teſtimónium in Jacob : & legem póſuit in Iſraël.

Quanta mandávit pátribus noſtris nota fácere ea fíliis ſuis : ut cognóſcat generátio áltera.

Fílii qui naſcéntur, & exúrgent : & narrábunt fíliis ſuis.

Ut ponant in Deo ſpem ſuam : & non obliviſcántur óperum Dei : & mandáta ejus exquírant.

Ne fiant ſicut patres eórum : generátio prava & exáſperans.

Generátio quæ non diréxit cor ſuum : & non eſt créditus cum Deo ſpíritus ejus.

Fílii Ephrem intendéntes & mitténtes arcum : convérſi ſunt in die belli.

Non cuſtodiérunt teſtamentum Dei : & in lege ejus noluérunt ambuláre.

Et oblíti ſunt benefactórum ejus : & mirabílium ejus quæ oſténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília in terra Ægypti : in campo Táneos.

Interrúpit mare, & perdúxit eos : & ſtátuit aquas quaſi in utre.

Et dedúxit eos in nube diéi : & tota nocte in illuminatióne ignis.

Interrúpit petram in erémo : & adaquávit eos velut in abyſſo multa.

Et edúxit aquam de petra : & dedúxit tanquam flúmina aquas.

Et appoſuérunt adhuc peccáre ei : in iram excitavérunt Excélſum in inaquóſo.

Et tentavérunt Deum in córdibus ſuis : ut péterent eſcas animábus ſuis.

Et malè locuti ſunt de Deo : dixérunt, Nunquid póterit Deus paráre menſam in deſérto ?

Quóniam percúſſit petram, & fluxérunt aquæ : & torréntes inundavérunt.

Nunquid & panem póterit dare : aut paráre menſam pópulo ſuo ?

Ideo audívit Dóminus, & díſtulit : & ignis accénſus eſt in Jacob : & ira aſcéndit in Iſraël.

Quia non credidérunt in Deo : nec ſperavérunt in ſalutári ejus.

Et mandávit núbibus, déſuper : & jánuas cæli apéruit.

Et pluit illis manna ad manducándum : & panem cæli dedit eis.

Panem Angelórum manducávit homo : cibária miſit eis in abundántia.

Tránſtulit Auſtrum de cælo : & indúxit in virtúte ſua Africum.

Et pluit ſuper eos ſicut púlverem carnes : & ſicut arénam maris volatília pennáta.

Et cecidérunt in médio caſtrórum eórum : circa tabernácula eórum.

Et manducavérunt, & ſaturáti ſunt nimis : & deſidérium eórum áttulit eis : non ſunt fraudáti à deſidério ſuo.

Adhuc eſcæ eórum erant in ore ipſórum : & ira Dei aſcéndit ſuper eos.

Et occídit pingues eórum : & eléctos Iſraël impedivit.

In ómnibus his peccavérunt adhuc : & non credidérunt in mirabílibus ejus.

Et defecérunt in vanitáte dies eórum : & anni eórum cum feſtinatióne.

Cùm occíderet eos, quærébant eum : & revertebántur, & dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti ſunt, quia Deus adjútor eſt eórum : & Deus excélſus redémptor eórum eſt.

Diviſio.

ET dilexérunt eum in ore ſuo : & lingua ſua mentíti ſunt ei.

Cor autem eórum non erat rectum cum eo : nec fidéles hábiti ſunt in teſtaménto ejus.

Ipſe autem eſt miſéricors, & propítius fiet peccátis eórum : & non diſperdet eos.

Et abundávit ut avérteret iram ſuam : & non accéndit omnem iram ſuam.

Et recordátus eſt quia caro ſunt : ſpíritus vadens, & non rédiens.

Quóties exacerbavérunt eum in deſérto : in iram concitavérunt eum in inaquóſo ?

Et convérſi ſunt, & tentavérunt Deum : & ſanctum Iſraël exacerbavérunt.

Non ſunt recordáti manus ejus : die qua redémit eos de manu tribulántis.

Sicut póſuit in Ægypto ſigna ſua : & prodígia ſua in campo Táneos.

Et convértit in ſánguinem flúmina eórum : & imbres eórum ne bíberent.

Miſit in eos cœnomyíam, & comédit eos : & ranam, & diſpérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus eórum : & labóres eórum locúſtæ.

Et occídit in grándine víneas eórum : & moros eórum in pruína.

Et trádidit grándini juménta eórum : & poſſeſſiónem eórum igni.

Miſit in eos iram indignatiónis ſuæ : indignatiónem, & iram, & tribulatiónem : immiſſiónes per ángelos malos.

Viam fecit ſémitæ iræ ſuæ : non pepércit à morte animábus eórum : & juménta eórum in morte conclúſit.

Et percúſſit omne primogénitum in terra Ægypti : primítias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Et ábſtulit ſicut oves pópulum ſuum : & perdúxit eos tanquam gregem in deſérto.

Et dedúxit eos in ſpe, & non timuérunt : & inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in montem ſanctificatiónis ſuæ : montem quem acquiſivit déxtera ejus.

Et ejécit à fácie eórum gentes : & ſorte diviſit eis terram in funículo diſtributiónis.

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum : tribus Iſraël.

Et tentavérunt, & exacerbavérunt Deum excélſum : & teſtimónia ejus non cuſtodiérunt.

Et avertérunt ſe, & non ſervavérunt pactum : quemádmodum patres eórum convérſi ſunt in arcum pravum.

In iram concitavérunt eum in cóllibus ſuis : & in ſculptílibus ſuis ad æmulatiónem eum provocavérunt.

Audívit Deus, & ſprevit : & ad níhilum redégit valde Iſraël.

Et répulit tabernáculum Silo : tabernáculum suum, ubi habitávit in homínibus.

Et trádidit in captivitátem virtútem eórum : & pulchritúdinem eórum in manus inimíci.

Et conclúsit in gládio pópulum suum : & hæreditátem suam sprevit.

Júvenes eórum comédit ignis : & vírgines eórum non sunt lamentátæ.

Sacerdótes eórum in gládio cecidérunt : & víduæ eórum non plorabántur.

Et excitátus est tanquam dórmiens Dóminus : tanquam potens crapulátus à vino.

Et percússit inimícos suos in posterióra : oppróbrium sempitérnum dedit illis.

Et répulit tabernáculum Joseph : & tribum Ephraïm non elégit.

Sed elégit tribum Juda : montem Sion quem diléxit.

Et ædificávit sicut unicórnium sanctifícium suum : in terra, quam fundávit in sécula.

Et elégit David servum suum : & sústulit eum de grégibus óvium : de post fœtántes accépit eum.

Páscere Jacob servum suum : & Israël hæreditátem suam.

Et pavit eos in innocéntia cordis sui : & in intelléctibus manuum suárum dedúxit eos.

Antiph. Inclináte aurem vestram in verba oris mei.

Antiph. Propítius esto.

Psalmus 78.

DEus venérunt gentes in hæreditátem tuam : polluérunt templum sanctum tuum : posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticína servórum tuórum escas volatílibus cæli : carnes sanctórum tuórum béstiis terræ.

Effudérunt sánguinem eórum quam aquam in circúitu Jerúsalem non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis [...]stris : subsannátio & illúsio his q[...] circúitu nostro sunt.

Usquequo Dómine irascéris in fi[...] accendétur velut ignis zelus tuus ?

Effúnde iram tuam in gentes qu[...] non novérunt : & in regna quæ no[...] tuum non invocavérunt.

Quia comedérunt Jacob : & lo[...] ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrá[...] antiquárum : citò antícipent nos [...]ricórdiæ tuæ : quia páuperes facti [...]mus nimis.

Adjuva nos Deus salutáris noster propter glóriam nóminis tui Dó[...] líbera nos : & propítius esto pec[...] nostris propter nomen tuum.

Ne fortè dicant in géntibus, U[...] Deus eórum ? & innotéscat in n[...]nibus coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum tuórum effúsus est : introëat in conspéctu[...] gémitus compeditórum.

Secúndùm magnitúdinem bráchii[...] pósside fílios mortificatórum.

Et redde vicínis nostris séptu[...] in sinu eórum : impropérium ipso[...] quod exprobravérunt tibi Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves [...]cuæ tuæ : confitébimur tibi in sécul[...]

In generatiónem & generatiónem nuntiábimus laudem tuam.

Antiph. Propítius esto peccátis n[...] Dómine.

℣. Deus in sancto via tua.

℟. Quis Deus magnus sicut [...] noster.

In æstate, Lectio. *Sap.* 3.

QUi confidunt in Dómino, intélligent veritátem: & fidéles in dilectióne acquiéscent illi. Quóniam donum & pax est: eléctis ejus. Tu autem.

℟. Exultáte Deo adjutóri nostro.
℟. Exultáte Deo adjutóri nostro.
℣. Jubiláte Deo Jacob.
℟. Exultáte Deo adjutóri nostro.
℣. Glória Patri, & Filio.
℟. Exultáte Deo adjutóri nostro.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Antiph. Allelu-ia.

In Septuagesima.

Antiph. Exultáte Deo.

Psalmus 79.

QUi regis Israël, inténde: qui dedúcis velut ovem Joseph.

Qui sedes super Chérubim, manifestáre: coram Ephraïm, Bénjamin, & Manásse.

Excita poténtiam tuam, & veni: ut salvos fácias nos.

Deus convérte nos: & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Dómine Deus virtútum: quoúsque irascéris super oratiónem servi tui?

Cibábis nos pane lacrymárum: & potum dabis nobis in lácrymis in mensúra.

Posuísti nos in contradictiónem vicínis nostris: & inimíci nostri subsannavérunt nos.

Deus virtútum convérte nos: & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Vineam de Ægypto transtulísti: ejecísti gentes, & plantásti eam.

Dux itíneris fuísti in conspéctu ejus: plantásti radíces ejus, & implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus: & arbústa ejus cedros Dei.

Extendit pálmites suos usque ad mare: & usque ad flumen propágines ejus.

Ut quid destruxísti macériam ejus: & vindémiant eam omnes qui prætergrediúntur viam?

Exterminávit eam aper de silva: & singuláris ferus depástus est eam.

Deus virtútum convértere: réspice de cælo, & vide, & vísita víneam istam.

Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua: & super filium hóminis, quem confirmásti tibi.

Incénsa igni & suffóssa: ab increpatióne vultus tui períbunt.

Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ: & super filium hóminis quem confirmásti tibi.

Et non discédimus à te: vivificábis nos, & nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtútum convérte nos: & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Psalmus 80.

EXultáte Deo adjutóri nostro: jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum, & date tympanum: psaltérium jucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tuba: in insígni die solennitátis vestræ.

Quia præcéptum in Israël est: & judícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cùm exíret de terra Ægypti: linguam quam non nóverat audívit.

Divértit ab onéribus dorsum ejus: manus ejus in cophíno serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, & liberávi te: exaudívi te in abscóndito tempestátis: probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi pópulus meus, & contestábor te: Israël, si audíeris me, non erit in te Deus recens: neque adorábis deum aliénum.

Ego enim ſum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti: diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam: & Iſraël non inténdit mihi.

Et dimíſi eos ſecúndùm deſidéria cordis eórum: ibunt in adinventiónibus ſuis.

Si pópulus meus audíſſet me: Iſraël ſi in viis meis ambulâſſet.

Pro níhilo fórſitan inimícos eórum humiliâſſem: & ſuper tribulántes eos misíſſem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti ſunt ei: & erit tempus eórum in ſécula.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti: & de petra melle ſaturávit eos.

Antiph. Exultáte Deo adjutóri noſtro.

Antiph. Tu ſolus Altíſſimus.

Pſalmus 81.

DEus ſtetit in ſynagóga deórum: in médio autem deos dijúdicat.

Uſquequo judicátis iniquitátem; & fácies peccatórum ſúmitis?

Judicáte egéno, & pupillo: húmilem & paúperem juſtificáte.

Erípite paúperem: & egénum de manu peccatóris liberáte.

Neſciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant: movebúntur ómnia fundaménta terræ.

Ego dixi, Dii eſtis: & fílii Excélſi omnes.

Vos autem ſicut hómines moriémini: & ſicut unus de princípibus cadétis.

Surge Deus, júdica terram: quóniam tu hæreditábis in ómnibus géntibus.

Pſalmus 82.

DEus quis símilis erit tibi? ne táceas, neque compeſcáris Deus.

Quóniam ecce inimíci tui ſonuérunt: & qui odérunt te extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consilium: & cogitavérunt advérsùs ſanctos tuos.

Dixérunt, Veníte, & diſperdámus eos de gente: & non memorétur nomen Iſraël ultra.

Quóniam cogitavérunt unanímiter: ſimul advérsùm te teſtaméntum diſpoſuérunt tabernácula Idumæórum, & Iſmahelítæ.

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Aſſur venit cum illis: facti ſunt in adjutórium fíliis Lot.

Fac illis ſicut Mádian & Siſaræ: ſicut Jabin in torrénte Ciſſon.

Diſperiérunt in Endor: facti ſunt ut ſtercus terræ.

Pone príncipes eórum ſicut Oreb & Zeb: & Zébee, & Sálmana.

Omnes príncipes eórum: qui dixérunt, Hæreditáte poſſideámus ſanctuárium Dei.

Deus meus pone illos ut rotam: & ſicut ſtípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis qui combúrit ſilvam: & ſicut flamma combúrens montes.

Ita perſequéris illos in tempeſtáte tua: & in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomínia: & quærent nomen tuum Dómine.

Erubéſcant, & conturbéntur in ſéculum ſéculi: & confundántur, & péreant.

Et cognóſcant, quia nomen tibi Dóminus: tu ſolus Altíſſimus in omni terra.

Antiph. Tu ſolus Altíſſimus ſuper omnem terram.

Antiph. Benedixíſti.

Pſalmus 83.

QUàm dilécta tabernácula tua Dómine virtútum: concupíſcit &

deficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea: exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum: & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua Dómine virtútum: Rex meus, & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua Dómine: in sécula seculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus est auxilium abs te: ascensiónes in corde suo dispósuit in valle lacrymárum: in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor: ibunt de virtúte in virtútem: vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exaúdi oratiónem meam: aúribus pércipe Deus Jacob.

Protéctor noster áspice Deus: & réspice in fáciem Christi tui.

Quia mélior est dies una in átriis tuis: super millia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei: magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam & veritátem díligit Deus: grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia: Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

Psalmus 84.

Benedixísti Dómine terram tuam: avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ: operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam: avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus salutáris noster: & avérte iram tuam à nobis.

Nunquid in ætérnum irascéris nobis? aut extendes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus tu convérsus vivificábis nos, & plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam: & salutáre tuum da nobis.

Aúdiam quid loquátur in me Dóminus Deus: quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsius: ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia, & véritas obviavérunt sibi: justitia, & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est: & justitia de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem: & terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulábit: & ponet in via gressus suos.

Antiph. Benedixísti Dómine terram tuam.

Antiph. Allelu-ia. *iii.*

Capitulum. Vigiláte. *pag.* 38.

℣. Beáti qui hábitant in domo tua Dómine.

℟. In sécula seculórum laudábunt te.

Preces ut supra pag. 29.

Oratio.

Salva nos omnípotens Deus: & lucem nobis concéde perpétuam. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Antiph. Tibi soli peccávi Dómine miserére mei. *Psalmus.* Miserére. *pag.* 6.

Antiph. Intret orátio mea.

Psalmus 87.

Dómine Deus salútis meæ: in die clamávi, & nocte coram te.

Intret in conſpéctu tuo orátio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repléta eſt malis ánima mea: & vita mea inférno appropinquávit.

Æſtimátus ſum cum deſcendéntibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adjutório inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in ſepúlchris, quorum non es memor ámpliùs: & ipſi de manu tua repúlſi ſunt.

Poſuérunt me in lacu inferióri: in tenebróſis, & in umbra mortis.

Super me confirmátus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxíſti ſuper me.

Longè feciſti notos meos à me: poſuérunt me abominatiónem ſibi.

Tráditus ſum, & non egrediébar: óculi mei languérunt præ inópia.

Clamávi ad te Dómine tota die: expándi ad te manus meas.

Nunquid mórtuis fácies mirabília? aut médici ſuſcitábunt, & confitebúntur tibi?

Nunquid narrábit áliquis in ſepúlchro miſericórdiam tuam? & veritátem tuam in perditióne?

Nunquid cognoſcéntur in ténebris mirabília tua? & juſtítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te Dómine clamávi: & mane orátio mea prævéniet te.

Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam? avértis fáciem tuam à me?

Pauper ſum ego, & in labóribus à juventúte mea: exaltátus autem, humiliátus ſum, & conturbátus.

In me tranſiérunt iræ tuæ: & terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me ſicut aqua tota die: circumdedérunt me ſimul.

Elongáſti à me amícum & próximum: & notos meos à miſéria.

Ant. Intret orátio mea in conſpéctu tuo Dómine.

Antiph. Dómine refúgium.

Pſalmus 89.

DOmine refúgium factus es nobis: à generatióne in generatiónem.

Priúſquam montes fierent, aut formarétur terra, & orbis: à ſéculo & uſque in ſéculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem: & dixíſti, Convertímini filii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos: tamquam dies heſtérna quæ prætériit.

Et cuſtódia in nocte: quæ pro níhilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane ſicut herba tránſeat: mane flóreat, & tránſeat: véſpere décidat, indúret, & aréſcat.

Quia defécimus in ira tua: & in furóre tuo turbáti ſumus.

Poſuíſti iniquitátes noſtras in conſpéctu tuo: ſéculum noſtrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies noſtri defecérunt: & in ira tua defécimus.

Anni noſtri ſicut aránea meditabúntur: dies annórum noſtrórum in ipſis, ſeptuaginta anni.

Si autem in potentátibus octogínta anni: & ámpliùs, eórum labor & dolor.

Quóniam ſupervénit manſuetúdo: & corripiémur.

Quis novit poteſtátem iræ tuæ: & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam ſic notam fac: & erudítos corde in ſapiéntia.

Convértere Dómine úſquequo: & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos.

Repléti ſumus mane miſericórdia tua: & exultávimus & delectáti ſumus ómnibus diébus noſtris.

Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliásti : annis quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos & in ópera tua : & dírige filios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos : & ópera mánuum nostrárum dírige super nos : & opus mánuum nostrárum dírige.

Antiph. Dómine refúgium factus es nobis.

Antiph. In ætérnum Dóminus.

Canticum Moysi. Exod. 15.

CAntémus Dómino, gloriósè enim magnificátus est : equum & ascensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus : & factus est mihi in salútem.

Iste Deus meus, & glorificábo eum : Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, omnípotens nomen ejus : currus Pharaónis, & exércitum ejus projécit in mare.

Elécti príncipes ejus submérsi sunt in mari rubro : abyssi operuérunt eos : descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta est in fortitúdine : déxtera tua Dómine percussit inimícum : & in multitúdine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos.

Misísti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stípulam : & in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ.

Stetit unda fluens : congregátæ sunt abyssi in médio mari.

Dixit inimícus, Pérsequar, & comprehéndam : dividam spólia, implébitur ánima mea.

Evaginábo gládium meum : interfíciet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, & opéruit eos mare : submérsi sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fórtibus Dómine, quis símilis tui ? magníficus in sanctitáte : terríbilis, atque laudábilis, fáciens mirabília.

Extendísti manum tuam, & devorávit eos terra : dux fuísti in misericórdia tua: pópulo quem redemísti.

Et portásti eum in fortitúdine tua : ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, & iráti sunt : dolóres obtinuérunt habitatóres Philísthiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom: robústos Moab obtínuit tremor : obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído, & pavor, in magnitúdine bráchii tui.

Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertránseat pópulus tuus Dómine : donec pertránseat pópulus tuus, iste quem possedísti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hæreditátis tuæ : firmíssimo habitáculo tuo, quod operátus es Dómine.

Sanctuárium tuum Dómine quod firmavérunt manus tuæ : Dóminus regnábit in ætérnum, & ultra.

Ingréssus est enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus ejus in mare : & redúxit super eos Dóminus aquas maris.

Filii autem Israël ambulavérunt per siccum : in médio ejus.

Antiph. In ætérnum Dóminus regnábit, & ultra.

Antiph. In Sanctis ejus, laudáte Deum.

Psalmus. Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Nox præcéssit. *pag.* 40.

℟. Dómine refúgium factus es nobis.

℟. Dómine refúgium factus.

℣. A generatióne, & progénie.

℟. Dómine refúgium factus.

℣. Glória Patri, & Fílio, &c.
℟. Dómine refúgium factus.
Hymnus. Splendor patérnæ. *pag.* 28.
℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Et exultávimus & delectáti sumus.

Ad Benedictus.

Antiph. Da sciéntiam plebi tuæ Dómine in remissiónem peccatórum eórum.

Oratio Dominicalis.

FERIA SEXTA, *ad Matutinas.*

Invitatorium. Dóminum qui fecit nos. Venite adorémus.
Psalmus. Veníte. *pag.* 16.
Hymnus. Ætérne rerum. *pag.* 16.

IN PRIMO NOCTURNO.

Antiph. Inclína Dómine.

Psalmus 85.

INclína Dómine aurem tuam, & exaúdi me: quóniam inops, & pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus meus sperántem in te.

Miserére mei Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: lætífica ánimam servi tui: quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine suávis & mitis: & multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe Dómine oratiónem meam: & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te: quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis Dómine: & non est secúndùm ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti, veni[...] mine: & glori[...]

Quóniam magnus es tu, [...] mirabília: tu es Deus solus.

Deduc me Dómine in via tua: & ingrédiar in veritáte tua: lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo: & glorificábo nomen tuum in ætérnum.

Quia misericórdia tua magna est super me: & eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus iníqui insurrexérunt super me, & synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam: & non proposuérunt te i[n] conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus, miserátor & m[i]séricors: pátiens, & multæ misericó[rdiæ], & verax.

Réspice in me, & miserére mei: da impérium tuum púero tuo: & salvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, & confundántur: quóniam tu Dómine adjuvísti me, & consolátus es me.

Psalmus 86.

FUndaménta ejus in móntibus sa[n]ctis: díligit Dóminus portas S[ion] super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósa dicta sunt de te: cívitas [...]

Memor ero Rahab, & Babyl[...] sciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & [...]lus Æthiópum: hi fuérunt illic.

Nunquid Sion dicet: Homo, [...] natus est in ea: & ipse fund[...] Altíssimus?

Dominus narrábit in scriptú[ris] [...]lórum, & príncipum: horu[m] [...]runt in ea.

Sicut lætántium ómnium : habitátio est in te.

Antiph. Inclína Dómine aurem tuam, & exaúdi me.

Antiph. Benedíctus.

Psalmus 88.

MIsericórdias Dómini : in ætérnum cantábo.

In generatiónem & generatiónem : annuntiábo veritátem tuam in ore meo.

Quóniam dixísti, In ætérnum misericórdia ædificábitur in cælis : præparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum eléctis meis : jurávi David servo meo, usque in ætérnum præparábo semen tuum.

Et ædificábo in generatiónem & generatiónem : sedem tuam.

Confitebúntur cæli mirabília tua Dómine : étenim veritátem tuam in Ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino : símilis erit Deo in fíliis Dei?

Deus qui glorificátur in concílio sanctórum : magnus & terríbilis super omnes qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtútum quis símilis tibi ? potens es Dómine : & véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris : motum autem flúctuum ejus tu mítigas.

Tu humiliásti sicut vulnerátum supérbum : in bráchio virtútis tuæ dispersísti inimícos tuos.

Tui sunt cæli, & tua est terra : orbem terræ, & plenitúdinem ejus tu fundásti : Aquilónem & mare tu creásti.

Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt : tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, & exaltétur déxtera tua : justítia, & judícium præparátio sedis tuæ.

Misericórdia & véritas præcédent fáciem tuam : beátus pópulus qui scit jubilatiónem.

Dómine in lúmine vultus tui ambulábunt : & in nómine tuo exultábunt tota die : & in justítia tua exaltabúntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es : & in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum.

Quia Dómini est assúmptio nostra : & sancti Israël Regis nostri.

Divisio.

TUnc locútus es in visióne sanctis tuis : & dixísti, Pósui adjutórium in poténte : & exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David servum meum : óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei : & bráchium meum confortábit eum.

Nihil profíciet inimícus in eo : & fílius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concídam à fácie ipsíus inimícos ejus : & odiéntes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, & misericórdia mea cum ipso : & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus : & in flumínibus déxteram ejus.

Ipse invocábit me, Pater meus es tu : Deus meus, & suscéptor salútis meæ.

Et ego primogénitum ponam illum : excélsum præ régibus terræ.

In ætérnum servábo illi misericórdiam meam : & testaméntum meum fidéle ipsi.

Et ponam in séculum séculi semen ejus : & thronum ejus sicut dies cæli.

Si autem derelíquerint fílii ejus legem meam : & in judíciis meis non ambuláverint.

Si justítias meas profanáverint : &

mandáta mea non custodíerint.

Visitábo in virga iniquitátes eórum: & in verbéribus peccáta eórum.

Misericórdiam autem meam non dispérgam ab eo: neque nocébo in veritáte mea.

Neque profanábo testaméntum meum: & quæ procédunt de lábiis meis, non fáciam írrita.

Semel jurávi in sancto meo si David méntiar: semen ejus in ætérnum manébit.

Et thronus ejus sicut sol in conspéctu meo: & sicut luna perfécta in ætérnum: & testis in cælo fidélis.

Tu verò repulísti, & despexísti: distulísti Christum tuum.

Evertísti testaméntum servi tui: profanásti in terra sanctuárium ejus.

Destruxísti omnes sepes ejus: posuísti firmaméntum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes transeúntes viam: factus est oppróbrium vicínis suis.

Exaltásti déxteram depriméntium eum: lætificásti omnes inimícos ejus.

Avertísti adjutórium gládii ejus: & non es auxiliátus ei in bello.

Destruxísti eum ab emundatióne: & sedem ejus in terram collisísti.

Minorásti dies témporis ejus: perfudísti eum confusióne.

Usquequo Dómine avértis in finem? exardéscet sicut ignis ira tua?

Memoráre quæ mea substántia: nunquid enim vanè constituísti omnes filios hóminum?

Quis est homo qui vivet, & non vidébit mortem: éruet ánimam suam de manu ínferi?

Ubi sunt misericórdiæ tuæ antíquæ Dómine: sicut jurásti David in veritáte tua?

Memor esto Dómine oppróbrii servórum tuórum: quod contínui in sinu meo multárum géntium.

Quod exprobravérunt inimíci tui Dómine: quod exprobravérunt commutatiónem Christi tui.

Benedíctus Dóminus in ætérnum: fiat, fiat.

Ant. Benedíctus Dóminus in ætérnum.

Antiph. Exaltáre.

Psalmus 92.

DOminus regnávit, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ: qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc: à século tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine: elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos: vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitúdo Dómine, in longitúdinem diérum.

Psalmus 93.

DEus ultiónum Dóminus: Deus ultiónum líbere egit.

Exaltáre qui júdicas terram: redde retributiónem supérbis.

Usquequo peccatóres Dómine? usquequo peccatóres gloriabúntur?

Effabúntur & loquéntur iniquitátem: loquéntur omnes qui operántur injustítiam?

Pópulum tuum Dómine humiliavérunt: & hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam & ádvenam interfecérunt: & pupíllos occidérunt.

Et dixérunt, Non vidébit Dóminus

nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite insipiéntes in pópulo : & stulti aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non aúdiet ? aut qui finxit óculum, non consíderat?

Qui córripit gentes, non árguet ? qui docet hóminem sciéntiam ?

Dóminus scit cogitatiónes hóminum : quóniam vanæ sunt.

Beátus homo, quem tu erudíeris Dómine : & de lege tua docúeris eum.

Ut mítiges ei à diébus malis : donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dóminus plebem suam : & hæreditátem suam non derelinquet.

Quoadúsque justítia convertátur in judícium : & qui juxta illam : omnes qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsùs malignántes ? aut quis stabit mecum advérsus operántes iniquitátem.

Nisi quia Dóminus adjúvit me : paulóminus habitásset in inférno ánima mea.

Si dicébam, Motus est pes meus : misericórdia tua Dómine adjuvábat me.

Secúndùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo : consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitátis : qui fingis labórem in præcépto?

Captábunt in ánimam justi : & sánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refúgium : & Deus meus in adjutórium spei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum : & in malítia eórum dispérdet eos : dispérdet illos Dóminus Deus noster.

Antiph. Exaltáre qui júdicas terram.

℣. Intret orátio mea in conspéctu tuo.

℟. Inclína aurem tuam ad precem meam Dómine.

In æstate, Lectio. *Sap.* I.

BEnígnus est enim spíritus sapiéntiæ : & non liberábit maledícum à lábiis suis. Quóniam renum illíus testis est Deus ; & cordis ejus scrutátor est verus : & linguæ illíus audítor. Quóniam spíritus Dómini replévit orbem terrárum : & hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis. Tu autem.

℟. Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo.

℟. Misericórdias Dómini.

℣. In generatiónem & generatiónem annuntiábo veritátem tuam in ore meo.

℟. Misericórdias Dómini in.

℣. Glória Patri, & Filio.

℟. Misericórdias Dómini in.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Antiph. Allelu-ia.

In Septuagesima.

Antiph. Cantáte Dómino.

Psalmus 95.

CAntáte Dómino cánticum novum : cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus : annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus : in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis : terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia : Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspéctu ejus : sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam & honórem : afférte

Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus: adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univérsa terra: dícite in géntibus, quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cæli, & exúltet terra: commoveátur mare, & plenitúdo ejus: gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum à fácie Dómini, quia venit: quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte: & pópulos in veritáte sua.

Psalmus 96.

DOminus regnávit, exúltet terra: læténtur ínsulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus: justítia & judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet: & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: vidit & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à fácie Dómini: à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justítiam ejus: & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculptília: & qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus: audívit, & lætáta est Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ: propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram: nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum: de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo: & rectis corde lætítia.

Lætámini justi in Dómino: & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Antiph. Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus.

Antiph. Quia mirabília.

Psalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus: & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum: in conspéctu géntium revelávit justítiam suam,

Recordátus est misericórdiæ suæ: & veritátis suæ dómui Israël.

Vidérunt omnes términi terræ: salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: cantáte, & exultáte, & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara, & voce psalmi: in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini: moveátur mare & plenitúdo ejus: orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu simul: montes exultábunt à conspéctu Dómini: quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia: & pópulos in æquitáte.

Psalmus 98.

DOminus regnávit, irascántur pópuli: qui sedet super Chérubim moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus: & excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno, quó-

niam terríbile & ſanctum eſt : & honor Regis judícium díligit.

Tu paráſti directiónes : judícium & juſtítiam in Jacob tu fecíſti.

Exaltáte Dóminum Deum noſtrum : & adoráte ſcabéllum pedum ejus, quóniam ſanctum eſt.

Moyſes & Aaron in ſacerdótibus ejus: & Samuël inter eos qui ínvocant nomen ejus.

Invocábant Dóminum, & ipſe exaudiébat eos : in colúmna nubis loquebátur ad eos.

Cuſtodiébant teſtimónia ejus : & præcéptum quod dedit illis.

Dómine Deus noſter tu exaudiébas eos : Deus tu propítius fuíſti eis : & ulciſcens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dóminum Deum noſtrum : & adoráte in monte ſancto ejus : quóniam ſanctus Dóminus Deus noſter.

Antiph. Quia mirabília fecit Dóminus.

Antiph. Jubiláte.

Pſalmus 99.

JUbiláte Deo omnis terra : ſervíte Dómino in lætítia.

Introíte in conſpéctu ejus : in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus : ipſe fecit nos & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus : introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus quóniam ſuávis eſt Dóminus : in ætérnum miſericórdia ejus : & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Pſalmus 100.

MIſericórdiam & judícium : cantábo tibi Dómine.

Pſallam & intélligam in via immaculáta : quando vénies ad me.

Perambulábam in innocéntia cordis mei : in médio domus meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem injúſtam : faciéntes prævaricatiónes odívi.

Non adhæſit mihi cor pravum : declinántem à me malígnum non cognoſcébam.

Detrahéntem ſecrétò próximo ſuo : hunc perſequébar.

Supérbo óculo, & inſatiábili corde : cum hoc non edébam.

Oculi mei ad fidéles terræ, ut ſédeant mecum : ámbulans in via immaculáta, hic mihi miniſtrábat.

Non habitábit in médio domus meæ qui facit ſupérbiam : qui lóquitur iníqua, non diréxit in conſpéctu oculórum meórum.

In matutíno interficiébam omnes peccatóres terræ : ut diſpérderem de civitáte Dómini omnes operántes iniquitátem.

Antiph. Jubiláte Deo omnis terra.

Antiph. Allelu-ia, allelu-ia.

Capitulum. Vigiláte. *pag.* 38.

℣ Beátus homo quem tu erudíeris Dómine.

℟ Et de lege tua docúeris eum.

Preces ut ſupra *pag.* 29.

Oratio.

VEritas tua, quæſumus, Dómine, lúceat ſemper in córdibus noſtris : & omnis fálſitas inimíci deſtruátur. Per Dóminum noſtrum.

AD LAUDES.

Antiph. Spíritu principáli confirma cor meum Deus. *Pſal.* Miſerére. *pag.* 6.

Antiph. In Iſraël.

Pſalmus 75.

NOtus in Judæa Deus : in Iſraël magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : & habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum : scutum, gládium, & bellum.

Illúminans tu mirabíliter à móntibus ætérnis : turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum suum : & nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mnáibus suis.

Ab increpatióne tua Deus Jacob : dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis resístet tibi ? ex tunc ira tua.

De cælo audítum fecísti judícium : terra trémuit, & quiévit.

Cùm exúrgeret in judícium Deus : ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi : & relíquiæ cogitatiónis diem festum agent tibi.

Vovéte, & réddite Dómino Deo vestro : omnes qui in circúitu ejus affértis múnera.

Terríbili, & ei qui aufert spíritum príncipum : terríbili apud reges terræ.

Ant. In Israël magnum nomen Dómini.

Antiph. Bonum est.

Psalmus 91.

BOnum est confitéri Dómino : & psállere nómini tuo Altíssime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam : & veritátem tuam per noctem.

In decachórdo psaltério : cum cántico, in cíthara.

Quia delectásti me Dómine in factúra tua : & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quàm magnificáta sunt ópera tua Dómine : nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognóscet : & stultus non intélliget hæc.

Cùm exórti fúerint peccatóres sicut fœnum : & apparúerint omnes qui operántur iniquitátem.

Ut intéreant in séculum séculi : tu autem Altíssimus in ætérnum Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui Dómine, quóniam ecce inimíci tui períbunt : & dispergéntur omnes qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum : & senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos : & in insurgéntibus in me malignántibus aúdiet auris mea.

Justus ut palma florébit : sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini : in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : & bene patiéntes erunt, ut annúntient.

Quóniam rectus Dóminus Deus noster : & non est iníquitas in eo.

Antiph. Bonum est confitéri Dómino.

Antiph. Dómine audívi.

Canticum. *Habacuc.* 3.

DOmine audívi auditiónem tuam : & tímui.

Dómine opus tuum : in médio annórum vivífica illud.

In médio annórum notum fácies : cùm irátus fúeris misericórdiæ recordáberis.

Deus ad Austro véniet : & sanctus de monte Pharan.

Opéruit cælos glória ejus : & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : córnua in mánibus ejus.

Ibi abscóndita est fortitúdo ejus: ante fáciem ejus ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus: stetit, & mensus est terram.

Aspéxit, & dissólvit gentes: & contríti sunt montes séculi.

Incurváti sunt colles mundi: ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ: turbabúntur pelles terræ Mádian.

Nunquid in fluminibus irátus es Dómine: aut in flumínibus furor tuus: vel in mari indignátio tua.

Qui ascéndes super equos tuos: & quadrígæ tuæ salvátio.

Divisio.

SUscitans suscitábis arcum tuum: juraménta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ: vidérunt te, & doluérunt montes: gurges aquárum tránsiit.

Dedit abyssus vocem suam: altitúdo manus suas levávit.

Sol & luna stetérunt in habitáculo suo: in luce sagittárum tuárum ibunt: in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram: in furóre obstupefácies gentes.

Egréssus es in salútem pópuli tui: in salútem cum Christo tuo.

Percussísti caput de domo ímpii: denudásti fundaméntum ejus usque ad collum.

Maledixísti sceptris ejus: cápiti bellatórum ejus: veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exultátio eórum: sicut ejus qui dévorat paúperem in abscóndito.

Divisio.

VIam fecísti in mari equis tuis: in luto aquárum multárum.

Audivi, & conturbátus est venter meus: à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óssibus meis: & subter me scáteat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis: ut ascéndam ad pópulum accínctum nostrum.

Ficus enim non florébit: & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ: & arva non ásserent cibum.

Abscindétur de ovíli pecus: & non erit arméntum in præsépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo: & exultábo in Deo Jesu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea: & ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor: in psalmis canéntem.

Ant. Dómine audívi audítum tuum, & tímui.

Ant. In tympano & choro, in chordis & órgano laudáte Deum. *Psalmus.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Nox præcéssit. *pag.* 40.

℟. Delectásti me Dómine in factúra tua.

℟. Delectásti me Dómine.

℣. Et in opéribus mánuum tuárum exultábo.

℟. Delectásti me Dómine.

℣. Glória Patri, & Filio.

℟. Delectásti me Dómine.

Hymnus. Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℟. Et exultávimus & delectáti sumus.

Ad Benedictus.

Antiph. Per víscera misericórdiæ Dei nostri, in quibus visitávit nos óriens ex alto.

Oratio Dominicalis.

SABBATO AD MATUTINAS.

Invitator. Dóminum Deum nostrum, Veníte adorémus. *Psal.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Ætérne. *pag.* 16.

IN PRIMO NOCTURNO.

Antiph. Clamor meus.

Psalmus 101.

DOmine exaúdi oratiónem meam : & clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam à me : in quacúmque die tríbulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te : velóciter exaúdi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut fœnum, & áruit cor meum : quia oblitus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei: adhæsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis : factus sum sicut nycticorax in domicílio.

Vigilávi : & factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei : & qui laudábant me, advérsùm me jurábant.

Quia cínerem tanquam panem manducábam : & potum meum cum fletu miscébam.

A fácie iræ & indignatiónis tuæ : quia élevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : & ego sicut fœnum árui.

Tu autem Dómine in ætérnum pérmanes : & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exúrgens miseréberis Sion : quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus : & terræ ejus miserebúntur.

Et timébunt gentes nomen tuum Dómine : & omnes reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dóminus Sion : & vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratiónem humílium : & non sprevit precem eórum.

Scribántur hæc in generatióne áltera : & pópulus qui creábitur laudábit Dóminum.

Quia prospéxit de excélso sancto suo : Dóminus de cælo in terram aspéxit.

Ut audíret gémitus compeditórum : ut solveret fílios interemptórum.

Ut annúntient in Sion nomen Dómini : & laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum : & reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suæ : paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum : in generatiónem & generatiónem anni tui.

Inítio tu Dómine terram fundásti : & ópera mánuum tuárum sunt cæli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes : & omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, & mutabúntur : tu autem idem ipse es : & anni tui non deficient.

Fílii servórum tuórum habitábunt : & semen eórum in séculum dirigétur.

Psalmus 102.

BEnedic ánima mea Dómino : & ómnia quæ intra me sunt nómini sancto ejus.

Bénedic ánima mea Dómino : & noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis : qui ſanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam : qui corónat te in miſericórdia & miſeratiónibus.

Qui replet in bonis deſidérium tuum : renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.

Fáciens miſericórdias Dóminus : & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias ſuas Moyſi : filiis Iſraël voluntátes ſuas.

Miſerátor & miſéricors Dóminus : longánimis, & multum miſéricors.

Non in perpétuum iraſcétur : neque in ætérnum comminábitur.

Non ſecúndùm peccáta noſtra fecit nobis : neque ſecúndùm iniquitátes noſtras retríbuit nobis.

Quóniam ſecúndùm altitúdinem cæli à terra : corroborávit miſericórdiam ſuam ſuper timéntes ſe.

Quantum diſtat ortus ab occidénte : longè fecit à nobis iniquitátes noſtras.

Quómodo miſerétur pater filiórum, miſértus eſt Dóminus timéntibus ſe : quóniam ipſe cognóvit figméntum noſtrum.

Recordátus eſt quóniam pulvis ſumus : homo ſicut fœnum dies ejus : tanquam flos agri ſic efflorébit.

Quóniam ſpíritus pertransíbit in illo, & non ſubſiſtet : & non cognóſcet ámplius locum ſuum.

Miſericórdia autem Dómini ab ætérno & uſque in ætérnum : ſuper timéntes eum.

Et juſtítia illíus in fílios filiórum : his qui ſervant teſtaméntum ejus.

Et mémores ſunt mandatórum ipſíus : ad faciéndum ea.

Dóminus in cælo parávit ſedem ſuam : & regnum ipſíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes Angeli ejus, poténtes virtúte : faciéntes verbum illíus ad audiéndam vocem ſermónum ejus.

Benedícite Dómino omnes virtútes ejus : miníſtri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino ómnia ópera ejus in omni loco dominatiónis ejus : bénedic ánima mea Dómino.

Antiph. Clamor meus ad te véniat Deus.

Antiph. Bénedic.

Pſalmus 103.

BEnedic ánima mea Dómino : Dómine Deus meus magnificátus es veheménter.

Confeſſiónem & decórem induíſti : amíctus lúmine ſicut veſtiménto.

Exténdens cælum ſicut pellem : qui tegis aquis ſuperióra ejus.

Qui ponis nubem aſcénſum tuum : qui ámbulas ſuper pennas ventórum.

Qui facis Angelos tuos ſpíritus : & miníſtros tuos ignem uréntem.

Qui fundáſti terram ſuper ſtabilitátem ſuam : non inclinábitur in ſéculum ſéculi.

Abyſſus ſicut veſtiméntum amíctus ejus : ſuper montes ſtabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient : à voce tonítrui tui formidábunt.

Aſcéndunt montes, & deſcéndunt campi : in locum quem fundáſti eis.

Términum poſuíſti quem non tranſgrediéntur : neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in convállibus : inter médium móntium pertransíbunt aquæ.

Potábunt omnes béſtiæ agri : expectábunt ónagri in ſiti ſua.

Super ea vólucres cæli habitábunt : de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superióribus suis : de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

Prodúcens fœnum juméntis : & herbam servitúti hóminum.

Ut edúcas panem de terra : & vinum lætíficet cor hóminis.

Ut exhilaret fáciem in óleo : & panis cor hóminis confírmet.

Saturabúntur ligna campi, & cedri Líbani, quas plantávit : illic pásseres nidificábunt.

Heródii domus dux est eórum : montes excélsi cervis : petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora : sol cognóvit occásum suum.

Posuísti ténebras, & facta est nox : in ipsa pertransíbunt omnes béstiæ silvæ.

Cátuli leónum rugiéntes, ut rápiant : & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregáti sunt : & in cubílibus suis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus suum : & ad operatiónem suam usque ad vésperum.

Quàm magnificáta sunt ópera tua Dómine : ómnia in sapiéntia fecísti : impléta est terra possessióne tua.

Divisio.

HOc mare magnum & spatiósum mánibus : illic reptília, quorum non est númerus.

Animália pusílla cum magnis : illic naves pertransíbunt.

Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei : ómnia à te expéctant, ut des illis escam in témpore.

Dante te illis, cólligent : aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte.

Averténte autem te fáciem, turbabúntur : aúferes spíritum eórum, & defícient : & in púlverem suum reverténtur.

Emíttes spíritum tuum, & creabúntur : & renovábis fáciem terræ.

Sit glória Dómini in séculum : lætábitur Dóminus in opéribus suis.

Qui réspicit terram, & facit eam trémere : qui tangit montes, & fúmigant.

Cantábo Dómino in vita mea : psallam Deo meo quámdiu sum.

Jucúndum sit ei elóquium meum : ego verò delectábor in Dómino.

Defíciant peccatóres à terra & iníqui, ita ut non sint : bénedic ánima mea Dómino.

Antiph. Bénedic ánima mea Dómino.

Antiph. Lætétur cor.

Psalmus 104.

COnfitémini Dómino, & invocáte nomen ejus : annuntiáte inter gentes ópera ejus.

Cantáte ei, & psállite ei : narráte ómnia mirabília ejus.

Laudámini in nómine sancto ejus : lætétur cor quæréntium Dóminum.

Quærite Dóminum, & confirmámini : quærite fáciem ejus semper.

Mementóte mirabílium ejus, quæ fecit : prodígia ejus, & judícia oris ejus.

Semen Abraham servi ejus : filii Jacob elécti ejus.

Ipse Dóminus Deus noster : in univérsa terra judícia ejus.

Memor fuit in séculum testaménti sui : verbi quod mandávit in mille generatiónes.

Quod dispósuit ad Abraham : & juraménti sui ad Isaac.

Et státuit illud Jacob in præcéptum & Israël in testaméntum ætérnum.

Dicens, Tibi dabo terram Chánaan :

funículum hæreditátis vestræ.

Cùm essent número brevi : paucíssimi & íncolæ ejus.

Et pertransiérunt de gente in gentem: & de regno ad pópulum álterum.

Non relíquit hóminem nocére eis : & corrípuit pro eis reges.

Nolíte tángere Christos meos : & in prophétis meis nolíte malignári.

Et vocávit famem super terram : & omne firmaméntum panis contrívit.

Misit ante eos virum : in servum venúndatus est Joseph.

Humiliavérunt in compédibus pedes ejus : ferrum pertránsiit ánimam ejus, donec veníret verbum ejus.

Elóquium Dómini inflammávit eum: misit rex, & solvit eum : princeps populórum, & dimísit eum.

Constítuit eum dóminum domus suæ: & príncipem omnis possessiónis suæ.

Ut erudíret príncipes ejus sicut semetípsum : & senes ejus prudéntiam docéret.

Divisio.

ET intrávit Israël in Ægyptum : & Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum suum vehеménter: & firmávit eum super inimícos ejus.

Convértit cor eórum, ut odírent pópulum ejus : & dolum fácerent in servos ejus.

Misit Moysen servum suum : Aaron, quem elégit ipsum.

Pósuit in eis verba signórum suórum, & prodigiórum : in terra Cham.

Misit ténebras, & obscurávit : & non exacerbávit sermónes suos.

Convértit aquas eórum in sanguinem : & occídit pisces eórum.

Edidit terra eórum ranas : in penetrálibus regum ipsórum.

Dixit, & venit cœnomyía , & cíniphes : in ómnibus fínibus eórum.

Pósuit plúvias eórum grándinem : ignem comburéntem in terra ipsórum.

Et percússit víneas eórum & ficúlneas eórum : & contrívit lignum fínium eórum.

Dixit & venit locústa : & bruchus cujus non erat númerus.

Et comédit omne fœnum in terra eórum : & comédit omnem fructum terræ eórum.

Et percússit omne primogénitum in terra eórum : primítias omnis labóris eórum.

Et edúxit eos cum argénto & auro : & non erat in tríbubus eórum infírmus.

Lætáta est Ægyptus in profectióne eórum : quia incúbuit timor eórum super eos.

Expándit nubem in protectiónem eórum : & ignem , ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, & venit cotúrnix : & pane cæli saturávit eos.

Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ : abiérunt in sicco flúmina.

Quóniam memor fuit verbi sancti sui : quod hábuit ad Abraham púerum suum.

Et edúxit pópulum suum in exultatióne : & eléctos suos in lætítia.

Et dedit illis regiónes géntium : & & labóres populórum possedérunt.

Ut custódiant justificatiónes ejus : & legem ejus requírant.

Antiph. Lætétur cor quæréntium Dóminum.

℣. Bénedic ánima mea Dómino.

℟. Dómine Deus meus magnificátus es vehеménter.

In æstate, Lectio. *Eccles.* 12.

BEnefac justo: & invénies retributiónem magnam. Et si non ab ipso: certè à Dómino. Non est enim ei bene qui assíduus est in malis: & eleemósynas non danti. Quóniam & Altíssimus ódio habet peccatóres: & misértus est pœniténtibus. Tu autem Dómine.

℟. Dómine exaúdi oratiónem meam.
℟. Dómine exaúdi oratiónem meam.
℣. Et clamor meus ad te véniat.
℟. Dómine exaúdi oratiónem meam.
℣. Glória Patri, & Fílio.
℟. Dómine exaúdi oratiónem meam.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Antiph. Allelu-ia.

In Septuagesima.

Antiph. Vísita nos Dómine.

Psalmus 105.

COnfitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in séculum misericórdia ejus.

Quis loquétur poténtias Dómini: audítas fáciet omnes laudes ejus?

Beáti qui custódiunt judícium: & fáciunt justítiam in omni témpore.

Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui: vísita nos in salutári tuo.

Ad vidéndum in bonitáte electórum tuórum: ad lætándum in lætítia gentis tuæ: ut laudéris cum hæreditáte tua.

Peccávimus cum pátribus nostris: injústè égimus, iniquitátem fécimus.

Patres nostri in Ægypto non intellexérunt mirabília tua: non fuérunt mémores multitúdinis misericórdiæ tuæ.

Et irritavérunt ascendéntes in mare: mare rubrum.

Et salvávit eos propter nomen suum: ut notam fáceret poténtiam suam.

Et incrépuit mare rubrum, & exiccátum est: & dedúxit eos in abyssis, sicut in desérto.

Et salvávit eos de manu odiéntium: & redémit eos de manu inimíci.

Et opéruit aqua tribulántes eos: unus ex eis non remánsit.

Et crediderúnt verbis ejus: & laudavérunt laudem ejus.

Cito fecérunt, oblíti sunt óperum ejus: & non sustinuérunt consílium ejus.

Et concupiérunt concupiscéntiam in desérto: & tentavérunt Deum in inaquóso.

Et dedit eis petitiónem ipsórum: & misit saturitátem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Moysen in castris: Aaron sanctum Dómini.

Apérta est terra, & deglutívit Dathan: & opéruit super congregatiónem Abiron.

Et exársit ignis in synagóga eórum: flamma combússit peccatóres.

Et fecérunt vitulum in Horeb: & adoravérunt scúlptile.

Et mutavérunt glóriam suam: in similitúdinem vítuli comedéntis fœnum.

Oblíti sunt Deum, qui salvávit eos: qui fecit magnália in Ægypto, mirabília in terra Cham: terribília in mari rubro.

Et dixit, ut dispérderet eos: si non Moyses eléctus ejus stetisset in confractióne in conspéctu ejus.

Ut avérteret iram ejus, ne dispérderet eos: & pro níhilo habuérunt terram desiderábilem.

Non crediderúnt verbo ejus: & murmuravérunt in tabernáculis suis: non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit manum suam super eos:

iit prosternéret eos in desérto.
Et ut dejiceret semen eórum in natiónibus: & dispérgeret eos in regiónibus.
Et initiáti sunt Beelphégor: & comedérunt sacrifícia mortuórum.
Et irritavérunt eum in adinventiónibus suis: & multiplicáta est in eis ruína.
Et stetit Phínees, & placávit: & cessávit quassátio.
Et reputátum est ei in justítiam: in generatiónem, & generatiónem, usque in sempitérnum.

Divisio.

ET irritavérunt eum ad aquas contradictiónis: & vexátus est Moyses propter eos: quia exacerbavérunt spíritum ejus.
Et distínxit in lábiis suis: non disperdidérunt gentes, quas dixit Dóminus illis.
Et commísti sunt inter gentes: & didicérunt ópera eórum, & serviérunt sculptílibus eórum: & factum est illis in scándalum.
Et immolavérunt fílios suos & fílias suas: dæmóniis.
Et effudérunt sánguinem innocéntem sánguinem filiórum suórum, & filiárum suárum: quas sacrificavérunt sculptílibus Chánaan.
Et inféêta est terra in sanguínibus: & contamináta est in opéribus eórum: & fornicáti sunt in adinventiónibus suis.
Et irátus est furóre Dóminus in pópulum suum: & abominátus est hæreditátem suam.
Et trádidit eos in manus géntium: & domináti sunt eórum qui odérunt eos.
Et tribulavérunt eos inimíci eórum: & humiliáti sunt sub mánibus eórum: sæpe liberávit eos.
Ipsi autem exacerbavérunt eum in consílio suo: & humiliáti sunt in iniquitátibus suis.
Et vidit cùm tribularéntur: & audívit oratiónem eórum.
Et memor fuit testaménti sui: & pœnítuit eum secúndùm multitúdinem misericórdiæ suæ.
Et dedit eos in misericórdias: in conspéctu ómnium qui céperant eos.
Salvos nos fac Dómine Deus noster: & cóngrega nos de natiónibus.
Ut confiteámur nómini sancto tuo: & gloriémur in laude tua.
Benedíctus Dóminus Deus Isráël à século & usque in séculum: & dicet omnis pópulus, Fiat, fiat.

Antiph. Vísita nos Dómine in salutári tuo.

Antiph. De necessitátibus meis.

Psalmus 106.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in séculum misericórdia ejus.
Dicant qui redémpti sunt à Dómino: quos redémit de manu inimíci: & de regiónibus congregávit eos.
A solis ortu, & occásu: ab aquilóne & mari.
Erravérunt in solitúdine in inaquóso: viam civitátis habitáculi non invenérunt.
Esuriéntes, & sitiéntes: ánima eórum in ipsis defécit.
Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur: & de necessitátibus eórum erípuit eos.
Et dedúxit eos in viam rectam: ut irent in civitátem habitatiónis.
Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus: & mirabília ejus fíliis hóminum.
Quia satiávit ánimam inánem: & ánimam esuriéntem satiávit bonis.
Sedéntes in ténebris, & umbra mor-

tis : vinctos in mendicitáte, & ferro.

Quia exacerbavérunt elóquia Dei : & consílium Altíſſimi irritavérunt.

Et humiliátum eſt in labóribus cor eórum : infirmáti ſunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur : & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris, & umbra mortis : & víncula eórum diſrúpit.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus : & mirabília ejus fíliis hóminum.

Quia contrívit portas æreas : & vectes férreos confrégit.

Suſcépit eos de via iniquitátis eórum : propter injuſtítias enim ſuas humiliáti ſunt.

Omnem eſcam abomináta eſt ánima eórum : & appropinquavérunt uſque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur : & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Miſit verbum ſuum, & ſanávit eos : & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus : & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et ſacríficent ſacrifícium laudis : & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui deſcéndunt mare in návibus : faciéntes operatiónem in aquis multis.

Ipſi vidérunt ópera Dómini : & mirabília ejus in profúndo.

Diviſio.

Dixit, & ſtetit ſpíritus procéllæ : & exaltáti ſunt fluctus ejus.

Aſcéndunt uſque ad cælos, & deſcéndunt uſque ad abyſſos : ánima eórum in malis tabeſcébat.

Turbáti ſunt, & moti ſunt ſicut ébrius : & omnis ſapiéntia eórum devoráta eſt.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur : & de neceſſitátibus eórum edúxit eos.

Et ſtátuit procéllam ejus in auram : & ſiluérunt fluctus ejus.

Et lætáti ſunt quia ſiluérunt : & dedúxit eos in portum voluntátis eórum.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus : & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et exáltent eum in Eccléſia plebis : & in cáthedra ſeniórum laudent eum.

Póſuit flúmina in deſértum : & éxitus aquárum in ſitim.

Terram fructíferam in ſalſúginem : à malítia inhabitántium in ea.

Póſuit deſértum in ſtagna aquárum : & terram ſine aqua in éxitus aquárum.

Et collocávit illic eſuriéntes : & conſtituérunt civitátem habitatiónis.

Et ſeminavérunt agros, & plantavérunt víneas : & fecérunt fructum nativitátis.

Et benedíxit eis, & multiplicáti ſunt nimis : & juménta eórum non minorávit.

Et pauci facti ſunt : & vexáti ſunt à tribulatióne malórum & dolóre.

Effúſa eſt contémptio ſuper príncipes : & erráre fecit eos in ínvio, & non in via.

Et adjúvit paúperem de inópia : & póſuit ſicut oves famílias.

Vidébunt recti, & lætabúntur : & omnis iníquitas oppilábit os ſuum.

Quis ſapiens & cuſtódiet hæc ? & intélliget miſericórdias Dómini.

Antiph. De neceſſitátibus meis éripe me Dómine.

Antiph. Confitébor.

Pſalmus 107.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum : cantábo, & pſallam in glória mea.

Exúrge glória mea, exúrge pſalté-

cithara : exúrgam dilúculò.
ēbor tibi in pópulis Dómine:
n tibi in natiónibus.
agna est super cælos misericór-
& usque ad nubes véritas tua.
e super cælos Deus : & super
erram glória tua : ut liberén-
i tui.
fac déxtera tua, & exaúdi me:
útus est in sancto suo.
o, & dívidam Síchimam : &
n tabernaculórum dimétiar.
t Gálaad, & meus est Manásses:
m suscéptio cápitis mei.
x meus : Moab lebes spei meæ.
æam exténdam calceaméntum
ihi alienígenæ amíci facti sunt.
edúcet me in civitátem mu-
is dedúcet me usque in Idu-

tu Deus, qui repulísti nos : &
s Deus in virtútibus nostris ?
is auxílium de tribulatióne :
salus hóminis.
faciémus virtútem : & ipse
n dedúcet inimícos nostros.

Psalmus 108.

laudem meam ne tacúeris :
a os peccatóris, & os dolósi
apértum est.
sunt advérsùm me lingua do-
sermónibus ódii circumdedé-
& expugnavérunt me gratis.
ut me diligerent, detrahébant
autem orábam.
érunt advérsùm me mala pro
ódium pro dilectióne mea.
ue super eum peccatórem : &
stet à dextris ejus.
dicátur, éxeat condemnátus :
ejus fiat in peccátum.
es ejus pauci : & episcopátum
ejus accípiat alter.

Fiant fílii ejus órphani : & uxor ejus vídua.

Nutántes transferántur fílii ejus, & mendícent : & ejiciántur de habitatiónibus suis.

Scrutétur fœnerátor omnem substántiam ejus : & dirípiant aliéni labóres ejus.

Non sit illi adjútor : nec sit qui misereátur pupíllis ejus.

Fiant nati ejus in intéritum : in generatióne una deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iníquitas patrum ejus in conspéctu Dómini : & peccátum matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminum semper, & dispéreat de terra memória eórum : pro eo quòd non est recordátus fácere misericórdiam.

Et persecútus est hóminem ínopem & mendícum : & compúnctum corde mortificáre.

Et diléxit maledictiónem, & véniet ei : & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo.

Et índuit maledictiónem sicut vestiméntum : & intrávit sicut aqua in interióra ejus, & sicut óleum in óssibus ejus.

Fiat ei sicut vestiméntum, quo operítur : & sicut zona qua semper præcíngitur.

Hoc opus eórum, qui détrahunt mihi apud Dóminum : & qui loquúntur mala advérsùs ánimam meam.

Et tu Dómine, Dómine fac mecum propter nomen tuum : quia suávis est misericórdia tua.

Líbera me, quia egénus & pauper ego sum : & cor meum conturbátum est intra me.

Sicut umbra cùm declínat, ablátus sum : & excússus sum sicut locústæ.

Génua mea infirmáta ſunt à jejúnio : & caro mea immutáta eſt propter óleum.
Et ego factus ſum oppróbrium illis : vidérunt me, & movérunt cápita ſua.
Adjuva me Dómine Deus meus : ſalvum me fac ſecúndùm miſericórdiam tuam.
Et ſciant quia manus tua hæc : & tu Dómine fecíſti eam.
Maledícent illi, & tu benedíces : qui inſúrgunt in me, confundántur : ſervus autem tuus lætábitur.
Induántur qui détrahunt mihi pudóre : & operiántur ſicut diplóïde confuſióne ſua.
Confitébor Dómino nimis in ore meo : & in médio multórum laudábo eum.
Quia áſtitit à dextris paúperis : ut ſalvam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.
Antiph. Confitébor Dómino nimis in ore meo.
Antiph. Allelu-ia. *iv.*
Capitulum. Vigiláte. *pag.* 38.
℣. Adjuva me Dómine Deus meus.
℟. Salvum me fac ſecúndùm miſericórdiam tuam.
Preces ut ſupra, pag. 29.

Oratio.

Exaúdi nos miſéricors Deus : & méntibus noſtris grátiæ tuæ lumen oſténde. Per Dóminum.

AD LAUDES.

Antiph. Benígnè fac in bona voluntáte tua Dómine. *Pſal.* Miſerére. *pag.* 6.
Antiph. In veritáte tua.

Pſalmus. 142.

Domine exaúdi oratiónem meam : aúribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua : exaúdi me in tua juſtítia.
Et non intres in judícium cum ſervo tuo : quia non juſtificábitur in conſpéctu tuo omnis vivens.
Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam : humiliávit in terra vitam meam.
Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi : & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus : in me turbátum eſt cor meum.
Memor fui diérum antiquórum : meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis : in factis mánuum tuárum meditábar.
Expándi manus meas ad te : ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.
Velóciter exaúdi me Dómine : defécit ſpíritus meus.
Non avértas fáciem tuam à me : & ſímilis ero deſcendéntibus in lacum.
Audítam fac mihi mane miſericórdiam tuam : quia in te ſperávi.
Notam fac mihi viam, in qua ámbulem : quia ad te levávi ánimam meam.
Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi : doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.
Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : propter nomen tuum Dómine vivificábis me in æquitáte tua.
Edúces de tribulatióne ánimam meam : & in miſericórdia tua diſpérdes inimícos meos.
Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : quóniam ego ſervus tuus ſum.
Antiph. In veritáte tua exaúdi me Dómine.
Antiph. Et in ſervis ſuis.

Canticum Moyſi. Deut. 32.

Audíte cæli, quæ loquor : audiat terra verba oris mei.
Concréſcat ut plúvia doctrína mea : fluat ut ros elóquium meum.
Quaſi imber ſuper herbam : & quaſi

stillæ super grámina: quia nomen Dómini invocábo.

Date magnificéntiam Deo nostro: Dei perfécta sunt ópera: & omnes viæ ejus judícia.

Deus fidélis, & absque ulla iniquitáte, justus, & rectus: peccavérunt ei, & non filii ejus in sórdibus.

Generátio prava atque pervérsa: hæccine reddis Dómino, pópule stulte & insípiens?

Nunquid non ipse est pater tuus, qui possédit te: & fecit, & creávit te?

Meménto diérum antiquórum: cógita generatiónes síngulas.

Intérroga patrem tuum, & annuntiábit tibi: majóres tuos & dicent tibi.

Quando dividébat Altíssimus gentes: quando separábat filios Adam.

Constítuit términos populórum: juxta númerum filiórum Israël.

Pars autem Dómini pópulus ejus: Jacob funículus hæreditátis ejus.

Invénit eum in terra desérta: in loco horróris, & vastæ solitúdinis.

Circumdúxit eum, & dócuit: & custodívit quasi pupíllam óculi sui.

Sicut áquila próvocans ad volándum pullos suos: & super eos vólitans.

Expándit alas suas, & assúmpsit eum: atque portávit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus fuit: & non erat cum eo Deus aliénus.

Constítuit eum super excélsam terram: ut coméderet fructus agrórum.

Ut súgeret mel de petra: oleúmque de saxo duríssimo.

Butyrum de arménto, & lac de óvibus: cum ádipe agnórum & aríetum filiórum Basan.

Et hircos cum medúlla trítici: & sánguinem uvæ bíberet meracíssimum.

Incrassátus est diléctus, & recalcitrávit: incrassátus, impinguátus, dilatátus.

Derelíquit Deum factórem suum: & recéssit à Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in diis aliénis: & in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmóniis, & non Deo: diis quos ignorábant.

Novi recentésque venérunt: quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit dereliquísti: & oblítus es Dómini Creatóris tui.

Vidit Dóminus, & ad iracúndiam concitátus est: quia provocavérunt eum filii sui & filiæ.

Et ait, Abscóndam fáciem meam ab eis: & considerábo novíssima eórum.

Generátio enim pervérsa est: & infidéles filii.

Ipsi me provocavérunt in eo, qui non erat Deus: & irritavérunt in vanitátibus suis.

Et ego provocábo eos in eo, qui non est pópulus: & in gente stulta irritábo illos.

Divisio.

IGnis succénsus est in furóre meo: & ardébit usque ad ínferni novíssima.

Devorabítque terram cum gérmine suo: & móntium fundaménta combúret.

Congregábo super eos mala: & sagíttas meas complébo in eis.

Consuméntur fame: & devorábunt eos aves morsu amaríssimo.

Dentes bestiárum immíttam in eos: cum furóre trahéntium super terram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládius, & intus pavor: júvenem simul ac vírginem, lacténtem cum hómine sene.

Dixi, Ubinam ſunt ? ceſſáre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum dſtuli : ne fortè ſuperbírent hoſtes eórum.

Et dícerent, Manus noſtra excélſa : & non Dóminus, fecit hæc ómnia.

Gens abſque consílio eſt, & ſine prudéntia : útinam ſáperent, & intellígerent : ac noviſſima providérent.

Quómodo perſequátur unus mille : & duo fugent decem míllia ?

Nonne ídeo quia Deus ſuus véndidit eos : & Dóminus conclúſit illos ?

Non enim eſt Deus noſter ut dii eórum : & inimíci noſtri ſunt júdices.

De vínea Sodomórum, vínea eórum : & de ſuburbánis Gomórrhæ.

Uva eórum uva fellis : & botri amaríſſimi.

Fel dracónum vinum eórum : & venénum áſpidum inſanábile.

Nonne hæc cóndita ſunt apud me : & ſignáta in theſáuris meis ?

Mea eſt ultio, & ego retríbuam in témpore : ut labátur pes eórum.

Juxta eſt dies perditiónis : & adéſſe feſtinant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum ſuum : & in ſervis ſuis miſerébitur.

Vidébit quòd infirmáta ſit manus : & clauſi quoque defecérunt : reſiduíque conſúmpti ſunt.

Et dicet, Ubi ſunt dii eórum : in quibus habébant fidúciam ?

De quorum víctimis comedébant ádipes : & bibébant vinum libáminum.

Surgant, & opitulèntur vobis : & in neceſſitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego ſim ſolus : & non ſit álius Deus præter me.

Ego occídam, & ego vívere fáciam : percútiam, & ego ſanábo : & non eſt qui de manu mea poſſit erúere.

Levábo ad cælum manum meam : dicam, Vivo ego in ætérnum.

Si acúero ut fulgur gládium meu & arripúerit judícium manus mea.

Reddam ultiónem hóſtibus meis : his qui odérunt me retríbuam.

Inebriábo ſagíttas meas ſanguin & gládius meus devorábit carnes.

De cruóre occiſórum : & de capti táte nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte gentes pópulum ejus : q ſánguinem ſervórum ſuórum ulciſcét

Et vindíctam retríbuet in hoſtes rum : & propítius erit terræ pópuli ſ

Antiph. Et in ſervis ſuis Dómi miſerébitur.

Antiph. In cymbalis beneſonánti laudáte Dóminum.

Pſalmus. Laudáte. *pag.* 27.

Capit. Nox præcéſſit. *pag.* 40.

℟. Audítam fac mihi mane miſeric diam tuam.

℟. Audítam fac mihi mane.

℣. Quia in te ſperávi Dómine.

℟. Audítam fac mihi mane.

℣. Glória Patri, & Fílio.

℟. Audítam fac mihi mane.

Hymnus. Splendor Pat. *pag.* 28.

℣. Repléti ſumus mane miſeric dia tua.

℟. Et exultávimus & delectáti ſum

Ad Benedictus.

Antiph. Dírige Dómine pedes noſt in viam pacis. *Oratio Dominicali*

DOMINICA AD PRIMAM

Hymnus. Jam lucis. *pag.* 1.

Antiph. Allelu-ia.

Pſalmus 118.

BEáti immaculáti in via : qui amb lant in lege Dómini.

Beáti qui ſcrutántur teſtimónia ejus : in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem: in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandáſti : mandáta tua cuſtodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ : ad cuſtodiéndas juſtificatiónes tuas.

Tunc non confúndar : cùm perſpéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis : in eo quòd dídici judícia juſtítiæ tuæ.

Juſtificatiónes tuas cuſtódiam : non me derelínquas uſquequáque.

Glória Patri.

IN quo córrigit adoleſcéntior viam ſuam ? in cuſtodiéndo ſermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abſcóndi elóquia tua : ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine : doce me juſtificatiónes tuas.

In lábiis meis : pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum : ſicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor : & conſiderábo vias tuas.

In juſtificatiónibus tuis meditábor : non obliviſcar ſermónes tuos.

Glória Patri.

RETríbue ſervo tuo : vivífica me, & cuſtódiam ſermónes tuos.

Revéla óculos meos : & conſiderábo mirabília de lege tua.

Incola ego ſum in terra : non abſcóndas à me mandáta tua.

Concupívit ánima mea deſideráre juſtificatiónes tuas : in omni témpore.

Increpáſti ſupérbos : maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium, & contémptum : quia teſtimónia tua exquisívi.

Etenim ſedérunt príncipes, & advérsùm me loquebántur : ſervus autem tuus exercebátur in juſtificatiónibus tuis.

Nam & teſtimónia tua meditátio mea eſt : & consílium meum juſtificatiónes tuæ.

Glória Patri.

ADhæſit paviménto ánima mea : vivífica me ſecúndùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi & exaudíſti me : doce me juſtificatiónes tuas.

Viam juſtificatiónum tuárum inſtrue me : & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio : confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me : & de lege tua miſerére mei.

Viam veritátis elégi : judícia tua non ſum oblítus.

Adhæſi teſtimóniis tuis Dómine : noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri : cùm dilatáſti cor meum.

Glória Patri.

Antiph. Allelu-ia. *iv.*

Capit. Regi. *vel* Dómine miſ. *pag.* 4.

℣. Exúrge Dómine ádjuva nos.

℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

Preces ibidem annotatæ uſque ad Dómine exaúdi. *incluſive. Poſtea ſequitur Symbolum.* Quicúmque vult. *pag.* 3.

℣. Benedicat nos. *Oratio.* Omnípotens ſempitérne. *pag.* 7.

DOMINICA AD TERTIAM.

Hymnus.

NUnc ſancte nobis Spíritus,
Unum Patri cum Fílio,
Dignáre promptus íngeri,
Noſtro refúſus péctori.

Os, lingua, mens, ſenſus, vigor,
Confeſſiónem pérſonent,
Flamméſcat igne cháritas;
Accéndat ardor próximos.
Præſta Pater piíſſime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paracléto,
Regnans per omne ſéculum. Amen.

Antiph. Allelu-ia.

Pſalmus.

LEgem pone mihi Dómine viam juſtificatiónum tuárum: & exquíram eam ſemper.

Da mihi intelléctum, & ſcrutábor legem tuam: & cuſtódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum: quia ipſam vólui.

Inclína cor meum in teſtimónia tua: & non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem: in via tua vivífica me.

Státue ſervo tuo elóquium tuum: in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod ſuſpicátus ſum: quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua: in æquitáte tua vivífica me.

Glória Patri, & Fílio.

ET véniat ſuper me miſericórdia tua Dómine: ſalutáre tuum ſecúndùm elóquium tuum.

Et reſpondébo exprobrántibus mihi verbum: quia ſperávi in ſermónibus tuis.

Et ne aúferas de ore meo verbum veritátis uſquequáque: quia in judíciis tuis ſuperſperávi.

Et cuſtódiam legem tuam ſemper: in ſéculum & in ſéculum ſéculi.

Et ambulábam in latitúdine: quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in teſtimóniis tuis in conſpéctu regum: & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis: quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi: & exercébar in juſtificatiónibus tuis.

Glória Patri.

MEmor eſto verbi tui ſervo tuo: in quo mihi ſpem dediſti.

Hæc me conſoláta eſt in humilitáte mea: quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníquè agébant uſquequáque: à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à ſéculo Dómine: & conſolátus ſum.

Deféctio ténuit me: pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant juſtificatiónes tuæ: in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine: & cuſtodívi legem tuam.

Hæc facta eſt mihi: quia juſtificatiónes tuas exquisívi.

Antiph. Allelu-ia. *iv.*

Capitulum. 1. *Joan.* 4.

DEus charitas eſt: & qui manet in charitáte, in Deo manet: & Deus in eo.

℟. Deo grátias.

℣. Ego dixi, Dómine miſerére mei.

℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Preces ut ſup. pag. 29. Oratio Dominicalis quæ dicenda contingit.

DOMINICA AD SEXTAM.

Hymnus.

REctor potens verax Deus,
Qui témperas rerum vices,
Splendóre mane inſtruis,
Et ígnibus merídiem.

[...]ngue flammas lítium,
[...] calórem nóxium,
[...]er salútem córporum,
[...]nque pacem córdium.
[...]sta Pater piissime, *&c.*
[...]tiph. Allelu-ia.
Psalmus.
[...]Ortio mea Dómine: dixi custodíre legem tuam.
[...]eprecátus sum fáciem tuam in toto [...]e meo: miserére mei secúndùm [...]uium tuum.
[...]ogitávi vias meas: & convérti pe[...] meos in testimónia tua.
[...]rátus sum, & non sum turbátus: [...]ustódiam mandáta tua.
[...]nes peccatórum circumpléxi sunt [...]: & legem tuam non sum oblítus.
[...]édia nocte surgébam ad confitén[...]m tibi: super judícia justificatiónis [...]e.
[...]rticeps ego sum ómnium timéntium [...] & custodiéntium mandáta tua.
[...]isericórdia tua Dómine plena est [...]a: justificatiónes tuas doce me.
[...]lória Patri.
[...]Onitátem fecísti cum servo tuo Dó[...]mine: secúndùm verbum tuum.
[...]onitátem, & disciplínam, & scién[...]m doce me: quia mandátis tuis cré[...]i.
[...]riúsquam humiliárer, ego delíqui: [...]ptérea elóquium tuum custodívi.
[...]us es tu: & in bonitáte tua doce [...] justificatiónes tuas.
[...]ultiplicáta est super me iníquitas [...]rbórum: ego autem in toto corde [...] scrutábor mandáta tua.
[...]oagulátum est sicut lac cor eórum: [...] verò legem tuam meditátus sum.
[...]onum mihi quia humiliásti me: ut [...]am justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui: super míllia auri & argénti.
Glória Patri.

MAnus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me: da mihi intelléctum, & discam mandáta tua.
Qui timent te, vidébunt me, & lætabúntur: quia in verba tua supersperávi.
Cognóvi Dómine quia æquitas judícia tua: & in veritáte tua humiliásti me.
Fiat misericórdia tua ut consolétur me: secúndùm elóquium tuum servo tuo.
Véniant mihi miseratiónes tuæ, & vivam: quia lex tua meditátio mea est.
Confundántur supérbi, quia injústè iniquitátem fecérunt in me: ego autem exercébor in mandátis tuis.
Convertántur mihi timéntes te: & qui novérunt testimónia tua.
Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis: ut non confúndar.

Antiph. Allelu-ia. *vi.*

Capitulum. *Galat. 6.*

ALter altérius ónera portáte: & sic adimplébitis legem Christi.
℟. Deo grátias.
℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Preces ut supra. pag. 29.

Oratio.

DEus qui cónspicis omni nos virtúte destítui, intériùs exteriúsque custódi ✠ ut & ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore: & à pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

DOMINICA AD NONAM.

Hymnus.

Rerum Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmanens,
Lucis diúrnæ témpora,
Succéssibus detérminans.
Largíre clarum véspere,
Quo vita nusquam décidat;
Sed præmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.
Præsta Pater piíssime, *&c.*

Antiph. Allelu-ia.

Psalmus.

Defécit in salutáre tuum ánima mea: & in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum: dicéntes, Quando consoláberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína: justificatiónes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui: quando fácies de persequéntibus me judícium.

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes: sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: iníquè persecúti sunt me, ádjuva me.

Paulóminus consummavérunt me in terra: ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndùm misericórdiam tuam vivífica me: & custódiam testimónia oris tui.

Glória Patri.

In ætérnum Dómine: verbum tuum pérmanet in cælo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: fundásti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tua persevérat dies: quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditátio mea est: tunc fortè periíssem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar justificatiónes tuas: quia in ipsis vivificásti

Tuus sum ego, salvum me fac[illegible] niam justificatiónes tuas exquisív[illegible]

Me expectavérunt peccatóres [illegible] derent me: testimónia tua intell[illegible]

Omnis consummatiónis vidi [illegible] latum mandátum tuum nimis.

Glória Patri.

Quómodo diléxi legem tua[illegible] mine: tota die meditátio m[illegible]

Super inimícos meos prudént[illegible] fecísti mandáto tuo: quia in æt[illegible] mihi est.

Super omnes docéntes me int[illegible] quia testimónia tua meditátio me[illegible]

Super senes intelléxi: quia m[illegible] tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui meos: ut custódiam verba mea.

A judíciis tuis non declinávi: q[illegible] legem posuísti mihi.

Quàm dúlcia faúcibus meis el[illegible] tua: super mel ori meo!

A mandátis tuis intelléxi: pro[illegible] odívi omnem viam iniquitátis.

Glória Patri.

Antiph. Allelu-ia. *vii.*

Capitulum. 1. *Cor.* 6.

Empti enim estis prétio magno [illegible]rificáte & portáte Deum in có[illegible] vestro.

℟. Deo grátias.

℣. Ab occúltis meis munda m[illegible] mine.

℟. Et ab aliénis parce servo tu[illegible]

Preces ut sup. pag. 29.

Oratio.

Grátiæ tuæ quæsumus Dómin[illegible] plícibus tuis tríbue largít[illegible] ut mandáta tua, te operánte, secta[illegible] consolatiónem præséntis vitæ perci[illegible] & futúræ. Per Dóminum.

RIA SECUNDA,
Ad Tertiam.

m. Nunc sancte. *pag.* 85.
iph. Adjuva me.
Psalmus.

:érna pédibus meis verbum tuum: lumen sémitis meis.
i: & státui custodíre judícia justi-
t.
liátus sum usquequáque: Dómi-
fica me secúndùm verbum tuum.
ntária oris mei beneplácita fac
e: & judícia tua doce me.
a mea in mánibus meis semper:
m tuam non sum oblítus.
érunt peccatóres láqueum mihi:
andátis tuis non errávi.
ditáte acquisívi testimónia tua in
m: quia exultátio cordis mei sunt.
návi cor meum ad faciéndas justi-
es tuas in ætérnum: propter
tiónem.
ria Patri.
uos ódio hábui: & legem tuam
xi.
tor & suscéptor meus es tu: &
um tuum supersperávi.
náte à me malígni: & scrutábor
ta Dei mei.
pe me secúndùm elóquium tuum,
m: & non confúndas me ab
tióne mea.
iva me, & salvus ero: & medi-
n justificatiónibus tuis semper.
visti omnes discedéntes à judíciis
quia injústa cogitátio eórum.
ricántes reputávi omnes pecca-
erræ: ídeo diléxi testimónia tua.
ige timóre tuo carnes meas: à
enim tuis tímui.
ia Patri.

FEci judícium & justítiam: non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum: non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum: & in elóquium justítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndùm misericórdiam tuam: & justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: da mihi intelléctum ut sciam testimónia tua.

Tempus faciéndi Dómine: dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandáta tua: super aurum & topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar: omnem viam iníquam ódio hábui.

Glória Patri.

Antiph. Adjuva me, & salvus ero Dómine.

Capitulum. *Jer.* 17.

SAna me Dómine, & sanábor ✠ salvum me fac, & salvus ero: quóniam laus mea tu es.

℟. Deo grátias.

℣. Adjútor meus esto Dómine, ne derelínquas me.

℟. Neque despícias me Deus salutáris meus.

Preces ut supra pag. 29.

Oratio.

ACunctis iniquitátibus nostris éxue nos Dómine: & in tua fac pace gaudére. Per Dóminum.

FERIA SECUNDA,
Ad Sextam.

Hymn. Rector potens. *pag.* 86.
Antiph. Aspice in me.
Psalmus.

MIrabília testimónia tua: ídeo scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio ſermónum tuórum illúminat : & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attráxi ſpíritum: quia mandáta tua deſiderábam.

Aſpice in me, & miſerére mei : ſecúndùm judícium diligéntium nomen tuum.

Greſſus meos dírige ſecúndùm elóquium tuum : & non dominétur mei omnis injuſtítia.

Rédime me à calúmniis hóminum : ut cuſtódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina ſuper ſervum tuum : & doce me juſtificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei: quia non cuſtodiérunt legem tuam.

Glória Patri.

JUſtus es Dómine : & rectum judícium tuum.

Mandáſti juſtítiam teſtimónia tua : & veritátem tuam nimis.

Tabéſcere me fecit zelus meus : quia obliti ſunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter: & ſervus tuus diléxit illud.

Adoleſcéntulus ſum ego, & contémptus : juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Juſtítia tua, juſtítia in ætérnum : & lex tua véritas.

Tribulátio & angúſtia invenérunt me: mandáta tua meditátio mea eſt.

Æquitas teſtimónia tua in ætérnum : intelléctum da mihi, & vivam.

Glória Patri.

CLamávi in toto corde meo, exaudi me Dómine : juſtificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, ſalvum me fac : ut cuſtódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi : quia in verba tua ſuperſperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo: ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi ſecúndùm r córdiam tuam Dómine : & ſecú judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt perſequént iniquitáti : à lege autem tua long ſunt.

Prope es tu Dómine : & omn tuæ véritas.

Inítio cognóvi de teſtimóniis quia in ætérnum fundáſti ea.

Glória Patri.

Antiph. Aſpice in me Dómin miſerére mei.

Capit. Alter altérius. *pag.* 87.

℣. Dóminus regit me, & nihi déerit.

℟. In loco páſcuæ ibi me collo

Oratio.

ABſólve quæſumus Dómine n rum víncula peccatórum : & quid pro eis merémur, propitiátu re. Per Dóminum.

FERIA SECUNDA AD NON

Hymnus. Rerum Deus. *pag.* 88

Antiph. Fiat.

Pſalmus.

VIde humilitátem meam, & me : quia legem tuam non oblítus.

Júdica judícium meum, & rédim propter elóquium tuum vivífica n

Longè à peccatóribus ſalus : qui ficatiónes tuas non exquiſiérunt.

Miſericórdiæ tuæ multæ Dómin cúndùm judícium tuum vivífica m

Multi qui perſequúntur me, & lant me: à teſtimóniis tuis non decl

Vidi prævaricántes, & tabeſcé quia elóquia tua non cuſtodiérun

Vide quóniam mandáta tua d

ne in misericórdia tua vivífica me.
cípium verbórum tuórum véritas:
rnum ómnia judícia justítiæ tuæ.
ia Patri.
incipes persecúti sunt me gratis: &
verbis tuis formidávit cor meum.
ibor ego super elóquia tua: sicut
vénit spólia multa.
uitátem ódio hábui, & abominá-
m: legem autem tuam diléxi.
ies in die laudem dixi tibi: super
a justítiæ tuæ.
multa diligéntibus legem tuam:
n est illis scándalum.
ctábam salutáre tuum Dómine:
ndáta tua diléxi.
odívit ánima mea testimónia tua:
xit ea veheménter.
ávi mandáta tua, & testimónia
uia omnes viæ meæ in conspéctu

ia Patri.
propínquet deprecátio mea in
onspéctu tuo Dómine: juxta eló-
tuum da mihi intelléctum.
t postulátio mea in conspéctu tuo:
ùm elóquium tuum éripe me.
ábunt lábia mea hymnum: cùm
is me justificatiónes tuas.
nuntiábit lingua mea elóquium
quia ómnia mandáta tua æquitas.
manus tua, ut salvet me: quó-
mandáta tua elégi.
cupívi salutáre tuum Dómine: &
meditátio mea est.
t ánima mea, & laudábit te: &
tua adjuvábunt me.
vi sicut ovis quæ périit: quære
m tuum, quia mandáta tua non
blitus.
ia Patri.
ph. Fiat manus tua Dómine, ut salvum me fácias; quia mandáta tua concupívi.

Capitulum. Empti enim estis. *pag.* 88.

℣. Ab occúltis meis.

Oratio.

Ascéndant ad te Dómine preces nostræ: & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dóminum.

FERIA TERTIA, QUARTA, *quinta, sexta, & Sabbato, ad Tertiam.*

Hymnus. Nunc sancte. *pag.* 85.

Feria tertia, & sexta.

Antiph. Clamávi.

Feria quarta, & Sabbato.

Antiph. Unde véniet.

Feria quinta.

Antiph. In domum Dómini.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulárer, clamávi: & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis: & à lingua dolósa.

Quid detur tibi aut quid apponátur tibi: ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ: cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Psalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes: unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum: neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet:

qui custódit Israël.

Dóminus custódit te: Dóminus protéctio tua, super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te: neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum: & éxitum tuum, ex hoc nunc, & usque in séculum.

Psalmus. 121.

LÆtátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri: in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: testimónium Israël, ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício, sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos: loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri: quæsivi bona tibi.

Feriæ tertia, & sexta.

Antiph. Clamávi, & exaudívit me.

Feria quarta, & Sabbato.

Antiph. Unde véniet auxílium mihi.

Feria quinta.

Antiph. In domum Dómini lætántes íbimus.

Capitulum. Sana me Dómine. *pag.* 89.

Feria tertia, & sexta.

Oratio.

DEus innocéntiæ restitútor & amátor ✠ dirige ad te tuórum corda servórum: ut Spíritus tui fervóre concépto ✠ & in fide inveniántur stábiles: & in ópere efficáces. Per Dóminum. In unitáte ejúsdem.

Feria quarta, & Sabbato.

Oratio.

PAteant aures misericórdiæ tuæ Dómine précibus supplicántium ✠ & ut peténtibus desideráta concédas: fac eos quæ tibi plácita sunt postuláre. Per Dóminum.

Feria quinta.

Oratio.

A Cunctis iniquitátibus nostris éxue nos Dómine: & in tua fac pace gaudére. Per Dóminum.

FERIA TERTIA, QUARTA, quinta, sexta, & Sabbato, ad Sextam.

Hymnus. Rector potens. *pag.* 86.

Feria tertia, & sexta.

Antiph. Qui hábitas.

Feria quarta, & Sabbato.

Antiph. Adjutórium nostrum.

Feria quinta.

Antiph. Bénefac Dómine.

Psalmus 122.

AD te levávi óculos meos: qui hábitas in cælis.

Ecce sicut óculi servórum: in mánibus dominórum suórum.

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ: ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri: quia multùm repléti sumus despectióne.

Quia multùm repléta est ánima nostra: oppróbrium abundántibus, & despéctio supérbis.

Psalmus 123.
i quia Dóminus erat in nobis,
cat nunc Isräël: nisi quia Dó-
rat in nobis.
exúrgerent hómines in nos:
vos deglutiſſent nos.
raſcerétur furor eórum in nos:
aqua abſorbuiſſet nos.
ntem pertransívit ánima no-
rſitan pertransiſſet ánima noſtra
ntolerábilem.
ictus Dóminus: qui non dedit
aptiónem déntibus eórum.
a noſtra ſicut paſſer erépta eſt:
:o venántium.
us contrítus eſt: & nos liberáti

órium noſtrum in nómine Dó-
ui fecit cælum & terram.

Psalmus 124.
i confidunt in Dómino, ſicut
ons Sion: non commovébitur in
ı qui hábitat in Jerúſalem.
:s in circúitu ejus: & Dóminus
itu pópuli ſui, ex hoc nunc, &
ı ſéculum.
non relinquet Dóminus virgam
rum ſuper ſortem juſtórum: ut
éndant juſti ad iniquitátem ma-
.
ıc Dómine: bonis & rectis corde.
ántes autem in obligatiónes,
Dóminus cum operántibus ini-
n pax ſuper Isräël.

Feria tertia, & ſexta.
ph. Qui hábitas in cælis miſe-
bis.

eria quarta, & Sabbato.
ph. Adjutórium noſtrum in nó-
ómini.

Feria quinta.
bona. Bénefac Dómine bonis & rectis corde.

Capitulum. Alter altérius. *pag.* 87.

Feria tertia, & ſexta.

Oratio.

DA quæſumus Dómine pópulo tuo ſalútem mentis & córporis ℣ ut bonis opéribus inhæréndo: tua ſemper mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

Feria quarta & Sabbato.

Oratio.

POpuli tui Deus inſtitútor & rector ℣ peccáta quibus impugnátur expélle: ut ſemper tibi plácitus, & tuo munímine ſit ſecúrus. Per Dóminum.

Feria quinta.

Oratio.

ABſólve quæſumus Dómine noſtrórum víncula peccatórum: & quidquid pro eis merémur, propitiátus avérte. Per Dóminum.

FERIA TERTIA, QUARTA, *quinta, ſexta, & Sabbato, ad Nonam.*

Hymnus. Rerum Deus tenax. *pag.* 88.

Feria quinta, & ſexta.
Antiph. Facti ſumus.

Feria quarta, & Sabbato.
Antiph. Non confundétur.

Feria quinta.
Antiph. Beáti omnes.

Psalmus 125.

IN convertendo Dóminus captivitátem Sion: facti ſumus ſicut conſoláti.
Tunc replétum eſt gaúdio os noſtrum: & lingua noſtra exultatióne.
Tunc dicent inter gentes: Magnificávit Dóminus fácere cum eis.
Magnificávit Dóminus fácere nobíſcum: facti ſumus lætántes.
Convérte Dómine captivitátem noſtram: ſicut torrens in Auſtro.

Qui séminant in lácrymis : in exultatióne metent.

Eúntes ibant, & flebant : mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne : portántes manípulos suos.

Psalmus 126.

NIsi Dóminus ædificáverit domum : in vanum laboravérunt qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem : frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit diléctis suis somnum : ecce hæréditas Dómini filii : merces fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis : ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis : non confundétur cùm loquétur inimícis suis in porta.

Psalmus 127.

BEáti omnes, qui timent Dóminum : qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis : beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans : in latéribus domus tuæ.

Filii tui sicut novéllæ olivárum : in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo : qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion : & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum : pacem super Israël.

Feria tertia, & sexta.

Antiph. Facti sumus sicut consoláti.

Feria quarta, & Sabbato.

Antiph. Non confundétur cùm loquétur inimícis suis in porta.

Feria quinta.

Antiph. Beáti omnes qui timent Dóminum.

Capitulum. Empti enim estis. *pag.* 88.

Preces ut sup. pag. 29.

Feria tertia, & sexta.

Oratio.

DA nobis, Dómine quæsumus, perseverántem in tua voluntáte famulátum : ut in diébus nostris, & mérito, & número pópulus tibi sérviens augeátur. Per Dóminum.

Feria quarta, & Sabbato.

Oratio.

PRopitiáre Dómine supplicatiónibus nostris : & animárum nostrárum medére languóribus : ut remissióne percépta : in tua semper benedictióne lætémur. Per Dóminum.

Feria quinta.

Oratio.

AScéndant ad te Dómine preces nostræ : & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dóminum.

DOMINICA AD VESPERAS.

Antiph. Dixit Dóminus.

Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo : sede à dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos : scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum : ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum : Tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedec.

Dóminus à dextris tuis : confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas : conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet : proptérea exaltábit caput.

Antiph. Dixit Dóminus Dómino meo, Sede à dextris meis.

Antiph. Fidélia.

Psalmus 110.

CONfitébor tibi Dómine in toto corde meo : in consílio justórum, & congregatióne.

Magna ópera Dómini : exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Confessio & magnificéntia opus ejus : & justítia ejus manet in séculum séculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, miséricors & miserátor Dóminus : escam dedit timéntibus se.

Memor erit in séculum testaménti sui : virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo.

Ut det illis hæreditátem géntium : ópera mánuum ejus, véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : confirmáta in séculum séculi : facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : mandávit in ætérnum testiméntum suum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : laudátio ejus manet in séculum séculi.

Antiph. Fidélia ómnia mandáta ejus : confirmáta in séculum séculi.

Antiph. In mandátis.

Psalmus 111.

BEátus vir, qui timet Dóminum : in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus : & justítia ejus manet in séculum séculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : miséricors, & miserátor, & justus.

Jucúndus homo qui miserétur & cómmodat : dispónet sermónes suos in judício : quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino: confirmátum est cor ejus : non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus : justítia ejus manet in séculum séculi : cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, & irascétur : déntibus suis fremet & tabéscet : desidérium peccatórum períbit.

Antiph. In mandátis ejus volet nimis.

Antiph. Sit nomen.

Psalmus 112.

LAudáte púeri Dóminum : laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum : ex hoc nunc, & usque in séculum.

A solis ortu usque ad occásum : laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus : & super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster : qui in altis hábitat, & humília réspicit in cælo & in terra ?

Súscitans à terra ínopem : & de stércore érigens páuperem.

Ut cóllocet eum cum princípibus : cum princípibus pópuli ſui.

Qui habitáre facit ſtérilem in domo : matrem filiórum lætántem.

Antiph. Sit nomen Dómini benedíctum in ſécula.

Capitulum. 2. *Corinth.* 1.

BEnedíctus Deus, & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti ✝ Pater miſericordiárum, & Deus totíus conſolatiónis : qui conſolátur nos in omni tribulatióne noſtra.

℟. Deo grátias.

℟. Quàm magnificáta ſunt ópera tua Dómine.

℟. Quàm magnificáta ſunt.

℣. Omnia in ſapiéntia fecíſti : repléta eſt terra.

℟. Quàm magnificáta ſunt.

℣. Glória Patri.

℟. Quàm magnificáta ſunt.

Hymnus.

DEus creátor ómnium,
Políque rector, véſtiens
Diem decóro lúmine,
Noctem ſopóris grátia.

Artus ſolútos ut quies
Reddat labóris úſui :
Mentéſque feſſas állevet,
Luctúſque ſolvat ánxios.

Grates, perácto jam die,
Et noctis exórtu, preces,
Voti reos ut ádjuves,
Hymnum canéntes ſólvimus.

Te cordis ima cóncinant,
Te vox canóra cóncrepet,
Te díligat caſtus amor,
Te mens adóret ſóbria.

Ut cum profúnda claúſerit,
Diem calígo nóctium :
Fides ténebras néſciat,
Et nox fide relúceat.

Dormíre mentem ne ſinas,
Dormíre culpa nóverit :
Caſtos fides refrígeret,
Somni vapórem témperet.

Exúta ſenſu lúbrico,
Te cordis alta ſómnient :
Ne hoſtis ínvidi dolo,
Pavor quiétos ſúſcitet.

Chriſtum rogémus, & Patrem,
Chriſti, Patriſque Spíritum :
Unum potens per ómnia,
Fove precántes Trínitas. Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.

℟. Sicut incénſum in conſpéctu tuo.

Ex Evangelio Antiphona quæ currit.

Canticum beatiſſimæ Virginis Mariæ.
Lucæ. 1.

MAgníficat : ánima mea Dóminum.

Et exultávit ſpíritus meus : in Deo ſalutári meo.

Quia reſpéxit humilitátem ancíllæ ſuæ : ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt : & ſanctum nomen ejus.

Et miſericórdia ejus à progénie in progénies : timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio ſuo : diſpérſit ſupérbos mente cordis ſui.

Depóſuit poténtes de ſede : & exaltávit húmiles.

Eſuriéntes implévit bonis : & dívites dimíſit inánes.

Suſcépit Iſraël púerum ſuum : recordátus miſericórdiæ ſuæ.

Scut locútus eſt ad patres noſtros : Abraham, & ſémini ejus in ſécula.

Glória Patri.

Preces ut ſupra. *pag.* 29.

Oratio quæ contingit.

FERIA SECUNDA,
Ad Vesperas.

Antiph. Nos qui vívimus.

Psalmus 113.

IN éxitu Israël de Ægypto : domus Jacob de pópulo bárbaro.

Facta est Judæa sanctificátio ejus : Israël potéstas ejus.

Mare vidit, & fugit : Jordánis convérsus est retrórsum.

Montes exultavérunt ut aríetes : & colles sicut agni óvium.

Quid est tibi mare quòd fugísti : & tu Jordánis, quia convérsus es retrórsum?

Montes exultástis sicut aríetes : & colles sicut agni óvium.

A fácie Dómini mota est terra : à fácie Dei Jacob.

Qui convértit petram in stagna aquárum : & rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis : sed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua, & veritáte tua : nequándo dicant gentes, Ubi est Deus eórum.

Deus autem noster in cælo : ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simuláchra géntium argéntum & aurum : ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur : óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non aúdient : nares habent, & non odorábunt.

Manus habent, & non palpábunt : pedes habent, & non ambulábunt : non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant, qui fáciunt ea : & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino : adjútor eórum, & protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : adjútor eórum, & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino : adjútor eórum, & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri : & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israël : benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui timent Dóminum : pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos : super vos, & super fílios vestros.

Benedícti vos à Dómino : qui fecit cælum & terram.

Cælum cæli Dómino : terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine : neque omnes qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino : ex hoc nunc, & usque in séculum.

Antiph. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino.

Antiph. Inclinávit.

Psalmus 114.

DIléxi : quóniam exaúdiet Dóminus vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi : & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis : & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni : & nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam : miséricors Dóminus, & justus : & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : humiliátus sum, & liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam : quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de mor-

te : óculos meos à lácrymis : pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino : in regióne vivórum.

Antiph. Inclinávit Dóminus aurem suam mihi.

Antiph. Laudáte.

Psalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus sum: ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino : pro ómnibus quæ retríbuit mihi ?

Cálicem salutáris accípiam : & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : pretiósa in conspectu Dómini mors Sanctórum ejus.

O Dómine quia ego servus tuus : ego servus tuus, & filius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : tibi sacrificábo hóstiam laudis : & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis pópuli ejus : in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Psalmus 116.

LAudáte Dóminum omnes gentes : laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : & véritas Dómini manet in ætérnum.

Antiph. Laudáte Dóminum omnes gentes.

Antiph. Benedíximus vobis.

Psalmus 128.

SÆpe expugnavérunt me à juventúte mea : dicat nunc Israël.

Sæpe expugnavérunt me à juventúte mea : étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres : prolongavérunt iniq[uitá]tem suam.

Dóminus justus concídit cervíces [pec]catórum : confundántur, & conve[rtán]tur retrórsum omnes qui odérunt S[ion].

Fiant sicut fœnum tectórum : [quod] priúsquam evellátur, exáruit.

De quo non implévit manum [suam] qui metit : & sinum suum qui ma[nipu]los cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant[: Be]nedíctio Dómini super vos : bene[díxi]mus vobis in nómine Dómini.

Antiph. Benedíximus vobis in n[ómi]ne Dómini.

Capitul. Benedíctus Deus. *pag.* 9[...]

℟. Adjutórium nostrum in nó[mine] Dómini.

℟. Adjutórium nostrum.

℣. Qui fecit cælum & terram.

℟. Adjutórium nostrum.

℣. Glória Patri, & Fílio.

℟. Ajutórium nostrum.

Hymnus. Deus creátor. *pag.* 96[.]

℣. Dirigátur Dómine orátio mea

℟. Sicut incénsum in conspéctu t[uo].

Ad Magnificat.

Antiph. Magníficat ánima mea [Dó]minum. *pag.* 96.

Oratio Dominicalis.

FERIA TERTIA
ad Vesperas.

Antiph. De profúndis.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dó[mi]ne : Dómine exaúdi vocem me[am].

Fiant aures tuæ intendéntes : in [vo]cem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómi[ne :] Dómine quis sustinébit ?

Quia apud te propitiátio est:& pro[pter]

legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël: ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Antiph. De profúndis clamávi ad te Dómine.

Antiph. Speret.

Psalmus 130.

DOmine non est exaltátum cor meum: neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis: neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam: sed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus est super matre sua: ita retribútio in ánima mea.

Speret Israël in Dómino: ex hoc nunc, & usque in séculum.

Antiph. Speret Israël in Dómino.

Antiph. Et omnis.

Psalmus 131.

MEménto Dómine David: & omnis mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino: votum vovit Deo Jacob.

Si introíero in tabernáculum domus meæ: si ascéndero in lectum strati mei.

Si dédero somnum óculis meis: & pálpebris meis dormitatiónem.

Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephráta: invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus: adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam: tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam: & sancti tui exúltent.

Propter David servum tuum: non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum: & testimónia mea hæc quæ docébo eos.

Et fílii eórum: usque in séculum sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion: elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in séculum séculi: hìc habitábo quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam: paúperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári: & sancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David: parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne: super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Antiph. Et omnis mansuetúdinis ejus.

Antiph. Ecce quàm bonum.

Psalmus 132.

ECce quàm bonum, & quàm jucúndum: habitáre fratres in unum.

Sicut unguéntum in cápite: quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

Quod descéndit in oram vestiménti ejus: sicut ros Hermon qui descéndit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem: & vitam usque in séculum.

Antiph. Ecce quàm bonum, & quàm jucúndum.

Capit. ℞. *Hymn.* ℣. *ut sup. pag.* 98.

Ad Magnificat.

Antiph. In Deo salutári meo exultávit spíritus meus.

Oratio Dominicalis.

FERIA QUARTA, *Ad Vesperas.*

Antiph. Laudáte.

Psalmus 134.

LAudáte nomen Dómini : laudáte servi Dóminum.

Qui statis in domo Dómini : in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus : psállite nómini ejus quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi Dóminus : Israël in possessiónem sibi.

Quia ego cognóvi quòd magnus est Dóminus : & Deus noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit in cælo, in terra : in mari, & in ómnibus abyssis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ : fúlgura in plúviam fecit.

Qui prodúcit ventos de thesaúris suis: qui percússit primogénita Ægypti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa & prodígia in médio tui Ægypte : in Pharaónem, & in omnes servos ejus.

Qui percússit gentes multas : & occídit reges fortes.

Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Basan : & ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hæreditátem : hæreditátem Israël pópulo suo.

Dómine nomen tuum in ætérnum : Dómine memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Quia judicábit Dóminus pópulum suum : & in servis suis deprecábitur.

Simuláchra géntium argéntum, & aurum : ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur : óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent & non áudient : neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea : & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israël benedícite Dómino : domus Aaron benedícite Dómino.

Domus Levi benedícite Dómino : qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion : qui hábitat in Jerúsalem.

Antiph. Laudáte nomen Dómini.

Antiph. Quóniam.

Psalmus 135.

COnfitémini Dómino quóniam bonus : quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum : quóniam.

Confitémini Dómino dominórum : quóniam.

Qui facit mirabília magna solus : quóniam.

Qui fecit cælos in intelléctu : quóniam.

Qui firmávit terram super aquas : quóniam.

Qui fecit luminária magna : quóniam.

Solem in potestátem diéi : quóniam.

Lunam & stellas in potestátem noctis: quóniam.

Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eórum : quóniam.

Qui edúxit Israël de médio eórum : quóniam.

In manu poténti, & bráchio excélso: quóniam.

Qui divísit mare rubrum in divisiónes: quóniam.

Et edúxit Israël per médium ejus: quóniam.

Et excússit Pharaónem, & virtútem ejus in mari rubro: quóniam.

Qui tradúxit pópulum suum per desértum: quóniam.

Qui percússit reges magnos: quóniam.

Et occidit reges fortes: quóniam.

Sehon regem Amorrhæórum: quóniam.

Et Og regem Basan: quóniam.

Et dedit terram eórum hæreditátem: quóniam.

Hæreditátem Israël servo suo: quóniam.

Quia in humilitáte nostra memor fuit nostri: quóniam.

Et redémit nos ab inimícis nostris: quóniam.

Qui dat escam omni carni: quóniam.

Confitémini Deo cæli: quóniam.

Confitémini Dómino dominórum: quóniam.

Antiph. Quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Antiph. Hymnum cantáte nobis.

Psalmus 136.

SUper flúmina Babylónis, illic sédimus, & flévimus: cùm recordarémur Sion.

In salícibus in médio ejus: suspéndimus órgana nostra.

Quia illic interrogavérunt nos, qui captivos duxérunt nos: verba cantiónum.

Et qui abduxérunt nos: Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini: in terra aliéna?

Si oblítus fúero tui Jerúsalem: oblivióni detur déxtera mea.

Adhæreat lingua mea faúcibus meis: si non meminero tui.

Si non proposúero Jerúsalem: in princípio lætítiæ meæ.

Memor esto Dómine filiórum Edom: in die Jerúsalem.

Qui dicunt, Exinaníte, exinaníte: usque ad fundaméntum in ea.

Fília Babylónis mísera: beátus, qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuísti nobis.

Beátus, qui tenébit: & allídet párvulos tuos ad petram.

Antiph. Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Antiph. In conspéctu.

Psalmus 137.

COnfitébor tibi Dómine in toto corde meo: quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi: adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua, & veritáte tua: quóniam magnificásti super omne nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exaúdi me: multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini: quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, & humília réspicit: & alta à longè cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam: & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: Dómine misericórdia tua in séculum: ópera mánuum tuárum ne despícias.

Antiphona. In conspéctu Angeló-

quírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine : dixi, Tu es ſpes mea : pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam : quia humiliátus ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me: quia confortáti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : me expéctant juſti, donec retríbuas mihi.

Antiph. Pórtio mea Dómine ſit in terra vivéntium.

Antiph. Benedíctus.

Pſalmus. 143.

BEnedíctus Dóminus Deus meus qui docet manus meas ad prælium : & dígitos meos ad bellum.

Miſericórdia mea,& refúgium meum: ſuſcéptor meus, & liberátor meus.

Protéctor meus, & in ipſo ſperávi : qui ſubdit pópulum meum ſub me.

Dómine quid eſt homo, quia innotuíſti ei ? aut fílius hóminis, quia réputas eum ?

Homo vanitáti ſímilis factus eſt : dies ejus ſicut umbra prætéreunt.

Dómine inclína cælos tuos, & deſcénde : tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruſcatiónem, & diſſipábis eos : emítte ſagittas tuas, & conturbábis eos.

Emítte manum tuam de alto : éripe me & líbera me de aquis multis : de manu filiórum alienórum.

Quorum os locútum eſt vanitátem : & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Diviſio.

DEus cánticum novum cantábo tibi: in pſaltério decachórdo pſallam tibi.

Qui das ſalútem régibus : qui redemíſti David ſervum tuum de gládi[...] ligno : éripe me.

Et érue me de manu filiórum al[...]rum : quórum os locútum eſt vanit[...] & déxtera eórum, déxtera iniquit[...]

Quorum filii ſicut novéllæ plan[...]nes : in juventúte ſua.

Fíliæ eórum compóſitæ : circumo[...] ut ſimilitúdo templi.

Promptuária eórum plena : eruct[...] ex hoc in illud.

Oves eórum fœtóſæ, abundánt[...] egréſſibus ſuis : boves eórum craſſ[...]

Non eſt ruína macériæ : neque t[...]tus, neque clamor in platéis eoru[...]

Beátum dixérunt pópulum, cui[...] ſunt : beátus pópulus, cujus Dó[...] Deus ejus.

Antiph. Benedíctus Dóminus [...] meus.

Antiph. Per ſíngulos dies.

Pſalmus 144.

EXaltábo te Deus meus rex : [...]nedícam nómini tuo in ſæculu[...] in ſæculum ſæculi.

Per ſíngulos dies benedícam tib[...] laudábo nomen tuum in ſæculum, [...] ſæculum ſæculi.

Magnus Dóminus & laudábilis [...] & magnitúdinis ejus non eſt finis.

Generátio & generátio laudábit [...] tua : & poténtiam tuam pronunti[...]

Magnificéntiam glóriæ ſanctitáti[...] loquéntur : & mirabília tua narr[...]

Et virtútem terribílium tuóru[...]cent : & magnitúdinem tuam narr[...]

Memóriam abundántiæ ſuavitáti[...] eructábunt : & juſtítia tua exultáb[...]

Miſerátor & miſéricors Dóminu[...]tiens, & multùm miſéricors.

Suávis Dóminus univérſis : & m[...]tiónes ejus ſuper ómnia ópera ej[...]

℣. Per singulos dies benedícam
ine.
. ℟. *Hymn. & ℣. ut sup. pag.* 98.
Ad Magnificat.
ph. Suscépit Israël púerum suum,
tus Dóminus misericórdiæ suæ.
Oratio Dominicalis.

ATO AD VESPERAS.
ℏ. Regnum tuum.
Divisio
nfiteántur tibi Dómine ómnia
era tua : & sancti tui benedi-
i.
am regni tui dicent : & potén-
am loquéntur.
tam fáciant fíliis hóminum po-
tuam : & glóriam magnificén-
ii tui.
um tuum, regnum ómnium se-
: & dominátio tua in omni ge-
ne & generatiónem.
Dóminus in ómnibus verbis
& sanctus in ómnibus opéribus

t Dóminus omnes qui cór-
& érigit omnes elísos.
ómnium in te sperant Dómine:
s escam illórum in témpore op-
.
s tu manum tuam : & imples
nimal benedictióne.
Dóminus in ómnibus viis suis:
s in ómnibus opéribus suis.
est Dóminus ómnibus invo-
eum : ómnibus invocántibus
veritáte.
tátem timéntium se fáciet : &
tiónem eórum exaúdiet : & sal-
et eos.
dit Dóminus omnes diligéntes
mnes peccatóres dispérdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum : & benedícat omnis caro nómini sancto ejus in séculum, & in séculum séculi.

Antiph. Regnum tuum Dómine regnum ómnium seculórum.

Antiph. Laudábo.

Psalmus 145.

Lauda ánima mea Dóminum : laudábo Dominum in vita mea : psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolite confídere in princípibus : in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam : in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjutor ejus: spes ejus in Dómino Deo ipsíus : qui fecit cælum & terram, mare & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in séculum : facit judícium injúriam patiéntibus : dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos : Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos : Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas : pupíllum & víduam suscípiet : & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sécula : Deus tuus Sion in generatiónem & generatiónem.

Antiph. Laudábo Deum meum in vita mea.

Antiph. Deo nostro.

Psalmus 146.

Laudáte Dóminum quóniam bonus est psalmus : Deo nostro sit jucúnda decoráque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus : dispersiónes Israélis congregábit.

Qui ſanat contrítos corde : & álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem ſtellárum: & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noſter, & magna virtus ejus : & ſapiéntiæ ejus non eſt númerus.

Suſcípiens manſuétos Dóminus : humílians autem peccatóres uſque ad terram.

Præcínite Dómino in confeſſióne : pſállite Deo noſtro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus : & parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum : & herbam ſervitúti hóminum.

Qui dat juméntis eſcam ipſórum : & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit : nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum eſt Dómino ſuper timéntes eum : & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Antiph. Deo noſtro jucúnda ſit laudátio.

Antiph. Benedíxit.

Pſalmus 147.

LAuda Jerúſalem Dóminum : lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum : benedíxit filiis tuis in te.

Qui póſuit fines tuos pacem : & ádipe fruménti ſatiat te.

Qui emíttit elóquium ſuum terræ : velóciter currit ſermo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam : nébulam ſicut cínerem ſpargit.

Mittit criſtállum ſuam ſicut buccéllas: ante fáciem frigoris ejus quis ſuſtinébit?

Emíttet verbum ſuum, & liquefáciet ea : flabit ſpíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum ſuum Ja[c] juſtítias & judícia ſua Iſraël.

Non fecit táliter omni natióni : & [ju]dícia ſua non manifeſtávit eis.

Antiph. Benedíxit filiis tuis in te

Capitulum. Benedíctus Deus. *pag.*

℟. Magnus Dóminus noſter, & ma[gna] virtus ejus.

℟. Magnus Dóminus noſter.

℣. Et ſapiéntiæ ejus non eſt núm[erus]

℟. Magnus Dóminus noſter.

℣. Glória Patri, & Fílio.

℟. Magnus Dóminus noſter.

Hymn. Deus creátor. *pag.* 96.

℣. Elevátio mánuum meárum [...] mine.

℟. Sacrifícium veſpertínum.

Ad Magnificat, Antiph. quæ c[...] gerit. Oratio Dominicæ ſequentis.

AD COMPLETORIU[M]

Pater noſter, & Ave María. *pag*

Confeſſio. Confíteor Deo, *&c. pa[g]*

℣. Convérte nos Deus ſalutáris no[ſter]

℟. Et avérte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adjutórium meum inté[nde]

℟. Dómine ad adjuvándum me fe[ſtina]

Glória Patri.

Allelu-ia. *vel* Laus tibi Dómine, [Rex] ætérnæ glóriæ.

Pſalmus 4.

CUm invocárem exaudívit me [D...] juſtítiæ meæ : in tribulatióne [dila]táſti mihi.

Miſerére mei : & exaúdi oratió[nem] meam.

Filii hóminum úſquequo gravi co[rde] ut quid dilígitis vanitátem, & quæ[ritis] mendácium ?

Et ſcitóte quóniam mirificávit D[ómi]nus ſanctum ſuum : Dóminus exaú[diet] me, cùm clamávero ad eum.

mini, & nolíte peccáre : quæ in córdibus vestris, in cubílibus compungímini.
ficáte sacrifícium justítiæ, & spe- Dómino : multi dicunt, Quis nobis bona ?
tum est super nos lumen vultus nine : dedísti lætítiam in corde
ctu fruménti, vini, & ólei sui : icáti sunt.
ce in idípsum : dórmiam, & re- m.
iam tu Dómine : singuláriter in stituísti me.

Psalmus. 90.

i hábitat in adjutório altíssimi : protectióne Dei cæli commo-
Dómino, Suscéptor meus es tu: ium meum, Deus meus sperábo
iam ipse liberávit me de láqueo um : & à verbo áspero.
lis suis obumbrábit tibi : & sub jus sperábis.
circúmdabit te véritas ejus : ébis à timóre noctúrno.
itta volánte in die : à negótio lánte in ténebris : ab incúrsu, nio meridiáno.
t à látere tuo mille, & decem dextris tuis : ad te autem non nquábit.
ntamen óculis tuis considerábis: utiónem peccatórum vidébis.
iam tu es Dómine spes mea : m posuísti refúgium tuum.
ccédet ad te malum : & flagéllum propinquábit tabernáculo tuo.
iam Angelis suis mandávit de te: diant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem & basilíscum ambulábis : & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, & ego exaúdiam eum : cum ipso sum in tribulatióne : erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : & osténdam illi salutáre meum.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum : omnes servi Dómini.

Qui statis in domo Dómini : in átriis domus Dei nostri.

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta : & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dominus ex Sion : qui fecit cælum & terram.

Allelu-ia. *vel* Laus tibi Dómine.

Hymnus.

Christe qui lux es, & dies,
Noctis ténebras détegis,
Lucísque lumen créderis,
Lumen beátum prædicans.

Precámur sancte Dómine,
Defénde nos in hac nocte:
Sit nobis in te réquies,
Quiétam noctem tribue.

Ne gravis somnus írruat,
Nec hostis nos surrípiat,
Nec caro illi consentiens
Nos tibi reos státuat.

Oculi somnum cápiant,
Cor ad te semper vígilet :
Déxtera tua prótegat
Fámulos qui te díligunt.

Defénsor noster áspice,
Insidiántes réprime,

Gubérna tuos fámulos
Quos sánguine mercátus es.
Meménto noſtri Dómine
In gravi iſto córpore :
Qui es defénſor ánimæ,
Adéſto nobis Dómine.
Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paracléto,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

Capitulum. *Jer.* 14.

TU autem in nobis es Dómine, & nomen tuum invocátum eſt ſuper nos : ne derelínquas nos Dómine Deus noſter.

℟. Deo grátias.
℣. Cuſtódi nos Dómine ut pupíllam óculi.
℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos.

Preces.

KYrie eleiſon. *iii.* Chriſte eleiſon. *iii.* Kyrie eleiſon. *iii.*
Pater noſter. Ave María.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
Credo in Deum.
℣. Carnis reſurrectiónem.
℟. Vitam ætérnam. Amen.
℣. Benedíctus es Dómine Deus patrum noſtrórum.
℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula.
℣. Benedicámus Patrem, & Fílium, cum ſancto Spíritu.
℟. Laudémus & ſuperexaltémus eum in ſécula.
℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula.

℣. Benedícat nos omnípotens
℟. Amen.
℣. Dignáre Dómine nocte iſ
℟. Sine peccáto nos cuſtodír
℣. Fiat miſericórdia tua Dóm
per nos.
℟. Quemádmodum ſperávim
℣. Sacerdótes tui induántu
tiam.
℟. Et ſancti tui exúltent.
℣. Dómine ſalvos fac reges.
℟. Et exáudi nos in die qua
vérimus te.
℣. Salvum fac pópulum tuu
mine, & bénedic hæreditáti tu
℟. Et rege eos, & extólle illo
in ætérnum.
℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus
℣. Orémus pro fidélibus defú
℟. Réquiem ætérnam dona
mine, & lux perpétua lúceat ei
℣. Animæ famulórum tuór
quiéſcant in pace.
℟. Amen.
℣. Pro frátribus noſtris abſ
℟. Salvos fac ſervos tuos De
ſperántes in te.
℣. Pro ómnibus nobis bona
tibus.
℟. Retribúere dignáre Dómin
bus nobis bona faciéntibus,
nomen ſanctum tuum, vitam æt
℣. Pro afflíctis & captívis.
℟. Líbera eos Deus Iſraël ex
bus tribulatiónibus ſuis.
℣. Dómine exáudi oratiónem
℟. Et clamor meus ad te véni
Hic dicitur ferialibus diebus Pſ
Miſerére mei. *pag* 6.
℣. Dómine Deus virtútum c
nos.

℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus.
℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat. *vel.*
℣. Dóminus vobíscum.

Orémus.

VIsita quǽsumus Dómine habitatiónem istam : & omnes insídias inimíci ab ea longè repélle : & Angeli tui sancti habitántes in ea, nos in pace custódiant : & benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat. *vel.*
℣. Dóminus vobíscum.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

Sequuntur septem Psalmi pœnitentiales cum Litania.

Antiph. Ne reminiscáris.

Psalmi.

Antiph. Ne reminiscáris Dómine delícta mea, vel paréntum meórum : neque vindíctam sumas de peccátis meis.

KYrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaúdi nos.
Pater de cælis Deus. Miserére nobis.
Fili redémptor mundi Deus. mis.
Spíritus sancte Deus. mis.

Hic accipimus veniam.

Sancta Trínitas unus Deus. mis.
Sancta María. Ora pro nobis.
Sancta Dei génitrix. ora.
Sancta Virgo vírginum ora.
Sancte Michaël. ora.
Sancte Gábriel. ora.
Sancte Raphaël. ora.
Omnes sancti beatórum spirítuum órdines. oráte pro nobis.
Sancte Joánnes Baptísta. ora.
Sancte Joseph. ora.
Omnes sancti Patriárchæ, & Prophétæ. oráte pro nobis.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andréa. ora.
Sancte Jacóbe. ora.
Sancte Joánnes. ora.
Sancte Philíppe. ora.
Sancte Bartholomæe. ora.
Sancte Matthæe. ora.
Sancte Thoma. ora.
Sancte Jacóbe. ora.
Sancte Simon. ora.
Sancte Thadæe. ora.
Sancte Matthía. ora.
Sancte Bárnaba. ora.
Sancte Luca. ora.
Sancte Marce. ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelístæ. oráte pro nobis.
Sancte Stéphane. ora.
Sancte Clemens. ora.
Sancte Sixte. ora.
Sancte Cornéli. ora.
Sancte Cypriáne. ora.
Sancte Laurénti. ora.
Sancte Vincénti. ora.
Sancte Ignáti. ora.
Sancte Fabiáne. ora.
Sancte Sebastiáne. ora.
Sancte Maurítii cum sóciis tuis. ora.
Sancte Dionysi cum sóciis tuis. ora.

Omnes ſancti Mártyres. oráte.
Sancte Sylvéſter. ora.
Sancte Gregóri. ora.
Sancte Hierónyme. ora.
Sancte Martíne. ora.
Sancte Nicoláe. ora.
Sancte Hilári. ora.
Sancte Remígi. ora.
Sancte Ambróſi. ora.
Sancte Auguſtíne. ora.
Sancte Hugo. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Antóni. ora.
Sancte Hilárion. ora.
Sancte Benedícte. ora.
Sancte Pater Bruno. ora.
Sancte Bernárde. ora.
Omnes ſancti Confeſſores. oráte.
Sancta Anna. ora.
Sancta Felícitas. ora.
Sancta Perpétua. ora.
Sancta Agatha. ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Lúcia. ora.
Sancta Cæcília. ora.
Sancta Anaſtáſia. ora.
Sancta Blandína. ora.
Sancta Scoláſtica. ora.
Sancta Euſémia. ora.
Sancta Petronílla. ora.
Sancta María Magdaléna. ora.
Sancta Catharína. ora.
Sancta Bárbara. ora.
Omnes ſanctæ Vírgines,& Continéntes. oráte pro nobis.
Omnes Sancti. oráte pro nobis.
Propítius eſto. parce nobis Dómine.
Propítius eſto. líbera nos Dómine.
Ab insídiis diáboli. líbera nos Dómine.
A concupiſcéntia iníqua. líbera.
A ſpíritu fornicatiónis. líbera.
A ſpíritu ſupérbiæ. líbera.
Ab omni immundítia mentis & córporis. líbera nos Dómine.
A ventúra ira. líbera nos Dómine.
Ab omni malo. líbera nos Dómine.
Per Nativitátem tuam. líbera.
Per Paſſiónem & Crucem tuam. líbera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam. líbera nos Dómine.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam. líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Paracléti. líbera.
Peccatóres. te rogámus audi nos.
Ut pacem & concórdiam nobis dones. te rogámus audi nos.
Ut miſericórdia & píetas tua nos cuſtódiat. te rogámus audi nos.
Ut ſpátium pœniténtiæ, & emendatiónem vitæ nobis dones. te rogámus.
Ut grátiam ſancti Spíritus córdibus noſtris infúndere dignéris. te rogámus.
Ut Eccléſiam tuam régere, & defenſáre dignéris. te rogámus audi nos.
Ut cunctum pópulum Chriſtiánum pretióſo ſanguine tuo redémptum conſerváre dignéris. te rogámus audi nos.
Ut cunctis fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris. te rogámus.
Ut nos exaudíre dignéris. te rogámus.
Fili Dei. te rogámus audi nos.
Agnus Dei qui tollis peccáta mundi. parce nobis Dómine.
Agnus Dei qui tollis peccáta mundi. líbera nos Dómine.
Agnus Dei qui tollis peccáta mundi. dona nobis pacem.
Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter. Ave María.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Sacerdótes tui induántur juſtítiam.
℟. Et ſancti tui exúltent.
℣. Pro paſtóribus noſtris.

℟. Dóminus consérvet eos, & vivíficet eos, & beátos faciat eos in terra, & non tradat eos in ánimas inimicórum eórum.

℣. Dómine salvos fac reges.

℟. Et exaúdi nos in die qua invocavérimus te.

℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ.

℟. Et rege eos, & extólle illos usque in ætérnum.

℣. Pro peccátis & negligéntiis nostris.

℟. Dómine ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia paúperes facti sumus nimis.

℣. Adjuva nos Deus salutáris noster.

℟. Et propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, & propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus.

℟. Salvos fac servos tuos Deus meus sperántes in te.

℣. Pro ómnibus nobis bona faciéntibus.

℟. Retribúere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen sanctum tuum, vitam ætérnam.

℣. Pro cunctis fidélibus defúnctis.

℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.

℟. Et osténde fáciem tuam & salvi érimus.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat. *vel*

℣. Dóminus vobíscum.

Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere ꝰ súscipe deprecatiónem nostram: ut quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis absólvat.

Oratio.

PRætende Dómine fámulis & famulábus tuis déxteram cæléstis auxílii ꝰ ut te toto corde perquírant: & quæ dignè póstulant, assequántur.

Oratio.

FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor: animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum ꝰ ut indulgéntiam quam semper optavérunt: piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis & regnas.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat. *vel*

℣. Dóminus vobíscum.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Animæ ómnium fidélium defunctórum per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

CANTICA IN DOMINICIS ET FESTIS XII. LECTIONUM, DICENDA IN TERTIO NOCTURNO.

IN ADVENTU DOMINI.

Cantica. Isaïæ. 40.

ECce Dóminus Deus in fortitúdine véniet : & bráchium ejus dominábitur.

Ecce merces ejus cum eo : & opus illíus coram illo.

Sicut pastor gregem suum pascet : in bráchio suo congregábit agnos, & in sinu suo levábit : fœtas ipse portábit.

Quis mensus est pugillo aquas : & cælos palmo ponderávit ?

Quis appéndit tribus dígitis molem terræ : & librávit in póndere montes, & colles in statéra ?

Quis adjúvit Spíritum Dómini ? aut quis consiliárius ejus fuit,& osténdit illi?

Cum quo íniit consílium, & instrúxit eum : & dócuit eum sémitam justítiæ, & erudívit eum sciéntiam : & viam prudéntiæ osténdit illi ?

Ecce gentes quasi stilla sítulæ : & quasi moméntum statéræ reputátæ sunt.

Ecce ínsulæ quasi pulvis exíguus : & Líbanus non sufficiet ad succendéndum : & animália ejus non sufficient ad holocaústum.

Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo : & quasi níhilum, & ináne reputátæ sunt ei.

Isaïæ. 42.

CAntáte Dómino cánticum novum : laus ejus ab extrémis terræ.

Qui descénditis in mare, & plenitúdo ejus : ínsulæ, & habitatóres eárum.

Sublevétur desértum, & civitátes ejus: in dómibus habitábit Cedar.

Laudáte habitatóres petræ : de vértice móntium clamábunt.

Ponent Dómino glóriam : & laudem ejus in ínsulis nuntiábunt.

Dóminus sicut fortis egrediétur : sicut vir præliátor suscitábit zelum.

Vociferábitur, & clamábit : super inimícos suos confortábitur.

Tácui, semper sílui : pátiens fui : sicut partúriens loquar.

Dissipábo & absorbébo simul : desértos fáciam montes & colles : & omne gramen eórum exiccábo.

Et ponam flúmina in ínsulas : & stagna arefáciam.

Et ducam cæcos in viam, quam nésciunt : & in sémitis quas ignoravérunt, ambuláre eos fáciam.

Ponam ténebras coram eis in lucem : & prava in recta.

Isaïæ. 49.

HÆc dicit Dóminus Redémptor Israël, sanctus ejus : ad contemptíbilem ánimam, ad abominátam gen-

rem : ad servum dominórum.

Reges vidébunt, & consúrgent príncipes : & adorábunt propter Dóminum, quia fidélis est : & sanctum Israël qui elégit te.

Hæc dicit Dóminus, In témpore plácito exaudívi te : & in die salútis auxiliátus sum tui.

Et servávi te, & dedi te in fœdus pópuli : ut suscitáres terram : & possidéres hæreditátes dissipátas.

Ut díceres his, qui vincti sunt, Exíte : & his, qui in ténebris, Revelámini.

Super vias pascéntur : & in ómnibus planis páscua eórum.

Non esúrient, neque sítient, & non percútiet eos æstus & sol : quia miserátor eórum reget eos : & ad fontes aquárum potábit eos.

Et ponam omnes montes meos in viam : & sémitæ meæ exaltabúntur.

Ecce isti de longè vénient : & ecce illi ab aquilóne, & mari : & isti de terra austráli.

Laudáte cæli, & exúlta terra : jubiláte montes laudem : quia consolátus est Dóminus pópulum suum : & pauperum suórum miserébitur.

IN NATIVITATE DOMINI, in Circumcisione, Epiphania, Solennitate SS. Nominis JESU, & Purificatione Beatæ Virginis Mariæ.

Cantica. *Isáiæ 9.*

POpulus qui ambulábat in ténebris: vidit lucem magnam.

Habitántibus in regióne umbræ mortis : lux orta est eis.

Multiplicásti gentem : & non magnificásti lætítiam.

Lætabúntur coram te, sicut qui lætántur in messe : sicut exúltant victóres, capta præda, quando dívidunt spólia.

Jugum enim óneris ejus, & virgam húmeri ejus, & sceptrum exactóris ejus superásti : sicut in die Mádian.

Quia omnis violénta prædátio cum tumúltu : & vestiméntum mistum sánguine : erit in combustiónem, & cibus ignis.

Párvulus enim natus est nobis : & fílius datus est nobis.

Et factus est principátus super húmerum ejus : & vocábitur nomen ejus admirábilis : consiliárius, Deus, fortis, pater futúri séculi : princeps pacis.

Multiplicábitur ejus impérium : & pacis non erit finis.

Super sólium David, & super regnum ejus sedébit : ut confírmet illud, & corróboret in judício & justítia : à modò, & usque in sempitérnum.

Zelus Dómini exercítuum fáciet hoc.

Isáiæ 66.

LÆtáre Jerúsalem : & diem festum ágite omnes qui dilígitis eam.

Gaudéte gaúdio magno omnes qui lugebátis super eam : ut potémini à lacte, & satiémini ab ubéribus consolatiónis ejus.

Et cùm avúlsi fuéritis à lacte : epulémini ab intróitu glóriæ ejus.

Quia hæc dicit Dóminus, Ecce ego declíno in eos, ut flumen pacis : & ut torrens inúndans glóriæ géntium.

Púeri eórum in húmeris portabúntur: & super génua consolabúntur.

Quemádmodum mater consolátur fílios suos, ita & ego consolábor vos : & in Jerúsalem consolabímini.

Et vidébitis, & gaudébitis, & lætábitur cor vestrum : & ossa vestra ut herba germinábunt : & comminábitur contumácibus.

Ecce Dóminus ut ignis véniet : & ut tempéstas currus ejus.

Réddere in ira vindíctam : & vastatiónem in flamma ignis.

In igne enim zeli Dómini devorábitur omnis terra : & in gládio ejus omnis caro.

Isaiæ 26.

URbs fortitúdinis nostræ Sion : Salvátor ponétur in ea murus & antemurále.

Aperíte portas : & ingrediátur gens justa custódiens veritátem.

Vetus error ábiit : servábis pacem : pacem, quia in te sperávimus.

Speràstis in Dómino in séculis ætérnis: in Domino Deo forti in perpétuum.

Quia incurvábit habitántes in excélso: civitátem sublímem humiliábit.

Humiliábit eam usque ad terram : détrahet eam usque ad púlverem.

Conculcábit eam pes : pedes paúperis : gressus egenórum.

Sémita justi recta est : rectus callis justi ad ambulándum.

Et in sémita judiciórum tuórum Dómine sustinúimus te : nomen tuum & memoriále tuum in desidério ánimæ.

Anima mea desiderávit te in nocte : sed & spíritu meo in præcórdiis meis : de mane vigilábo ad te.

Cùm féceris judícia tua in terra : justítiam discent habitatóres orbis.

Misereámur ímpio, & non discet justítiam : in terra sanctórum iníqua gessit : & non vidébit glóriam Dómini.

Dómine exaltétur manus tua, & non vídeant : vídeant, & confundántur zelántes pópuli : & ignis hostes tuos dévoret.

Dómine da pacem nobis : ómnia enim ópera nostra operátus es nobis.

IN QVADRAGESI

Cantica. Jerem. 14.

DEdúcant óculi mei lácryma noctem, & diem : & non tá

Quóniam contritióne magna cc est virgo fília pópuli mei : plaga ma veheménter.

Si egréssus fúero ad agros, ecce gládio : & si introíero in civitátem attenuáti fame.

Prophéta quoque & sacérdos runt in terram, quam ignorábant

Nunquid projíciens abjecísti Ju aut Sion abomináta est ánima tu

Quare ergo percussísti nos : nulla sit sánitas ?

Expectávimus pacem, & non e num : & tempus curatiónis, & turbátio.

Cognóvimus Dómine impietát stras : iniquitátes patrum nostr quia peccávimus tibi.

Ne des nos in oppróbrium p nomen tuum : neque fácias nobi tuméliam sólii glóriæ tuæ.

Recordáre : ne írritum fácias tuum nobíscum.

Thren. 5.

REcordáre Dómine quid ac nobis : intuére, & réspice o brium nostrum.

Hæréditas nostra versa est ad al domus nostræ ad extráneos.

Pupílli facti sumus absque patr tres nostræ quasi víduæ.

Aquam nostram pecúnia bíbi ligna nostra prétio comparávim

Cervícibus nostris minabámur non dabátur réquies.

Ægypto dédimus manum, & riis : ut saturarémur pane.

Patres nostri peccavérunt, & non sunt: & nos iniquitátes eórum portávimus.

Defécit gaúdium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster.

Cécidit coróna cápitis nostri: væ nobis, quia peccávimus.

Proptérea mœstum factum est cor nostrum: ídeo contenebráti sunt óculi nostri.

Tu autem Dómine in ætérnum permanébis: sólium tuum in generatiónem & generatiónem.

Quare in perpétuum obliviscéris nostri: derelínques nos in longitúdine diérum?

Convérte nos Dómine ad te, & convertémur: ínnova dies nostros sicut à princípio.

Ezech. 36.

Tollam quippe vos de géntibus, & congregábo vos de univérsis terris: & addúcam vos in terram vestram.

Et effúndam super vos aquam mundam: & mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris: & ab univérsis idólis vestris mundábo vos.

Et dabo vobis cor novum: & spíritum novum ponam in médio vestri.

Et aúferam cor lapídeum de carne vestra: & dabo vobis cor cárneum: & spíritum meum ponam in médio vestri.

Et fáciam ut in præcéptis meis ambulétis: & judícia mea custodiátis, & operémini.

Et habitábitis in terra, quam dedi pátribus vestris: & éritis mihi in pópulum: & ego ero vobis in Deum.

IN DIE SANCTO PASCHÆ, & usque ad Octavas Corporis Christi inclusivè.

Cantica. *Isaiæ* 63.

Quis est iste qui venit de Edom: tinctis véstibus de Bosra?

Iste formósus in stola sua: grádiens in multitúdine fortitúdinis suæ.

Ego qui loquor justítiam: & propugnátor sum ad salvándum.

Quare ergo rubrum est induméntum tuum: & vestiménta tua sicut calcántium in torculári?

Tórcular calcávi solus: & de géntibus non est vir mecum.

Calcávi eos in furóre meo: & conculcávi eos in ira mea.

Et aspérsus est sanguis eórum super vestiménta mea: & ómnia induménta mea inquinávi.

Dies enim ultiónis in corde meo: annus redemptiónis meæ venit.

Circumspéxi, & non erat auxiliátor: quæsívi, & non fuit qui adjuváret.

Et salvávit mihi bráchium meum: & indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi.

Osee 6.

Veníte & revertámur ad Dóminum: quia ipse cepit, & sanábit nos: percútiet, & curábit nos.

Vivificábit nos post duos dies: in die tértia suscitábit nos: & vivémus in conspéctu ejus.

Sciémus, sequemúrque: ut cognoscámus Dóminum.

Quasi dilúculum præparátus est egréssus ejus: & véniet quasi imber nobis temporáneus, & serótinus terræ.

Quid fáciam tibi Ephraïm, quid fáciam tibi Juda? misericórdia vestra

quasi nubes matutína : & quasi ros manè pertránsiens.

Propter hoc dolávi in prophétis : occídi eos in verbis oris mei : & judícia tua quasi lux egrediéntur.

Quia misericórdiam vólui, & non sacrificium : & sciéntiam Dei plusquam holocaústa.

Sophoniæ 3.

EXpécta me, dicit Dóminus, in die resurrectiónis meæ in futúrum : quia judícium meum ut cóngregem gentes, & cólligam regna.

Et effúndam super eos indigatiónem meam : omnem iram furóris mei.

In igne enim zeli mei devorábitur omnis terra : quia tunc reddam pópulis lábium eléctum : ut ínvocent omnes in nómine Dómini, & sérviant ei húmero uno.

Ultra flúmina Æthiópiæ inde súpplices mei : filii dispersórum meórum déferent munus mihi.

In die illa non confundéris super cunctis adinventiónibus tuis : quibus prævaricáta es in me.

Quia tunc áuferam de médio tui magníloquos supérbiæ tuæ : & non adjícies exaltari ámpliùs in monte sancto meo.

Et derelínquam in médio tui pópulum paúperem, & egénum : & sperábunt in nómine Dómini.

Reliquiæ Israël non fácient iniquitátem, nec loquéntur mendácium : & non inveniétur in ore eórum lingua dolósa.

Quóniam ipsi pascéntur, & accubábunt : & non erit qui extérreat.

IN FESTIS APOSTOLORUM, *& plurimorum Martyrum.*

Cantica. *Isaïæ* 61.

VOs autem Sacerdótes Dómini vocabímini : Minístri Dei nostri, dicétur vobis.

Fortitúdinem géntium comedétis : & in glória eárum superbiétis.

Pro confusióne vestra dúplici & rubóre : laudábunt partem suam.

Propter hoc in terra sua duplícia possidébunt : lætítia sempitérna erit eis.

Quia ego Dóminus díligens judicium : & ódio habens rapínam in holocaústo.

Et dabo opus eórum in veritáte : & fœdus perpétuum fériam eis.

Et scient in géntibus semen eórum : & germen eórum in médio populórum.

Omnes qui víderint eos, cognóscent illos : quia isti sunt semen, cui benedíxit Dóminus.

Sapientiæ 10.

REddidit Deus justis mercédem labórum suórum : & dedúxit illos in via mirábili.

Et fuit illis in velaménto diéi : & in luce stellárum per noctem.

Tránstulit illos per mare rubrum : & transvéxit illos per aquam nimiam.

Inimícos autem illórum demérsit in mare : & ab altitúdine inferórum edúxit illos.

Ideo justi tulérunt spólia impiórum : & decantavérunt, Dómine nomen sanctum tuum.

Et victrícem manum tuam laudavérunt páriter : Dómine Deus noster.

Sapientiæ 3.

FUlgébunt justi : & tanqùam scintíllæ in arundinéto discúrrent.

Judicábunt natiónes, & dominabún-

tur pópulis : & regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

Qui confidunt in illo, intélligent veritátem : & fidéles in dilectióne acquiéscent illi.

Quóniam donum & pax est : eléctis ejus.

IN FESTO UNIUS MARTYRIS, *vel Confessoris.*

Cantica. *Eccles.* 14.

Beátus vir, qui in sapiéntia morábitur : & qui in justítia sua meditábitur : & in sensu cogitábit circumspectiónem Dei.

Cibábit illum pane vitæ, & intelléctus : & aqua sapiéntiæ salutáris potábit illum.

Et firmábitur in illo, & non flectétur : & continébit illum, & non confundétur : & exaltábit illum apud próximos suos.

Et nómine ætérno hæreditábit illum : Dóminus Deus noster.

Jeremiæ 17.

Benedíctus vir, qui confidit in Dómino : & erit Dóminus fidúcia ejus.

Et erit quasi lignum qnod transplantátur super aquas : quod ad humórem mittit radíces suas : & non timébit cùm vénerit æstus.

Et erit fólium ejus víride : & in témpore siccitátis non erit sollícitum : nec aliquándo désinet fácere fructum.

Eccles. 31.

Beátus dives, qui invéntus est sine mácula : & qui post aurum non abiit : nec sperávit in pecúnia & thesáuris.

Quis est hic, & laudábimus eum ? fecit enim mirabília in vita sua.

Qui probátus est in illo, & perféctus est : erit illi glória ætérna.

Qui pótuit tránsgredi, & non est transgréssus : fácere mala, & non fecit.

Ideo stabilíta sunt bona illíus in Dómino : & eleemósynas illíus enarrábit omnis Ecclésia sanctórum.

IN FESTIS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ, *& aliarum Sanctarum.*

Cantica. *Eccles.* 39.

Obaudíte me divíni fructus : & quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificáte.

Quasi Líbanus : odórem suavitátis habéte.

Floréte flores quasi lílium, & date odórem : & frondéte in grátiam, & collaudáte cánticum : & benedícite Dóminum in opéribus suis.

Date nómini ejus magnificéntiam : & confitémini illi in voce labiórum vestrórum.

Et in cánticis labiórum, & cítharis : & sic dicétis in confessióne : Opera Dómini univérsa bona valde.

Isaiæ 61.

Gaudens gaudébo in Dómino : & exultábit ánima mea in Deo meo.

Quia índuit me vestiméntis salútis : & induménto justítiæ circúmdedit me.

Quasi sponsum decorátum coróna : & quasi sponsam ornátam monílibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum gérminat : sic Dóminus Deus germinábit justítiam, & laudem coram univérsis géntibus.

Propter Sion non tacébo, & propter Jerúsalem non quiéscam : donec egrediátur ut splendor justus ejus : & salvátor ejus ut lampas accendátur.

Et vidébunt gentes justum tuum : &

cuncti reges inclytum tuum.

Et vocábitur tibi nomen novum : quod os Dómini nominábit.

Et eris coróna glóriæ in manu Dómini : & diadéma regni in manu Dei tui.

Isaiæ 62.

NOn vocáberis ultra derelícta : & terra tua non vocábitur ámpliùs desoláta.

Seb vocáberis volúntas mea in ea : & terra tua inhabitáta.

Quia complácuit Dómino in te : & terra tua inhabitábitur.

Habitábit enim júvenis cum vírgine : & habitábunt in te filii tui.

Et gaudébit sponsus super sponsam : & gaudébit super te Deus tuus.

Super muros tuos Jerúsalem constítui custódes : tota die, & tota nocte in perpétuum non tacébunt.

Qui reminiscímini Dómini ne taceátis : & ne detis siléntium ei : donec stabíliat, & donec ponat Jerúsalem laudem in terra.

BENEDICTIONES in Lectionibus largiendæ.

Nota quòd in festis duodecim Lectionum benedictiones singulæ ad singulas lectiones largiuntur. Et quoties postea dici debent in festo trium Lectionum, vel unius, à capite reincipiuntur.

Diebus ferialibus quando ultima benedictio est : Ad societátem , *sequenti die si est festum trium Lectionum iterum ad primam lectionem dicitur.*

Sabbato infra octavas Paschæ & Pentecostes repetitur, In unitáte.

Feria secunda , quarta , & sexta.

℣. Exúrge Dómine.

Feria verò tertia, quinta , & Sabbato.

℣. Osténde nobis.

In primo Nocturno.

Pater noster. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tentati

℟. Sed líbera nos à malo ✠

Súscipe Dómine Jesu Christe cationem servórum tuórum ✠ q Patre, & Spíritu sancto vivis & Deus : Per ómnia sécula secul

℟. Amen.

℣. *Sequens dicitur ante bene omnes, sed nunquam dici debet aliquis solus Divinum persolvit O*

℣. Jube domne benedícere.

Prima Benedictio.

De sede Majestátis benedí déxtera Dei Patris ✠ ℟. Amen

Secunda Benedictio.

Deus Dei Fílius nos bened adjuváre semper dignétur ✠ ℟

Tertia Benedictio.

Spíritus sancti grátia illúmi minus corda nostra ✠ ℟. Am

Quarta Benedictio.

Déxtera Dómini nos bened ab omni malo deféndat ✠ ℟.

In secundo Nocturno.

Pater noster. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tenta

℟. Sed líbera nos à malo ✠

℣. Exúrge Dómine ádjuva n

℟. Et líbera nos propter tuum ✠

Quinta Benedictio.

Ignem sui amóris accéndat I in córdibus nostris ✠ ℟. Amen

Sexta Benedictio.

Imménsa Dei píetas nos s custódiat. ℟. Amen.

Septima Benedictio.

Benedictióne perpétua bened Pater ætérnus.

℟. Amen.

Octava Benedictio.

Rex regum, & Dóminus dominántium tríbuat nobis perpétuum gaúdium ✠

℟. Amen.

In tertio Nocturno.

Pater noster. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ✠

℟. Sed líbera nos à malo ✠

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam ✠

℟. Et salutáre tuum da nobis ✠

Nona Benedictio.

Divíni verbi sciéntia spíritus sancti nos répleat grátia ✠ ℟. Amen.

Alia nona Benedictio.

Evangélica doctrína erúdiat Dóminus corda nostra ✠ Amen.

Et nota quòd istæ duæ supradictæ benedictiones dicuntur alternatim ad lectionem Evangelii : ita tamen ut benedictio, Divini verbi, *semper dicatur in diebus Dominicis & in festo sancti Stephani Martyris.*

Decima Benedictio.

Ad societátem Cívium supernórum perdúcat nos Rex Angelórum ✠

℟. Amen.

Undecima Benedictio.

In unitáte sancti Spíritus, benedícat nos Pater, & Filius ✠ ℟. Amen.

Duodecima Benedictio.

In tribulatióne & angústia subvéniat nobis Divína misericórdia ✠ ℟. Amen.

In Nativitate Domini benedictiones Evangelicæ sunt :

ix. Divíni verbi sciéntia, *&c.*

x. Evangélica doctrína.

xi. Evangélica léctio sit nobis salus & protéctio ✠ ℟. Amen.

xii. Sectatóres sancti Evangélii fáciat nos misericórdia Christi ✠ ℟. Amen.

INCIPIUNT BENEDICTIONES mensæ. Et primò quando bis reficitur.

Benedictio prandii.

Benedícite. ℣. Oculi ómnium in te sperant Dómine, & tu das escam illórum in témpore opportúno ✠ áperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne ✠

Glória Patri, & Filio, & Spirituí sancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper : & in sécula seculórum. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

Benedictio mensæ.

Orémus ✠

Bene ✝ dic Dómine dona tua, quæ de tua largitáte sumus sumptúri : Per Christum Dóminum nostrum ✠

℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere. *Quod non dicitur in cella.*

Benedictio ad lectionem.

Mensæ cæléstis partícipes fáciat nos Rex glóriæ ✠

℟. Amen.

Lectio. 1. *Joan.* 4.

Deus cháritas est : & qui manet in charitáte ✠ in Deo manet : & Deus in eo.

Et post prandium in cella.

Lectio. 2. *Cor.* 13.

Deus pacis & dilectiónis máneat semper in córdibus nostris. Tu autem.

℟. Deo grátias.

Statim sequitur. Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua, & sancti tui benedícant tibi ✠ Glória Patri, *&c.*

Oratio.

AGimus tibi grátias omnípotens Deus, pro univérsis benefíciis tuis: qui vivis & regnas per ómnia sǽcula sæculórum.

℟. Amen.

Psalmus Miserére mei Deus: secúndùm magnam misericórdiam tuam. *Ex integro. pag. 6.*

Glória Patri, & Fílio.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem✠

℟. Sed líbera nos à malo✠

℣. Dispérsit, dedit paupéribus✠

℟. Justítia ejus manet in sǽculum sǽculi: cornu ejus exaltábitur in glória✠

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore✠

℟. Semper laus ejus in ore meo ✠

℣. In Dómino laudábitur ánima mea✠

℟. Aúdiant mansuéti, & læténtur✠

℣. Magnificáte Dóminum mecum✠

℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum✠

℣. Sit nomen Dómini benedíctum✠

℟. Ex hoc nunc, & usque in sǽculum✠

℣. Retribúere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen sanctum tuum, vitam ætérnam✠

℟. Amen.

℣. Benedicámus Dómino✠

℟. Deo grátias✠

℣. Animæ ómnium fidélium defunctórum, per misericórdiam Dei requiéscant in pace✠

℟. Amen.

Benedictio cœnæ.

BEnedícite. ℣. Edent paúp[...] saturabúntur, & laudábunt [...]num qui requírunt eum, viven[...] córum in sǽculum sǽculi✠

Glória Patri, & Fílio, & [...] sancto.

Sicut erat.

Kyrie eleison. Christe eleison [...] eleison.

Pater noster. Ave María.

℣. Et ne nos.

℟. Sed líbera nos.

Benedictio mensæ.

Orémus✠

LArgítor ómnium bonórum [...]dícat cibum & potum se[...] suórum ✠

℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere. *non dicitur in cella.*

Benedictio ad Lectionem.

Cibo spirituáli refíciat nos [...] córdia Christi✠

℟. Amen.

Lectio. *Rom.* 8.

SCimus quóniam diligéntibus [...] ómnia cooperántur in bon[...] qui secúndùm propósitum voc[...] sancti.

Post cœnam.

Lectio. *Rom.* 15.

DEus spei nos répleat omni [...] & pace, in credéndo: ut a[...]mus in spe, & virtúte Spíritus [...] Tu autem Dómine miserére no[...]

℟. Deo grátias.

℣. Memóriam fecit mirabíli[...]rum miséricors & miserátor D[...] escam dedit timéntibus se.

Glória Patri, & Fílio.

Sicut erat.

Oratio.

BEnedíctus Deus in donis suis ✠ & sanctus in ómnibus opéribus suis : qui vivit & regnat per ómnia sécula seculórum ✠

℟. Amen.

Psalmus. Miserére mei Deus, *cum precibus annotatis supra post prandium, pag.* 120.

Benedictio in diebus Jejuniorum.

Benedícite. ℣. Edent. *ut supra in benedictione cœnæ.*

Orémus ✠

BEne † dic Dómine dona tua quæ de tua largitáte sumus sumptúri : per Christum Dóminum nostrum ✠

℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

Benedictio.

Mensæ cæléstis partícipes fáciat nos Rex glóriæ ✠ ℟. Amen.

Lectio. *Eccles.* 15.

QUi timet Deum fáciet bona ✠ & qui cóntinens est justítiæ, apprehéndet illam : & obviábit illi quasi mater honorificáta.

Post prandium.

Lectio. Deus spei. ℣. Memóriam fecit mirabílium. *Oratio.* Agimus tibi grátias. *Psalmus.* Miserére mei Deus. *pag.* 6.

In die Dominicæ Cœnæ, & duobus sequentibus, non dicitur, Benedícite. *sed tantum,* Edent paúperes. *Sine* Glória Patri. *Sed dicuntur sub silentio quæ sequuntur.* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Ave María.

Dicitur tamen more solito. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ✠ ℟. Sed líbera nos à malo ✠

Deinde Benedictio mensæ non præmisso Orémus, *dicitur.*

BEne † dic Dómine dona tua quæ de tua largitáte sumus sumptúri : per Christum Dóminum nostrum ✠

℟. Amen.

Postea immediate sequitur Lectio non præmisso Jube domne benedícere, *nec alia ulla benedictione : & incipitur sine titulo. Et in fine lect. non dicitur,* Tu autem, *sed terminatur more lectionum mortuorum.*

Post prandium.

℣. Memóriam fecit. *sine* Glória Patri. *Deinde sequitur.* Agimus tibi grátias. ℟. Amen. *Psalmus.* Miserére, *sine* Glória Patri. *Postea more solito dicuntur preces, sub silentio tamen.*

Quando fiunt opera communia, congregatis Monachis in Cœmeterio, incipit Prior Psalmum. De profúndis. *Et cantatur per choros alternatim usque in finem, detectis capitibus.*

℣. Réquiem ætérnam.

℟. Et lux perpétua lúceat eis ✠

Pater noster. Ave María.

Et subdit Sacerdos hebdomadarius.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ✠

℟. Sed líbera nos à malo ✠

℣. A porta ínferi ✠

℟. Erue Dómine ánimas eórum ✠

℣. Dóminus vobíscum ✠

℟. Et cum spíritu tuo ✠

Orémus ✠

DEus cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt ✠ fámulis & famulábus tuis ómnibus hîc & ubíque in Christo quiescéntibus, da propítius véniam peccatórum : ut à cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine læténtur

Oratio.

ACtiónes nostras quæsumus Dómine, & aspirándo præveni, & adjuvándo proséquere ✠ ut cuncta nostra operátio, & à te semper incípiat: & per te cœpta, finiátur.

Oratio.

FIdélium Deus ómnium Cónditor, & Redémptor: animábus famulórum famularúmque tuárum, remissiónem cunctórum tríbue peccatórum ✠ ut indulgentiam quam semper optavérunt: piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus sancti Deus: per ómnia sécula seculórum ✠

℞. Amen.

℣. Requiéscant in pace ✠

℞. Amen.

COMMEMORATIONES Communes.

AD LAUDES.

DE SANCTA CRUCE.

Antiphona.

NOs autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi.

℣. Omnis terra adóret te Deus ✠

℞. Et psallat tibi, psalmum dicat nómini tuo.

Orémus.

REspice quæsumus Dómine super hanc famíliam tuam: pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium ✠ & Crucis subíre torméntum: Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus ✠ per ómnia sécula seculórum:

℞. Amen.

De beata virgine Maria.

Antiphona. Tota pulchra es a[...] mea, & mácula non est in te.

℣. Ave María grátia plena ✠

℞. Dóminus tecum ✠

Orémus.

DEus qui de beátæ Maríæ Vi[...]nis útero verbum tuum, An[...] nuntiánte, carnem suscípere volui[...] præsta supplícibus tuis: ut qui [...] eam Genitrícem Dei crédimus ✠ [...] apud te intercessiónibus adjuvém[...] Per eúmdem Christum Dóminum [no]strum: ℞. Amen.

De sancto Joanne Baptista.

Antiph. Inter natos mulíerum [...] surréxit major Joánne Baptísta.

℣. Fuit homo missus à Deo ✠

℞. Cui nomen erat Joánnes ✠

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus [...] córdibus nostris illam tuárum [...]ctitúdinem semitárum ✠ quam beá[tus] Joánnes Baptísta in desérto vox c[la]mántis edócuit: Per Christum Dó[mi]num nostrum: ℞. Amen.

De sancto P. N. Brunone.

Antiph. Similábo eum viro sapién[ti] qui ædificávit domum suam supra p[e]tram.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vi[as] rectas ✠

℞. Et osténdit illi regnum Dei ✠

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, [...] renuntiántibus século mansió[nem] paras in cælo ✠ imménsam cleménti[am] tuam humíliter implorámus: ut int[er]cedénte beato Patre nostro Brun[one] confessóre tuo, vota quæ profité[mur] fécimus, fidéliter implére ✠ & ad [...] quæ perseverántibus in te dignátus

ittere, valeámus salúbriter perve-
Per Christum Dóminum nostrum:
Amen.

De omnibus Sanctis.

tiph. Fulgébunt justi sicut sol in
Patris eórum.
Lætámini in Dómino, & exultáte
Et gloriámini omnes recti corde.

Orémus.

Eus qui nos concédis ómnium
Sanctórum tuórum mérita vene-
da nobis in ætérna beatitúdine
rum societáte gaudére: Per Dó-
n nostrum Jesum.

*Adventu verò Domini dicitur Oratio
s.* Orémus.

Onsciéntias nostras, quæsumus
Dómine, visitándo purífica: ut
ns Jesus Christus Fílius tuus Dó-
noster cum ómnibus Sanctis
m sibi in nobis invéniat mansió-
Qui tecum vivit & regnat.

AD VESPERAS.

Commemoratione sanctæ Crucis di-
Antiph. Nos autem gloriári.
Omnis terra.

Orémus.

rpétua, quæsumus Dómine, pace
stodi quos per lignum sanctæ
s redímere dignátus es: Salvátor
i, qui cum Patre, & Spíritu sancto
& regnas Deus Per ómnia sé-
seculórum: ℟. Amen.

De beata virgine Maria.

Antiphona.

lve Regína misericórdiæ, vitæ
lcédo, & spes nostra salve. Ad
mámus éxules filii Hevæ. Ad te
ámus geméntes & flentes in hac
márum valle. Eía ergo advocáta
, illos tuos misericórdes óculos
ad nos convérte. Et Jesum benedíctum
fructum ventris tui, nobis post hoc
exílium osténde benígnum. O clemens,
ô pia, ô dulcis María.
℣. Ave María grátia plena
℟. Dóminus tecum

Orémus.

FAmulórum tuórum Dómine delíctis
ignósce: ut qui tibi placére de ácti-
bus nostris non valémus Genitrícis
Fílii tui Dómini Dei nostri intercessió-
ne salvémur: Per eúmdem Christum
Dóminum nostrum: ℟. Amen.

De sancto Joanne Baptista.

Antiphona. Inter natos mulíerum.
℣. Fuit homo.

Orémus.

PErpétuis nos Dómine sancti Joán-
nis Baptístæ tuére præsídiis: &
quantò fragilióres sumus tantò ma-
gis necessáriis attólle suffrágiis: Per
Christum Dóminum nostrum:

De sancto P. N. Brunone.

*Antiphona, ℣. & Oratio sunt perinde
sicut supra habentur. pag.* 122.

De omnibus Sanctis.

Antiphona. Fulgébunt justi.
℣. Lætámini.

Orémus.

UT tuam Dómine misericórdiam
consequámur fac nos per in-
tercessiónem ómnium Sanctórum tuó-
rum toto corde tibi esse devótos: Per
Dóminum.

In Adventu verò dicitur Oratio. Con-
sciéntias nostras.

*Quando verò supradictæ omnes Com-
memorationes omitti debeant, vel quædam
earum, aut reassumi: declaratum est in
Rubricis Divini Officii titulo de Comme-
morationibus, & passim in Breviarii dis-
cursu suis locis habetur.*

In Nomine Domini noſtri JESU CHRISTI.

INCIPIT
ꝚDO BREVIARII
DE TEMPORE,
ꞋUNDUM USUM ET MOREM
SACRI ORDINIS
ARTUSIENSIS.

ꞋATO ante primam Dominicam ꞋDomini (qui quidem in ea Do- a feſto S. Andreæ magis propin- celebratur : vel ſi idem feſtum Dominica , ibi etiam fit) ad pri- eras , Antiph. Regnum tuum. Confiteántur. *Cum reliquis An- Pſalmis , ut ſupra in Veſperis*

apitulum. Jerem. 23.
E dies véniunt , dicit Dómi- : & ſuſcitábo David germen um ꟷ & regnábit Rex , & ſá- : & fáciet judícium , & juſtí- erra.
gratias.
étur ſtella. *ut infra in Matu-* . 126.

Hymnus.

litor alme ſyderum,
rna lux credéntium :
Ꝛedémptor ómnium,
eces ſúpplicum.

Qui cóndolens intéritu
Mortis períre ſéculum :
Salváſti mundum lánguidum,
Donans reis remédium.

Vergénte mundi véſpere,
Uti ſponſus de thálamo,
Egréſſus honeſtíſſima
Vírginis matris claúſula.

Cujus forti poténtiæ
Genu curvántur ómnia :
Cæléſtia , terréſtria
Faténtur nutu ſúbdita.

Te deprecámur ágie
Ventúre Judex ſéculi,
Conſérva nos in témpore,
Hoſtis à telo pérfidi.

Laus , honor , virtus , glória,
Deo Patri , & Fílio,
Sancto ſimul paracléto,
In ſeculórum ſécula. Amen.

Qui dicitur per totum Adventum ad Veſperas , exceptis duodecim Lectionum feſtis.

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum.

℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat. Antiph.

Ecce nomen Dómini * venit de longínquo, ardens furor ejus, & gravis ad portándum.

Oratio.

EXcita Dómine quæsumus, poténtiam tuam, & veni: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi꞉ te liberánte, salvári: Qui vivis & regnas.

In hoc Sabbato commemorationem de Cruce, usque ad secundam post octavas Pascha feriam: de B. verò Maria usque ad primam post octavas Epiphania diem intermittimus. Commemorationes verò de S. Joanne Baptista, & de S. Brunone, & de omnibus Sanctis usque ad vigiliam Natalis Domini, more solito facimus: excepto quod de omnibus Sanctis dicitur Oratio. Consciéntias nostras quæsumus. *&c.*

Ad Matutinas Invitatorium.

Regem ventúrum Dóminum: Veníte adorémus.

Psalmus. Veníte exultémus.

Hymnus. Ætérne rerum cónditor.

In primo, & secundo Nocturno Antiphona & Psalmi recipiantur ex psalterio.

℣. Ex Sion spécies decóris ejus.

℟. Deus noster maniféstè véniet.

Lectio prima.

Incipit Isaias Propheta.

VIsio Isaíæ filii Amos, quam vidit super Judam & Jerúsalem: in diébus Ozíæ, Joatham, Achaz, & Ezechíæ Regum Juda. Audíte cæli & aúribus pércipe terra: quóniam Dóminus locútus est. Fílios enutrívi, & exaltávi: ipsi autem sprevérunt me. Cognóvit bos possessórem suum, & ásinus præsépe dómini sui꞉ Israël autem me non cognóvit: & pópulus meus non intelléxit. Hæc dicit Dóminus. Convertímini ad me: & salvi éritis.

℟. Deo grátias.

Hoc modo terminantur omnes lectiones omnium Prophetarum, illis tamen exceptis, in quarum fine dicitur (Explicit) *qua cum*, Tu autem, *terminantur.*

℟. Aspiciébam in visu noctis, & ecce in núbibus cæli filius hóminis venit, & datum est ei regnum, & honor. † Et omnis pópulus, tribus, & linguæ sérvient ei.

℣. Potéstas ejus, potéstas ætérna, quæ non auferétur, & regnum ejus, quod non corrumpétur. Et omnis.

Lectio secunda.

VÆ genti peccatríci, pópulo gravi iniquitáte꞉ sémini nequam: filiis sceleràtis. Dereliquérunt Dóminum꞉ blasphemavérunt sanctum Israël: abalienáti sunt retrórsum. Super quo percútiam vos ultra꞉ addéntes prævaricatiónem? Omne caput lánguidum, & omne cor mœrens: à planta pedis usque ad vérticem, non est in eo sánitas. Vulnus, & livor, & plaga tumens: non est circumligáta, nec curáta medicámine, neque fota óleo. Hæc dicit.

℟. Oriétur stella ex Jacob, & exúrget homo de Israël: & confrínget omnes duces alienigenárum. † Et erit Idumæa posséssio ejus.

℣. De Jacob erit qui dominétur, & perdat relíquias civitátis. Et erit.

Lectio tertia.

TErra vestra desérta : civitátes vestræ succénsæ igni ✠ regiónem vestram coram vobis aliéni dévorant : & desolábitur sicut in vastitáte hostili. Et derelinquétur filia Sion ut umbráculum in vinea ✠ & sicut tugúrium in cucumerário : & sicut civitas quæ vastátur. Nisi Dóminus exercítuum reliquísset nobis semen ✠ quasi Sódoma fuissémus : & quasi Gomórrha símiles essémus. Hæc dicit.

℟. Dóminus dabit benignitátem. † Et terra nostra dabit fructum suum.

℣. Justítia ante eum ambulábit, & ponet in via gressus suos. Et terra.

Lectio Quarta.

AUdíte verbum Dómini, príncipes Sodomórum : percípite áuribus legem Dei nostri, pópulus Gomórrhæ. Quò mihi multitúdinem victimárum vestrárum, dicit Dóminus ? Plenus sum. Holocáusta aríetum, & ádipem pínguium : & sánguinem vitulórum, & agnórum, & hircórum nólui. Cùm venirétis ante conspéctum meum ✠ quis quæsívit hæc de mánibus vestris, ut ambularétis in átriis meis ? Ne offerátis ultra sacrifícium frustra : incénsum abominátio est mihi. Hæc dicit.

℟. Ecce virgo concípiet, & páriet filium, dicit Dóminus. † Et vocábitur nomen ejus admirábilis, Deus, fortis.

℣. Super sólium David, & super regnum ejus sedébit in ætérnum. Et vocábitur.

℣. Glória Patri, *&c.*
Deus fortis.

In secundo Nocturno.

℣. Egrediétur virga de radíce Jesse.
℟. Et flos de radíce ejus ascéndet.

Lectio quinta.

NEoméniam, & sábbatum, festivitátes alias non feram ✠ iníqui sunt cœtus vestri : caléndas vestras, & solennitátes vestras odívit ánima mea ✠ facta sunt mihi moléstа : laborávi sustinens. Et cùm extendéritis manus vestras, avértam óculos meos à vobis ✠ & cùm multiplicavéritis oratiónem, non exaúdiam : manus enim vestræ sánguine plenæ sunt. Hæc dicit.

℟. Confortámini, & jam nolíte timére, ecce Deus vester citò véniet. † Et salvos vos fáciet.

℣. Ecce Deus vester ultiónem addúcet retributiónis, Deus ipse véniet. Et.

Lectio sexta.

LAvámini ✠ mundi estóte : auférte malum cogitatiónum vestrárum ab óculis meis. Quiéscite ágere pervérsè, díscite benefácere ✠ quǽrite judícium ✠ subveníte oppréсso ✠ judicáte pupíllo : deféndite víduam. Et veníte, & argúite me, dicit Dóminus. Si fúerint peccáta vestra ut cóccinum, quasi nix dealbabúntur : & si fúerint rubra quasi vermículus, velut lana alba erunt. Hæc dicit.

℟. Ecce apparébit Dóminus, & non mentiétur, si moram fécerit, expécta eum : quia véniet. † Et non tardábit.

℣. Deus ab austro véniet, & sanctus de monte Pharan. Et non tard.

Lectio septima.

SI voluéritis, & audiéritis me : bona terræ comedétis. Quòd si noluéritis, & me ad iracúndiam provocavéritis ✠ gládius devorábit vos : quia os Dómini locútum est. Quómodo facta est merétrix cívitas fidélis ✠ plena judícii ? justítia habitávit in ea : nunc

autem homicídæ. Argéntum tuum versum est in scóriam: vinum tuum mistum est aqua. Hæc dicit.

℟. Ecce dies véniunt, dicit Dóminus, & suscitábo David germen justum, & regnábit Rex, & sápiens erit, & fáciet judícium, & justítiam in terra. † Et hoc est nomen quod vocábunt eum, Dóminus justus noster.

℣. In diébus illis salvábitur Juda, & Israël habitábit confidénter. Et hoc.

Lectio octava.

PRíncipes tui infidéles, sócii furum: omnes díligunt múnera: sequuntur retributiónes. Pupíllo non júdicant: & causa víduæ non ingréditur ad illos. Propter hoc, ait Dóminus Deus exercítuum fortis Israël. Heu, consolábor super hóstibus meis, & vindicábor de inimícis meis. Et convértam manum meam ad te, & éxcoquam ad purum scóriam tuam: & áuferam omne stannum tuum. Et restítuam júdices tuos ut fuérunt priùs, & consiliários tuos sicut antíquitus: post hæc vocáberis cívitas justi, urbs fidélis. Hæc dicit.

℟. Egrediétur Dóminus, & præliábitur contra gentes. † Et stabunt pedes ejus supra montem olivárum ad Oriéntem.

℣. Et véniet Dóminus Deus meus, omnésque sancti ejus cum eo. Et stabunt ped.

℣. Glória Patri. ad Oriéntem.

In tertio Nocturno.

Antiph. Cantáte Dómino * cánticum novum, laus ejus ab extrémis terræ.

Cantic. Ecce Dóminus Deus in fortit. *cum aliis duobus sequentibus. p.* 112.

℣. Emítte agnum Dómine dominatórem terræ.

℟. De petra desérti ad montem filiæ Sion.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam. *Luc.* 21.

IN illo témpore: Dixit Jesus Discípulis suis. Erunt signa in sole, & luna, & stellis: & in terris pressura géntium. Et réliqua.

Homília lectiónis ejúsdem beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 1. *in Evang.*

DOminus ac Redémptor noster (fratres charíssimi) parátos nos invenire desíderans: senescéntem mundum quæ mala sequántur denuntiat: ut nos ab ejus amóre compéscat. Appropinquántem ejus términum quantæ percussiónes prævéniant, innotéscit: ut si Deum metúere in tranquillitáte nólumus: saltem vicínum ejus judícium, vel percussiónibus attríti, timeámus. Tu autem Dómine miserére nostri.

℟. Deo grátias.

℟. Ingréssus Angelus ad Maríam ait, Ave grátia plena. † Dóminus tecum.

℣. Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui. Dóminus.

Lectio decima.

HUic étenim lectióni sancti Evangélii quam modò vestra fratérnitas audívit: paulò supériùs Dóminus præmísit, dicens. Exúrget gens contra gentem: & regnum advérsus regnum: & erunt terræ motus magni per loca, pestiléntiæ, & fames. Et quibúsdam interpósitis: hoc quod modò audístis adjúnxit. Erunt signa in sole, & luna, & stellis: & in terris pressúra géntium: præ confusióne sónitus maris & flúctuum. Tu autem.

℟. Ave María grátia plena, Dóminus tecum. † Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi, obumbrábit tibi: quod enim ex te nascétur

sanctum,

, vocábitur Filius Dei.
ómodo fiet istud, quóniam vi-
cognósco ? & respóndens An-
xit ei. Spíritus.

Lectio undecima.

uibus profécto ómnibus, ália
facta cérnimus : ália è próximo
formidámus. Nam gentem con-
:m exúrgere, earúmque pressú-
is insístere ꟷ plus jam in nostris
ous cérnimus : quàm in codíci-
nus. Quòd terræ motus urbes
is óbruat : ex áliis mundi pár-
is quàm frequénter audívimus.
ias sine cessatióne pátimur. Si-
in sole, & luna, & stellis ad-
tè mínimè vídimus. Tu autem.
xit Angelus ad Maríam, Ne tí-
ria. † Invenísti grátiam apud
n.
e concípies, & páries filium,
tur nomen ejus Jesus. Inven.

Lectio duodecima.

uia & hæc non longè sint, ex
jam äëris immutatióne collígi-
amvis priúsquam Itália gentili
:riénda traderétur ꟷ ígneas in
ies vídimus : ipsúmque qui
usus est, humáni géneris san-
coruscántes. Confúsio autem
flúctuum : necdum nova exórta
cùm multa prænuntiáta jam
sint : dúbium non est, quin se-
étiam pauca quæ restant. Quia
um rerum certitúdo : est præte-
exhibítio. Tu autem.
vatórem expectámus Dóminum
Christum. † Qui reformábit
humilitátis nostræ configurá-
pori claritátis suæ.
riè, & justè, & piè vivámus in
lo : expectántes beátam spem,
& advéntum glóriæ magni Dei. Qui.
℣. Gloria Patri. claritátis suæ.
Cantic. Te Deum laudámus. *pag.* 24.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam.
℟. Glória tibi Dómine.

Luc. 21.

IN illo témpore : Dixit Jesus Discípulis suis. Erunt signa in sole, & luna, & stellis ꟷ & in terris pressúra géntium : præ confusióne sonitus maris & flúctuum ꟷ arescéntibus homínibus præ timóre, & expectatióne : quæ supervénient univérso orbi. Nam virtútes cælórum movebúntur, & tunc vidébunt Fílium hominis veniéntem in nube cum potestáte magna, & majestáte. His autem fieri incipiéntibus ꟷ respícite, & leváte cápita vestra : quóniam appropínquat redémptio vestra. Et dixit illis similitúdinem. Vidéte ficúlneam : & omnes árbores. Cùm prodúcunt jam ex se fructum : scitis quóniam prope est æstas. Ita & vos cùm vidéritis hæc fieri : scitóte quóniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis ꟷ quia non prætéribit generátio hæc : donec ómnia fiant. Cælum & terra transíbunt : verba autem mea non transíbunt.
℟. Amen.
Te decet laus, te decet hymnus, tibi glória, Deo Patri, & Filio, cum sancto Spíritu, in sécula seculórum. Amen.
Orémus. Excita quæsumus Dómine. *ut supra in Vesperis, pag.* 126.
Finita Oratione cum sua conclusione, non dicitur Dóminus vobíscum, *nec* Benedicámus Dómino.
Et notandum quod Dominicales Orationes, quæ dicuntur ad primas Vesperas, di-

cuntur & in ipsis Dominicis ad Matutinas post Evangelium, ad Laudes, & ad Tertiam, itemque ad secundas Vesperas.

Ad Laudes.

Antiph. In illa die * stillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lac & mel, allelu-ia. *Psalm.* Miserére mei. *pag.* 6.

Antiph. Omnes * sitiéntes veníte ad aquas, quærite Dóminum dum inveníri potest, allelu-ia. *Psalmus.* Confitémini Dómino. *pag.* 25.

Antiph. Super te Jerúsalem * oriétur Dóminus, & glória ejus in te vidébitur. *Psalm.* Deus Deus meus.

Antiph. Jucundáre * filia Sion, & exúlta satis filia Jerúsalem, allelu-ia. *Cant.* Benedícite ómnia.

Antiph. Ecce Dóminus * véniet, & omnes sancti ejus cum eo : & erit in die illa lux magna, allelu-ia. *Psalm.* Laudáte Dóminum de cælis. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce dies véniunt. *ut supra in Vesperis. pag.* 125.

℟. Roráte cæli désuper, & nubes pluant justum. Roráte.

℣. Aperiátur terra : & gérminet Salvatórem. Roráte. Glória Patri. Roráte.

Hymnus. Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus.

℟. Et glória ejus in te vidébitur.

Ad Benedictus.

Antiph. Leváte * cápita vestra, quóniam appropínquat redémptio vestra.

Oratio. Excita Dómine. *pag.* 126.

Ad Primam.

Antiph. In illa die. *Psalmus.* Beáti immaculáti. *pag.* 84.

Capitulum. Dómine miserére nostri. *pag.* 4.

℣. Exúrge Dómine.

Oratio. Omnípotens. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Antiph. Omnes sitiéntes. *Psalm.* [...]gem pone. *pag.* 86.

Capitulum. Ecce dies. *pag.* 12[...]

℣. Dómine Deus virtútum conv[...] nos.

℟. Et osténde fáciem tuam, & [...] érimus. *Oratio.* Excita. *pag.* 126.

Ad Sextam.

Antiph. Super te Jerúsalem.

Psalmus. Pórtio mea Dómine. *pag.*

Capitulum. *Jerem.* 23.

IN diébus illis salvábitur Juda [...] Israël habitábit confidénter : & est nomen quod vocábunt eum, D[...]nus justus noster. ℟. Deo grátias.

℣. Timébunt gentes nomen t[...] Dómine.

℟. Et omnes reges terræ glór[...] tuam.

Oratio.

EXcita, Dómine, poténtiam t[...] & veni ✠ & quod Ecclésiæ tuæ [...] misísti : usque in finem séculi clemé[...] operáre. Qui vivis.

Ad Nonam.

Antiph. Ecce Dóminus. *Psalm.* [...] fécit in salutáre. *pag.* 88.

Capitulum. *Isaiæ* 7.

ECce virgo concípiet, & pári[...] lium ✠ & vocábitur nomen [...] Emmánuël : butyrum & mel cómed[...] ut sciat reprobáre malum : & eli[...] bonum. ℟. Deo grátias.

℣ Meménto nostri Dómine in b[...] plácito pópuli tui.

℟. Vísita nos in salutári tuo.

Oratio.

PRope esto Dómine ómnibus [...] pectántibus te in veritáte : u[...] adventu Filii tui Dómini nostri [...] Christi plácitis tibi áctibus præ[...]témur. Per eumdem.

Ad Vesperas.

Antiph. Dixit Dóminus. *cum cæteris antiphonis & Psalmis Dominicalibus.*

Capitulum. Ecce dies. *pag.* 125.

℟. Super te Jerúsalem oriétur Dóminus. Super te.

℣. Et glória ejus in te vidébitur. Super te. Glória. Super te.

Hymnus. Cónditor alme. *pag.* 125.

℣. Roráte cæli désuper.

Ad Magnificat.

Antiph. Cælum * & terra transíbunt, verba autem mea non transíbunt, dicit Dóminus.

Oratio. Excita Dómine. *pag.* 126.

PRIVATIS DIEBUS, *per totum Adventum.*

Ad Matutinas.

Invitatorium. Regem ventúrum Dóminum : Venite adorémus. *Psalmus.* Veníte. *Hymni, Antiphonæ, & Psalmi ut in Psalterio.*

In primo Nocturno.

℣. Ex Sion spécies decóris ejus.

℟. Deus noster maniféstè véniet.

Lectiones habentur propriæ, ut infra. Et dicuntur pro qualibet feria tria ℟. *de responsoriis Dominicæ, quæ præcesserit.*

In secundo Nocturno.

Capitulum. In diébus illis.

℣. Egrediétur virga de radíce Jesse.

℟. Et flos de radíce ejus ascéndet.

Oratio.

MEntes nostras, quæsumus Dómine, lúmine tuæ visitatiónis illústra ✠ ut esse, te largiénte, mereámur & inter próspera húmiles : & inter advérsa secúri. Qui vivis & regnas.

Ad Laudes Antiph. & Psalm. de Psalt.

Capitulum. Ecce virgo.

℟. Roráte cæli désuper.

Hymn. Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. Super te Jerúsalem oriétur.

Ad Benedictus & Magnificat propriæ Antiphonæ habentur pro qualibet die ut infra, cum orationibus ibidem annotatis. Ad Horas Antiphonæ & Psalmi feriales, ut habentur in Psalterio.

Ad Tertiam.

Capitulum. *Isáïæ* 45.

ROráte cæli désuper, & nubes pluant justum ✠ aperiátur terra, & gérminet Salvatórem : & justítia oriátur simul, ego Dóminus creávi eum.

℟. Deo grátias.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.

Oratio. Excita Dómine poténtiam. *pag.* 130.

Ad Sextam.

Capitulum. *Isáïæ* 11.

EGrediétur virga de radíce Jesse : & flos de radíce ejus ascéndet ✠ & requiéscet super eum spíritus Dómini ✠ spíritus sapiéntæ, & intelléctus ✠ spíritus consílii, & fortitúdinis ✠ spíritus sciéntiæ, & pietátis : & replébit eum spíritus timóris Dómini.

℟. Deo grátias.

℣. Timébunt gentes.

Oratio. Prope esto. *pag.* 130.

Ad Nonam.

Capitulum. *Isáïæ* 2.

ERit in novíssimis diébus præparátus mons domus Dómini in vértice móntium ✠ & elevábitur super colles : & fluent ad eum omnes gentes.

℟. Deo grátias.

℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui.

Oratio.

PReces pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exaúdi ✠ ut qui

de advéntu Unigéniti Filii tui secúndùm carnem lætántur : in secúndo cùm vénerit in majestáte sua, præmium ætérnæ vitæ percípiant. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Ad Vesper. Antiphonæ & Psal. feriales.

Capitul. Ecce dies véniunt. *pag.* 125.

℟. Super te Jerúsalem. *pag.* 131.

Hymnus. Cónditor alme. & ℣. Roráte cæli. *pag.* 125.

Ad Magnificat Antiphona propria habetur. Oratio Dominicalis dicitur. Et in omni Festo occurrente, fit ad Laudes & Vesperas commemoratio de Adventu.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

SIon in judício redimétur ✠ & redúcent eam in justítia ✠ & cónteret sceléstos & peccatóres simul : & qui dereliquérunt Dóminum, consuméntur. Confundéntur enim ab idólis, quibus sacrificavérunt ✠ & erubescétis super hortis quos elegerátis : cùm fuéritis velut quercus defluéntibus fóliis, & velut hortus absque aqua. Et erit fortitúdo vestra ut favílla stuppæ ✠ & opus vestrum quasi scintílla : & succendétur utrúmque simul, & non erit qui extinguat. Hæc dicit.

Lectio secunda.

VErbum, quod vidit Isaías filius Amos : super Juda, & Jerúsalem. Et erit in novíssimis diébus præparátus mons domus Dómini in vértice móntium ✠ & elevábitur super colles : & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt pópuli multi, & dicent. Veníte, & ascendámus ad montem Dómini ✠ & ad domum Dei Jacob : & docébit nos vias suas ✠ & ambulábimus in sémitis ejus : quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Jerúsalem. Et judicábit tes, & árguet pópulos multos : & flábunt gládios suos in vómeres, & ceas suas in falces ✠ non levábit contra gentem gládium : nec ex búntur ultra ad prælium. Hæc d

Lectio tertia.

DOmus Jacob veníte, & am mus in lúmine Dómini. Proj enim pópulum tuum, domum Ja quia repléti sunt ut olim ✠ & aú habuérunt, ut Philísthiim : & p aliénis adhæsérunt. Repléta est argénto & auro ✠ & non est finis saurórum ejus : & repléta est terra equis, & innumerábiles quadrígæ Et repléta est terra ejus idólis ✠ mánuum suárum adoravérunt : fecérunt dígiti eórum. Et incur se homo ✠ & humiliátus est vir ergo dimíttas eis. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. De Sion exíbit lex, * & bum Dómini de Jerúsalem.

Oratio. Excita Dómine pot. *pag.*

Ad Magnificat.

Antiph. Ave María * grátia pl Dóminus tecum : benedícta tu in liéribus, allelu-ia.

Oratio Dominicalis. Excita, Dón quæsumus. *pag.* 126.

FERIA TERTIA

Lectio prima.

INgrédere in petram, & abscón in fossa humo : à fácie timóris mini, & à glória majestátis ejus. C li sublímes hóminis humiliáti sunt incurvábitur altitúdo virórum : exa bitur autem Dóminus solus in die Quia dies Dómini exercítuum su omnem supérbum & excélsum ✠ &

omnem arrogántem : & humiliá-
Et ſuper omnes cedros Líbani
nes & eréctas : & ſuper omnes
us Baſan. Et ſuper omnes mon-
célſos : & ſuper omnes colles ele-
. Et ſuper omnem turrim excel-
& ſuper omnem murum muní-
Et ſuper omnes naves Tharſis : &
omne, quod viſu pulchrum eſt.
licit.

Lectio ſecunda.

incurvábitur ſublímitas hómi-
um, & humiliábitur altitúdo viró-
& elevábitur Dóminus ſolus in
a. Et idóla pénitus conteréntur.
roíbunt in ſpelúncas petrárum, &
ágines terræ à fácie formídinis
ni ✠ & à glória majeſtátis ejus :
urréxerit percútere terram. In
a projíciet homo idóla argénti
: ſimuláchra auri ſui, quæ féce-
i ut adoráret : talpas & veſperti-
Et ingrediétur ſciſſúras petrá-
& in cavérnas ſaxórum, à fácie
linis Dómini ✠ & à glória majeſtá-
: cùm ſurréxerit percútere ter-
Hæc dicit.

Lectio tertia.

Jiéſcite ergo ab hómine, cujus
píritus in náribus ejus eſt : quia
s reputátus eſt ipſe. Ecce enim
itor Dóminus exercítuum aúfe-
erúſalem, & à Juda válidum &
✠ omne robur panis, & omne ro-
uæ : fortem & virum bellatórem ✠
n, & prophétam : & aríolum, &
✠ príncipem ſuper quinquagínta,
orábilem vultu ✠ & conſiliárium,
éntem de architéctis : & prudén-
lóquii myſtici. Et dabo púeros
es eórum : & effœmináti domi-
ur eis. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. Ecce virgo * concípiet & páriet filium, & vocábitur nomen ejus Emmánuel.

Oratio. Prope eſto. *pag.* 130.

Ad Magnificat.

Antiph. Ne tímeas * María inveníſti grátiam apud Deum : ecce concípies & páries filium, allelu-ia.

Oratio Excita Dómine. *pag.* 126.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

ET írruet pópulus, vir ad virum, & unuſquíſque ad próximum ſuum ✠ tumultuábitur puer contra ſenem : & ignóbilis contra nóbilem. Apprehéndet enim vir fratrem ſuum doméſticum patris ſui ✠ Veſtiméntum tibi eſt, princeps eſto noſter : ruína autem hæc ſub manu tua. Reſpondébit in die illa : dicens. Non ſum médicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtiméntum : nolíte me conſtitúere príncipem pópuli. Ruit enim Jerúſalem : & Judas cóncidit ✠ quia lingua eórum, & adinventiónes eórum contra Dóminum : ut provocárent óculos majeſtátis ejus. Hæc dicit.

Lectio ſecunda.

AGnítio vultus eórum reſpóndit eis : & peccátum ſuum quaſi Sódoma prædicavérunt, nec abſcondérunt. Væ ánimæ eórum : quóniam rréddita ſunt eis mala. Dícite juſto, Quóniam bene : quóniam fructum adinventiónum ſuárum cómedet. Væ ímpio in malum : retribútio enim mánuum ejus fiet ei. Pópulum meum exactóres ſui ſpoliavérunt : & mulíeres dominátæ ſunt eis. Pópule meus, qui te beátum dicunt, ipſi te decípiunt : & viam gréſſuum tuórum díſſipant. Hæc dicit.

Lectio tertia.

STat ad judicándum Dóminus : & stat ad judicándos pópulos. Dóminus ad judícium véniet cum sénibus pópuli sui, & princípibus ejus ✠ vos enim depásti estis víneam : & rapína paúperis in domo vestra. Quare attéritis pópulum meum, & fácies paúperum commólitis ✠ dicit Dóminus Deus exercítuum ? Et dixit Dóminus. Pro eo quòd elevátæ sunt filiæ Sion : & ambulavérunt exténto collo, & nútibus oculórum ibant, & plaudebant ✠ ambulábant pédibus suis : & compósito gradu incedébant ✠ decalvábit Dóminus vérticem filiárum Sion : & Dóminus crinem eárum nudábit. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. Ante me * non est formátus Deus, & post me non erit : quia mihi curvábitur omne genu, & confitébitur omnis lingua.

Oratio. Preces pópuli. *pag.* 131.

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce * concípies in útero, & páries fílium, & vocábis nomen ejus Jesum : hic erit magnus, & Fílius Altíssimi vocábitur.

Oratio. Excita Dómine. *pag.* 126.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

IN die illa aúferet Dóminus ornaméntum calceamentórum, & lúnulas, & torques, & monília, & armíllas, & mitras, & discriminália, & periscélidas, & murénulas, & olfactoriola, & inaúres, & ánnulos, & gemmas in fronte pendéntes, & mutatória, & pallíola, & linteámina, & acus, & spécula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suávi odóre fœtor, & pro zona, funículus ✠ & pro crispánti crine, calvítium : & pro fáscia pectoráli, cilícium. Pulchérrimi quoque viri tui gládio cadent : & fortes tui in prælio. Et mœrébunt, atque lugébunt portæ ejus : & desoláta in terra sedébit. Hæc dicit.

Lectio secunda.

ET apprehéndent septem mulíeres virum unum in die illa : dicéntes. Panem nostrum comedémus, & vestiméntis nostris operiémur ✠ tantúmmodo invocétur nomen tuum super nos : aufer oppróbrium nostrum. In die illa, erit germen Dómini in magnificéntia & glória ✠ & fructus terræ sublímis : & exultátio his, qui salváti fúerint de Isráël. Et erit ✠ omnis qui relictus fúerit in Sion, & resíduus in Jerúsalem, sanctus vocábitur : omnis qui scriptus est in vita in Jerúsalem. Hæc dicit.

Lectio tertia.

SI ablúerit Dóminus sordes filiárum Sion, & sánguinem Jerúsalem láverit de médio ejus : in spíritu judícii & spíritu ardóris. Et creábit Dóminus super omnem locum montis Sion, & ubi invocátus est, nubem per diem ✠ & fumum & splendórem ignis flammántis in nocte : super omnem enim glóriam protéctio. Et tabernáculum erit in umbráculum diéi ab æstu : & in securitátem, & abscosiónem, à túrbine, & à plúvia. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. Consúrge, * consúrge, indúere fortitúdinem bráchium Dómini.

Oratio. Excita Dómine pot. *pag.* 130.

Ad Magnificat.

Antiph. Dabit ei Dóminus * sedem David patris ejus, & regnábit in domo Jacob in ætérnum.

Oratio. Excita Dómine. *pag.* 126.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

CAntábo dilécto meo cánticum patruélis mei víneæ suæ. Vinea facta est dilécto meo in cornu fílio ólei. Et sepívit eam, & lápides elégit ex illa ˥ & plantávit eam eléctam : & ædificávit turrim in médio ejus ˥ & tórcular extrúxit in ea : & expectávit ut fáceret uvas, & fecit labrúscas. Nunc ergo habitatóres Jerúsalem, & viri Juda, judicáte inter me & víneam meam. Quid est quod débui ultra fácere víneæ meæ ˥ & non feci ei ? An quòd expectávi ut fáceret uvas ˥ & fecit labrúscas ? Hæc.

Lectio secunda.

ET nunc osténdam vobis quid ego fáciam víneæ meæ. Aúferam sepem ejus : & erit in direptiónem ˥ díruam macériam ejus : & erit in conculcatiónem. Et ponam eam desértam ˥ non putábitur & non fodiétur, & ascéndent vepres & spinæ : & núbibus mandábo ne pluant super eam imbrem. Vínea enim Dómini exercítuum, domus Israël est : & vir Juda, germen ejus delectábile ˥ & expectávi ut fáceret judícium, & ecce iníquitas : & justítiam, & ecce clamor. Hæc dicit.

Lectio tertia.

VÆ, qui conjúngitis domum ad domum ˥ & agrum agro copulátis : usque ad términum loci. Nunquid habitábitis vos soli in médio terræ ? In áuribus meis sunt hæc, dicit Dóminus exercítuum : nisi domus multæ desértæ fúerint, grandes & pulchræ, absque habitatóre. Decem enim júgera vineárum fácient lagúnculam unam : & trigínta módii seméntis fácient módios tres. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. Docébit nos * vias suas, & ambulábimus in sémitis ejus.

Oratio. Prope esto Dómine. *pag.* 130.

Ad Magnificat.

Antiph. Spíritus sanctus * supervéniet in te, & virtus Altíssimi obumbrábit tibi, allelu-ia.

Oratio. Excita Dómine. *pag.* 126.

SABBATO.

Lectio prima.

VÆ, qui consúrgitis mane ad ebrietátem sectándam : & potándum usque ad vésperam, ut vino æstuétis. Cíthara, & lyra, & tympanum, & tíbia, & vinum in convíviis vestris : & opus Dómini non respícitis, nec ópera mánuum ejus considerátis. Proptérea captívus ductus est pópulus meus, quia non hábuit sciéntiam ˥ & nóbiles ejus interiérunt fame : & multitúdo ejus siti exáruit. Hæc dicit.

Lectio secunda.

PRoptérea dilatávit inférnus ánimam suam, & apéruit os suum absque ullo término ˥ & descéndent fortes ejus, & pópulus ejus : & sublímes gloriosíque ejus, ad eum. Et incurvábitur homo, & humiliábitur vir : & óculi sublímium depriméntur. Et exaltábitur Dóminus exercituum in judício : & Deus sanctus sanctificábitur in justítia. Et pascéntur agni juxta órdinem suum : & desérta in ubertátem versa ádvenæ cómedent. Hæc dicit.

Lectio tertia.

VÆ, qui tráhitis iniquitátem in funículis vanitátis : & quasi vínculum plaustri, peccátum. Qui dícitis ; Festínet, & citò véniat opus ejus, ut videámus ˥ & apprópiet & véniat con-

ſílium ſancti Iſraël : & ſciémus illud. Væ qui dícitis malum bonum,& bonum malum ꟷ ponéntes ténebras lucem, & lucem ténebras : ponéntes amárum in dulce, & dulce in amárum. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. Exúlta ſatis * filia Sion, quia ecce Rex tuus venit tibi juſtus & ſalvátor, allelu-ia.

Oratio. Preces pópuli tui. *pag.* 131.

Ad Veſperas.

Antiph. Regnum tuum. *Pſalm.* Confiteántur. *cum reliquis conſuetis Antiphonis & Pſalmis, ut in Pſalterio.*

Capitulum. Ecce dies. *pag.* 125.

Magnum ℟. Egrediétur. *ut infra.*

Hymnus. Cónditor alme. *pag.* 125.

℣. Roráte cæli.

Ad Magnificat.

Antiph. Tu es * qui ventúrus es, an álium expectámus ? dícite Joánni quæ vidíſtis, ad lumen rédeunt cæci, mórtui reſúrgunt, paúperes evangelizántur, allelu-ia.

Oratio.

EXcita Dómine corda noſtra ad præparándas Unigéniti tui viasꟷ ut per ejus advéntum, purificátis tibi méntibus ſervíre mereámur. Qui tecum vivit & regnat.

DOMINICA SECUNDA *Adventus.*

Ad Matutinas, Invitatorium, Hymnus, Antiphona, Pſalmi, Verſus, & Cantica, ut in Dominica præcedenti.

Lectio prima.

VÆ, qui ſapiéntes eſtis in óculis veſtris : & coram vobiſmetípſis prudéntes. Væ, qui poténtes eſtis ad bibéndum vinum : & viri fortes ad miſcéndam ebrietátem. Qui juſtificátis ímpium pro munéribus : & juſtítiam aufértis ab eo. Propter hoc ſicut d rat ſtípulam lingua ignis, & calor mæ exúrit ꟷ ſic radix eórum qua villa erit : & germen eórum ut p aſcéndet. Abjecérunt enim legem mini exercítuum : & elóquium ſ Iſraël blaſphemavérunt. Hæc dici

℟. Jerúſalem, citò véniet ſalus quare mœróre conſúmeris ? Nun conſiliárius non eſt tibi, quia inn vit te dolor ? † Salvábo te, & libe te, noli timére.

℣. Exaltábitur manus tua ſuper h tuos, & omnes inimíci tui interib Salvábo te.

Lectio ſecunda.

IDeo irátus eſt furor Dómini in p lum ſuum, & exténdit manum ſ ſuper eum : & percúſſit eum ꟷ & turbáti ſunt montes : & facta ſunt ticína eórum, quaſi ſtercus in m plateárum. In his ómnibus non eſt ſus furor ejus : ſed adhuc manus exténta. Et elevábit ſignum in nati bus prócul ꟷ & ſibilábit ad eum de bus terræ : & ecce feſtinus veló véniet. Hæc dicit.

℟. Egrediétur virga de radíce J & flos de radíce ejus aſcéndet. † Et juſtítia cíngulum lumbórum ejus, des cinctórium renum ejus.

℣. Et requiéſcet ſuper eum ſpi Dómini, ſpíritus ſapiéntiæ & intellé Et erit.

Lectio tertia.

NOn eſt defíciens, neque labóra eo ꟷ non dormitábit, neque miet : neque ſolvétur cíngulum re ejus, nec rumpétur corrígia calcea ti ejus. Sagíttæ ejus acútæ : & o arcus ejus exténti. Ungulæ equ

silex : & rotæ ejus quasi ímpe-
pestátis. Rugítus ejus ut leónis,
it cátuli leónum ꟷ & frendet, &
prædam : & amplexábitur, &
it qui éruat. Et sonábit super
die illa sicut sónitus maris ꟷ
nus in terram, & ecce ténebræ
iónis : & lux obtenebráta est in
ejus. Hæc dicit.
etentur cæli & exúltet terra, ju-
ontes laudem, quia consolátus
inus pópulum suum. † Et paú-
suórum miserébitur.
ce in fortitúdine véniet, & brá-
ejus dominábitur. Et paúp.

Lectio quarta.

no quo mórtuus est rex Ozías,
Dominum sedéntem super só-
célsum, & elevátum : & ea quæ
erant, replébant templum. Sé-
stabant super illud ꟷ sex alæ uni:
æ álteri. Duábus velábant fáciem
& duábus velábant pedes ejus :
us volábant. Et clamábant alter
um, & dicébant. Sanctus, Sanctus,
Dóminus Deus exercítuum : ple-
mnis terra glória ejus. Hæc dicit.
cce dies véniunt dicit Dóminus.
Dominica prima. pag. 128.

Lectio quinta.

ommóta sunt superliminária cár-
um à voce clamántis : & domus
est fumo. Et dixi. Væ mihi, quia
quia vir pollútus lábiis ego sum,
édio pópuli pollúta lábia habén-
hábito : & Regem Dóminum
um vidi óculis meis. Et volávit
unus de Séraphim : & in manu
culus quem fórcipe túlerat de
Et tétigit os meum, & dixit.
tigit hoc lábia tua, & auferétur
s tua, & peccátum tuum mun-
dábitur. Hæc dicit.

℟. Vidébunt gentes justum tuum, & cuncti reges ínclytum tuum. † Et vocábitur tibi nomen novum quod os Dómini nominávit.

℣. Et eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui. Et vocábitur.

Lectio sexta.

ET audívi vocem Dómini dicéntis. Quem mittam ? Et quis ibit nobis ? Et dixi. Ecce ego : mitte me. Et dixit. Vade : & dices pópulo huic. Audíte audiéntes, & nolíte intellígere : & vidéte visiónem, & nolíte cognóscere. Excæca cor pópuli hujus, & aures ejus ággrava ꟷ & óculos ejus claude : ne fortè vídeat óculis suis, & aúribus suis aúdiat ꟷ & corde suo intélligat, & convertátur, & sanem eum. Hæc dicit.

℟. Sicut mater consolátur filios suos, ita & ego consolábor vos, dicit Dóminus : & in Jerúsalem consolabímini. † Et vidébitis, & gaudébit cor vestrum.

℣. Dabo in Sion salútem, & in Jerúsalem glóriam meam. Et vidébitis.

Lectio septima.

ET dixi. Usquequo Dómine ? Et dixit. Donec desoléntur civitátes absque habitatóre ꟷ & domus sine hómine : & terra relinquétur desérta. Et longè fáciet Dóminus hómines : & multiplicábitur quæ derelícta fúerat in médio terræ. Et adhuc in ea decimátio, & convertétur ꟷ & erit in ostensiónem sicut terebínthus, & sicut quercus quæ expándit ramos suos : semen sanctum erit id, quod stéterit in ea. Hæc dicit.

℟. Alиéni non transíbunt per Jerúsalem ámpliùs. † Et in illa die stillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lac & mel, dicit Dóminus.

℣. Tunc exultábunt ómnia ligna ſilvárum, à fácie Dómini quóniam venit. Et in illa die.

Lectio octava.

ET factum eſt in diébus Achaz filii Jóathan, filii Oziæ regis Juda, aſcéndit Raſin rex Syriæ, & Phácee filius Romelíæ rex Iſraël, in Jerúſalem, ad præliándum contra eam: & non potuérunt debellâre eam. Et nuntiavérunt dómui David, dicéntes. Requiévit Syria ſuper Ephraïm, & commótum eſt cor ejus ꟸ & cor pópuli ejus: ſicut movéntur ligna ſilvárum à fácie venti. Hæc.

℟. Ave María. *pag.* 128.

Lectio nona.

Lectio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum. *Matth.* 11.

IN illo témpore: Cùm audíſſet Joánnes in vínculis ópera Chriſti: mittens duos de Diſcípulis ſuis, ait illi. Tu es qui ventúrus es, an álium expectámus? Et réliqua.

Homília lectiónis ejúſdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 6.

VIſis tot ſignis Chriſti, tantíſque virtútibus ꟸ non ſcandalizári quiſque pótuit: ſed admirári. Sed infidélium mens grave in illo ſcándalum pértulit: cùm eum poſt tot mirácula moriéntem vidit. Unde & Paulus dicit. Nos autem prædicámus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcándalum: géntibus autem ſtultitiam. Stultum quippe homínibus viſum eſt: ut pro homínibus author vitæ morerétur. Tu autem.

℟. Montes Iſraël ramos veſtros expándite, & floréte, & fructus fácite. † Prope eſt ut véniat dies Dómini.

℣. Ex Sion ſpécies decóris ejus, Deus noſter maniféſtè véniet. Prope eſt ut véniat.

Lectio decima.

ET inde contra eum homo ſcándalum ſumpſit: unde ei ámpliùs débitor fieri débuit. Nam tantò Deus ab homínibus digniùs honorándus eſſet: quantò pro homínibus & indígna ſuſcépit. Quid eſt ergo dícere ꟸ Beátus qui non fúerit ſcandalizátus in me, niſi apérta voce abjectiónem mortis ſuæ humilitatémque ſignáre? Ac ſi paténter dicat. Mira quidem fácio, ſed abjécta pérpeti non dedígnor. Tu autem.

℟. Ecce Dóminus véniet, & omnes ſancti ejus cum eo, & erit in die illa lux magna, & exíbunt de Jerúſalem ſicut aqua munda, & regnábit Dóminus in ætérnum. † Super omnes gentes.

℣. In die illa erit Dóminus unus, & erit nomen ejus unum. Super.

Lectio undecima.

SEd dimíſſis Joánnis Diſcípulis: quid de eódem Joánne turbis dicat, audiámus. Quid exíſtis in deſértum vidére? Arúndinem vento agitátam? Quod vidélicet non aſſeréndo: ſed negándo íntulit. Arúndinem quippe mox ut aura contígerit: in partem álteram inflé̈ctit. Et quid per arúndinem ꟸ niſi carnális ánimus deſignátur? qui mox ut favóre vel detractióne tángitur: ſtatim in partem quámlibet inclinátur. Tu autem.

℟. Quómodo fiet hoc, quóniam virum non cognóſco? Dixit María ad Angelum. Spíritus ſanctus ſupervéniet in te. † Et virtus Altíſſimi obumbrábit tibi.

℣. Ne tímeas María, inveníſti grátiam apd Dóminum. Et virtus.

Lectio duodecima.

SI enim ab humáno ore aura favóris fláverit: hilaréſcit ꟸ extóllitur: totúmque ſe quaſi ad grátiam infléctit.

ide ventus detractiónis erúperit
udis aura veniébat : mox eum
partem álteram ad vim furóris
Sed arúndo vento agitáta Joán-
erat ✠ quia hunc nec blandum
nec cujúslibet detractiónis ira
faciébat. Nec próspera hunc
nec advérsa nóverant inclina-
utem.
lvatórem. *pag.* 129.
ntia sancti Evangélii : secún-
tthæum. *Matth.* 11.
témpore : Cùm audíßet Joán-
vínculis ópera Christi ✠ mit-
s de Discípulis suis : ait illi. Tu
ventúrus es, an álium expectá-
respóndens Jesus, ait illis. Eún-
ntiáte Joánni quæ audístis &
Cæci vident ✠ claudi ámbulant:
mundántur. Surdi aúdiunt ✠
esúrgunt : paúperes evangeli-
Et beátus est : qui non fúerit
átus in me. Illis autem abeún-
œpit Jesus dícere ad turbas de
Quid exístis in desértum vidé-
ndinem vento agitátam ? Sed
stis vidére ? Hóminem móllibus
? Ecce qui móllibus vestiún-
dómibus regum sunt. Sed quid
idére ? Prophétam ? Etiam dico
& plusquam Prophétam. Hic
de quo scriptum est. Ecce ego
ngelum meum ante fáciem tuam:
parábit viam tuam ante te.
nen.
et. *pag.* 129.
. Excita Dómine corda. *p.* 136.
Ad Laudes. Antiphona.
* in núbibus cæli Dóminus vé-
in potestáte magna, allelu-ia.
Miserére mei. *pag.* 6.
. Expectábo Dóminum * salva-
tórem meum, & præstolábor eum, allelu-ia. *Psalm.* Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. Urbs fortitúdinis * nostræ Sion Salvátor ponétur in ea murus & antemurále : aperíte portas, & ingrediátur gens justa, allelu-ia. *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Montes & colles * cantábunt coram Deo laudem, & ómnia ligna silvárum plaudent mánibus : & erit Dóminus nominátus in signum ætérnum, allelu-ia, allel. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Ecce apparébit * Dóminus, & non mentiétur, si moram fécerit expécta eum : quia véniet, & non tardábit, allelu-ia. *Psal.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce dies. *pag.* 125.

℟. Roráte. *pag.* 130.

Hymnus. Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. Super te Jerúsalem.

Ad Benedictus.

Antiph. Joánnes autem * cùm audíßet in vínculis ópera Christi, mittens duos de Discípulis suis, ait illi. Tu es qui ventúrus es, an álium expectámus ?

Oratio. Excita Dómine corda. *p.* 136.

Ad Horas. Antiph. Ecce in núbibus. *cum cæteris Antiphonis Laudum, quarta prætermissa. Capitula, ℣. & Orationes dicuntur ut supra Dominica præcedenti : excepto quod ad Tertiam dicitur Oratio,* Excita Dómine corda. *pag.* 136.

Ad Vesperas, Antiph. Dixit Dóminus. *Psalmus ipse cum cæteris assuetis.*

Capitulum. Ecce dies vén. *pag.* 125.

℟. Super te Jerúsalem.

Hymnus. Cónditor. *pag.* 125.

℣. Roráte cæli. *pag.* 126.

Ad Magnificat.

Antiph. Ite, dícite Joánni * cæci vident, & surdi aúdiunt, claudi curántur, & lepróſi mundántur.

Oratio. Excita Dómine corda. *p.* 136.

Super hebdomadam fit omnino sicut in hebdomada præcedenti, exceptis Responsoriis, quæ sunt de præsenti Dominica. Verumtamen tria Responsoria quæ mutuata sunt ab hinc per totum Adventum subticentur. Exceptis etiam Lectionibus, & Antiphonis ad Benedictus, & Magnificat quæ dicentur, ut infra.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

ET dixit Dóminus ad Isaíam. Egrédere in occúrsum Achaz tu, & qui derelíctus est Jasub fílius tuus: ad extrémum aquædúctus piscínæ superióris in via agri fullónis. Et dices ad eum. Vide ut síleas ✠ noli timére: & cor tuum ne formídet à duábus caudis titiónum fumigántium istórum ✠ in ira furóris Rasin regis Syriæ, & filii Romelíæ: eò quòd consílium iníerit contra te Syria in malum Ephraïm, & fílius Romelíæ, dicéntes. Ascendámus ad Judam, & suscitémus eum ✠ & avellámus eum ad nos: & ponámus regem in médio ejus filium Tabéel. Hæc dicit.

Lectio secunda.

HÆc dicit Dóminus Deus ✠ non stabit, & non erit istud: sed caput Syriæ Damáscus ✠ & caput Damásci Rasin: & adhuc sexagínta & quinque anni ✠ & définet Ephraïm esse pópulus, & caput Ephraïm Samaría: & caput Samaríæ filius Romelíæ. Si non credidéritis, non permanébitis. Hæc dicit.

Lectio tertia.

ET adjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens. Pete tibi signum à Dómino Deo tuo in profúndum inférni: sive in excélsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit. Audíte ergo domus David. N[...] quid parum vobis est moléstos esse [...] mínibus ✠ quia molésti estis & Deo [...] Propter hoc: dabit Dóminus ipse v[...] signum. Ecce Virgo concípiet, & p[...] Fílium: & vocábitur nomen ejus Em[...] nuël. Butyrum & mel cómedet [...] sciat reprobáre malum: & elígere [...] num. Quia ántequam sciat puer re[...] báre malum, & elígere bonum ✠ [...] linquétur terra, quam tu detestári[...] fácie duórum regum suórum. Hæc [...]

Ad Benedictus.

Antiph. Super sólium * David & [...] per regnum ejus sedébit in ætérn[...] allelu-ia.

Oratio. Excita Dómine potént. *p.* [...]

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce ancílla Dómini * [...] mihi secúndùm verbum tuum.

Oratio. Excita Dómine corda. *p.* [...]

FERIA TERTI[A]

Lectio prima.

ADdúcet Dóminus super te, & [...] pópulum tuum, & super do[...] patris tui, dies qui non venérunt à [...] bus separatiónis Ephraïm à Juda: [...] Rege Assyriórum. Et erit in die [...] sibilábit Dóminus muscæ, quæ [...] extrémo flúminum Ægypti ✠ & api[...] est in terra Assur: & vénient, & req[...] cent omnes in torréntibus vállium [...] in cavérnis petrárum, & in ómn[...] frutétis: & in univérsis foramínibu[...] die illa radet Dóminus in novácula [...] dúcta, in his qui trans flumen sun[...] rege Assyriórum, caput & pilos pe[...] & barbam univérsam. Hæc dicit.

Lectio secunda.

ET erit in die illa: nútriet h[...] vaccam boum, & duas oves ✠ &

te lactis cómedet butyrum: butyrum & mel manducábit omnis qui fúerit in médio terræ. Et erit in ✠ omnis locus ubi fúerint mille mille argénteis: in spinas & in erunt. Cum sagíttis & arcu intur illuc: vepres enim & spinæ n univérsa terra. Et omnes moni in sarculo sarriéntur ✠ non véuc terror spinárum & véprium: in páscua bovis, & in conculca pécoris. Hæc dicit.

Lectio tertia.

dixit Dóminus ad me. Sume tibi rum grandem ✠ & scribe in eo óminis: Velóciter spólia détrahe, ædáre. Et adhíbui mihi testes fi-Uríam sacerdótem, & Zacharíam Barachíæ ✠ & accéssi ad prophe-: & concépit, & péperit fílium. t Dóminus ad me. Voca nomen accélera spólia detráhere, festína i. Quia ántequam sciat puer voatrem suum & matrem suam ✠ ur fortitúdo Damásci: & spólia æ coram rege Assyriórum. Hæc.

Ad Benedictus.

iph. Dícite * pusillánimis, conini, Ecce Dóminus Deus vester

tio. Prope esto. *pag.* 130.

Ad Magnificat.

iph. Beáta es * María, quæ cre-: perficiéntur in te quæ dicta sunt Dómino, allelu-ia.

io. Excita Dómine corda. *p.* 136.

ERIA QVARTA.

Lectio prima.

adjécit Dóminus loqui ad me huc, dicens. Pro eo quòd abjécit is iste aquas Silóë, quæ vadunt cum siléntio ✠ & assúmpsit magis Rasin, & fílium Romelíæ: propter hoc, ecce Dóminus addúcet super eos aquas flúminis fortes & multas, regem Assyriórum & omnem glóriam ejus ✠ & ascéndet super omnes rivos ejus, & fluet super univérsas ripas ejus: & ibit per Judam inúndans, & tránsiens usque ad collum véniet. Hæc dicit.

Lectio secunda.

ET erit exténsio alárum ejus: implens latitúdinem terræ tuæ, ô Emmánuël. Congregámini pópuli, & vincímini ✠ & audíte univérsæ procul terræ: confortámini, & vincímini, accíngite vos, & vincímini. Inite consílium, & dissipábitur ✠ loquímini verbum, & non fiet: quia nobíscum Deus. Hæc enim ait Dóminus ad me, Sicut in manu forti erudívit me, ne irem in via pópuli hujus, dicens: Non dicátis, Conjurátio. Omnia enim quæ lóquitur pópulus iste, conjurátio est: & timórem ejus ne timeátis, neque paveátis. Hæc.

Lectio tertia.

DOminum exercítuum ipsum sanctificáte: ipse pavor vester, & ipse terror vester. Et erit vobis in sanctificatiónem. In lápidem autem offensiónis, & in petram scándali duábus dómibus Isräel: in láqueum & in ruínam habitántibus Jerúsalem. Et offéndent ex eis plúrimi ✠ & cadent, & conteréntur: & irretiéntur, & capiéntur. Liga testimónium: signa legem in discípulis meis. Et expectábo Dóminum, qui abscóndit fáciem suam à domo Jacob: & præstolábor eum. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. Ponent Dómino * glóriam, & laudem ejus in ínsulis nuntiábunt.

Oratio. Preces pópuli. *pag.* 131.

Ad Magnificat.

Antiph. Beátam me dicent * omnes generatiónes, quia fecit mihi magna qui potens est.

Oratio. Excita Dómine corda. *p.* 136.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

ECce ego, & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in signum, & in porténtum Israël : à Dómino exercítuum, qui hábitat in monte Sion. Et cùm díxerint ad vos. Quærite à Pythónibus & à divínis, qui strident in incantatiónibus suis ꟸ nunquid non pópulus à Deo suo requíret, pro vivis à mórtuis ? Ad legem magis, & ad testimónium. Quòd si non díxerint juxta verbum hoc : non erit eis matutína lux. Hæc dicit.

Lectio secunda.

ET transíbit per eam, córruet, & esúriet ꟸ & cùm esuríerit, irascétur : & maledícet regi suo, & Deo suo, & suspíciet sursum. Et ad terram intuébitur, & ecce tribulátio & ténebræ ꟸ dissolútio, & angústia, & calígo pérsequens : & non póterit avoláre de angústia sua.

Lectio tertia.

PRimo témpore alleviáta est terra Zábulon, & terra Néphthali : & novíssimo aggraváta est via maris trans Jordánem Galiléæ géntium. Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam : habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta est eis. Multiplicásti gentem : & non magnificásti lætítiam. Lætabúntur coram te, sicut qui lætántur in messe ꟸ sicut exúltant victóres capta præda : quando dívidunt spólia. Jugum enim óneris ejus, & virgam húmeri ejus, & sceptrum exactóris ejus superásti : sicut in die Mádian. Hæc.

Ad Benedictus.

Antiph. Vidébunt gentes * justum tuum, & cuncti reges ínclytum tuum & vocábitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominávit.

Oratio. Excita Dómine pot. *pag.* 13[illegible]

Ad Magnificat.

Antiph. Dixit Dóminus, * Pœniténtiam ágite : appropinquávit enim regnum cælórum, allelu-ia.

Oratio. Excita Dómine corda. *p.* 136.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

QUia omnis violénta prædátio cum tumúltu, & vestiméntum mistum sánguine : erit in combustiónem & cibus ignis. Párvulus enim natus est nobis, & fílius datus est nobis : & factus est principátus super húmerum ejus ꟸ & vocábitur nomen ejus, Admirábilis ꟸ consiliárius ꟸ Deus ꟸ fortis ꟸ pater futúri séculi : princeps pacis. Multiplicábitur ejus impérium : & pacis non erit finis. Hæc dicit.

Lectio secunda.

SUper sólium David, & super regnum ejus sedébit ꟸ ut confirmet illud, & corróboret in judício & justítia : ámodo & usque in sempitérnum. Zelus Dómini exercítuum fáciet hoc. Verbum misit Dóminus in Jacob : & cécidit in Israël. Et sciet omnis pópulus Ephraïm, & habitántes Samaríam : in supérbia, & magnitúdine cordis, dicéntes. Láteres cecidérunt : sed quadris lapídibus ædificábimus ꟸ sycómoros succidérunt : sed cedros immutábimus.

Lectio tertia.

ET elevábit Dóminus hostes Rasin super eum : & inimícos ejus in tu-

...m vertet ꟷ & Syriam ab Oriénte, ...iliſtiim ab Occidénte : & devorá... Iſraël toto ore. In ómnibus his ...ſt avérſus furor ejus : ſed adhuc ...s ejus exténta. Et pópulus non eſt ...ſus ad percutiéntem ſe : & Dómi... exercítuum non inquiſiérunt. Et ...det Dóminus ab Iſraël, caput & ...m : incurvántem & refrænántem ...a. Longævus & honorábilis, ipſe ...ut : & prophéta docens mendá..., ipſe eſt cauda. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

...tiph. Gaude & lætáre * filia Sion, ...ecce ego vénio, & habitábo in ... tui, dicit Dóminus.

...tio. Prope eſto Dóm. *pag.* 130.

Ad Magnificat.

...tiph. Véniet * fórtior me poſt me, ...non ſum dignus sólvere corrígiam ...mentórum ejus.

...tio. Excita Dómine corda. *p.* 136.

SABBATO.

Lectio prima.

... erunt, qui beatíficant pópulum ...tum, ſeducéntes : & qui beatifi...r, præcipitáti. Propter hoc, ſuper ...céntulis ejus non lætábitur Dó...: & pupillórum ejus, & viduá...on miſerébitur ꟷ quia omnis hy...a eſt & nequam : & univérſum ...útum eſt ſtultítiam. In ómnibus ...n eſt avérſus furor ejus : ſed ad...anus ejus exténta. Succénſa eſt quaſi ignis impíetas : veprem & ...n vorábit ꟷ & ſuccendétur in den... ſaltus : & convolvétur ſupérbia ... Hæc dicit.

Lectio ſecunda.

...ira Dómini exercítuum conturbá... eſt terra ꟷ & erit pópulus quaſi eſca ignis : vir fratri ſuo non parcet. Et declinábit ad déxteram, & eſuriet ꟷ & cómedet ad ſiniſtram, & non ſaturábitur : unuſquíſque carnem bráchii ſui vorábit. Manáſſes Ephraïm, & Ephraïm Manáſſen : ſimul ipſi contra Judam. In ómnibus his non eſt avérſus furor ejus : ſed adhuc manus ejus exténta. Hæc.

Lectio tertia.

VÆ, qui condunt leges iníquas ꟷ & ſcribéntes injuſtítiam ſcripſérunt ꟷ ut opprímerent in judício paúperes, & vim fácerent cauſæ humílium pópuli mei : ut eſſent víduæ præda eórum, & pupíllos diríperent. Quid faciétis in die viſitatiónis & calamitátis de longè veniéntis ? Ad cujus confugiétis auxílium ? & ubi derelinquétis glóriam veſtram ꟷ ne incurvémini ſub vínculo, & cum interféctis cadátis ? Super ómnibus his non eſt avérſus furor ejus : ſed adhuc manus ejus exténta. Hæc.

Ad Benedictus.

Antiph. Ecce ego mitto * Angelum meum, & præparábit viam ante fáciem meam.

Oratio. Preces pópuli tui. *pag.* 131.

Ad Veſperas.

Antiph. Regnum tuum. *Pſalm.* Confiteántur. *cum reliquis conſuetis.*

Capitulum. Ecce dies vén. *pag.* 125.

Magnum ℟. Ecce vénio. *pag.* 144.

Hymnus. Cónditor. *pag.* 125.

℣. Roráte. *pag.* 126.

Ad Magnificat.

Antiph. Erit * in noviſſimis diébus præparátus mons domus Dómini in vértice móntium, & fluent ad eum omnes gentes, allelu-ia.

Oratio.

AUrem tuam quæſumus Dómine précibus noſtris accómmoda ꟷ &

mentis nostræ ténebras grátia tuæ visitatiónis illústra: Qui vivis & regnas.

DOMINICA TERTIA Adventus.

Ad Matutinas, Invitatorium, Hymn. Ant. Psalmi, Cantica & Versus, sicut in prima Dominica Adventus. pag. 126.

Lectio prima.

VÆ Assur, virga furóris mei & báculus ipse est: in manu eórum indignátio mea. Ad gentem fallácem mittam eum, & contra pópulum furóris mei mandábo illi ✠ ut aúferat spólia, & dirípiat prædam: & ponat illum in conculcatiónem quasi lutum plateárum. Ipse autem non sic arbitrábitur: & cor ejus non ita existimábit ✠ sed ad conteréndum erit cor ejus: & ad internecciónem géntium non paucárum. Hæc.

℟. Ecce apparébit Dóminus super nubem cándidam. † Et cum eo sanctórum míllia, habens in vestiménto, & in fémore suo scriptum, Rex regum, & Dóminus dominántium.

℣. Apparébit in finem, & non mentiétur: si moram fécerit, expécta eum: quia véniens véniet. Et cum eo.

Lectio secunda.

DIcet enim ✠ Nunquid non príncipes mei simul reges sunt? Nunquid non ut Chárcamis, sic Cálano, & ut Arphad, sic Emath? Nunquid non ut Damáscus, sic Samaría? Quómodo invénit manus mea regna Idóli: sic & simuláchra eórum de Jerúsalem, & de Samaría. Nunquid non sicut feci Samaríæ, & Idólis ejus ✠ sic fáciam Jerúsalem, & simuláchris ejus? Hæc dicit.

℟. Ecce vénio citò, & merces mea mecum est, dicit Dóminus. † Dare unicuíque secúndùm ópera sua.

℣. Hæc verba fidelíssima & vera sunt & ecce vénio velóciter. Dare.

Lectio tertia.

ET erit ✠ cùm compléverit Dóminus cuncta ópera sua in monte Sion & in Jerúsalem: visitábo super fructum magnífici cordis regis Assur: & super glóriam altitúdinis oculórum ejus. Dixit enim. In fortitúdine manus meæ feci ✠ & in sapiéntia mea intelléxi: & ábstuli términos populórum, & príncipes eórum deprædátus sum: & detráxi quasi potens in sublími resideńtes. Hæc dicit.

℟. Béthlehem cívitas Dei summi, ex te éxiet dominátor Israël, & egréssus ejus sicut à princípio à diébus æternitátis: & magnificábitur in médio univérsæ terræ. † Et pax erit in terra nostra dum vénerit.

℣. Depónet omnes iniquitátes nostras, & projíciet in profúndum maris ómnia peccáta nostra. Et pax erit.

Lectio Quarta.

ET invénit quasi nidum manus mea fortitúdinem populórum ✠ & sicut colligúntur ova, quæ derelícta sunt, sic univérsam terram ego congregávi: & non fuit qui movéret pennam, & aperíret os, & ganníret. Nunquid gloriábitur secúris contra eum, qui secat in ea? Aut exaltábitur serra contra eum, à quo tráhitur? Quómodo si elevétur virga contra elevántem se: & exaltétur báculus, qui útique lignum est. Hæc.

℟. Ecce dies véniunt, *pag.* 128.

Lectio quinta.

PRopter hoc, mittet dominátor Dóminus exercítuum in pínguibus ejus tenuitátem: & subtus glóriam ejus succénsa ardébit quasi combústio ignis. Et erit lumen Israël in igne, & Sanctus

ejus

nma ✠ & ſuccendétur, & de-
na ejus: & vepres in die una.
altus ejus, & Carméli ejus,
ſque ad carnem conſumétur:
róre prófugus. Et relíquiæ
s ejus præ paucitáte numera-
puer ſcribet eos. Hæc dicit.
e eſt ut véniat tempus ejus, &
on elongabúntur. † Miſeré-
a Dóminus Jacob, & Iſraël
bit ſignum in natiónes, &
it diſpérſos Iſraël. Miſeréb.

Lectio ſexta.

in die illa ✠ non adjíciet re-
n Iſraël, & hi qui fúgerint de
ob: inníti ſuper eo, qui pér-
: ſed innitétur ſuper Dómi-
tum Iſraël in veritáte. Relí-
vertentur, relíquiæ (inquam)
Deum fortem. Si enim fúerit
uus Iſraël quaſi aréna maris ✠
converténtur ex eo: conſum-
breviáta inundábit juſtítiam.
atiónem enim & abbreviatió-
inus Deus exercítuum fáciet:
omnis terræ. Hæc dicit.
fortámini manus fatigátæ, &
bília roborámini: qui puſíllo
is convaléſcite. † Ecce Deus
iet & ſalvábit vos.
ídite gentes, & audíte, & pó-
dite. Ecce.

Lectio ſeptima.

er hoc: hæc dicit Dóminus
exercítuum. Noli timére pó-
us habitátor Sion, ab Aſſur: in
cútiet te, & báculum ſuum
per te in via Ægypti. Adhuc
lulum modicúmque ✠ & con-
tur indignátio: & furor meus
lus eórum. Et ſuſcitábit ſuper
eum Dóminus exercítuum flagéllum
juxta plagam Mádian, in petra Oreb:
& virgam ſuam ſuper mare, & levábit
eam in via Ægypti. Hæc dicit.

℟. Exálta in fortitúdine vocem tuam
qui evangelízas Jeruſalem: exálta, noli
timére. † Dic civitátibus Judæ, Ecce
Deus veſter.

℣. Super montem excélſum aſcénde
tu qui evangelízas Sion. Dic.

Lectio octava.

ET erit in die illa auferétur onus
ejus de húmero tuo ✠ & jugum ejus
de collo tuo: & computréſcet jugum
à fácie ólei. Véniet in Ajath, tranſibit
in Magron, apud Machmas commen-
dábit vaſa ſua. Tranſiérunt curſim Ga-
ba ſedes noſtra ✠ obſtúpuit Rama: Gá-
baath Saúlis fugit ✠ Hinni voce tua
fília Gallim: atténde Laíſa, paupércula
Anáthoth. Migrávit Medeména: habi-
tatóres Gabim confortámini. Hæc dicit.

℟. Ave María. *pag.* 128.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii: ſecúndùm
Joánnem. *Joan.* 1.

IN illo témpore: Miſérunt Judæi ab
Jeroſólymis Sacerdótes & Levítas ad
Joánnem: ut interrogárent eum. Et
réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: beáti
Gregórii Papæ. *Homil.* 7.

EX hujus nobis lectiónis verbis
(fratres chariſſimi) Joánnis humí-
litas commendátur: qui cùm tantæ vir-
tútis eſſet, ut Chriſtus credi potuiſſet ✠
elégit ſolidè ſubsíſtere in ſe: ne humá-
na opinióne raperétur inániter ſuper ſe.
Nam confeſſus eſt: & non negávit.
Et confeſſus eſt: quia non ſum ego
Chriſtus.

℟. Roráte cæli déſuper, & nubes

pluant justum. † Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

℣. Emítte Agnum Dómine dominatórem terræ, de petra desérti ad montem filiæ Sion. Aperiátur.

Lectio decima.

SEd qui dixit, Non sum, negávit planè quod non erat: sed non negávit quod erat. Ut veritátem loquens, ejus membrum fieret: cujus sibi nomen falláciter non usurpáret. Cùm ergo non vult appétere nomen Christi: factus est membrum Christi. Quia dum infirmitátem suam stúduit humíliter agnóscere: illíus celsitúdinem méruit veráciter obtinére.

℟. Benedícta tu in muliéribus. † Et benedíctus fructus ventris tui.

℣. Ave María grátia plena Dóminus tecum. Et benedíctus.

Lectio undecima.

SEd cùm ex lectióne ália, Redemptóris nostri senténtia ad mentem redúcitur: ex hujus nobis lectiónis verbis quæstio valde impléxa generátur. Alio quippe in loco inquisitus à Discípulis Dóminus de Elíæ advéntu: respóndit. Elías jam venit ꟸ & non cognovérunt eum: sed fecérunt in eum quæcúmque voluérunt. Et si vultis scire: Joánnes ipse est Elías. Requisítus autem Joánnes, dicit: Non sum Elías. Tu autem.

℟. Ecce concípies, & páries Fílium. † Et vocábitur nomen ejus Jesus.

℣. Hic erit magnus, & Filius Altíssimi vocábitur: & dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus. Et vocab.

Lectio duodecima.

QUid est hoc (fratres caríssimi) quia quod Véritas affirmat ꟸ hoc prophéta Veritátis negat? Valde namque inter se divérsa sunt: Ipse est, & non sum. Quómodo ergo prophéta Veritátis est, si ejúsdem Veritátis sermónibus concors non est? Sed si subtíliter véritas ipsa requirátur ꟸ hoc quod inter se contrárium sonat: quómodo contrárium non sit, invenítur. Tu autem.

℟. Salvatórem. *pag.* 129.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joan.* 1.

IN illo témpore: Misérunt Judæi ab Jerosólymis Sacerdótes & Levítas ad Joánnem: ut interrogárent eum. Tu quis es? Et conféssus est: & non negávit. Et conféssus est: quia non sum ego Christus. Et interrogavérunt eum. Quid ergo? Elías es tu? Et dixit. Non sum. Prophéta es tu? Et respóndit. Non. Dixérunt ergo ei. Quis es, ut respónsum demus his qui misérunt nos? Quid dicis de teípso? Ait. Ego vox clamántis in desérto ꟸ dírigite viam Dómini: sicut dixit Isáias prophéta. Et qui missi fúerant: erant ex Pharisæis. Et interrogavérunt eum: & dixérunt ei. Quid ergo baptízas, si tu non es Christus, neque Elías, neque Prophéta? Respóndit eis Joánnes, dicens. Ego baptízo in aqua ꟸ médius autem vestrum stetit: quem vos nescítis. Ipse est, qui post me ventúrus est: qui ante me factus est: cujus ego non sum dignus, ut solvam ejus corrígiam calceaménti. Hæc in Bethánia facta sunt trâns Jordánem: ubi erat Joánnês baptízans. Amen. Te decet.

Oratio. Aurem tuam. *pag.* 143.

Ad Laudes. *Antiphona.*

VEniet Dóminus, * & non tardábit, & illuminábit abscóndita tenebrárum: & manifestábit consília córdium, allelu-ia. *Psalmus.* Miserére. *pag.* 6.

Antiph. Justè & piè vivámus, * expectántes beátam spem, & advéntum

Dómini. *Psalmus*. Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. Levábit * Dóminus signum in natiónes, & congregábit dispérsos Israël. *Psalmus.* Deus Deus. *pag.* 26.

Antiph. Montes, & omnes colles * humiliabúntur, & erunt prava in di-récta, & áspera in vias planas. *Canticum.* Benedícite ómnia. *pag.* 26.

Antiph. Dabo in Sion * salútem, & in Jerúsalem glóriam meam, allelu-ia. *Psalmus.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce dies. *pag.* 125.

℟. Roráte cæli désuper.

Hymnus. Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. Super te Jerúsalem.

Ad Benedictus.

Antiph. Ego vox * clamántis in de-sérto, dirígite viam Dómini: sicut dixit Isaías prophéta.

Oratio. Aurem tuam. *pag.* 143.

Ad Horas, Antiphonæ de Laudibus, quarta prætermissa. Ad Tertiam. Oratio. Aurem tuam. *Cætera omnia sicut in Dominica prima dicuntur.*

Ad Vesperas Antiphonæ, Psal. Capitul. ℟. Hymnus & ℣. sicut in prima Dominica.

Ad Magnificat.

Antiph. Qui post me venit, * ante me factus est: cujus non sum dignus cal-ceaménta sólvere. *Oratio.* Aurem tuam.

Nota quod si hæc iii. Dominica Adventus in xvi. Calend. Januarii evenerit, loco prædictæ Antiphonæ (Qui post,) *dicetur Antiphona* (O sapiéntia,) *ut infra habetur, & nulla fiet commemoratio de Dominica. Et tunc sequens feria secunda, & reliquæ feriæ istius hebdomadæ habebunt Laudes proprias quæ notantur post quartam Dominicam. Et in hoc casu Antiphonæ quæ immediatè sequuntur super hebdomadam ad Benedictus & Magnificat ordinatæ, vacant.*

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

ADhuc dies est, ut in Nobe stetur: agitábit manum suam super montem fíliæ Sion, collem Jerúsalem. Ecce dominátor Dóminus exercítuum confringet lagúnculam in terróre: & excélsi statúra succidéntur, & sublímes humiliabúntur. Et subverténtur condénsa saltus ferro: & Líbanus cum excélsis cadet. Hæc dicit.

Lectio secunda.

ET egrediétur virga de radíce Jesse: & flos de radíce ejus ascéndet. Et requiéscet super eum spíritus Dómini ˥ spíritus sapiéntiæ, & intelléctus ˥ spíritus consílii, & fortitúdinis ˥ spíritus sciéntiæ, & pietátis: & replébit eum spíritus timóris Dómini. Non secúndùm visiónem oculórum judicábit: neque secúndùm audítum aúrium árguet. Hæc dicit.

Lectio tertia.

SEd judicábit in justítia paúperes: & árguet in æquitáte pro mansuétis terræ ˥ & percútiet terram virga oris sui: & spíritu labiórum suórum interfíciet ímpium. Et erit justítia cíngulum lumbórum ejus: & fides cinctórium renum ejus. Habitábit lupus cum agno ˥ & pardus cum hædo accubábit ˥ vítulus & leo & ovis simul morabúntur: & puer párvulus minábit eos. Vítulus & ursus pascéntur ˥ simul requiéscent cátuli eórum: & leo quasi bos cómedet páleas. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. Ecce * ego mittam in fundaméntis Sion lápidem probátum, anguláрem pretiósum in fundaménto fundátum.

Oratio. Excita Dómine pot. *pag.* 130.

Ad Magnificat.

Antiph. Deus * judícii Dóminus, beáti omnes qui expéctant eum.

Oratio. Aurem tuam. *pag.* 143.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

ET delectábitur infans ab úbere super forámine áſpidis: & in cavérna réguli, qui ablactátus fúerit, manum ſuam mittet. Non nocébunt, & non occídent in univérſo monte ſancto meo ✠ quia repléta eſt terra ſciéntia Dómini: ſicut aquæ maris operiéntes. In die illa, radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populórum ✠ ipſum gentes deprecabúntur: & erit ſepúlchrum ejus glorióſum. Hæc.

Lectio ſecunda.

ET erit in die illa ✠ adjíciet Dóminus ſecúndò manum ſuam ad poſſidéndum resíduum pópuli ſui, quod relinquétur ab Aſſyriis, & ab Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiópia, & ab Ælam, & à Sénnaar: & ab Emath, & ab ínſulis maris. Et levábit ſignum in natiónes ✠ & congregábit prófugos Iſraël: & diſpérſos Juda cólliget à quátuor plagis terræ. Et auferétur zelus Ephraïm: & hoſtes Juda períbunt. Hæc dicit.

Lectio tertia.

EPhraïm non æmulábitur Judam: & Judas non pugnábit contra Ephraïm. Et volábunt in húmeros Philiſthiim per mare: ſimul prædabúntur fílios Oriéntis. Idumæa, & Moab præcéptum manus eórum: & filii Ammon obediéntes erunt. Et deſolábit Dóminus linguam maris Ægypti ✠ & levábit manum ſuam ſuper flumen in fortitúdine ſpíritus ſui: & percútiet eum in ſeptem rivis, ita ut tranſeant per eum calceáti. Hæc dicit Dóminus.

Ad Benedictus.

Antiph. Ecce * Dóminus Deus i[n for]titúdine véniet, & bráchium ej[us do]minábitur.

Oratio. Prope eſto Dómine. *pag*

Ad Magnificat.

Antiph. Primus ad Sion dicet, [Ecce] adſum: & Jerúſalem evangeliſtam

Oratio. Aurem tuam. *pag.* 143.

FERIA QUART[A.]

Lectio prima.

ET erit via resíduo pópulo me[o, qui] relinquétur ab Aſſyriis: ſicu[t fuit] Iſraéli, in die illa, qua aſcéndit d[e terra] Ægypti. Et dices in die illa. Co[nfite]bor tibi Dómine, quóniam irát[us es] mihi: convérſus eſt furor tuus, & [con]ſolátus es me. Ecce Deus ſalvátor [meus,] fiduciáliter agam, & non timébo ✠ fortitúdo mea & laus mea Dómin[us, &] factus eſt mihi in ſalútem. Hæc d[icit.]

Lectio ſecunda.

HAuriétis aquas in gaúdio de [fon]tibus Salvatóris. Et dicétis i[n die] illa, Confitémini Dómino, & inv[ocate] nomen ejus ✠ notas fácite in p[opulis] adinventiónes ejus: mementóte [quo]niam excélſum eſt nomen ejus. C[antate] Dómino quóniam magnífice fecit [: an]nuntiáte hoc in univérſa terra. E[xulta] & lauda habitátio Sion: quia m[agnus] in médio tui ſanctus Iſraël. Hæc

Lectio tertia.

ONus Babylónis, quod vidit [Isaias] filius Amos. Super monte[m ca]liginóſum leváte ſignum: exaltát[e vo]cem ✠ leváte manum: & ingredi[antur] portas duces. Ego mandávi ſanct[ifica]tis meis ✠ & vocávi fortes meos [in ira] mea: exultántes in glória mea.

inis in móntibus, quasi popu-
:quéntium : vox sónitus regum,
congregatárum. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

ʹ. In veritáte * edúcet judícium,
ejus ínsulæ expectábunt.

ad Laudes tantum in jejunio.

a quæsumus omnípotens Deus:
demptiónis nostræ ventúra so-
k præséntis nobis vitæ subsídia
ꟷ & ætérnæ beatitúdinis præ-
ítur : Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Quibus non est annuntiátum *
débunt : & qui non audiérunt,
it.

Aurem tuam. *pag.* 143.

RIA QUINTA.

Lectio prima.

ínus exercítuum præcépit mi-
e belli ꟷ veniéntibus de terra
l summitáte cæli : Dóminus, &
ris ejus, ut dispérdat omnem
Ululáte, quia prope est dies
quasi vástitas à Dómino vé-
pter hoc, omnes manus dissol-
k omne cor hóminis contabés-
nterétur. Torsiónes & dolóres
: quasi partúriens, dolébunt ꟷ
que ad próximum suum stupé-
s combústæ vultus eórum. Hæc.

Lectio secunda.

dies Dómini véniet, crudélis,
lignatiónis plenus, & iræ, fu-
ꟷ ad ponéndam terram in soli-
: & peccatóres ejus conterén-
a. Quóniam stellæ cæli, &
eárum, non expándent lumen
btenebrátus est Sol in ortu suo:
non splendébit in lúmine suo.
o super orbis mala, & contra
ímpios iniquitátem eórum ꟷ & quiéscere
fáciam supérbiam infidélium : & arro-
gántiam fórtium humiliábo. Hæc dicit.

Lectio tertia.

PRetiósior erit vir auro : & homo mundo obrízo. Super hoc cælum turbábo ꟷ & movébitur terra de loco suo, propter indignatiónem Dómini exercítuum : & propter diem iræ furóris ejus. Et erit quasi dámula fúgiens, & quasi ovis ꟷ & non erit qui cóngreget : unusquísque ad pópulum suum convertétur, & sínguli ad terram suam fúgient. Omnis qui invéntus fúerit, occidétur : & omnis qui supervénerit, cadet in gládio. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. Ecce testem pópulis * dedi eum, ducem ac præceptórem géntibus.

Oratio. Preces pópuli. *pag.* 131.

Ad Magnificat.

Antiph.. Véniet ex Sion * qui erípiat, & avértat impietátem ab Jacob.

Oratio. Aurem tuam. *pag.* 143.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

INfántes eórum allidéntur in óculis eórum ꟷ diripiéntur domus eórum: & uxóres eórum violabúntur. Ecce ego suscitábo super eos Medos : qui argéntum non quærant, nec aurum velint ꟷ sed sagíttis párvulos interfícient, & lactántibus úteris non miserebúntur : & super fílios non parcet óculus eórum. Et erit Bábylon illa gloriósa in regnis, ínclyta supérbia Chaldæórum : sicut subvértit Dóminus Sódomam & Gomórrham. Hæc dicit.

Lectio secunda.

NOn habitábitur usque in finem, & non fundábitur usque ad gene-

ratiónem & generatiónem ✠ nec ponet ibi tentória Arabs : nec pastóres requiéscent ibi. Sed requiéscent ibi béstiæ & replebúntur domus eórum dracónibus : & habitábunt ibi struthiónes, & pilósi saltábunt ibi ✠ & respondébunt ibi úlulæ in ædibus ejus : & siréncs in delúbris voluptátis. Hæc dicit.

Lectio tertia.

PRope est ut véniat tempus ejus : & dies ejus non elongabúntur. Miserébitur enim Dóminus Jacob, & éliget adhuc de Isráël : & requiéscere eos fáciet super humum suam ✠ adjungétur ádvena ad eos : & adhærébit dómui Jacob. Et tenébunt eos pópuli, & addúcent eos in locum suum ✠ & possidébit eos domus Isráël super terram Dómini in servos & ancíllas : & erunt capiéntes eos qui se céperant, & subjícient exactóres suos. Hæc dicit.

Ad Benedictus.

Antiph. Loquétur * pacem géntibus, & potéstas ejus à mari usque ad mare, & à flúmine usque ad fines terræ.

Oratio ad Laudes tantum.

Orémus.

EXcita quæsumus Dómine, poténtiam tuam & veni : ut hi qui in tua pietáte confídunt ✠ ab omni cítiùs adversitáte liberéntur : Qui vivis & regnas.

Ad Magnificat.

Antiph. Patiéntes estóte, * & confirmáte corda vestra, quóniam advéntus Dómini appropinquávit.

Oratio. Aurem tuam. *pag.* 143.

SABBATO.

Lectio prima.

ET erit in die illa ✠ cùm réquiem dedérit tibi Deus à labóre tuo, & à concussióne tua, & à servitúte dura qua ante servísti : sumes parábolam istam contra regem Babylónis, & dices ✠ Quómodo cessávit exáctor ✠ quiévit tribútum ? Contrívit Dóminus báculum impiórum : virgam dominántium cædéntem pópulos in indignatióne, plaga insanábili ✠ subjiciéntem in furóre gentes : persequéntem crudéliter. Hæc dicit.

Lectio secunda.

COnquiévit & síluit omnis terra, gavísa est, & exultávit ✠ abietes quoque lætátæ sunt super te : & cedri Líbani. Ex quo dormísti : non ascéndet qui succídat nos. Inférnus subter conturbátus est in occúrsum advéntus tui : suscitávit tibi gigántes. Omnes príncipes terræ surrexérunt de sóliis suis : omnes príncipes natiónum. Univérsi respondébunt, & dicent tibi. Et tu vulnerátus es sicut & nos : nostri símilis efféctus es. Hæc dicit.

Lectio tertia.

DEtrácta est ad ínferos supérbia tua : cóncidit cadáver tuum ✠ subter te sternétur tínea : & operiméntum tuum erunt vermes. Quómodo cecidísti de cælo Lúcifer ✠ qui mane oriebáris ? Corruísti in terram qui vulnerábas gentes ? Qui dicébas in corde tuo. In cælum conscéndam ✠ super astra Dei exaltábo sólium meum ✠ sedébo in monte testaménti : in latéribus Aquilónis. Ascéndam super altitúdinem núbium : símilis ero Altíssimo. Verúmtamen ad inférnum detrahéris : in profúndum laci. Hæc.

In hoc Sabbato ad Laudes super Psalmos feriales, & ad Benedictus, Antiphonæ habentur propriæ scilicet Multiplicábitur. *cum cæteris. pag.* 159.

Oratio autem ibidem assignata dicitur tantùm ad Laudes, scilicet. Deus qui cónspicis.

Ad Vesperas.
ph. Regnum tuum. *Psalm.* Con-
r. *cum cæteris Antiphonis & Psal-*

ul. Ecce dies véniunt. *pag.* 125.
mum ℟. Descéndet. *ut infra.*
nus. Cónditor alme. *pag.* 125.
oráte.

Ad Magnificat.
ph. (O) *quæ ordine evenerit, ut infra. pag.* 157.

Oratio.
ita Dómine poténtiam tuam & i ✠ & magna nobis virtúte suc- ut auxílium grátiæ tuæ, quod nostra præpédiunt ✠ indulgén- propitiatiónis accéleret: Qui regnas.

INICA QUARTA *Adventus.*

Matutinas Invitatorium, Hymn. Psalm. Cantic. & ℣. sicut in a prima Adventus.

Lectio prima.
i te víderint, ad te inclinabún- r: teque prospícient. Nunquid vir, qui conturbávit terram ✠ cússit regna? Qui pósuit orbem n, & urbes ejus destrúxit ✠ ejus non apéruit cárcerem? reges géntium univérsi dormié- glória: vir in domo sua. Tu projéctus es de sepúlchro tuo, irps inútilis pollútus & obvolú- his qui interfécti sunt gládio: endérunt ad fundaménta laci, dáver pútridum. Hæc dicit.
on auferétur sceptrum de Juda, de fémore ejus, donec véniat ttendus est. † Et ipse erit ex- pectátio géntium.
℣. Pulchrióres sunt óculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidióres. Et.

Lectio secunda.
NOn habébis consórtium neque cum eis in sepultúra: tu enim ter- ram tuam disperdidísti ✠ tu pópulum tuum occidísti: non vocábitur in ætér- num semen pessimórum. Præparáte fí- lios ejus occisióni in iniquitáte patrum suórum ✠ non consúrgent, nec hæredi- tábunt terram: neque implébunt fáciem orbis civitátum. Et consúrgam super eos, dicit Dóminus exercítuum ✠ & perdam Babylónis nomen: & relíquias, & germen, & progéniem, dicit Dómi- nus. Hæc dicit.
℟. Descéndet Dóminus sicut plúvia in vellus. † Oriétur in diébus ejus justí- tia & abundántia pacis.
℣. Et dominábitur à mari usque ad mare, & à flúmine usque ad términos orbis terræ. Oriétur.

Lectio tertia.
ET ponam eam in possessiónem erí- cii, & in palúdes aquárum ✠ & scopábo eam in scopa terens: dicit Dó- minus exercítuum. Jurávit Dóminus exercítuum, dicens. Si non, ut putávi, ita erit: & quómodo mente tractávi, sic evéniet ✠ ut cónteram Assyrium in terra mea: & in móntibus meis concúlcem eum ✠ & auferétur ab eis jugum ejus: & onus illíus ab húmero eórum tollé- tur. Hoc consílium quod cogitávi su- per omnem terram: & hæc est manus exténta super univérsas gentes. Hæc.
℟. Non discédimus à te, vivificábis nos, & nomen tuum Dómine invocá- bimus. † Osténde nobis fáciem tuam & salvi érimus.
℣. Meménto nostri Dómine, in be-

neplácito pópuli tui, vísita nos in salutári tuo. Osténde nobis.

Lectio quarta.

DOminus enim exercítuum decrévit ꟸ & quis póterit infirmáre? Et manus ejus exténta ꟸ & quis avértet eam? In anno quo mórtuus est rex Achaz: factum est onus istud. Ne læté-ris Philísthæa omnis tu: quóniam comminúta est virga percussóris tui ꟸ de radíce enim cólubri egrediétur régulus: & semen ejus absórbens vólucrem. Hæc.

℟. Ecce dies véniunt. *pag.* 128.

Lectio quinta.

ET pascéntur primogéniti paúperum, & paúperes fiduciáliter requiéscent ꟸ & interíre fáciam in fame radícem tuam: & relíquias tuas interfíciam. Ulula porta, clama cívitas, prostráta est Philísthæa omnis ꟸ ab Aquilóne enim fumus véniet: & non est qui effúgiet agmen ejus. Et quid respondébitur nuntiis gentis? Quia Dóminus fundávit Sion: & in ipso sperábunt paúperes pópuli ejus. Hæc dicit.

℟. Docébit nos Dóminus vias suas, & ambulábimus in sémitis ejus. † Quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Jerúsalem.

℣. Veníte ascendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Jacob. Quia.

Lectio sexta.

ONus Moab. Quia nocte vastáta est Ar Moab, contícuit: quia nocte vastátus est murus Moab, contícuit. Ascéndit domus, & Dibon ad excélsa in planctum ꟸ super Nabo, & super Medába Moab ululávit: in cunctis capítibus ejus calvítium, & omnis barba radétur. In tríviis ejus accíncti sunt sacco: super tecta ejus, & in platéis ejus omnis ululátus descéndit in fletum. Hæc.

℟. Emítte Agnum Dómine dominatórem terræ. † De petra desérti ad montem fíliæ Sion.

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam, & salutáre tuum da nobis. De petra.

Lectio septima.

CLamábit Hésebon, & Eléale: usque Jasa audíta est vox eórum. Super hoc expedíti Moab ululábunt: ánima ejus ululábit sibi. Cor meum ad Moab clamábit: vectes ejus usque ad Segor vítulam conternántem. Per ascénsum enim Luith flens ascéndet: & in via Oronáïm clamórem contritiónis levábunt. Aquæ enim Nemrim desértæ erunt: quia áruit herba ꟸ defécit germen: viror omnis intériit. Hæc dicit.

℟. Radix Jesse qui exúrget judicáre gentes, in eum gentes sperábunt. † Et erit nomen ejus benedíctum in sécula.

℣. Super ipsum continébunt reges os suum, ipsum gentes deprecabúntur. Et.

Lectio octava.

SEcúndùm magnitúdinem óperis, & visitátio eórum: ad torréntem salícum ducent eos. Quóniam circuívit clamor términum Moab: usque ad Gallim ululátus ejus, & usque ad púteum Elim clamor ejus. Quia aquæ Dibon replétæ sunt sánguine ꟸ ponam enim super Dibon additaménta: his qui fúgerint de Moab leónem, & relíquiis terræ. Hæc dicit.

℟. Ave María. *pag.* 128.

Nota: quod quando Vigilia Natalis Domini occurrit in hac quarta Dominica quatuor infrascripta lectiones super sequens Evangelium non leguntur, sed leguntur quatuor lectiones super Evangelium. Cùm esset desponsáta mater Jesu María Joseph. *ut habentur infra pag.* 159.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 3.

ANno quintodécimo impérii Tibérii Cæsaris ꟸ procuránte Póntio Piláto Judæam : tetrárcha autem Galilææ Heróde ꟸ Philíppo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ & Trachonítidis regiónis : & Lysánia Abilínæ tetrárcha ꟸ sub princípibus sacerdótum Anna & Caípha : factum est verbum Dómini super Joánnem Zacharíæ filium, in desérto. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 20.

REdemptóris nostri præcúrsor, quo témpore officium prædicatiónis accéperit, memoráto Románæ reipúblicæ príncipe, & Judææ régibus, designátur : cùm dícitur. Anno quintodécimo impérii Tibérii Cæsaris, &c. Quia enim illum prædicáre veniébat : qui & ex Judæa quosdam, & multos ex géntibus redemptúrus erat ꟸ per regem géntium, & príncipes Judæórum : prædicatiónis ejus témpora designántur.

℟. Ecce Dóminus in fortitúdine véniet. † Et bráchium ejus dominábitur.

℣. Ecce merces ejus cum eo, & opus illius coram eo. Et bráchium.

Lectio decima.

QUia autem gentílitas colligénda erat ꟸ & Judæa pro culpa perfídiæ dispergénda : ipsa quoque descríptio terréni principátus osténdit ꟸ quóniam & in Romána república unus præfuísse descríbitur : & in Judææ regno per quartam partem plúrimi principabántur. Voce étenim Redemptóris nostri dícitur : Omne regnum in seípsum divísum, desolábitur.

℟. Me opórtet minui, illum autem créscere : qui post me venit, ante me factus est. † Cujus non sum dignus corrígiam calceaménti sólvere.

℣. Ego baptízo in aqua, médius autem vestrûm stetit, quem vos nescítis. Cujus non sum.

Lectio undecima.

LIquet ergo quòd ad finem regni Judæa pervénerat : quæ tot régibus divísa subjacébat. Aptè quoque non solùm quibus régibus ꟸ sed étiam quibus sacerdótibus actum sit : demonstrátur. Et quia illum Joánnes Baptísta prædicáret ꟸ qui simul rex & sacérdos exísteret : Lucas Evangelísta prædicatiónis ejus témpora per regnum & sacerdótium designávit.

℟. Gaudéte in Dómino semper, íterum dico gaudéte. † Dóminus prope est, nihil solíciti sitis : sed in omni oratióne petitiónes vestræ innotéscant apud Deum.

℣. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus. Dóminus.

Lectio duodecima.

ET venit in omnem regiónem Jordánis ꟸ prædicans baptísmum pœniténtiæ : in remissiónem peccatorum. Cunctis legéntibus liquet ꟸ quia Joánnes non solùm baptísmum pœniténtiæ prædicávit : verumétiam quibúsdam dedit. Sed tamen baptísmum suum in remissiónem peccatórum dare non pótuit. Remíssio étenim peccatórum : in solo nobis baptísmo Christi tribúitur.

℟. Salvatórem expectámus. *pag.* 129.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 3.

ANno quintodécimo impérii Tibérii Cæsaris ꟸ procuránte Póntio Piláto Judæam : tetrárcha autem Galilææ Heróde ꟸ Philíppo autem fratre

ejus tetrárcha Ituræx & Trachonítidis regiónis: & Lyſania Abilínæ tetrárcha ꟷ sub princípibus ſacerdótum Anna & Caipha: factum eſt verbum Dómini ſuper Joánnem Zacharíæ filium, in deſérto. Et venit in omnem regiónem Jordánis ꟷ prædicans baptíſmum pœniténtiæ in remiſſiónem peccatórum: ſicut ſcriptum eſt in libro ſermónum Iſaíæ prophétæ. Vox clamántis in deſérto ꟷ paráte viam Dómini: rectas fácite ſémitas ejus. Omnis vallis implébitur ꟷ & omnis mons & collis humiliábitur: & erunt prava in dirécta, & áſpera in vias planas. Et vidébit ômnis caro ſalutâre Dei. Amen. Te decet.

Oratio. Excita Dómine. *pag.* 151.

Ad Laudes. *Antiphona.*

CAnite tuba * in Sion, quia prope eſt dies Dómini: ecce véniet, & ſalvábit nos, allelu-ia, allel. *Pſalm.* Miſerére. *pag.* 6.

Antiph. Veníte * aſcendámus ad montem Dómini, quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Jerúſalem. *Pſalm.* Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. Ecce Deus noſter * expectávimus eum, & ſalvábit nos, allel. *Pſalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Erunt prava * in dirécta, & áſpera in vias planas. *Cantic.* Benedícite ómnia. *pag.* 26.

Antiph. Ecce véniet deſiderátus * cunctis géntibus, & replébitur glória domus Dómini, allelu-ia. *Pſalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce dies vén. *pag.* 125.

℟. Roráte cæli déſuper.

Hymnus. Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. Super te Jerúſalem.

Ad Benedictus.

Antiph. Omnis vallis * implébitur, & omnis mons & collis humiliábitu[r] erunt prava in dirécta: & áſpe[ra in] vias planas.

Oratio Excita Dómine. *pag.* 15[1]

Ad Horas Antiphonæ de Laud[ibus] quarta prætermiſſa. *Ad Ter[tiam]*

Oratio. Excita Dómine. *pag.* 15[1]

Cætera ſicut in prima Dominica.

Ad Veſperas.

Antiph. Dixit Dóminus. *& cæte[ra si]cut in prima Dominica.*

Ad Magnificat.

Antiph. (O) *qualis ſuo ordine eve[nit]*

Oratio. Excita Dómine pot. *pag.*

PRIMA DI[ES]

poſt quartam Dominicam.

Lectio prima.

EMitte agnum Dómine dominat[orem] terræ de petra deſérti: ad mo[ntem] filiæ Sion. Et erit: ſicut avis fúgie[ns] & pulli de nido avolántes: ſic [erunt] filiæ Moab in tranſcénſu Arnon. [Ini] consílium, coge concílium ꟷ pone [qua]ſi noctem umbram tuam in meri[die] abſcónde fugiéntes, & vagos ne pr[odas]. Habitábunt apud te prófugi mei. [M]eſto latíbulum eórum à fácie vaſtató[ris] finítus eſt enim pulvis, conſummátu[s] miſer: defécit qui conculcábat ter[ram]. Hæc dicit.

Lectio ſecunda.

ET præparábitur in miſericórdi[a] ſo]lium ꟷ & ſedébit ſuper illud in [ve]ritáte in tabernáculo David, júdic[ans] & quærens judícium: & velóciter [red]dens quod juſtum eſt. Audívimus ſu[per]biam Moab: ſupérbus eſt valde ꟷ [su]pérbia ejus, & arrogántia ejus, & [in]dignátio ejus: pluſquam fortitúdo [ejus]. Idcírco ululábit Moab ad Moab, [uni]vérſus ululábit: his, qui lætántur [...]

coćti láteris, loquímini plagas: Hæc dicit.

Lectio tertia.

Uóniam ſuburbána Héſebon deſérta ſunt, & víneam Sábama dóGéntium excidérunt ꟸ flagélla ejus ad Jazer pervenérunt: erravérunt érto ꟸ propágines ejus relíćtæ ſunt: érunt mare. Super hoc plorábo in azer víneam Sábama: inebriábo te na mea Héſebon, & Eléale: quóſuper vindémiam tuam, & ſuper n tuam vox calcántium írruit. licit.

ECUNDA DIE.

Lectio prima.

auferétur lætítia, & exultátio de armélo: & in víneis non exultáeque jubilábit. Vinum in torculári alcábit qui calcáre conſuéverat: calcántium ábſtuli. Super hoc r meus ad Moab, quaſi cíthara ſo : & víſcera mea ad murum coćti s. Et erit ꟸ cùm apparúerit quod ivit Moab ſuper excélſis ſuis: inétur ad ſanćta ſua, ut óbſecret, & alébit. Hæc dicit.

Lectio ſecunda.

Oc verbum quod locútus eſt Dóminus ad Moab ex tunc. Et nunc as eſt Dóminus, dicens. In tribus, quaſi anni mercenárii, auferétur Moab ſuper omni pópulo multo: inquétur parvus, & módicus neuam multus. Hæc dicit.

Lectio tertia.

Nus Damáſci. Ecce Damáſcus déſinet eſſe cívitas: & erit ſicut acérápidum in ruína. Derelíćtæ civitároër grégibus erunt: & requiéſcent & non erit qui extérreat. Et ceſſábit adjutórium ab Ephraïm, & regnum à Damáſco ꟸ & relíquiæ Syriæ ſicut glória filiórum Iſraël erunt: dicit Dóminus exercítuum. Et erit in die illa ꟸ attenuábitur glória Jacob: & pinguédo carnis ejus marcéſcet. Hæc dicit.

TERTIA DIE.

Lectio prima.

ET erit ſicut cóngregans in meſſe quod reſtíterit ꟸ & bráchium ejus ſpicas leget: & erit ſicut quærens ſpicas iu valle Rapháïm. Et relinquétur in eo ſicut racémus, & ſicut excúſſio óleæ duárum vel trium olivárum in ſummitáte rami ꟸ ſive quátuor aut quinque in cacumínibus ejus frućtus ejus: dicit Dóminus Deus Iſraël. Hæc dicit.

Lectio ſecunda.

IN die illa inclinábitur homo ad faćtórem ſuum ꟸ & óculi ejus ad ſanćtum Iſraël reſpícient: & non inclinábitur ad altária, quæ fecérunt manus ejus ꟸ & quæ operáti ſunt dígiti ejus non reſpíciet: lucos & delúbra. In die illa erunt civitátes fortitúdinis ejus derelíćtæ ſicut arátra ꟸ & ſégetes, quæ derelíćtæ ſunt à fácie filiórum Iſraël: & eris deſérta. Hæc dicit.

Lectio nona.

QUia oblíta es Dei ſalvatóris tui, & fortis adjutóris tui non es recordáta ꟸ proptérea plantábis plantatiónem fidélem: & germen aliénum ſeminábis. In die plantatiónis tuæ labrúſca ꟸ & mane ſemen tuum florébit: abláta eſt meſſis in die hæreditátis, & dolébit gráviter. Væ multitúdini populórum multórum, ut multitúdo maris ſonántis ꟸ & tumúltus turbárum: ſicut ſónitus aquárum multárum. Hæc dicit Dóminus.

QVARTA DIE.

Lectio prima.

SOnábunt pópuli ſicut ſónitus aquárum inundántium : & increpábit eum, & fúgiet procul ꟸ & rapiétur ſicut pulvis móntium à fácie venti : & ſicut turbo coram tempeſtáte. In témpore véſpere, & ecce turbátio : in matutíno, & non ſubsíſtet. Hæc eſt pars eórum, qui vaſtavérunt nos : & ſors diripiéntium nos. Væ terræ cymbalo alárum, quæ eſt trans flúmina Æthiópiæ ꟸ qui mittit in mare legátos : & in vaſis papyri ſuper aquas. Hæc dicit.

Lectio ſecunda.

ITe Angeli velóces ad gentem convúlſam, & dilacerátam ꟸ ad pópulum terríbilem, poſt quem non eſt álius: ad gentem expectántem, & conculcátam, cujus diripuérunt flúmina terram ejus. Omnes habitatóres orbis, qui morámini in terra, cùm elevátum fúerit ſignum in móntibus ꟸ vidébitis, & clangórem tubæ audiétis : quia hæc dicit Dóminus ad me. Quiéſcam, & conſiderábo in loco meo ꟸ ſicut meridiána lux clara eſt : & ſicut nubes roris in die meſſis. Hæc dicit.

Lectio tertia.

ANte meſſem enim totus efflóruit, & immatúra perféctio germinábit ꟸ & præcidéntur ramúſculi ejus falcibus: & quæ derelícta fúerint, abſcindéntur, & excutiéntur. Et relinquéntur ſimul ávibus móntium, & béſtiis terræ ꟸ & æſtáte perpétua erunt ſuper eum vólucres : & omnes béſtiæ terræ ſuper illum hyemábunt. In témpore illo deferétur munus Dómino exercítuum à pópulo divúlſo, & dilaceráto : à pópulo terribili, poſt quem non fuit álius ꟸ à gente expectánte : expectánte & conculcá[ta], cujus diripuérunt flúmina terram e[jus], ad locum nóminis Dómini exercitu[um], montem Sion. Hæc dicit.

Sextodecimo Calend. Januarii, ſc[ilicet] ſeptima die ante vigiliam Natalis Do[mini] inchoandæ ſunt Antiphonæ ſequente[s ad] Magnificat. Si verò Feſtum fuerit [...] cuntur pro commemoratione poſt Orati[onem] Feſti.

Antipona prima.

O Sapiéntia, * quæ ex ore Altí[ſſimi] prodiíſti, attíngens à fine uſque a[d fi]nem fortiter, ſuavitérque diſpó[nens] ómnia : veni ad docéndos nos [viam] prudéntiæ. *Canticum.* Magníficat.

Antiphona ſecunda.

O Adonái, * & dux domus Iſr[aël], qui Moyſi in igne flammæ rubi a[ppa]ruíſti, & ei in Sina legem dedíſti: [veni] ad rediméndos nos in bráchio ex[ten]to. *Cantic.* Magníficat.

Antiphona tertia.

O Radix Jeſſe, * qui ſtas in ſig[num] populórum, ſuper quem continé[bunt] reges os ſuum, quem gentes dep[reca]búntur : veni ad liberándos nos, noli tardáre. *Cantic.* Magníficat.

Antiphona quarta.

O Clavis David, * & ſceptrum [do]mus Iſraël, qui áperis & nemo cla[udit], claudis & nemo áperit : veni & [educ] vinctum de domo cárceris, ſedénte[m in] ténebris, & umbra mortis. *Cantic.* [Ma]gníficat.

Antiphona quinta.

O Oriens * ſplendor lucis ætérn[æ, &] ſol juſtítiæ : veni & illúmina ſed[éntes] in ténebris, & umbra mortis. *Ca[ntic.]* Magníficat.

Antiphona ſexta.

O Rex géntium, * & deſiderátu[s]

apiſque angularis, qui facis útra-
um: veni ſalva hóminem, quem
formáſti. *Cantic.* Magnificat.

Antiphona ſeptima.

mmánuël, * Rex & légifer noſter
tio géntium, & deſiderátus eá-
veni ad ſalvándos nos Dómine
oſter. *Cantic.* Magníficat.

*dum verò eſt quod ſubſequentes
na dicendæ ad Laudes ſemper ſexta
Vigiliam Nativitatis Domini in-
: non computata die Dominica.
infra cuilibet feriæ aſſignatæ ſunt:
lis ipſiſmet dicuntur feriis, etiamſi
ordine præcurrant. Exempli gratia.
ſecunda, Vigilia Nativitatis eve-
eria ſecunda tertiæ hebdomadæ pro-
fficiam ipſius ſecundæ feriæ aſſume-
Antiphona*, Ecce ego mittam,
*aſſignata, relinquetur. Et ſi præ-
ilia tertia feria evenerit, ipſum
riæ proprium Officium aſumetur:
e aliis feriis uſque ad ipſam Vigi-
ativitatis Domini excluſivè. Ex-
men feria, in qua feſtum ſancti
Apoſtoli evenerit, de qua tantùm
emoratio per Antiphonam, quæ
r ad Benedictus.*

IA SECVNDA.

Ad Laudes. Antiphona.

ærite Dóminum * dum inveníri
teſt: invocáte eum dum prope
lu-ia. *Pſalm.* Miſerére. *pag. 6.*
ph. Cùm vénerit * Filius hómi-
tas invéniet fidem ſuper terram.
Verba mea. *pag.* 38.
ph. Dies Dómini * ſicut fur in
a véniet: & vos eſtóte paráti,
a hora non putátis Fílius hómi-
et. *Pſalm.* Dixit injúſtus. *pag.* 39.
h. Hauriétis aquas * in gaúdio
de fóntibus Salvatóris. *Cantic.* Confité-
bor. *pag.* 39.

Antiph. Gaudéte in Dómino ſemper, *
íterum dico gaudéte, Dóminus enim
prope eſt. *Pſalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce virgo. *pag.* 130.

℟. Roráte.

Hymnus. Splendor pat. *pag.* 28.

℣. Super te.

Ad Benedictus.

Antiph. Egrediétur * virga de radíce
Jeſſe, & flos de radíce ejus aſcéndet.

Oratio. Excita Dómine pot. *pag.* 130.

Ad Magnificat.

Antiph. (O) *qualis evenerit. Oratio
Dominicalis.*

FERIA TERTIA.

Ad Laudes. Antiphona.

EMitte Agnum Dómine * dominató-
rem terræ de petra deſérti ad mon-
tem fíliæ Sion. *Pſalm.* Miſerére. *pag.* 6.

Antiph. Roráte cæli déſuper, * &
nubes pluant juſtum, aperiátur terra,
& gérminet Salvatórem. *Pſalm.* Júdica
me Deus. *pag.* 46.

Antiph. Tu Béthlehem * terra Juda
non eris mínima: ex te enim éxiet dux
qui regat pópulum meum Iſraël. *Pſalm.*
Miſerére mei Deus, miſerére mei. *p.* 46.

Antiph. Da mercédem Dómine * ſuſti-
néntibus te, ut prophétæ tui fidéles in-
veniántur. *Cantic.* Ego dixi. *pag.* 46.

Antiph. Lex per Moyſen * data eſt,
grátia & véritas per Jeſum Chriſtum
facta eſt. *Pſalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce virgo. *pag.* 130.

℟. Roráte. *Hymnus.* Splendor pat.

℣. Super te.

Ad Benedictus.

Antiph. Ego * baptizávi vos aqua:
ille baptizábit vos Spíritu ſancto, allel.

Oratio. Prope esto. *pag.* 130.

Ad Magnificat.

Antiph. (O) *qualis ordine suo evenerit. Oratio Dominicalis.*

FERIA QUARTA.

Ad Laudes. Antiphona.

POnam in Sion * salútem, & in Jerúsalem glóriam meam, allelu-ia. *Psalm.* Miserére. *pag.* 6.

Antiph. Spíritus * Dómini super me: evangelizáre paupéribus misit me. *Psal.* Exaúdi Deus oratiónem meam, cùm déprecor. *pag.* 54.

Antiph. Propter Sion * non tacébo, donec egrediátur ut splendor justus ejus. *Psalm.* Te decet. *pag.* 55.

Antiph. Ecce véniet Dóminus * ut sédeat cum princípibus, & sólium glóriæ téneat. *Cantic.* Exultávit. *pag.* 55.

Antiph. Parátus esto Israël * in occúrsum Dei tui. *Psalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce virgo. *pag.* 130.

℟. Roráte. *Hymnus.* Splendor pat.

℣. Super te.

Ad Benedictus.

Antiph. Missus est * Angelus ad Maríam Vírginem desponsátam Joseph.

Si hæ Antiphonæ occurrant in hebdomada Quatuor Temporum, dicitur Oratio. Præsta quæsumus omnípotens. *ut supra, pag.* 149. *Sin autem dicitur Oratio.* Preces pópuli. *pag.* 131.

Ad Magnificat.

Antiph. (O) *qualis evenerit. Oratio Dominicalis.*

FERIA QUINTA.

Ad Laudes. Antiphona.

A Finibus terræ * laudes audívimus glóriam justi, allelu-ia, allelu-ia. *Psalm.* Miserére. *pag.* 6.

Antiph. Dóminus * légifer Dóminus Rex noster, ipse vé salvábit nos. *Psalm.* Dómine lútis. *pag.* 63.

Antiph. Convértere * Dóm quántulum, & ne tardes veníre a tuos. *Psalm.* Dómine refúgium.

Antiph. Ecce Deus meus, * norábo eum, Deus patris mei, tábo eum. *Cantic.* Cantémus. *p*

Antiph. Lætámini * cum Jer & exultáte in ea omnes qui eam, allelu-ia. *Psalm.* Laudát num de cælis. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce virgo.

℟. Roráte. *Hymnus.* Splen

℣. Super te Jerúsalem.

Ad Benedictus.

Antiph. Estóte paráti * símile nibus expectántibus Dóminum quando revertátur à núptiis.

Si prædictæ Antiphonæ occurran tia hebdomada Adventus, dicitu Preces pópuli tui. *pag.* 131. *Sin dicitur Oratio,* Excita Dómine. *p*

Ad Magnificat.

Antiph. (O) *qualis evenerit. Dominicalis.*

FERIA SEX

Ad Laudes. Antiphon

COnstántes estóte, * vidébi lium Dómini super vos. Miserére. *pag.* 6.

Antiph. Consolámini, * con pópule meus, dicit Deus vester Notus in Judæa. *pag.* 71.

Antiph. Eleváre, * eleváre, c Jerúsalem, solve vincula colli tui fília Sion. *Psalm.* Bonum est *p*

Antiph. Deus * à Líbano vé

ſplendor ejus ſicut lumen erit. *Cantic.* Dómine audívi. *pag.* 72.

Antiph. Ego autem * ad Dóminum aſpiciam, & expectábo Deum ſalvatórem meum. *Pſalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce virgo. *pag.* 130.

℟. Roráte. *Hymnus.* Splendor pat.

℣. Super te Jerúſalem.

Ad Benedictus.

Antiph. Ex quo facta eſt * vox ſalutatiónis tuæ in aúribus meis, exultávit in gaúdio infans in útero meo, allelu-ia.

Si prædictæ Antiphonæ occurrant in hebdomada quatuor temporum, dicitur Oratio. Excita quæſumus Dómine poténtiam tuam. *pag.* 150. *Sin autem dicitur Oratio.* Prope eſto. *pag.* 130.

Ad Magnificat.

Antiph. (O) *qualis evenerit & dicitur Oratio Dominicalis.*

SABBATO.

Ad Laudes. Antiphona.

MUltiplicábitur * ejus impérium, & pacis non erit finis. *Pſalm.* Miſeréte. *pag.* 6.

Antiph. Ad te Dómine * levávi ánimam meam, veni & éripe me Dómine, ad te confúgi. *Pſalmus.* Dómine exaúdi. *pag.* 82.

Antiph. Expectétur ſicut plúvia * elóquium Dómini, & deſcéndat ſicut ros ſuper nos Deus noſter. *Cantic.* Audite cæli. *pag.* 82.

Antiph. Pópulus * meus vidébit altitúdinem Dómini, & majeſtátem Dei. *Pſal.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce virgo. *pag.* 130.

℟. Roráte. *Hymnus.* Splendor patér.

℣. Super te Jerúſalem.

Ad Benedictus.

Antiph. Vox clamántis * in deſérto, Paráte viam Dómini, rectas fácite ſémitas Dei noſtri.

Oratio.

DEus, qui cónſpicis quia ex noſtra pravitáte affligimur: concéde propítius ꟹ ut ex tua viſitatióne conſolémur: Qui vivis & regnas.

Ad Magnificat.

Antiph. (O) *qualis evenerit, & ſequitur Oratio Dominicalis.*

IN VIGILIA
Nativitatis Domini.

Ad Matutinas, Invitatorium. Regem ventúrum Dóminum: Veníte adorémus.

In primo & ſecundo Nocturno Antiphonæ, & Pſalmi feriales, ſed in primo Nocturno dicitur, ℣. Conſtántes eſtóte.

℟. Vidébitis auxílium Dómini ſuper vos.

Lectio prima.

Léctio ſancti Evangélii: ſecúndùm Matthæum. *Matth.* 1.

IN illo témpore: Cùm eſſet deſponſáta Mater Jeſu María Joſeph: ántequam convenírent, invénta eſt in útero habens de Spíritu ſancto. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: beáti Hierónymi Preſbyteri.

Lib. 1. *Comment. in Matth.*

QUare non de símplici vírgine, ſed de deſponſáta concípitur? Primùm ut per generatiónem Joſeph: orígo Maríæ monſtrarétur. Secúndò ne lapidarétur à Judæis ut adúltera. Tértiò ut in Ægyptum fúgiens, háberet ſolátium. Martyr Ignátius étiam quartam áddidit cauſam: cur à deſponſáta concéptus ſit. Ut partus (ínquiens) ejus celarétur diábolo ꟹ dum eum putat non de vírgine: ſed de uxóre generátum. Tu aut.

℟. Sanctificámini hódie, & eſtóte pa-

ráti: quia die cráſtina vidébitis. † Majeſtátem Dei in vobis.

℣. Hódie ſciétis quia véniet Dóminus, & mane vidébitis. Majeſtátem Dei in vobis.

Lectio ſecunda.

ANtequam convenírent: invénta eſt in útero habens de Spíritu ſancto. Non ab álio invénta eſt, niſi à Joſeph. Qui pene licéntia maritáli, futúræ uxóris ómnia nóverat. Quòd autem dícitur, Antequam convenírent: non ſéquitur ut póſtea convénerint ꟷ ſed Scriptúra quod factum non ſit: oſténdit. Tu aut.

℟. Conſtántes eſtóte, vidébitis auxílium Dómini ſuper vos: ô Juda & Jerúſalem nolíte timére, cras egrediémini. † Et Dóminus erit vobíſcum.

℣. O Juda & omnes habitatóres Jerúſalem crédite in Dóminum Deum veſtrum. Et Dóminus.

Lectio tertia.

JOſeph autem vir ejus cùm eſſet juſtus. Si quis fornicáriæ conjúngitur: unum corpus efficitur. Et in lege præcéptum eſt: non ſolùm reos, ſed & cónſcios críminum obnóxios eſſe peccáti. Quómodo ergo Joſeph, cùm crimen celáret uxóris ꟷ juſtus ſcribitur? Sed hoc teſtimónium Maríæ eſt: quòd Joſeph ſciens illíus caſtitátem ꟷ & admirans quod evénerat: celat ſiléntio, cujus myſtérium neſciébat.

℟. Appáruit Angelus Dómini Joſeph in ſomnis, dicens: Ne timúeris accípere Maríam cónjugem tuam. † Quod enim in ea natum eſt, de Spíritu ſancto eſt.

℣. Páriet autem filium, & vocábis nomen ejus Jeſum. Quod enim.

In ſecundo Nocturno.

Capitulum. In diébus illis. *pag.* 130.

℣. Hódie ſciétis quia véniet Dóminus.

℟. Et mane vidébitis glóriam ejus.

Oratio. Mentes noſtras. *pag.* 130.

In hac vigilia finitis Nocturnis non ſedemus ad Laudes: nec exinde uſque ad Octavas Epiphaniæ accipimus véniam, *nec genua flectimus, & Pſalm.* Dóminus regnávit. *cum reliquis Pſalmis feſtivalibus dicimus.* Miſerére mei Deus, *tacemus. Ab iſtis etiam Laudibus, Commemorationes de S. Joanne Baptiſta, de S. P. noſtro Brunone, & de omnibus Sanctis uſque ad ſequentem poſt Circumciſionem Domini diem intermittimus.*

Ad Laudes. *Antiphona.*

O Juda * & Jerúſalem nolíte timére, cras egrediémini, & Dóminus erit vobíſcum. *Pſalm.* Dóminus regnávit. *pag.* 68.

Antiph. Hódie * ſciétis quia véniet Dóminus, & mane vidébitis glóriam ejus. *Pſalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Cráſtina erit vobis ſalus, * dicit Dóminus Deus exercítuum. *Pſalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Juxta eſt * ſalus mea ut véniat, & juſtítia mea ut revelétur, dicit Dóminus. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. vocábitur * nomen ejus Emmánuël, qnod interpretátur nobíſcum Deus. *Pſalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. *Rom.* 1.

PAulus ſervus Jeſu Chriſti, vocátus Apóſtolus: ſegregátus in Evangélium Dei ꟷ quod ante promíſerat per Prophétas ſuos in Scriptúris ſanctis de Fílio ſuo: qui factus eſt ei ex ſémine David ſecúndùm carnem.

℟. Deo grátias.

℟. Hódie ſciétis quia véniet Dóminus. Hódie.

℣. Et mane vidébitis glóriam ejus. Hódie.

℣.

ória Patri, & Filio, & Spirítui
Hódie.
us. Splendor patérnæ.
ástina erit vobis falus.
icit Dóminus Deus exercítuum.

Ad Benedictus.

h. Joſeph fili David * noli timé-
ere Maríam cónjugem tuam,
im in ea natum eſt, de Spíritu
ſt, allelu-ia.

Oratio.

ıs, qui nos redemptiónis noſtræ
nua expectatióne lætíficas: præ-
Unigénitum tuum quem Re-
rem læti ſuſcípimus ꟸ veniéntem
júdicem ſecúri videámus eúm-
ominum noſtrum Jeſum Chri-
ium tuum: Qui tecum vivit &
n unitáte Spíritus ſancti Deus ꟸ
ia ſécula ſeculórum:

Vigilia evenerit die Dominica,
fficium in Matutinalibus Noctur-
rout annotatum eſt in quarta Do-
Adventus; Excepto tamen quod in
octurno, loco ℣. Emítte Agnum
. dicitur ℣. Hódie ſciétis quia
Dóminus. ℟. Et mane vidébitis
ejus. *Et loco quatuor lectionum*
vangelium. Anno quintodécimo.
quatuor lectiones beati Hiero-
er Evangelium. Cùm eſſet deſ-
cum Reſponſoriis ibidem annota-
quia ibi non ſunt niſi tres lectio-
itur quarta lectio, quæ tunc erit
na.

h fili David noli timére accí-
Maríam uxórem. Jam & ſupra
ſponſas uxóres appellári: quod
liber advérsùs Helvídium do-
blandiéntis afféctu ei per ſóm-
ngelus lóquitur: ut juſtítiam
comprobáret. Simúlque notán-
dum ꟸ quòd Joſeph fílius eſſe dicátur
David: ut María quoque de ſtirpe Da-
vid monſtrarétur.

℟. Salvatórem. *pag.* 129.

Et poſt Te Deum. *ſequitur & dicitur.*

Sequéntia ſancti Evangélii: ſecún-
dùm Matthæum. *Matth.* 1.

CUm eſſet deſponſáta Mater Jeſu
María Joſeph: ántequam conve-
nírent, invénta eſt in útero habens de
Spíritu ſancto. Joſeph autem vir ejus
cùm eſſet juſtus ꟸ & nollet eam tra-
dúcere: vóluit occúltè dimíttere eam.
Hæc autem eo cogitánte: ecce Ange-
lus Dómini appáruit in ſomnis ei, di-
cens. Joſeph fili David: noli timére ac-
cípere Maríam cónjugem tuam. Quod
enim in ea natum eſt: de Spíritu ſan-
cto eſt. Páriet autem Filium: & vo-
cábis nomen ejus Jeſum. Ipſe enim
ſalvum fáciet pópulum ſuum à peccá-
tis eórum.

Oratio. Deus, qui nos redemptiónis
noſtræ. *ut ſupra.*

Ad Laudes.

Antiph. O Juda & Jerúſalem. *cum reliquis Antiphonis & Pſalmis ut ſupra, pag.* 160. *Et poſt Laudes commemoratio de Dominica per Antiph.* Omnis vallis. *pag.* 154.

℣. Super te.

Oratio. Excita Dómine poténtiam
tuam & veni, & magna. *ut ſupra. pag.* 151.

Ad Horas ſive ſit Dominica, ſive non.

Ad Primam.

Antiph. O Juda.

Capitulum. Dómine miſerére noſtri,
te enim. *pag.* 4.

Oratio. In hac hora hujus.

Si ſit Dominica. Oratio. Omnipo-
tens. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Antiph. Hódie.

Capitulum. Paulus servus.

℣. Constántes estóte.

℟. Vidébitis auxílium Dómini super vos.

Oratio. Deus qui nos Redempt. *ut supra. pag.* 161.

Ad Sextam.

Antiph. Crástina erit vobis salus.

Capitulum. *Isáiæ* 62.

PRopter Sion non tacébo, & propter Jerúsalem non quiéscam ✝ donec egrediátur ut splendor justus ejus : & salvátor ejus ut lampas accendátur.

℟. Deo grátias.

℣. Hódie sciétis quia vé[...] minus.

℟. Et mane vidébitis glória[...]

Oratio. Excita Dómine p[...] tuam & veni, & quod Eccl[...] *ut supra. pag.* 130.

Ad Nonam.

Antiph. Vocábitur.

Capitulum. *Isáiæ* 6[...]

VIdébunt gentes justum [...] cuncti reges ínclytum tu[...] vocábitur tibi nomen novum : [...] Dómini nominábit.

℣. Crástina erit vobis salus.

℟. Dicit Dóminus Deus exe[...]

Oratio. Prope esto. *pag.* 13[...]

N NATIVITATE DOMINI.

l Vesperas sola Antiphona.
quam convenirent, invénta est
abens in útero de Spíritu sancto,
. *Psalmi feriales.*
Capitulum. *Isaïæ 9.*
PULUS qui ambulábat in
nebris, vidit lucem magnam:
bitántibus in regióne umbræ
lux orta est eis.
num ℟. Verbum caro factum
infra in Matut.
Hymnus.
iit Redémptor géntium
téndens partum Vírginis:
omne séculum,
cet partus Deum.
ex viríli sémine,
stico spirámine,
Dei factum caro,
ue ventris flóruit.
s tuméscit Vírginis,
pudóris pérmanent,
virtútum micant,
r in templo Deus.
dens è thálamo suo
aula régia,
gigas substántiæ
ut currat viam.
Divisio ad Laudes.
ssus ejus à Patre,
réssus ejus ad Patrem,
s usque ad ínferos,
s ad sedem Dei.
lis ætérno Patri
Carnis trophæo accíngere,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.
Præsépe jam fulget tuum,
Luménque nox spirat novum,
Quod nulla nox intérpolet,
Fidéque jugi lúceat.
Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.
℣. Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
℟. Deus Dóminus & illúxit nobis.

Ad Magnificat.

Antiph. Compléti sunt dies Maríæ, ut páreret fílium suum primogénitum.

Oratio. Deus qui nos Redempt. *p.* 161.

Ab istis Vesperis usque ad diem Epiphaniæ exclusivè, in fine cujuslibet Hymni dicitur Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine: Cum Patre, & sancto Spíritu, In sempitérna sécula. Amen.

In prædictis Vesperis nulla fit commemoratio de Dominica, etiamsi occurrat.

Ad Matutinas. Invitatorium.
(Hic accipimus veniam.)

CHRISTUS natus est nobis. Veníte adorémus. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.
Hymnus. Venit Redémptor. *usque ad* ℣. Egréssus ejus à Patre.

In primo Nocturno.

Antiph. Dóminus * dixit ad me, Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Psalmus. Quare fremuérunt *pag.* 2.

Antiph. Tanquam sponsus * Dóminus procédens de thálamo suo. *Psalm.* Cæli enárrant. *pag.* 14.

Antiph. Diffúsa est * grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. *Psalm.* Eructávit. *pag.* 37.

Antiph. Suscépimus Deus * misericórdiam tuam, in médio templi tui. *Psalm.* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

Antiph. Oriétur * diébus Dómini abundántia pacis, & dominábitur. *Psalm.* Deus judícium. *pag.* 53.

Antiph. Véritas de terra * orta est, & justítia de cælo prospéxit. *Psalm.* Benedixísti. *pag.* 63.

℣. In sole pósuit tabernáculum suum.

℟. Et ipse tanquam sponsus procédens de thálamo suo.

Lectio prima. *Isaïæ* 9.

PRimo témpore alleviáta est terra Zábulon : & terra Nephtháli. Et novíssimo aggraváta est via maris trans Jordánem Galilææ géntium. Pópulus qui ambulábat in ténebris ꟷ vidit lucem magnam : habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta est eis. Multiplicásti gentem : & non magnificásti lætítiam. Lætabúntur coram te sicut qui lætántur in messe ꟷ sicut exúltant victóres capta præda : quando dívidunt spólia. Jugum enim óneris ejus, & virgam húmeri ejus, & sceptrum exactóris ejus superásti : sicut in die Mádian. Quia omnis violénta prædátio cum tumúltu, & vestiméntum mistum sánguine : erit in combustiónem, & cibus ignis. Hæc.

℟. In princípio erat Verbum & Verbum erat apud Deum : & Deus erat Verbum. † Hoc erat in princípio apud Deum.

℣. Sicut enim Pater habet vitam in semetípso, sic dedit & Fílio vitam habére in semetípso. Hoc erat.

Lectio secunda.

PArvulus enim natus est nobis : & Fílius datus est nobis. Et factus est principátus super húmerum ejus : & vocábitur nomen ejus Admirábilis ꟷ Consiliárius, Deus, Fortis, Pater futúri séculi : Princeps pacis. Multiplicábitur ejus impérium : & pacis non erit finis. Super sólium David, & super regnum ejus sedébit ꟷ ut confírmet illud, & corróboret in judício & justítia : ámodo & usque in sempitérnum. Zelus Dómini exercítuum fáciet hoc. Hæc dicit.

℟. In própria venit, & sui eum non recepérunt : quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri his qui credunt in nómine ejus. † Qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

℣. Si autem fílii, & hærédes : hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi. Qui non.

Lectio tertia. *Isaïæ* 40.

COnsolámini ꟷ consolámini pópule meus : dicit Deus vester. Loquímini ad cor Jerúsalem, & advocáte eam ꟷ quóniam compléta est malítia ejus : dimíssa est iníquitas illíus. Suscépit de manu Dómini duplícia : pro ómnibus peccátis suis. Vox clamántis in desérto. Paráte viam Dómini : rectas fácite in solitúdine sémitas Dei nostri. Omnis vallis exaltábitur ꟷ & omnis mons & collis humiliábitur : & erunt prava in dirécta, & áspera in vias planas. Hæc dicit.

℟. Verbum caro factum est, & habitávit in nobis. † Et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti à Patre,

grátiæ & veritátis.
príncipio erat Verbum, & Ver-
t apud Deum, & Deus erat
Et vídimus.

Lectio Quarta.

evelábitur glória Dómini: &
bit omnis caro páriter quòd
ini locútum est. Vox dicéntis.
Et dixi. Quid clamábo? Omnis
num: & omnis glória ejus quasi
. Exiccátum est fœnum ˥ & cé-
: quia spíritus Dómini sufflá-
. Verè fœnum est pópulus ˥
n est fœnum, & cécidit flos:
autem Dómini nostri manet in
. Hæc dicit.
ce Agnus Dei, qui tollit pec-
ndi, ecce de quo dicébam vo-
post me venit ante me factus
jus non sum dignus corrígiam
nti sólvere.
i de terra est, de terra lóquitur,
cælo venit: super omnes est.

ria Patri. sólvere.

In secundo Nocturno.

. Homo * natus est in ea, &
dávit eam Altíssimus. *Psalm.*
nta. *pag.* 66.
b. Ipse invocábit me, * alle-
ter meus es tu, allel. *Psalm.*
rdias. *pag.* 67.
b. Lætentur cæli, * & exúltet
te fáciem Dómini, quóniam
alm. Cantáte. *i. pag.* 69.
b. Parávit * Dóminus bráchium
suum, in óculis ómnium gén-
lm. Dóminus regnávit exúltet.

b. Notum fecit Dóminus, * al-
lutáre suum, allelu-ia. *Psalm.*
ii. pag. 70.

Antiph. Beátus venter * qui te portá-
vit Christe: & úbera quæ suxísti. *Psalm*
Dóminus regnávit irasc. *pag.* 70.

℣. Notum fecit Dóminus salutáre
suum.

℟. In conspéctu géntium revelávit
justítiam suam.

Lectio quinta.

Sermo beáti Leónis Papæ.

Serm. 1. *de Nativit. Domini.*

SAlvátor noster (dilectíssimi) hódie
natus est: gaudeámus. Neque enim
fas est locum esse tristítiæ ˥ ubi natális
est vitæ: quæ consúmpto mortalitátis
timóre, nobis íngerit de promíssa æter-
nitáte lætítiam. Nemo ab hujus ala-
critátis participatióne secérnitur. Una
cunctis lætítiæ commúnis est rátio. Quia
Dóminus noster peccáti mortísque de-
strúctor, sicut nullum à reátu liberum
réperit: ita liberándis ómnibus venit.
Exúltet sanctus: quia propínquat ad
palmam. Gáudeat peccátor: quia invi-
tátur ad véniam. Animétur gentílis:
quia vocátur ad vitam. Tu autem.

℟. Angelus ad pastóres ait, Annúntio
vobis gaúdium magnum quod erit omni
pópulo, quia natus est vobis hódie Sal-
vátor. † Qui est Christus Dóminus, in
civitáte David.

Inveniétis infántem pannis involú-
tum, & pósitum in præsépio. Qui est.

Lectio sexta.

DEi namque Fílius secúndùm pleni-
túdinem témporis, quam divíni
consílii inscrutábilis altitúdo dispósuit ˥
reconciliándam authóri suo natúram
géneris assúmpsit humáni: ut invéntor
mortis diábolus, per ipsam, quam ví-
cerat, vinceretur. In quo conflíctu pro
nobis ínito, magno & mirábili æquitá-
tis jure certátum est: dum omnípotens

Dóminus cum ſævíſſimo hoſte, non in ſua majeſtáte: ſed in noſtra congréditur humilitáte ✠ objíciens ei eámdem formam, eamdémque natúram, mortalitátis quidem noſtræ partícipem: ſed peccáti totíus expértem.

℟. Glória in altíſſimis Deo: & in terra. † Pax homínibus bonæ voluntátis.

℣. Facta eſt cum Angelo multitúdo milítiæ cæléſtis, laudántium Deum & dicéntium. Pax.

Lectio ſeptima.

ALiénum quippe ab hac Nativitáte eſt: quod de ómnibus légitur. Nemo mundus à ſorde: nec infans, cujus eſt uníus diéi vita ſuper terram. Nihil ergo in iſtam ſingulárem Nativitátem de carnis concupiſcéntia transivit: nihil de peccáti lege manávit. Virgo régia Davídicæ ſtirpis elígitur ✠ quæ ſacro gravidánda fœtu, Divínam humanámque prolem priùs conciperet mente: quàm córpore. Et ne ſupérni ignára consílii ad inuſitátos pavéret efféctus ✠ quod in ea operándum erat à Spíritu ſancto: collóquio diſcit angélico. Nec damnum crédidit pudóris: Dei génitrix mox futúra.

℟. Ecce jam venit plenitúdo témporis, in quo miſit Deus Filium ſuum in terras, factum ex mulíere, factum ſub lege. † Ut eos qui ſub lege erant redímeret.

℣. Propter nímiam charitátem ſuam qua diléxit nos Deus, Filium ſuum miſit in ſimilitúdinem carnis peccáti. Ut eos.

Lectio octava.

VErbum ígitur Dei, Deus Filius Dei, qui in princípio erat apud Deum: per quem facta ſunt ómnia, & ſine quo factum eſt nihil ✠ propter liberándum hóminem ab ætérna morte, factus eſt homo: ita ſe ad ſuſceptió[illegible] humilitátis noſtræ ſine diminutióne majeſtátis, inclínans ✠ ut manens [illegible] erat, aſſuménſque quod non erat [illegible] ram ſervi formam ei formæ in qua Patri eſt æquális, uníret ✠ & tanto dere utrámque natúram conſérer[illegible] ut nec inferiórem conſúmeret glori[illegible] tio: nec ſuperiórem minúeret aſſum[illegible]

℟. Párvulus natus eſt nobis, & [illegible] datus eſt nobis: & factus eſt prin[illegible] tus ſuper húmerum ejus. † Et vocá[illegible] Admirábilis, Deus, Fortis.

℣. Multiplicábitur ejus impériun[illegible] pacis non erit finis. Et vocábitur.

℣. Glória Patri. Fortis.

In tertio Nocturno.

Antiph. Párvulus Filius * natu[illegible] nobis, & vocábitur Deus, Fortis, lu-ia, allel. *Cantic.* Pópulus qui a[illegible] lábat. *pag.* 113.

℣. In princípio erat verbum.

℟. Et verbum erat apud Deu[illegible] Deus erat verbum.

Lectio nona.

Inítium ſancti Evangélii: ſecún[illegible] Matthæum. *Matth.* [illegible]

LIber generatiónis Jeſu Chriſti David: fílii Abraham. Et réli[illegible]

Homília Lectiónis ejúſdem: [illegible] Hierónymi Preſbyteri.

IN Iſaía légimus. Generatiónem quis enarrábit? Non ergo put[illegible] Evangeliſtam Prophétæ eſſe co[illegible] rium ✠ ut quod ille impoſsíbile effatu: hic narráre incípiat. Quia i[illegible] generatióne Divinitátis: hic de i[illegible] natióne eſt dictum. A carnálibus a[illegible] cœpit: ut per hóminem, Deum dí[illegible] incipiámus. Fílii David, fílii Abra[illegible] Ordo præpóſterus: ſed neceſſáriò [illegible] mutátus. Si enim primùm poſ[illegible]

Abraham, & póstea David: rursus ei repeténdus fúerat Abraham, ut generatiónis séries texerétur.

℟. Speciósus forma præ filiis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus. † In ætérnum.

℣. Sedes tua Deus in séculum séculi, virga directiónis virga regni tui. In.

Lectio decima.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 2.

IN illo tempore: Exiit edíctum à Cæsare Augústo: ut describerétur univérsus orbis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 8. *in Evang.*

QUid est quòd nascitúro Dómino, mundus descríbitur? nisi hoc quod apértè monstrátur, quia ille apparébat in carne, qui eléctos suos adscríberet in æternitáte? Quò contra de réprobis per Prophétam dícitur. Deleántur de libro vivéntium: & cum justis non scribántur. Qui bene etiam in Béthlehem náscitur. Béthlehem quippe domus panis interpretátur. Ipse namque est, qui ait? Ego sum panis vivus: qui de cælo descéndi. Locus ergo in quo Dóminus náscitur: domus panis ántea vocátus est. Quia futúrum proféctò erat? ut ille ibi per matériam carnis apparéret: qui electórum mentes intérna satietáte reficeret.

℟. Suscépimus Deus misericórdiam tuam in médio templi tui, secúndùm nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ. † Justítia plena est déxtera tua.

℣. Lætétur mons Sion, & exúltent filiæ Judæ propter judícia tua Dómine. Justítia.

Lectio undecima.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 2.

IN illo témpore: Pastóres loquebántur ad ínvicem. Transeámus usque Béthlehem: & videámus hoc verbum quod factum est: quod Dóminus osténdit nobis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 2. *Comment. in Luc.*

BRéviter sanctus Lucas, & quómodo & quo témpore, & quo loco secúndùm carnem Christus natus sit: explicávit. At verò de cælésti generatióne si quæris: lege Evangélium sancti Joánnis? qui à cæléstibus exórsus: ad terréna descéndit. Illic invénies, & quando erat? & quómodo erat: & quid erat? & quid égerat: quid agébat? & ubi erat: & quò vénerit? & quómodo vénerit? quo témpore vénerit: qua causa vénerit. In princípio (inquit) erat Verbum. Habes quando erat. Et Verbum erat apud Deum. Habes quómodo erat. Habes etiam quid erat: Et Deus (inquit) erat Verbum.

℟. Notum fecit Dóminus salutáre suum, in conspéctu géntium revelávit justítiam suam. † Et vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei.

℣. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Et vidérunt.

Lectio duodecima.

Inítium sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 1.

IN princípio erat Verbum. Et Verbum erat apud Deum: & Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Auguſtíni Epiſcopi. *Tract.* 1. *in Joan.*

NE vile áliquid putáres, quale conſuevíſti cogitáre ˥ cùm verba humána ſoléres audíre : audi quid cógites. Deus erat Verbum. Exeat nunc néſcio quis infidélis Arriánus : & dicat quia Verbum Dei factum eſt. Quómodo poteſt fieri, ut Verbum Dei factum ſit, quando Deus per Verbum fecit ómnia ? Si & Verbum Dei factum eſt, per quod áliud Verbum factum eſt ? Si hoc dicis, quia hoc eſt Verbum Verbi ˥ per quod factum eſt illud : ipſum dico ego únicum Filium Dei. Si autem non dicis Verbum Verbi ˥ concéde non factum : per quod facta ſunt ómnia. Non enim per ſeipſum fieri pótuit : per quod facta ſunt ómnia.

℞. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. † Deus Dóminus, & illúxit nobis.

℣. Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, hic factus eſt in caput ánguli. Deus.

℣. Glória Patri. & illúxit nobis.

Cantic. Te Deum laudámus. *pag.* 24.

Inítium ſancti Evangélii : ſecúndùm Matthæum. *Matth.* 1.

LIber generatiónis Jeſu Chriſti filii David : filii Abraham. Abraham génuit Iſaac : Iſaac autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Judam & fratres ejus : Judas autem génuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem génuit Eſrom : Eſrom autem génuit Aram. Aram autem génuit Amínadab : Amínadab autem génuit Naáſſon. Naáſſon autem génuit Salmon : Salmon autem génuit Booz de Rahab. Booz autem génuit Obed ex Ruth : Obed autem génuit Jeſſe. Jeſſe autem : génuit David regem. David autem rex : génuit Salomónem ex ea quæ fuit Uríæ. Sálomon autem génuit Róboam : Róboam autem génuit Abíam. Abías autem génuit Aſa : Aſa autem génuit Jóſaphat. Jóſaphat autem génuit Joram : Joram autem génuit Ozíam. Ozías autem génuit Jóatham : Jóatham autem génuit Achaz. Achaz autem génuit Ezechíam : Ezechías autem génuit Manáſſen. Manáſſes autem génuit Amon : Amon autem génuit Joſíam. Joſías autem génuit Jechoníam & fratres ejus in tranſmigratióne Babylónis. Et poſt tranſmigratiónem Babylónis : Jechonías génuit Saláthiël. Saláthiël autem génuit Zoróbabel : Zoróbabel autem génuit Abiud. Abiud autem génuit Elíacim : Elíacim autem génuit Azor. Azor autem génuit Sadoc : Sadoc autem génuit Achim. Achim autem génuit Eliud : Elíud autem génuit Eleázar. Eleázar autem génuit Mathan : Mathan autem génuit Jacob. Jacob autem : génuit Joſeph virum Maríæ. De qua natus éſt Jeſus, qui vocátur Chriſtus. Amen.

Te decet. *pag.* 129.

Oratio. Concéde quæſumus. *ut infra.*

Ad Laudes. *Antiphona.*

NAtus eſt vobis * hódie Salvátor, qui eſt Chriſtus Dóminus, in civitáte David. *Pſalm.* Dóminus regnávit. *pag.* 68.

Antiph. Angelus * ad paſtóres ait, Annúntio vobis gáudium magnum, quia natus eſt vobis hódie Salvátor, allelu-ia. *Pſalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Facta eſt * cum Angelo multitúdo cæléſtis exércitus, laudántium, & dicéntium, Glória in excélſis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allel. allel. *Pſalm.* Deus Deus. *pag.* 26.

Antiph. Pastóres * loquebántur ad ínvicem, Transeámus usque Béthlehem, & videámus hoc verbum quod Dóminus osténdit nobis, allel. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Et venérunt festinántes, & invenérunt Maríam & Joseph & Infántem pósitum in præsépio, allel. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Pópulus qui. *pag.* 163.

℟. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Benedíctus.

℣. Deus Dóminus & illúxit nobis. Benedíctus.

℣. Glória Patri. Benedíctus.

Hymnus Egréssus ejus. *pag.* 163.

℣. Verbum caro factum est, & habitávit in nobis.

℟. Et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti à Patre.

Ad Benedictus.

Antiph. Glória * in excélsis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelu-ia, allelu-ia.

Oratio.

Concéde quæsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas liberet ˥ quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet: Per eúmdem Dóminum nostrum.

Ad Primam.

Antiph. Natus est vobis. *pag* 168.

Capitulum. Regi seculórum. *Oratio.* In hac hora. *& si sit Dominica. Oratio.* Omnípotens.

Ad Tertiam.

Antiph. Angelus.

Capitulum. Pópulus qui. *pag.* 163.

℣. In sole pósuit tabernáculum suum.

℟. Et ipse tanquam sponsus procédens de thálamo suo.

Oratio. Concéde quæsumus omnípot.

Ad Sextam.

Antiph. Facta est.

Capitulum. *Isaiæ* 9.

Parvulus natus est nobis ˥ Filius datus est nobis: & factus est principátus super húmerum ejus.

℣. Notum fecit Dóminus salutáre suum.

℟. In conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Oratio.

Réspice nos miséricors Deus: & méntibus cleménter humánis, nascénte Christo, summæ veritátis lumen osténde eúmdem Dóminum nostrum Jesum Chistum Filium tuum. Qui tecum vivit.

Ad Nonam.

Antiph. Et venérunt.

Capitulum. *Isaiæ.* 9.

Super sólium David, & super regnum ejus sedébit ˥ ut confírmet illud, & corróboret in judício & justítia: ámodo & usque in sempitérnum.

℣. In princípio erat Verbum.

℟. Et Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Oratio.

Largíre quæsumus Dómine fámulis tuis, fidei, spei, & charitátis augméntum: ut qui in Nativitáte Filii tui Dómini nostri gloriántur ˥ & advérsa mundi, te gubernánte, non séntiant: & quæ temporáliter celebráre desíderant, sine fine percípiant. Per eúmdem Dóm.

Ad Vesperas.

Antiph. Tecum princípium * in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: ex útero ante lucíferum génui te. *Psalm.* Dixit Dóminus. *pag.* 94.

Antiph. Redemptiónem * misit Dóminus pópulo suo, mandávit in ætérnum

testaméntum suum. *Psalm.* Confitébor tibi. *pag.* 95.

Antiph. Exórtum est * in ténebris lumen rectis corde, misèricors, & miserátor, & justus Dóminus. *Psalm.* Beátus vir. *pag.* 95.

Antiph. De fructu * ventris tui ponam super sedem tuam. *Psalm.* Meménto. *pag.* 99.

Capitulum. Pópulus. *pag.* 163.

℟. *magnum.* Verbum caro. *pag.* 164.

Hymnus. Venit Redémptor. *pag.* 163.

℣. Benedictus qui venit.

Ad Magnificat.

Antiph. Omnia * per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux hóminum, & lux in ténebris lucet: & ténebræ eam non comprehendérunt.

Oratio. Concéde quæsumus. *pag.* 169.

Et fit commemoratio de S. Stephano protomartyre.

Antiph. Stéphanus autem * plenus grátia & fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.

℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Oratio.

DA nobis Dómine quæsumus imitári quod cólimus ✠ ut discámus & inimícos dilígere: quia ejus natalítia celebrámus ✠ qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus ✠ per ómnia.

Si Dominica contigerit in festis sanctorum Stephani, Joannis, Innocentium, & Thomæ martyris, nulla fit de ipsa commemoratio.

IN FESTO S. STEPHA[NI]

Ad Matutinas, Invitatorium, Hy[mnus,] Antiphonæ, Psalmi, Cantica, & Ve[rsus] sunt de Communi unius Martyris; ca[etera] hic habentur.

Lectio prima. *Actor. 6.*

IN diébus illis: crescénte número [dis]cipulórum ✠ factum est murmur G[ræ]córum advérsùs Hebræos: eò quòd [des]piceréntur in ministério quotidiáno [vi]duæ eórum. Convocántes autem [duo]decim multitúdinem discipulórum [di]xérunt. Non est æquum nos derelín[que]re verbum Dei: & ministráre me[nsis.] Consideráte ergo (fratres) viros ex [vo]bis boni testimónii septem ✠ plenos [Spi]ritu sancto, & sapiéntia: quos consti[tua]mus super hoc opus. Nos verò ora[tio]ni, & ministério verbi instántes érim[us.]

℟. Stéphanus autem plenus gráti[a &] fortitúdine. † Faciébat prodígia & si[gna] magna in pópulo.

℣. Surrexérunt quidam de synag[oga] disputántes cum Stéphano, & non [po]terant resístere sapiéntiæ. & Spirítui [qui] loquebátur. Faciébat.

Lectio secunda.

ET plácuit sermo coram omni [mul]titúdine. Et elegérunt Stépha[num] virum plenum fide & Spíritu sancto [&] Philíppum, & Próchorum, & Nicá[no]rem, & Timónem, & Parménam [&] Nicoláum ádvenam Antiochénum. [Hos] statuérunt ante conspéctum Apost[olo]rum: & orántes imposuérunt eis ma[nus.] Et verbum Dómini crescébat ✠ & [mul]tiplicabátur númerus discipulórum [in] Jerúsalem valde: multa étiam turb[a sa]cerdótum obediébat fidei.

℟. Surrexérunt quidam de synag[oga] disputántes cum Stéphano. † Et

t resístere sapiéntiæ & Spirítui, uebátur.
mmovérunt ítaque plebem, & éntes rapuérunt eum, & addun concílium. Et non.

Lectio tertia.

hanus autem plenus grátia & túdine: faciébat prodígia & sina in pópulo. Surrexérunt audam de synagóga, quæ appelláertinórum, & Cyrenénsium: & rinórum ꟸ & eórum qui erant à k Asia: disputántes cum Stéphanon póterant resístere sapiéntiæ: tui, qui loquebátur. Tunc sumt viros ꟸ qui dícerent se audim dicéntem verba blasphémiæ: sen & in Deum.
débant omnes Stéphanum qui concílio. † Et intuebántur vuls tanquam vultum Angeli.
ncurréntes rapuérunt eum, & unt in concílium. Et.

Lectio quarta.

nmovérunt ítaque plebem, & ióres, & scribas: & concurrenérunt eum ꟸ & adduxérunt in m: & statuérunt falsos testes, rent. Homo iste non cessat loa advérsùs locum sanctum, & udívimus enim eum dicéntem ꟸ n Jesus Nazarénus hic, déstruet stum: & mutábit traditiónes didit nobis Moyses. Et intuénomnes, qui sedébant in conidérunt fáciem ejus tanquam fágeli.
Honéstum fecit illum Dóminus, dívit illum ab inimícis. † Et à ibus tutávit illum, & dedit illi m ætérnam.
onestávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus. Et à seduct.
℣. Glória Patri. claritátem.

Lectio quinta.

Sermo beáti Fulgéntii Epíscopi.

Serm. 4.

HEri celebrávimus temporálem sempitérni Regis nostri natálem: hódie celebrámus triumphálem mílitis passiónem. Heri enim Rex noster trábea carnis indútus de aula virginális úteri egrédiens, visitáre dignátus est mundum ꟸ hódie miles de tabernáculo córporis éxiens: triumphátor migrávit ad cælum.

℞. Intuens in cælum beátus Stéphanus, vidit glóriam Dei, & ait. † Ecce vídeo cælos apértos, & Filium hóminis stantem à déxtris virtútis Dei.

℣. Cùm autem esset plenus Spíritu sancto, inténdens in cælum vidit glóriam Dei, & ait. Ecce vídeo.

Lectio sexta.

ILle sempitérnæ Deitátis majestáte serváta ꟸ servíle cinctórium carnis assúmens: in hujus séculi campum pugnatúrus intrávit. Iste depósitis corruptibílibus córporis induméntis: ad cæli palátium perénniter regnatúrus ascéndit. Ille descéndit carne velátus: iste ascéndit sánguine laureátus. Ascéndit iste lapidántibus Judæis: quia ille descéndit lætántibus Angelis.

℞. Vídeo cælos apértos, & Jesum stantem à dextris virtútis Dei. † Dómine Jesu áccipe spíritum meum, & ne státuas illis hoc peccátum.

℣. Et ejiciéntes eum extra civitátem, lapidábant invocántem & dicéntem. Dómine Jesu.

Lectio septima.

GLória in excélsis Deo, heri sancti Angeli exultántes cantavérunt: hódie Stéphanum lætántes in suum con-

sórtium suscepérunt. Heri Dóminus exívit de útero Vírginis: hódie miles egréssus est de ergástulo carnis. Heri Christus pro nobis pannis est involútus: hódie Stéphanus stola est ab eo immortalitátis indútus.

℞. Impetum fecérunt unanímiter in eum,& ejecérunt eum extra civitátem. † Invocántem & dicéntem, Dómine áccipe spíritum meum.

℣. Et testes deposuérunt vestiménta sua secus pedes adolescéntis, qui vocabátur Saulus, & lapidábant eum. Invocántem.

Lectio octava.

HEri præsépis angústia Christum portávit infántem: hódie imménsitas cæli suscépit Stéphanum triumphántem. Solus Dóminus descéndit, ut multos eleváret: humiliávit se Rex noster, ut suos mílites exaltáret. Qui enim córpori suo Vírginis præparávit úterum: ipse mártyri suo aperíre dignátus est cælum. Dóminus Christus angústias intráre non dedignátus est úteri: ut ánimam Stéphani latitúdo suscíperet cæli.

℞. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei Dómine. † Et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. Et voluntáte.

℣. Glória Patri. non fraudásti eum.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 23.

IN illo témpore: Dicébat Jesus turbis Judæórum: & princípibus sacerdótum. Ecce ego mitto ad vos prophétas, & sapiéntes, & scribas ꟸ & ex illis occidétis, & crucifigétis: & ex eis flagellábitis in synagógis vestris. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: [...]
Hierónymi Presbyteri.

Lib. 4. Comment. in cap. 23. M[...]

HOc quod ántea dixerámus [...] pléte mensúram patrum [...] rum, ad persónam Dómini pertin[...] eò quòd occidéndus esset ab eis: [...] & ad discípulos ejus reférri, de [...] nunc dicit. Ecce ego mitto ad vo[...] phétas, & sapiéntes, & scribas ꟸ [...] illis occidétis, & crucifigétis: & [...] lábitis in synagógis vestris ꟸ & [...] quémini de civitáte in civitáte[...] impleátis mensúram patrum vestr[...]

℞. Lapidábant Stéphanum invocá[...] & dicéntem. † Dómine Jesu Chri[...] cipe spíritum meum, & ne státua[...] hoc peccátum.

℣. Pósitis autem génibus clamávit [...] magna, dicens. Dómine.

Lectio decima.

SImúlque obsérva, juxta Apóst[...] scribéntem ad Corínthios ꟸ [...] esse dona discipulórum Christi: [...] prophétas, qui ventúra prædic[...] álios sapiéntes, qui nóverint q[...] débeant proferre sermónem: álios [...] bas in lege doctíssimos. Ex quibu[...] pidátus est Stéphanus ꟸ Paulus [...] sus ꟸ crucifixus Petrus ꟸ flagell[...] Actibus Apostolórum discípuli ꟸ & [...] secúti eos sunt de civitáte in civit[...] expelléntes de Judæa: ut ad gén[...] pópulum transmigrárent.

℞. Curavérunt Stéphanum viri [...] ráti, & fecérunt planctum magnu[...] per illum: facta est autem & perse[...] magna advérsùs Ecclésiam. † Qua[...] Jerosólymis.

℣. Saulus autem erat consénti[...] ci ejus, & devastábat Ecclésiam. [...] erat.

Lectio undecima.

T véniat super vos omnis sanguis
ustus, qui effúsus est super ter-
à sanguine Abel justi usque ad
iem Zacharíæ filii Barachíæ :
occidístis inter templum & altá-
Abel nulla est ambigúitas : quin
quem Caïn frater ejus occíderit.
autem non solùm ex Dómini
ntentia ꟸ sed ex Génesis testimó-
nprobátur : ubi accépta ejus à
arrántur múnera.
Coróna aúrea super caput ejus
a signo sanctitátis glória honó-
t opus fortitúdinis.
Non recédet memória ejus, &
ejus requirétur à generatióne in
iónem. Et opus.

Lectio duodecima.

Varinus quis iste sit Zacharías
lius Barachíæ : quia multos légi-
charías. Et ne líbera nobis tri-
r erróris facúltas ꟸ ádditum est:
occidístis inter templum & altá-
divérsis divérsa legi : & débeo
rum opiniónes pónere.
robávit me Dóminus quasi au-
iod per ignem transit, vestígia
cútus est pes meus. † Viam ejus
vi, & non declinávi ex ea.
mandátis labiórum ejus non re-
t in sinu meo abscóndi verba
is. Viam ejus.
lória Patri. ex ea.
éntia sancti Evangélii : secún-
atthæum. *Matth.* 23.
lo témpore: Dicébat Jesus turbis
órum: & princípibus sacerdótum.
go mitto ad vos prophétas, &
s, & scribas ꟸ & ex illis occi-
t crucifigétis : & ex eis flagellá-
synagógis vestris. Et persequé-
mini de civitáte in civitátem : ut véniat
super vos omnis sanguis justus, qui
effúsus est super terram ꟸ à sanguine
Abel justi, usque ad sánguinem Zacha-
ríæ filii Barachíæ : quem occidístis inter
templum & altáre. Amen dico vobis :
vénient hæc ómnia super generatiónem
istam. Jerúsalem, Jerúsalem, quæ occí-
dis prophétas, & lápidas eos qui ad te
missi sunt, quóties vólui congregáre
fílios tuos quemádmodum gallína cón-
gregat pullos suos sub alas, & noluísti?
Ecce relinquétur vobis domus vestra de-
sérta. Dico enim vobis ꟸ non me vidé-
bitis ámodo, donec dicátis : Benedíctus
qui venit in nómine Dómini. Amen.

Oratio. Da nobis Dómine. *pag.* 170.

Ad Laudes. Antiphona.

STéphanus autem * plenus grátia & fortitúdine faciébat signa magna in pópulo. *Psalm.* Dóminus regn. *pag.* 68.

Antiph. Ecce vídeo * cælos apértos, & Jesum stantem à dextris Dei. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Impetum * fecérunt unanímiter in eum, & ejiciéntes eum extra civitátem lapidábant invocántem, & dicéntem, Dómine Jesu áccipe spíritum meum. *Psalm.* Deus Deus. *pag.* 26.

Antiph. Pósitis * autem génibus clamávit dicens, Dómine ne státuas illis hoc peccátum. *Cantic.* Benedícite ómnia. *pag.* 26.

Antiph. Sepeliérunt * Stéphanum viri timoráti, & fecérunt planctum magnum super eum. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Actor. 6.

STéphanus plenus grátia & fortitúdine : faciébat prodígia & signa magna in pópulo.

℟. Magna est glória ejus.

Hymnus. Martyr Dei. *ut in Communi.*

℣. Posuísti Dómine.

Ad Benedictus.

Antiph. Requirétur * à vobis omnis sanguis justus, qui effúsus est super terram, à sánguine Abel justi usque ad sánguinem Zacharíæ filii Barachíæ, quem occidistis inter templum & altáre.

Oratio. Da nobis. *pag.* 170. *Et fit commemor. de Nativit.*

Antiph. In princípio. *pag.* 183.

℣. Verbum caro.

Oratio. Deus, qui per beátæ. *pag.* 184.

Ad Primam.

Antiph. Stéphanus autem. *ut supra.*

Ad Tertiam.

Antiph. Ecce vídeo.

Capit. Stéphanus plenus.

℣. Glória & honóre.

Oratio. Da nobis. *pag.* 170.

Ad Sextam.

Antiph. Impetum.

Capitulum. *Actor.* 7.

CUm esset Stéphanus plenus Spíritu sancto ✠ inténdens in cælum, vidit glóriam Dei: & Jesum stantem à dextris Dei, & ait ✠ Ecce vídeo cælos apértos: & Fílium hóminis stantem à dextris Dei.

℣. Desidérium.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítæ Stéphani sánguine dedicásti ✠ tríbue quæsumus, ut pro nobis intercéssor exístat: qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

Ad Nonam.

Antiph. Sepeliérunt.

Capitulum. *Actor.* 7.

POsitis autem génibus, clamávit voce magna, dicens ✠ Dómine ne státuas illis hoc peccátum ✠ & cùm hoc dixísset: obdormívit in Dómino.

℣. Lætábitur justus.

Oratio. Omnípotens sempitérne D

Ad Vesperas.

Antiph. Virgam. *cum reliquis A phonis, & Psalmis de Communi u Martyris.*

Capitulum. Stéphanus plenus.

℟. Posuísti.

Hymnus. Deus tuórum. *ut in Comm*

℣. Magna est glória ejus.

Ad Magnificat.

Antiph. Jerúsalem, Jerúsalem, occídis Prophétas, & lápidas eos ad te missi sunt: quóties volui con gáre filios tuos, quemádmodum ga cóngregat pullos suos sub alas, & luísti?

Oratio. Da nobis. *pag.* 170.

Commemoratio de sancto Joanne.

Antiph. Hic est discípulus ille, * q diligébat Jesus: qui & recúbuit in c super pectus ejus.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.

Oratio.

ECcléfiam tuam Dómine beni illústra: ut beáti Joánnis Eva lístæ illumináta doctrínis ✠ ad dona véniat sempitérna: Per Christum.

Commemoratio de Nativitate.

Antiph. Verbum caro.

℣. Benedíctus qui.

Oratio. Concéde quæs. omníp. *p.*

IN FESTO SANCTI JOAN Evangelistæ.

Ad Matutinas: Invitatorium, H Antiphonæ, Psalmi, Cantica, & Versus de Communi Apostolorum.

Lectio prima. *Apoc.* 1.

APocalypsis Jesu Christi, quan dit illi Deus, palam facere s

opórtet fieri citò ꝰ & signi-
ittens per Angelum suum ser-
ánni : qui testimónium perhí-
o Dei, & testimónium Jesu
uæcúmque vidit. Beátus, qui
audit verba prophetiæ hujus:
ea quæ in ea scripta sunt.
enim prope est.
illo die suscípiam te servum
ponam te sicut signáculum
ectu meo, quóniam ego elégi
t Dóminus.
fidélis usque ad mortem, &
corónam vitæ. Dicit.

Lectio secunda.

s septem Ecclésiis, quæ sunt
. Grátia vobis & pax ab eo,
qui erat, & qui ventúrus est:
m spirítibus, qui in conspéctu
s sunt. Et à Jesu Christo, qui
idélis ꝰ primogénitus mortuó-
Princeps regum terræ: qui di-
& lavit nos à peccátis nostris
ne suo ꝰ & fecit nos regnum
otes Deo & Patri suo: ipsi gló-
périum, in sécula seculórum,

e puer meus quem elégi, dicit
, eléctus meus. † Complácuit
ánima mea.
ui super eum Spíritum meum.
uit.

Lectio tertia.

venit cum núbibus ꝰ & vidé-
m omnis óculus : & qui eum
nt. Et plangent se super eum
bus terræ: étiam, Amen. Ego
& omega, princípium & fi-
t Dóminus Deus: qui est, &
, & qui ventúrus est omnípo-
o Joánnes frater vester, &
in tribulatióne, & regno, &
patiéntia in Christo Jesu: fui in ínsula quæ appellátur Patmos, propter verbum Dei, & testimónium Jesu.

℟. Cibávit illum Dóminus pane vitæ & intelléctus, & aqua sapiéntiæ salutáris potávit eum. † Et exaltávit eum apud próximos suos.

℣. In médio Ecclésiæ apéruit os ejus, & implévit eum spíritu sapiéntiæ & intelléctus. Et exaltávit.

Lectio quarta.

FUi in spíritu in Domínica die: & audívi post me vocem magnam tanquam tubæ dicéntis. Quod vides scribe in libro ꝰ & mitte septem Ecclésiis, quæ sunt in Asia: Epheso, & Smyrnæ, & Pérgamo, & Thiatyræ ꝰ & Sardis, & Philadelphíæ : & Laodicíæ. Et convérsus sum : ut vidérem vocem, quæ loquebátur mecum.

℟. Qui sunt isti qui ut nubes volant. † Et quasi colúmbæ ad fenéstras suas.

℣. Candidióres nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antíquo. Et quasi.

℣. Glória Patri. ad fenéstras suas.

Lectio quinta.

Sermo beáti Augustíni Epíscopi.

Tract. 124. in Joann.

DUas vitas sibi divínitus prædicátas & commendátas novit Ecclésia ꝰ quarum est una in fide : áltera in spécie. Una in témpore peregrinatiónis : áltera in æternitáte mansiónis. Una in labóre: áltera in réquie. Una in via : áltera in pátria. Una in ópere actiónis : áltera in mercéde contemplatiónis. Una declínat à malo, & facit bonum : áltera nullum habet, à quo declínet, malum, & magnum habet, quo perfruátur, bonum.

℟. In médio Ecclésiæ apéruit os ejus. † Et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ & intelléctus.

℣. Jucunditátem & exultatiónem thesaurizávit super eum. Et implévit.

Lectio sexta.

UNa cum hoste pugnat : áltera sine hoste regnat. Una fortis est in advérsis : áltera nihil sentit advérsi. Una carnáles libídines frænat : áltera spirituálibus delectatiónibus vacat. Una est vincéndi cura solícita : áltera victóriæ pace secúra. Una in tentatiónibus adjuvátur : áltera sine ulla tentatióne in ipso adjutóre lætátur.

℟. Jucunditátem & exultatiónem thesaurizávit super eum. † Et nómine ætérno hæreditábit illum Dóminus Deus noster.

℣. Cibávit illum pane vitæ & intelléctus, & aqua sapiéntiæ salutáris potávit eum. Et nómine.

Lectio septima.

UNa subvenit indigénti : áltera ibi est, ubi nullum ínvenit indigéntem: Una aliéna peccáta, ut sua sibi ignoscántur, ignóscit : áltera nec pátitur quod ignóscat, nec facit quod sibi poscat ignósci. Una flagellátur malis, ne extollátur in bonis : áltera tanta plenitúdine grátiæ, caret omni malo ꝛ ut sine ulla tentatióne supérbiæ : cohæreat summo bono.

℟. Hoc est præcéptum meum, ut diligátis ínvicem sicut diléxi vos : majórem charitátem nemo habet, ut ánimam suam ponat quis pro amícis suis. † Vos amíci mei estis, si fecéritis quæ præcípio vobis, dicit Dóminus.

℣. Vos autem dixi amícos, quia ómnia quæcúmque audívi à Patre meo nota feci vobis. Vos amíci.

Lectio octava.

UNa bona & mala discérnit : áltera quæ sola bona sunt, cernit. Ergo una bona est, sed adhuc mísera : áltera mélior, & beáta. Ista significáta est per Apóstolum Petrum : illa per Joán[...] Tota hìc ágitur ista, usque in huju[...] culi finem, & illic invénit finem ꝛ diff[...] illa compléndа post hujus séculi fi[...] sed in futúro século non habet fi[...]

℟. Sic eum volo manére done[...] niam. † Quid ad te ? Tu me séque[...]

℣. Hunc ergo cùm vidísset Pe[...] dixit Jesu, Dómine, hic autem q[...] Quid ad te ?

℣. Glória Patri. Tu me séquere.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secún[...] Joánnem. *Joann. 21.*

IN illo témpore : Dixit Jesus P[...] Séquere me. Convérsus Petrus [...] illum discípulum, quem diligébat J[...] sequéntem ꝛ qui & recúbuit in [...] super pectus ejus, & dixit : Dó[...] quis est qui tradet te. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : [...] Augustini Epíscopi.

Tract. 124. in Joann.

NOn parva quæstio est, cur Ap[...] lo Petro, quando se tértiò n[...] festávit discípulis, díxerit Dóminus [...] quere me : de Apóstolo autem Joá[...] sic eum volo manére donec véni[...] quid ad te. Huic quæstióni qua[...] Dóminus ipse donáverit, sive pe[...] ctándæ, sive solvéndæ : sermónem [...] víssimum hujus óperis impéndimu[...]

℟. Hic est discípulus ille, qui test[...] nium pérhibet de his, & scripsit h[...] Et scimus quia verum est testimó[...] ejus.

℣. Qui testimónium perhíbuit [...] Dei, & testimónium Jesu Christi [...] cúmque vidit. Et scimus.

Lectio decima.

CUm ergo prænuntiásset Dón[...] Petro, qua morte clarifica[...]

esset Deum : dicit ei, Séquere me. Convérsus Petrus vidit illum discípulum, quem diligébat Jesus, sequéntem : qui & recúbuit in cœna super pectus ejus, & dixit ✠ Dómine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cùm vidísset Petrus : dixit Jesu. Dómine ✠ hic autem quid? Dicit ei Jesus. Sic eum volo manére donec véniam ✠ quid ad te? Tu me séquere.

℟. Joánnes septem Ecclésiis quæ sunt in Asia, grátia vobis, & pax ab eo. † Qui est, & qui erat, & qui ventúrus est.

℣. Ego Joánnes frater vester, & párticeps in tribulatióne & regno, fui in ínsula quæ appellátur Patmos, propter verbum Dei, & testimónium Jesu. Qui.

Lectio undecima.

EXiit ergo sermo iste inter fratres: quia discípulus ille non móritur. Et non dixit Jesus, non móritur ✠ sed sic eum volo manére donec véniam ✠ quid ad te? Ecce quoúsque in hoc Evangélio exténditur quæstio : quæ sua profunditáte, non mediócriter, mentem scrutántis exércet. Cur enim dicitur Petro, Séquere me, nec dícitur cæteris qui simul áderant ✠ & profécto eum sicut magístrum discípuli, sequebántur?

℟. Qui vícerit, fáciam illum colúmnam in templo meo, dicit Dóminus. † Et scribam super eum nomen meum & nomen civitátis novæ Jerúsalem.

℣. Vincénti dabo édere de ligno vitæ, quod est in paradíso Dei mei. Et.

Lectio duodecima.

SEd si ad passiónem intelligéndum est, nunquid solus pro Christiána veritáte passus est Petrus? Nonne ibi erat in illis septem : álius fílius Zebedæi frater Joánnis ✠ qui post ejus Ascensiónem ab Heróde manifestátur occísus? Verùm áliquis díxerit : quóniam Jacóbus non est crucifixus ✠ méritò dictum est Petro, Séquere me : qui non solùm mortem, sed étiam mortem crucis, sicut Christus expértus est.

℟. Non sunt loquélæ neque sermónes, quorum non audiántur voces eórum. † In omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. In omnem.

℣. Glória Patri. verba eórum.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 21.

IN illo témpore : Dixit Jesus Petro. Séquere me. Convérsus Petrus vidit illum discípulum, quem diligébat Jesus sequéntem ✠ qui & recúbuit in cœna super pectus ejus, & dixit : Dómine quis est qui tradet te. Hunc ergo cùm vidísset Petrus : dixit Jesu. Dómine ✠ hic autem quid? Dicit ei Jesus. Sic eum volo manére : donec véniam. Quid ad te? tu me séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres : quia discípulus ille non móritur. Et non dixit ei Jesus, non móritur ✠ sed sic eum volo manére donec véniam : quid ad te. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his : & scripsit hæc. Et scîmus, quia verum est testimónîum ejus. Amen.

Oratio. Ecclésiam. *pag.* 174.

Ad Laudes. *Antiphona.*

HIc est discípulus ille, * quem diligébat Jesus, qui & recúbuit in cœna super pectus ejus. *Psalm.* Dóminus regnávit. *pag.* 68.

Antiph. Sic eum * volo manére donec véniam, tu me séquere. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Exiit sermo * inter fratres, quòd discípulus ille non móritur: & non dixit Jesus, non móritur: sed sic eum volo manére donec véniam. *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Hic est discípulus ille * qui testimónium pérhibet de his: & scimus quia verum est testimónium ejus. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Sedére autem * ad déxteram meam vel sinístram, non est meum dare vobis, sed quibus parátum est à Patre meo. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. *Eccles.* 15.

QUi timet Deum, fáciet bona ꟸ & qui cóntinens est justítiæ, apprehéndet illam: & obviábit illi quasi mater honorificáta.

℟. Annuntiavérunt ópera Dei.

Hymn. Exúltet cælum. *ut in communi.*

℣. In omnem terram.

Ad Benedictus.

Antiph. Sunt de hìc stántibus * qui non gustábunt mortem, donec vídeant Filium hóminis in regno suo.

Oratio. Ecclésiam tuam. *pag.* 174.

Commemoratio de Nativitate.

Antiph. Propter nímiam. *pag.* 183.

℣. Verbum caro.

Oratio. Concéde nobis. *pag.* 184.

Ad Primam.

Antiph. Hic est discípulus ille.

Ad Tertiam.

Antiph. Sic eum.

Capitulum. Qui timet.

℣. Constítues.

Oratio. Ecclésiam tuam. *pag.* 174.

Ad Sextam.

Antiph. Exiit sermo.

Capitulum. *Eccles.* 15.

IN médio Ecclésiæ apéruit os ejus ꟸ & implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ, & intelléctus: & stola induit eum.

℣. Annuntiavérunt cæli justíti

Oratio.

BEáti Joánnis Evangelístæ, mus Dómine, supplicatióne tus ꟸ & véniam nobis tríbue: & dia sempitérna concéde. Per Dó

Ad Nonam.

Antiph. Sedére autem.

Capitulum. *Eccles.* 15

JUcunditátem & exultatióne saurizábit super eum: & æterno hæreditábit illum Dómin noster.

℟. Deo grátias.

℣. Nimis honoráti sunt.

Oratio. Beáti Joánnis Evangel

Ad Vesperas.

Antiph. Jurávit. *cum cæteris nis & Psalmis de Communi Apos*

Capitulum. Qui timet.

℟. In omnem terram.

Hymnus. Exúltet cælum. *ut in*

℣. Annuntiavérunt ópera.

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce puer meus * eléctu elégi, pósui super eum spíritum

Oratio. Ecclésiam tuam. *pag.*

Commemoratio de SS. Innocen

Antiph. Heródes irátus * occí tos púeros in Béthlehem Judæ fínibus ejus.

℣. Justi autem.

Oratio

DEus, cujus hodiérna die nium Innocéntes Mártyr loquéndo, sed moriéndo conféss ómnia in nobis vitiórum mala ca ꟸ ut fidem tuam quam lingu lóquitur, étiam móribus vita fa Qui vivis & regnas.

Commemoratio de Nativitate.
Antiph. Ecce jam venit. *pag.* 183.
℣. Benedíctus.
Oratio. Concéde quæsumus. *pag.* 169.

IN FESTO SS. INNOCENTIUM.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Regem Mártyrum.
Psalm. Veníte.

Hymnus. *Prudent.*

Audit tyránnus ánxius
Adésse regum príncipem,
Qui nomen Israël regat,
Teneátque David régiam.
Exclámat amens núncio,
Succéssor instat, péllimur,
Satélles, i, ferrum rape,
Perfúnde cunas sánguine.
Quid próficit tantum nefas?
Quid crimen Heródem juvat?
Unus tot inter fúnera
Impúnè Christus tóllitur.
Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine:
Cum Patre, & sancto Spíritu,
In sempitérna sécula, Amen.

Antiphonæ, Psalmi, Cantica, & Versus sunt de Communi Martyrum.

Lectio prima. *Apoc. 6.*

Et cùm aperuísset sigíllum quintum ˥ vidi subtus altáre ánimas interfectórum propter verbum Dei, & propter testimónium quod habébant: & clamábant voce magna, dicéntes. Usquequo Dómine (sanctus & verus) non júdicas, & non víndicas sánguinem nostrum ˥ de iis qui hábitant in terra?

℟. Isti sunt sancti qui non inquinavérunt vestiménta sua. † Ambulábunt mecum in albis, quia digni sunt.

℣. Hi sunt qui cum muliéribus non sunt coinquináti, vírgines enim sunt. Ambulábunt.

Lectio secunda.

Et datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ: & dictum est illis, ut requiéscerent adhuc tempus módicum ˥ donec compleántur consérvi eórum, & fratres eórum: qui interficiéndi sunt, sicut & illi. Et vidi cùm aperuísset sigíllum sextum ˥ & ecce terræ motus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilícinus: & luna tota facta est sicut sanguis.

℟. Ambulábunt mecum in albis. † Quóniam digni sunt, & non delébo nómina eórum de libro vitæ.

℣. Isti sunt qui non inquinavérunt vestiménta sua: ambulábunt mecum in albis. Quóniam.

Lectio tertia.

Et stellæ de cælo cecidérunt super terram ˥ sicut ficus emíttit grossos suos: cùm à vento magno movétur. Et cælum recéssit sicut liber involútus ˥ & omnis mons, & ínsulæ de locis suis motæ sunt: & reges terræ, & príncipes, & tribúni, & dívites, & fortes, & omnis servus, & liber, abscondérunt se in spelúncis, & in petris móntium.

℟. Adoravérunt vivéntem in sécula seculórum. † Mitténtes corónas suas ante thronum Dómini Dei sui.

℣. Et cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas. Mitténtes.

Lectio quarta.

Et dicunt móntibus, & petris ˥ Cádite super nos, & abscóndite nos à fácie sedéntis super thronum, & ab ira Agni: quóniam venit dies magnus iræ ipsórum ˥ & quis póterit stare? Post hæc vidi quátuor Angelos stantes super quátuor ángulos terræ ˥ tenéntes quá-

tuor ventos terræ, ne flarent super terram: neque super mare, neque in ullam árborem.

℟. Justórum ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum mortis, visi sunt óculis insipiéntium mori. † Illi autem sunt in pace.

℣. Deus tentávit illos: & invénit illos dignos se. Illi autem.

℣. Glória. in pace.

Lectio quinta.

Sermo beáti Augustíni Epíscopi.

Serm. 9. de Sanctis.

CHristo secúndùm prophetíæ fidem nato in Béthlehem Judæ, tempóribus Heródis regis ✠ de Oriéntis pártibus adventántes quidam viri ex Magórum gente: percontántur ab Heróde, úbinam esset Rex qui nuper natus est Judæórum ✠ affirmántes vidísse se stellam ejus in Oriénte, quæ sibi étiam dux itíneris extitísset: causam verò tantæ properatiónis, adorándi ac venerándi nuper éditi Regis esse.

℟. Vidi Agnum stantem supra montem Sion, & cum eo sanctórum míllia. † Et habébant nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

℣. Et cantábant quasi cánticum novum ante sedem, & ante quátuor animália, & senióres. Et habébant.

Lectio sexta.

QUibus ille audítis ✠ incredibíliter deterrétur: timens & verens ne status sui periclitarétur impérii. Advocátis, accersitísque legis doctóribus requírens percontátur: úbinam Christum nasci sperárent. Ut verò ex Michææ oráculis locus nativitátis ejus apud Béthlehem designátus est: uno præcépto rex omnes lacténtes púeros, non solùm apud Béthlehem, sed & in ómnibus ejus fínibus à bimátu & infra ✠ secúndùm tempus quod exploráverat à Magis, interími jubet: si quómodo étiam Jesum cum æquævis posset extínguere.

℟. Audívi vocem de cælo tanquam vocem aquárum multárum, & tanquam vocem tonítrui magni: & vocem quam audívi, sicut citharædórum citharizántium. † In cítharis suis.

℣. Et habébant cítharas Dei, & cantábant cánticum Moysi servi Dei: & cánticum Agni. In cítharis suis.

Lectio septima.

SEd prævénit regis insídias puer abdúctus in Ægyptum: paréntibus de dolo regis, Angelo prænuntiánte commónitis. Decéptus ítaque Heródes rex, & illúsus à Magis ✠ mittit in Bethlehem, & in omnes fines ejus: ut interficiántur púeri à bimátu, & infra. Occidúntur pro Christo párvuli: pro justítia móritur innocéntia.

℟. Centum quadragínta quátuor míllia, qui empti sunt de terra, hi sunt qui cum muliéribus non sunt coinquináti: vírgines enim permansérunt. † Hi sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℣. Hi empti sunt ex homínibus primítiæ Deo & Agno, & in ore eórum non est invéntum mendácium. Hi seq.

Lectio octava.

QUàm beáta ætas, quæ necdum Christum potest loqui: & jam pro Christo merétur occídi. Nondum opportúna vúlneri: & jam idónea passióni. Quàm fœlíciter nati ✠ quibus in primo nascéndi límine: ætérna vita óbviam venit. Incúrrunt quidem inter ipsa primórdia accéptæ lucis, perículum, & finem salútis: sed de ipso prótinus fine cápiunt princípia æternitátis.

℟. Córpora sanctórum in pace sepúl-

ta sunt. † Et nómina eórum vivent in generatiónem & generatiónem.

℣. Sapiéntiam sanctórum narrant pópuli, & laudem eórum núntiat Ecclésia. Et nómina.

℣. Glória Patri. & generatiónem.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 2.

IN illo témpore : Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph : dicens. Surge, & áccipe Púerum & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum : & esto ibi usque dum dicam tibi. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in cap. 2. Matth.

QUando Joseph tulit Púerum, & Matrem ejus ꟸ ut in Ægyptum tránseat : nocte tulit & in ténebris. Quando verò revértitur in Judæam : nec nox, nec ténebræ ponúntur in Evangélio.

℟. Hi empti sunt ex homínibus primítiæ Deo & Agno : & in ore ipsórum non est invéntum mendácium. † Sine mácula sunt ante thronum Dei.

℣. In conspéctu Agni amícti sunt stolis albis, & palmæ in mánibus eórum. Sine mácula.

Lectio decima.

UT adimplerétur quod dictum est à Dómino per prophétam dicéntem : Ex Ægypto vocávi fílium meum. Respóndeant, qui Hebræórum volúminum dénegant veritátem : ubi hoc in Septuagínta legátur Interprétibus. Quod cùm non invénerint ꟸ nos eis dicémus in Osee prophéta scriptum : sicut & exemplária probáre possunt, quæ nuper édidimus.

℟. Effudérunt sánguinem sanctórum velut aquam in circúitu Jerúsalem. † Et non erat qui sepelíret.

℣. Posuérunt mortália servórum tuórum escas volatílibus cæli. Et non.

Lectio undecima.

POssumus autem locum istum & áliter consolári propter contentiósos ꟸ quorum consuetúdinem Paulus Apóstolus habére se dénegat : & Ecclésiam Christi ꟸ & testimónium proférimus ex Números : dicénte Bálaam. Deus ex Ægypto vocávit eum : glória ejus sicut unicórnis.

℟. Anima nostra sicut passer erépta est. † De láqueo venántium.

℣. Láqueus contrítus est : & nos liberáti sumus. De láqueo.

Lectio duodecima.

TUnc adimplétum est quod dictum est per Jeremíam prophétam dicéntem : Vox in Rama audíta est, plorátus & ululátus multus ꟸ Rachel plorans fílios suos : & nóluit consolári, quia non sunt. De Rachel natus est Bénjamin : in cujus tribu non est Béthlehem. Quæritur ergo ꟸ quómodo Rachel filios Judæ, id est, Béthlehem : quasi suos ploret.

℟. Laudáte gentes pópulum Dómini, quia sánguinem sanctórum suórum ulciscétur. † Et propítius erit terræ pópuli sui.

℣. Et vindíctam retríbuet in hostes eórum. Et propítius.

℣. Glória Patri. pópuli sui.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 2.

IN illo témpore : Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph : dicens. Surge, & áccipe Púerum & Matrem ejus ꟸ & fuge in Ægyptum : & esto ibi usque dum dicam tibi. Futúrum est enim : ut

Heródes quærat Púerum ad perdéndum eum. Qui consúrgens accépit Púerum & Matrem ejus nocte : & secéssit in Ægyptum. Et erat ibi usque ad óbitum Heródis ⁊ ut adimplerétur quod dictum est à Dómino : per prophétam dicéntem. Ex Ægypto vocávi Fílium meum. Tunc Heródes videns quóniam illúsus esset à Magis : irátus est valde. Et mittens occídit omnes púeros, qui erant in Béthlehem, & in fínibus ejus ⁊ à bimátu & infra : secúndùm tempus quod exquisíerat à Magis. Tunc adimplétum est : quod dictum est per Jeremíam prophetam dicéntem. Vox in Rama audíta est: plorátus & ululátus multus : Rachel plorans filios suos. Et nóluit cônsolári, quiâ non sunt. Amen.

Oratio. Deus cujus hodiér. *pag.* 178.

Ad Laudes. *Antiphona.*

HEródes irátus * occídit multos púeros in Béthlehem Judæ, & in fínibus ejus. *Psalm.* Dóminus regnávit. *pag.* 68.

Antiph. Sínite párvulos * veníre ad me, tálium est enim regnum cælórum. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Ambulábunt * mecum in albis, quóniam digni sunt, & non delébo nómina eórum de libro vitæ. *Psalmus.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Sub ara Dei * sancti clamábant, víndica sánguinem nostrum Deus noster. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Vox in Rama * audíta est, plorátus & ululátus, Rachel plorans filios suos. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. *Apocal.* 14.

VIdi supra montem Sion Agnum stantem ⁊ & cum eo centum quadragínta quátuor míllia : habéntes nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

℟. Justi autem in perpétuum vi

Hymnus.

SAlvéte flores Mártyrum,
Quos lucis ipso in límine
Christi insecútor sústulit,
Ceu turbo nascéntes rosas.
Vos prima Christi víctima,
Grex immolatórum tener,
Aram ante ipsam símplices
Palma & corónis lúditis.
Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

℣. Sancti tui Dómine benedice

Ad Benedictus.

Antiph. Hi sunt * qui cum mulié non sunt coinquináti, vírgines sunt : hi sequúntur Agnum quocún íerit.

Oratio. Deus cujus hodiérna. *p.*

Commemoratio de Nativitate.

Antiph. Ecce Agnus Dei. *pag.*

℣. Verbum caro.

Oratio. Omnípotens semp. *pag.*

Ad Primam.

Antiph. Heródes irátus.

Ad Tertiam.

Antiph. Sínite párvulos.

Capitulum. Vidi supra.

℣. Lætámini.

Oratio. Deus cujus. *pag.* 178.

Ad Sextam.

Antiph. Ambulábunt.

Capitulum. *Apoc.* 14.

HI sunt qui cum muliéribus sunt coinquináti ⁊ vírgines sunt : hi sequúntur Agnum quocún íerit.

℟. Deo grátias.

℣. Exúltent justi in conspéctu

Oratio.

DEus, qui licèt sis magnus in magnis, mirabília tamen glorióſiùs operáris in mínimis ✝ da nobis quæſumus, in eórum celebritáte gaudére : qui Fílio tuo Dómino noſtro teſtimónium præbuérunt étiam non loquéntes. Per eúmdem.

Ad Nonam.

Antiph. Vox in Rama.

Capitulum. *Apoc.* 14.

HI empti ſunt ex homínibus primítiæ Deo & Agno ✝ & in ore eórum non eſt invéntum mendácium : ſine mácula enim ſunt ante thronum Dei.

℣. Mirábilis Deus in ſanctis.

Oratio. Deus, qui licèt.

Ad Veſperas.

Antiph. Virgam. *cum cæteris de Communi plurimorum Martyrum.*

Capitulum. Vidi ſupra montem.

℟. Sancti.

Hymnus. Salvéte flores. *pag.* 182.

℣. Juſti autem in perpétuum.

Ad Magnificat.

Antiph. Hi empti ſunt * ex homínibus primítiæ Deo & Agno, & in ore ipſórum non eſt invéntum mendácium.

Oratio. Deus, cujus hodiér. *pag.* 178.

Commemoratio de S. Thoma Martyre.

Antiph. Beátus vir.

℣. Magna eſt.

Oratio. Præſta quæſumus. *ut in Comm.*

Commemoratio de Nativitate.

Antiph. Multifáriàm. *pag.* 184.

℣. Benedíctus qui.

Oratio. Concéde quæſumus. *pag.* 169.

IN FESTO S. THOMÆ Martyris.

Omnia ſunt de Communi unius Martyris. Et fit commemoratio ad Laudes & Veſperas de Nativitate.

Ad Laudes.

Antiph. In princípio. *ut infra.*

℣. Verbum caro.

Oratio. Largíre. *pag.* 184.

Ad Veſperas.

Antiph. Verbum caro. *ut infra.*

℣. Benedíctus qui.

Oratio. Concéde quæſumus. *pag.* 169.

Si hoc feſtum evenerit in Sabbato, Veſperæ de eo erunt uſque ad Capitulum excluſivè, & poſt Veſperas fit commemoratio de ſancto Thoma.

Subannotatæ Antiphonæ dicuntur quotidie alternatim ad Benedictus, & Magnificat, vel in commemoratione de Nativitate, quando feſtum occurrit.

Prima Antiphona.

IN princípio * erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum : hoc erat in princípio apud Deum.

℣. Verbum caro factum eſt, & habitávit in nobis.

℟. Et vídimus glóriam ejus, glóriam quaſi Unigéniti à Patre.

Secunda Antiphona.

Verbum * caro factum eſt, & habitávit in nobis, & vídimus glóriam ejus, glóriam quaſi Unigéniti à Patre, plenum grátiæ, & veritátis, allelu-ia, allel.

℣. Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

℟. Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Tertia Antiphona.

Propter nímiam * charitátem ſuam, qua diléxit nos Deus, Fílium ſuum miſit in ſimilitúdinem carnis peccáti, allelu-ia.

℣. Verbum caro.

Quarta Antiphona.

Ecce jam venit * plenitúdo témporis, in quo miſit Deus Fílium ſuum in terras.

℣. Benedíctus.

Quinta Antiphona.

Ecce Agnus Dei, * ecce qui tollit peccáta mundi, allelu-ia.

℣. Verbum caro.

Sexta Antiphona.

Multifáriàm, * multíſque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis, noviſſimè diébus iſtis locútus eſt nobis in Filio.

℣. Benedíctus qui.

Sequenti die poſt Nativitatem commemoratio ad Laudes.

Oratio.

DEus qui per beátæ Maríæ Vírginis partum ſine humána concupiſcéntia procreátum, in Filii tui membra veniéntes patérnis fecíſti præjudíciis non tenéri ✠ præſta quæſumus: ut hujus creatúræ novitáte ſuſcépta ✠ vetuſtátis antíquæ contágiis exuámur: Per eúmdem Dóminum.

Secunda die ad Laudes, Oratio.

COncéde nobis omnípotens Deus: ut ſalutáre tuum nova cælórum luce mirábile, quod ad ſalútem mundi hodiérna feſtivitáte procéſſit ✠ noſtris ſemper innovándis córdibus oriátur Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Filius tuus: Qui tecum vivit.

Tertia die ad Laudes, Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui hunc diem per Incarnatiónem Verbi tui, & partum beátæ Maríæ Vírginis conſecráſti ✠ da pópulis tuis in hac celebritáte conſórtium: ut qui tua grátia ſunt redémpti ✠ tua ſint adoptióne ſecúri: Per eúmdem.

Quarta die ad Laudes, Oratio.

LArgíre quæſumus Dómine fámulis tuis, fídei, ſpei, & charitátis augméntum ✠ ut qui in Nativitáte Filii tui Dómini noſtri gloriántur: & a[...] mundi, te gubernánte, non ſénti[...] & quæ temporáliter celebráre d[...] rant, ſine fine percípiant: Per eún[...]

PRIMA ET SECUNDA [...] *poſt Feſtum S. Thomæ Martyris* [...] *tera earum non ſit Dominica.*

Ad Matutinas.

Invitatorium. Chriſtus natus eſt [...] Veníte adorémus. *Pſalm.* Veníte.

Hymnus. Venit Redémptor.

In primo Nocturno, ſola Antiph[...]

Parávit * Dóminus bráchium ſa[...] ſuum in óculis ómnium géntium. *mi feriales.*

℣. In ſole póſuit tabernáculum [...]

℟. Et ipſe tanquam ſponſus p[...] dens de thálamo ſuo.

PRIMA DIE POST FEST[...] *S. Thomæ Martyris.*

Lectio prima.

Sermo beáti Auguſtíni Epíſco[...]

Serm. 27. de tempore.

LAudem Dómini loquétur os m[...] Ejus Dómini, per quem facta [...] ómnia: & qui factus eſt inter ó[...] Qui eſt Patris revelátor: Matris cr[...] Filius Dei de Patre ſine Matre: [...] hóminis de Matre ſine Patre. M[...] dies Angelórum: parvus in die h[...] num. Verbum Dei ante ómnia té[...] ra: Verbum caro opportúno tém[...] Cónditor ſolis: cónditus ſub ſole.

℟. In princípio. *pag.* 164.

Lectio ſecunda.

CUncta ſécula órdinans de ſin[...] tris: hodiérnum diem cónſe[...] de útero Matris. Ibi manens: hinc [...] cédens. Effector cæli & terræ: ſub [...] exórtus in terra. Ineffabíliter ſapien[...]

infans. Mundum implens : in
o jacens. Sydera regens : úbera
s. Ita magnus in forma Dei :
n forma servi ꟷ ut nec ista brevi-
gnitúdo illa minuerétur : nec illa
údine, ista brévitas premerétur.
n própria venit. *pag.* 164.

Lectio tertia.

que enim quando membra hu-
ána suscépit, ópera divína desé-
nec attíngere à fine usque ad fi-
rtiter : & dispónere ómnia suá-
éstitit ꟷ quando infirmitáte car-
útus : virgináli útero recéptus
n inclúsus ꟷ ut nec Angelis sub-
tur sapiéntiæ cibus : & nos gusta-
quàm suávis est Dóminus.
erbum caro. *pag.* 164.

ECUNDA DIE.

Lectio prima.

ermo beáti Leónis Papæ.
rm. 2. *in Nativit. Domini.*
ltémus in Dómino (dilectíssimi)
spirituáli jucunditáte lætémur :
úxit nobis dies redemptiónis no-
eparatiónis antíquæ : felicitátis
. Reparátur enim nobis salútis
ánnua revolutióne sacraméntum,
o promíssum ꟷ in fine rédditum:
e mansúrum. In quo dignum est
éctis sursum córdibus, divínum
mystérium ꟷ ut quod magno
únere ágitur : magnis Ecclésiæ
celebrétur.

*c secunda dies, feria secunda eve-
dicuntur tria prima responsoria de
tate, sin autem, dicitur* ℟. Ecce
pag. 165. *cum duobus sequentibus.*

Lectio secunda.

us enim omnípotens & clemens,
ujus natúra bónitas ꟷ cujus vo-
lúntas poténtia ꟷ cujus opus misericór-
dia est : statim ut nos diabólica malígni-
tas venéno suæ mortificávit invídiæ ꟷ
prædestináta renovándis mortálibus suæ
pietátis remédia inter ipsa mundi pri-
mórdia præsignávit : denúntians serpénti
futúrum semen mulíeris ꟷ quod nóxii
cápitis elatiónem sua virtúte contére-
ret : Christum scílicet in carne ventú-
rum ꟷ Deum hominémque signans : qui
natus ex Vírgine, violatórem humánæ
propáginis incorrúpta nativitáte dam-
náret.

Lectio tertia.

NAm quia diábolus gloriabátur sua fraude decéptum hóminem, diví-
nis caruísse munéribus ꟷ & immortali-
tátis dote nudátum, duram mortis su-
biísse senténtiam ꟷ seque in malis suis
quoddam de prævaricatóris consórtio
invenísse solátium : Deum quoque justè,
severitátis exigénte ratióne, erga hómi-
nem, quem in tanto honóre condíde-
rat ꟷ antíquam mutásse senténtiam : opus
fuit (dilectíssimi) secréti dispensatióne
consílii ꟷ ut incommutábilis Deus, cu-
jus volúntas non potest sua benignitáte
privári : primam pietátis suæ dispositió-
nem sacraménto occultióre compléret ꟷ
& homo diabólicæ iniquitátis versútia
actus in culpam : contra Dei propósitum
non períret.

In secundo Nocturno, sola Antiphona.

Beátus venter qui te portávit Christe,
& úbera quæ suxísti. *Psalmi feriales.*

Capitulum. Párvulus natus. *pag.* 169.

℣. Notum fecit Dóminus sal.

Oratio. Réspice. *pag.* 169.

Ad Laudes, sola Antiphona.

Natus est vobis. *Psalm.* Dóminus re-
gnávit. *cum cæteris.*

Capit. Super sólium. *pag.* 169.

℟. Benedictus qui venit in nóm.
Hymnus. Egréssus. *pag.* 163.
℣. Verbum caro.

Ad Benedictus, prima die.

Antiph. Propter nímiam. *pag.* 183.

Secunda die.

Antiph. Ecce Agnus Dei. *pag.* 184.
Utraque die, Oratio. Largíre. *p.* 184.

Ad Primam.

Antiph. Natus est vobis. *pag.* 168.
Capitulum. Regi. *pag.* 4.
Oratio. In hac. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Antiph. Angelus.

Capitulum. *Tit.* 2.

APpáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus: erúdiens nos, ut abnegántes impietátem & seculária desidéria ✝ sóbriè, & justè, & piè vivámus in hoc século: expectántes beátam spem, & advéntum glóriæ magni Dei, & Salvatóris nostri Jesu Christi.

℟. Deo grátias.
℣. In sole pósuit.
Oratio. Deus qui per beátæ. *pag.* 184.

Ad Sextam.

Antiph. Facta est.

Capitulum. *Tit.* 3.

APpáruit benígnitas, & humánitas Salvatóris nostri Dei ✝ non ex opéribus justítiæ quæ fécimus nos: sed secúndùm suam misericórdiam salvos nos fecit.

Oratio. Concéde nobis. *pag.* 184.

Ad Nonam.

Antiph. Et venérunt.

Capitulum. *Hebr.* 1.

MUltifáriàm multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis: novíssimè diébus istis locútus est nobis in Filio ✝ quem constítuit hærédem universórum: per quem fecit & sécula.

℣. In princípio erat Verbum.
Oratio. Omnípotens sempitérne D
pag. 184.

Ad Vesperas.

Antiph. Tecum princípium. *cum* *teris Antiphonis & Psalmis. pag.* 16
Capitulum. Pópulus qui. *pag.* 16
Parvum ℟. Verbum caro factum & habitávit in nobis. Verbum.
℣. Et vídimus glóriam ejus, glór quasi Unigéniti à Patre. Verbum.
℣. Glória Patri. Verbum.
Hymnus. Venit Redémptor. *pag.*
℣. Benedíctus qui.

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce jam venit. *pag.* 1
Oratio. Concéde quæsumus. *pag.*
Commemoratio de S. Sylvestro Pap
Antiph. Similábo. ℣. Justum ded
Oratio. Da quæsumus. *Et secunda* *ad Laudes, Antiph.* Euge. ℣. Ecce
Omnia sicut in Communi unius Co *Episcopi.*

DOMINICA,

Quæ aliquando contingit in crastin *sancti Thomæ, vel altera sequente*

Si prima die evenerit.

Ad primas Vesperas, Antiph. Vir *cum cæteris de Communi unius Mar*
Capitulum. Pópulus qui. *pag* 16
Parvum ℟. Verbum caro. *ut sup*
Hymnus. Venit Redémptor. *pag.*
℣. Benedíctus qui.

Ad Magnificat.

Antiph. Verbum * caro. *pag.* 18
Oratio. Concéde quæsumus. *pag.*
Et fit commemor. primò de S. T *deinde de Dominica per Antiph.* Era seph * & María mater Jesu mirànte per his quæ dicebántur de illo.
℣. Benedíctus qui.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo ‿ ut in nómine dilécti Filii tui mereámur bonis opéribus abundáre: Per eúmdem Dóminum.

Si secunda die occurrerit.

Antiph. Tecum princípium. *pag.* 169.

Capit. ℟. *Hymn.* & ℣. *ut supra.*

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce jam venit. *pag.* 183.

Oratio. Concéde quæsumus. *pag.* 169.

Et fit commemoratio primò de Dominica per Antiph. & Orat. ut supra, deinde de S. Sylvestro, ut supra.

Ad Matutinas.

Invitat. Christus natus est nobis.

Hymnus. Venit Redémptor. *pag.* 163.

In primo Nocturno.

Sola Antiph. Parávit. *pag.* 165. *Psalmi Dominicales.*

℣. In sole pósuit tabernáculum suum.

Lectio prima.

Sermo beáti Leónis Papæ.

Serm. 10. *de Nativit.*

SÆpe (ut nostis dilectíssimi) de excelléntia festivitátis hodiérnæ, offícium vobis sermónis salutáris impéndimus: nec ambígimus ita córdibus vestris Divínæ pietátis resplenduisse virtútem ‿ ut quod vobis fide est ínsitum: id sit étiam intelligéntia comprehénsum.

℟. In princípio. *pag.* 164.

Lectio secunda.

SEd quia Dómini Salvatorísque nostri Natívitas non solùm secúndùm Deitátem de Patre, sed étiam secúndùm carnem de Matre, ita facultátem humáni excédit elóquii: ut méritò ad utrúmque referátur, quod dictum est. Generatiónem ejus quis enarrábit? In eo enim ipso quod dignè non potest explicári: semper exúberat rátio dissereńdi. Non quia líberum sit divérsa sentíre: sed quia dignitáti matériæ nulla potest lingua sufficere.

℟. In própria. *pag.* 164.

Lectio tertia.

MAgnitúdo ígitur sacraménti in salútem humáni géneris ante sécula ætérna dispositi, in seculórum fine reseráti ‿ integritáti suæ nec auférri áliquid pátitur, nec augéri: & sicut própria non amittit, ita aliéna non récipit. Sed multi opiniónum suárum sequáces ‿ & quod nondum intelléxerant paratióres docére, quàm díscere: sicut ait Apóstolus, circa fidem naufragavérunt.

℟. Verbum caro. *pag.* 164.

Lectio quarta.

QUorum pravas compugnantésque senténtias brevi significatióne perstríngam: ut errórum ténebris à veritátis luce discrétis ‿ & religiósè honoréntur beneficia divina: & sciénter caveántur mundána mendácia. Quidam enim ex documéntis Nativitátis Dómini Jesu Christi, quæ eum verum hóminis fílium demonstrábant ‿ nihil ipsum ámpliùs quàm hóminis filium credidérunt: non putántes illi ascribéndam esse Deitátem ‿ quem & primórdia infántiæ, & increménta corpórea, & passiónum usque ad crucem mortémque condítio: non dissímilem cæteris mortálibus approbássent.

℟. Ecce Agnus Dei. *pag.* 165.

In secundo Nocturno.

Sola Antiphona. Beátus venter. *p.* 165. *Psalmi Dominicales.*

℣. Notum fecit Dóminus. *pag.* 165.

Lectio quinta.

ALii verò virtútum admiratióne permóti ‿ & oríginis novitátem, &

dictórum factórumque poténtiam, ad Divínam intelligéntes pertinére natúram † nihil putavérunt nostræ inésse illi substántiæ: totúmque illud quod corpóreæ fuit actiónis, & formæ † aut de sublimióris géneris prodiísse matéria, aut simulátam carnis spéciem habuísse: ut vidéntium & tangéntium sensus ludificatória imágine falleréntur.

℟. Angelus ad. *pag.* 165.

Lectio sexta.

FUit autem in quibúsdam errántibus étiam illa persuásio: qua conaréntur assérere ex ipsa Verbi substántia quiddam in carnem fuísse convérsum † natóque Jesu ex María Vírgine, nihil matérnæ fuísse natúræ: sed & quòd erat Deus, & quòd erat homo † utrúmque ad id pertinuísse quòd Verbum est: ut scílicet in Christo, & per diversitátem substántiæ, falsa fúerit humánitas: & per deféctum mutabilitátis non vera divínitas.

℟. Glória in altíssimis. *pag.* 166.

Lectio septima.

HAs ergo (dilectíssimi) aliásque impietátes diabólica inspiratióne concéptas: & in multórum noxam per vasa perditiónis effúsas † olim cathólica fides, cui Deus & magíster est, & auxiliátor, obtrívit: exhortánte & instruénte Spíritu sancto, per legis testificatiónem † per vaticínia prophetárum, & per Evangélicam tubam, Apostolicámque doctrínam: ut constánter intelligentérque credámus † quia sicut ait beátus Joánnes, Verbum caro factum est: & habitávit in nobis.

℟. Ecce jam. *pag.* 166.

Lectio octava.

HAbitávit in nobis útique † quos sibi Verbi Divínitas coaptávit: cujus caro de útero Vírginis sump nos sumus. Quæ si de nostra, id verè humána non esset: Verbum factum non habitásset in nobis. In n autem habitávit † qui natúram n córporis suam fecit: ædificánte sib piéntia domum † non de quacúmque téria: sed de substántia propriè nos cujus assúmptio est manifestáta, dictum est: Verbum caro factum es habitávit in nobis.

℟. Párvulus. *pag.* 166.

In tertio Nocturno.

Antiphona Cantica & ℣. sicut in Nativitatis. pag. 166.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secún Lucam. *Luc.* 2.

IN illo témpore: Erat Joseph & ría Mater Jesu mirántes: super quæ dicebántur de illo. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: Ambrósii Epíscopi.

Lib. 2. *Comment. in Luc. cap.* 2.

NOn solùm ab Angelis, & Pro tis, & à Pastóribus, & parénti sed étiam à senióribus & justis, gen tio Dómini accépit testimónium. O ætas, & utérque sexus, eventorúm mirácula, fidem ástruunt. Virgo g rat † stérilis parit † mutus lóquit Elízabet prophétat † Magus adór útero clausus exúltat † vídua confit justus expéctat.

℟. Speciósus. *pag.* 167.

Lectio decima.

ET bene justus: qui non suam, pópuli grátiam requirébat † piens ipse corpóreæ vínculis fragili exolvi: sed expéctans vidére promiss Sciébat enim: quia beáti óculi eum vidérent. Nunc (inquit) dim

servum tuum Dómine. Vide justum velut corpóreæ cárcere molis inclúsum, velle dissolvi : ut incipiat esse cum Christo. Dissolvi enim & esse cum Christo : multò mélius est.

℟. Suscépimus Deus. *pag.* 167.

Lectio undecima.

SEd qui vult dimitti, véniat in templum ꟷ véniat in Jerúsalem : expéctet Christum Dóminum ꟷ accípiat in mánibus Verbum Dei : compleċtátur velut quibúsdam suæ fidei bráchiis, opéribus suis. Tunc dimittétur ut non videat mortem : quia víderit vitam. Vides úberem in omnes grátiam Dómini generatióne diffúsam : & prophetíam incrédulis negátam esse, non justis.

℟. Notum fecit Dóminus. *pag.* 167.

Lectio duodecima.

ECce & Símeon prophétat in ruínam & resurrectiónem plurimórum venísse Dóminum Jesum Christum ꟷ ut justórum iniquorúmque mérita discérnat : & pro nostrórum qualitáte factórum, judex verus & justus, aut supplícia decérnat, aut præmia. Et tuam (inquit) ipsíus ánimam pertransíbit gládius. Nec líttera nec história docet : ex hac vita Maríam corporális necis passióne migrásse. Non enim ánima sed corpus materiáli gládio transverberátur.

℟. Benedíctus. *pag.* 168.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 2.

IN illo témpore : Erat Joseph & María Mater Jesu mirántes : super his, quæ dicebántur de illo. Et benedíxit illis Símeon : & dixit ad Maríam Matrem ejus. Ecce pósitus est hic in ruínam, & in resurrectiónem multórum in Israël : & in signum, cui contradicétur. Et tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius : ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes. Et erat Anna prophetíssa, fília Phánuel, de tribu Aser : hæc processerat in diébus multis, & víxerat cum viro suo annis septem à virginitáte sua. Et hæc vídua usque ad annos octoginta quátuor ꟷ quæ non discedébat de templo : jejúniis & obsecratiónibus sérviens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora supervéniens, confitebátur Dómino : & loquebátur de illo ómnibus qui expectábant redemptiónem Israël. Et ut perfecérunt ómnia secúndùm legem Dómini ꟷ revérsi sunt in Galilæam : in civitátem suam Názareth. Puer autem crescébat, & confortabátur ꟷ plenus sapiéntia : & grátia Dei erât in illo. Amen.

Oratio. Omnípotens sempit. *pag.* 187.

Ad Laudes.

Sola Antiphona. Natus est vobis. *p.* 168.

Psalm. Dóminus regnávit. *pag* 68.

Capit. Pópulus. *pag.* 163.

℟. Benedíctus.

Hymn. Egréssus. *pag.* 163.

℣. Verbum caro.

Ad Benedictus.

Antiph. Erat Joseph * & María mater Jesu mirántes super his quæ dicebántur de illo.

Oratio. Omnípotens. *pag.* 187.

Et fit commemoratio de Nativitate per Antiph. Propter nímiam. *pag.* 183. *si hæc Dominica fuerit in crastino S. Thomæ.*

Si verò in altera sequenti die, dicitur Antiph. Ecce Agnus Dei. *pag.* 184.

℣. Verbum caro.

Oratio. Largíre quæsumus. *pag.* 184.

Ad Horas sicut in die Nativitatis pag. 169. *præter Orationem Dominical.* Omnípotens sempitérne. *pag.* 187. *quæ debet dici ad Tertiam.*

Ad Vesperas.

Antiph. Tecum principium. *cum cæteris. pag.* 169.

Capitulum. ℟. *Hymnus &* ℣. *ut in primis Vesperis.*

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce pósitus est * hic in ruínam & in resurrectiónem multórum in Israël, & in signum cui contradicétur.

Oratio. Omnípotens sempit. *pag.* 187.

Sequitur commemoratio de Nativitate, si hac Dominica prima die evenerit.

Antiph. Ecce jam. *pag.* 183.

℣. Benedictus qui venit. *pag.* 183.

Oratio. Concéde quæs. *pag.* 169.

Si autem secunda die, Vespera erunt de Circumcisione. Et fit commemoratio de Dominica.

Antiph. Ecce pósitus est. *ut supra.*

℣. Benedictus.

Oratio. Omnípotens. *pag.* 187.

IN CIRCUMCISIONE DOMINI.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Tecum principium. *cum cæteris.*

Capitulum. Pópulus. *pag.* 163.

Parvum Responsorium. Verbum. *p.* 186.

Hymnus. Venit Redémptor. *pag.* 163.

℣. Benedictus qui.

Ad Magnificat.

Antiph. Multifáriàm. *pag.* 184.

Oratio.

DEus, qui salútis ætérnæ beátæ Maríæ Virginitáte fœcúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti: tribue quǽsumus: ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus: per quam merúimus authórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit & regnat.

Si circumcisio Domini in Dominica evenerit, fit de ipsa Dominica commemo[ratio] ad primas Vesperas, & Laudes [...] Antiph. Erat Joseph. *pag.* 186. *Et a[d se]cundas Vesperas.* Ecce pósitus est. *ut s[upra]. Et orationem Dominicæ.* Omnípot[ens] *pag.* 187.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Christus natus est n[obis ...]

Psalm. Veníte. *pag.* 16.

Hymn. Venit Redémptor. *pag.* 1[...]

In primo Nocturno.

Antiph. Dóminus * dixit ad me, F[ilius] meus es tu, ego hódie génui te. *Ps[alm.]* Quare fremuérunt gentes. *pag.* 2.

Antiph. In sole * pósuit tabernácu[lum] suum, & ipse tanquam sponsus pr[ocedens] de thálamo suo. *Psalmus.* C[æli] enárrant. *pag.* 14.

Antiph. Elevámini * portæ ætern[ales,] & introíbit Rex glóriæ. *Psalm.* D[omi]ni est terra. *pag.* 18.

Antiph. Speciósus * forma præ [filiis] hóminum, diffúsa est grátia in l[abiis] tuis. *Psalm.* Eructávit. *pag.* 37.

Antiph. Suscépimus Deus * miseri[cór]diam tuam in médio templi tui. *Ps[alm.]* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

Ant. Oriétur * diébus Dómini a[bun]dántia pacis, & dominábitur. *Ps[alm.]* Deus judícium. *pag.* 53.

℣. In sole pósuit tabernáculum su[um.]

Lectio prima.

Sermo beáti Leónis Papæ.

Sermo 7. in eadem solenn.

FEstivitátis hodiérnæ (dilectíssi[mi] verus venerátor est, & pius cul[tor] qui nec de Incarnatióne Dómini áli[quid] falsum, nec de Deitáte áliquid s[entit] indígnum. Paris enim periculi m[alum] est: si illi, aut natúræ nostræ véritas[, aut] patérnæ glóriæ negátur æquálitas. [...] ergo ad intelligéndum sacramén[tum ...]

atis Christi, qua de Matre Vir-
ortus, accédimus ꟷ abigátur
errenárum caligo ratiónum : &
inátæ fidei óculo, mundánæ sa-
fumus abscédat.
n princípio. *pag.* 164.

Lectio secunda.

ína est enim authóritas, cui cré-
imus : divína est doctrína, quam
ir. Quóniam sive legis testifica-
ive orá culis Prophetárum, sive
licæ tubæ interiórem admoveá-
ditum : verum est quod Joánnes
Spíritu sancto intónuit. In prin-
rat Verbum ꟷ & Verbum erat
eum : & Deus erat Verbum.
at in princípio apud Deum.
per ipsum facta sunt : & sine
ctum est nihil.
n própria venit. *pag.* 164.

Lectio tertia.

símiliter verum est : quod idem
dicátor adjécit. Verbum caro
est : & habitávit in nobis ꟷ &
s glóriam ejus : glóriam quasi
iti à Patre. In utráque ergo na-
dem est Dei Filius nostra suscí-
& própria non amíttens ꟷ in hó-
óminem rénovans : in se incom-
lis persevérans.
erbum caro. *pag.* 164.

Lectio quarta.

itas enim, quæ illi cum Patre
ommúnis est, nullum detrimén-
nnipoténtiæ súbiit : nec Dei for-
orma servi violávit ꟷ quia sum-
sempitérna esséntia, quæ se ad
i géneris inclinávit salútem, nos
in suam glóriam tránstulit : sed
rat, esse non déstitit. Unde cùm
itus Dei, minórem se Patre con-
cui se dicit æquálem ꟷ veritá-
tem in se formæ utriúsque demónstrat : ut & humánam probet imparílitas, & Divínam declároet æquálitas.

℟. Ecce Agnus Dei. *pag.* 165.

In secundo Nocturno.

Antiph. Véritas de terra * orta est : & justítia de cælo prospéxit. *Psalm.* Benedixísti. *pag.* 63.

Antiph. Homo * natus est in ea, & & ipse fundávit eam Altíssimus. *Psalm.* Fundaménta. *pag.* 66.

Antiph. Exultábunt * ómnia ligna silvárum ante fáciem Dómini, quóniam venit. *Psalm.* Cantáte. *i. pag.* 69.

Antiph. Parávit * Dóminus bráchium sanctum suum in óculis ómnium géntium. *Psalm.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Notum fecit Dóminus, * allelu-ia : salutáre suum, allelu ia. *Psalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

Antiph. Beátus venter, * qui te portávit Christe, & úbera quæ suxísti. *Psalmus.* Dóminus regn. irascántur. *pag.* 70.

℣. Notum fecit Dóminus.

Lectio quinta.

MAjestáti ígitur Fílii Dei, corpórea Natívitas nihil ábstulit : nihil cóntulit ꟷ quia substántia incommutábilis nec mínui pótuit : nec augéri. Quòd enim Verbum caro factum est, non hoc signíficat quòd in carnem sit Dei natúra mutáta : sed quòd à Verbo in unitátem persónæ sit caro suscépta. In cujus útique nómine homo totus accípitur ꟷ cum quo intra Vírginis víscera sancto Spíritu fœcundáta : & nunquam virginitáte caritúra tam inseparabíliter Dei Fílius unítur ꟷ ut qui erat intemporáliter de esséntia Patris génitus : ipse sit temporáliter de útero Vírginis natus.

℟. Angelus ad pastóres. *pag.* 165.

Lectio sexta.

ALiter enim ab ætérnæ mortis vínculis non possémus absólvi ⁊ nisi in nostris fíeret húmilis : qui omnípotens permanébat in suis. Nascens itaque Dóminus noster Jesus Christus homo verus, qui nunquam déstitit esse Deus verus ⁊ novæ creatúræ in se fecit exórdium : & in ortus sui forma, dedit humáno géneri spirituále princípium ⁊ ut ad carnális generatiónis abolénda contágia, esset regenerándis origo, sine sémine críminis : de quibus dícitur ⁊ Qui non ex sanguínibus : neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri : sed ex Deo nati sunt.

℞. Glória in altíssimis. *pag.* 166.

Lectio septima.

QUæ hoc sacraméntum mens comprehéndere ⁊ quæ hanc grátiam valet lingua narráre ? Redit in innocéntiam iníquitas : & in novitátem vetústas ⁊ in adoptiónem véniunt aliéni : & in hæreditátem ingrediúntur extránei. De ímpiis, justi ⁊ de avaris benígni ⁊ de incontinéntibus, casti : de terrénis, incípiunt esse cæléstes. Quæ autem est ista mutátio ⁊ nisi déxteræ Excélsi ? Quóniam venit Fílius Dei dissólvere ópera diáboli ⁊ & ita se nobis, nosque inséruit sibi : ut Dei ad humána descénsio, fíeret hóminis ad Divína provéctio.

℞. Ecce jam venit. *pag.* 166.

Lectio octava.

IN hac autem (dilectíssimi) misericórdia Dei, cujus erga nos magnitúdinem explicáre non valémus : multa solicitúdine præcavéndum est Christiánis ⁊ ne diabólicis íterum capiántur insídiis : & eísdem rursus, quibus renuntiáverant, erróribus implicéntur. Non enim désinit hostis antíquus transfigúrans se in ángelum lucis ⁊ deceptiónum láqueos ubíque præténdere : & ut quoquo modo fidem credéntium corrúmpat, instáre.

℞. Párvulus natus est. *pag.* 166.

In tertio Nocturno.

Antiphonæ, Cantica, & Versus sicut in die Nativitatis.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 2.

IN illo témpore : Postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur puer : vocátum est nomen ejus JESUS. Et réliqua.

Homília lectiónis ejúsdem : beáti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 2. *Comment. in cap.* 2. *Luc.*

CIrcumcíditur ítaque puer. Quis est iste puer, nisi ille, de quo dictum est, Puer natus est nobis ⁊ fílius datus est nobis ? Factus est enim sub lege : ut eos qui sub lege essent, lucrifáceret. Sístitur autem in Jerúsalem. Quid sit autem in Jerúsalem sisti Dómino, dícerem : nisi in Isaíæ commentáriis ante dixíssem.

℞. Speciósus. *pag.* 167.

Lectio decima.

CIrcumcísus verò vítiis, Domínico dignus judicátur obtútu : quia óculi Dómini super justos. Vides omnem véteris legis sériem : fuisse typum futúri. Nam & Circumcísio purgatiónem significat delictórum. Sed quóniam prona quadam cupiditáte peccándi, humánæ carnis & mentis fragílitas inextricabílibus vítiis implicátur : er per octávum circumcisiónis diem, cui pæ totíus futúra purgátio, resurrectiónis præfigurabátur ætáte.

℞. Suscépimus Deus. *pag.* 167.

Lectio undecima.

Oc est enim illud : quia omne masculínum adapériens vulvam, m Dómino vocábitur. Verbis egis : promittebátur vírginis par- t verè sanctus : quia immaculá-)énique ipsum esse qui lege signé- 1 eúmdem modum ab Angelo re- verba declárant. Quia quod nas- (inquit) sanctum : vocábitur Fi-)ei.

Notum fecit. *pag.* 167.

Lectio duodecima.

us enim per ómnia ex natis de mina, Sanctus Dóminus Jesus : rrénæ contágia corruptélæ imma- partus novitáte non sénserit : & majestáte depúlerit. Nam si lít- sequámur, quómodo sanctus om- sculus ⁊ cùm multos sceleratissi- uisse non láteat?

Benedíctus. *pag.* 168.

uéntia sancti Evangélii : secún- Lucam. *Cap.* 2.

illo témpore : Postquam consum- ti sunt dies octo, ut circumcide- puer : vocátum est nomen ejus Quod vocátum est ab Angelo, uam in útero conciperétur.

Amen.

atio. Deus, qui salútis. *pag.* 190.

Ad Laudes.

hona, Psalmi, Capitulum, ℟. Hym- ℣. sicut in die Nativitatis.

Ad Benedictus.

iph. Postquam * consummáti sunt cto, ut circumciderétur puer, vo- est nomen ejus Jesus, quod vo- est ab Angelo : priusquam in conciperétur.

tio. Deus, qui salútis. *pag.* 190.

Horas, Aña, Capitula, ℣. sicut in die.

Ad Tertiam.

Oratio. Deus, qui salútis. *pag.* 190.

Ad Sextam, & Nonam.

Oratio.

DEus qui nobis nati Salvatóris diem celebráre concédis octávum ⁊ fac quæsumus, ejus nos perpétua Divinitáte muníri : cujus sumus carnáli commércio reparáti. Qui tecum.

Ad Vesperas.

Antiph. Tecum princípium. *pag.* 169.

Capitulum. Pópulus.

℟. Verbum caro.

Hymnus. Venit Redémptor.

℣. Benedíctus qui venit.

Ad Magnificat.

Antiph. Qui de terra est, * de terra lóquitur, qui de cælo venit, super omnes est : & quod vidit & audivit, hoc testátur : & testimónium ejus nemo áccipit : qui autem accéperit ejus testimónium, signávit, quia Deus verax est.

Oratio. Deus qui salútis. *pag.* 190.

In istis secundis Vesperis fit commemoratio de Octavis S. Stephani.

Antiph. Stéphanus autem. *pag.* 170.

℣. Magna est.

Oratio. Da nobis Dómine. *pag.* 170.

Si inter Circumcisionem & Epiphaniam Dominica evenerit, vide post vigiliam Epiphaniæ.

IN OCTAVIS S. STEPHANI.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Regem Mártyrum.

Psalm. Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Venit Redémptor. *pag.* 163.

In primo Nocturno.

Sola Antiphona. Parávit. *pag.* 165.

Psalmi feriales.

℣. Glória & honóre.

Lectio prima.

Incipit Epístola beáti Pauli Apóstoli: ad Romános. *Cap.* 1.

PAulus servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, quod ante promíserat per prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, qui factus est ei ex sémine David secúndùm carnem: qui prædestinátus est Filius Dei in virtúte secúndùm Spíritum sanctificatiónis, ex resurrectióne mortuórum Jesu Christi Dómini nostri ✠ per quem accépimus grátiam & Apostolátum, ad obediéndum fidei in ómnibus géntibus pro nómine ejus ✠ in quibus estis & vos vocáti Jesu Christi: ómnibus qui sunt Romæ, diléctis Dei, vocátis sanctis. Grátia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Dómino Jesu Christo.

℟. Stéphanus autem. *pag.* 170.

Lectio secunda.

PRimùm quidem grátias ago Deo meo per Jesum Christum pro ómnibus vobis: quia fides vestra annuntiátur in univérso mundo. Testis enim mihi est Deus, cui sérvio in spíritu meo in Evangélio Filii ejus ✠ quòd sine intermissióne memóriam vestri fácio semper in oratiónibus meis: óbsecrans si quómodo tandem aliquándo prósperum iter hábeam in voluntáte Dei, veniéndi ad vos.

℟. Surrexérunt. *pag.* 170.

Lectio tertia.

DEsídero enim vidére vos, ut áliquid impértiar vobis grátiæ spirituális, ad confirmándos vos: id est, simul consolári in vobis per eam, quæ ínvicem est, fidem vestram atque meam. Nolo autem vos ignoráre, fratres, quia sæpe propósui veníre ad vos (& prohíbitus sum usque adhuc) ut áliquem fructum hábeam & in vobis: sicut & in cæteris géntibus.

℟. Vidébant. *pag.* 171.

In secundo Nocturno.

Sola Antiph. Beátus venter. *pag.* 1

Psalmi feriales.

Capit. Cùm esset Stéph. *pag.* 17

℣. Desidérium.

Oratio. Omnípotens semp. *pag.* 1

Ad Laudes.

Antiph. Stéphanus. *cum cæteris.pag.*

Capitulum. Pósitis autem. *pag.* 1

℟. Magna est.

Hymn. Egréssus. *pag.* 163.

℣. Posuísti.

Ad Benedictus.

Antiph. Requirétur. *pag.* 174.

Oratio. Da nobis. *pag.* 170.

Hic recuperantur commemoration[es] Joannis Bapt. S. P. N. Brunonis, & [om]nium Sanctorum.

Ad Primam.

Antiph. Stéphanus. *pag.* 170.

Capitulum. Pacem. *pag.* 4.

Oratio. Dómine Deus. *pag.* 7.

Ad Tertiam & Sextam, ut in di[e]

Ad Nonam.

Antiph. Et venérunt. *pag.* 169.

Capitulum. Multifáriàm. *pag.* 18

Oratio. Deus qui per. *pag.* 184.

IN OCTAVIS S. JOANNIS

Ad primas Vesperas.

Antiph. Tecum princíp. *cum cæt[eris]*

Capitul. Qui timet. *pag.* 178.

℟. In omnem terram.

Hymnus. Venit Redémpt. *pag.* 1

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce puer meus * eléctus q[uem] elégi: pósui super eum spíritum me[um]

tio. Ecclésiam. *pag.* 174.

Ad Matutinas.

tator. Regem Apostolórum. *Psalm.* e. *pag.* 16.

m. Venit Redémptor. *pag.* 163.

In primo Nocturno.

Antiph. Parávit. *Psalmi feriales.* Constítues eos.

Lectio prima.

Ræcis, ac Bárbaris, sapiéntibus & insipiéntibus débitor sum. Ita d in me) promptum est & vobis, omæ estis, evangelizáre. Non enim co Evangélium. Virtus enim Dei salútem omni credénti: Judæo m, & Græco. Justítia enim Dei in velátur ex fide in fidem ꟸ sicut um est: justus ex fide vivit.

In illo die. *pag.* 175.

Lectio secunda.

evelátur enim ira Dei de cælo, suer omnem impietátem & injustíhóminum eórum, qui veritátem n injustítia détinent ꟸ quia quod est Dei: maniféstum est in illis. enim illis manifestávit. Invisibília psíus, à creatúra mundi, per ea, acta sunt, intelléćta conspiciúnsempitérna quoque ejus virtus & tas: ita ut sint inexcusábiles.

Ecce puer meus. *pag.* 175.

Lectio tertia.

Jia cùm cognovíssent Deum, non icut Deum glorificavérunt, aut egérunt ꟸ sed evanuérunt in tiónibus suis, & obscurátum est ns cor eórum: dicéntes enim se piéntes, stulti facti sunt. Et munt glóriam incorruptíbilis Dei, litúdinem imáginis corruptíbilis is: & vólucrum, & quadrúpe& serpéntium.

℟. Cibávit. *pag.* 175.

In secundo Nocturno.

Sola Antiph. Beátus venter. *pag.* 165. *Psalmi feriales.*

Capitulum. In médio. *pag.* 178.

℣. Annuntiavérunt.

Oratio. Beáti Joánnis. *pag.* 178.

Ad Laudes.

Antiph. Hic est discípulus ille. *cum cæteris. pag.* 177.

Capitulum. Jucunditátem. *pag.* 178.

℟. Annuntiavérunt ópera Dei.

Hymnus Egréssus. *pag.* 163.

℣. In omnem terram.

Ad Benedictus.

Antiph. Sunt de hìc stántibus. *p.* 178.

Oratio. Ecclésiam tuam. *pag.* 174.

Ad Primam.

Antiph. Hic est discípulus ille. *p.* 177.

Capitulum. Pacem. *pag.* 4.

Oratio. Dómine Deus. *pag.* 7.

Ad Tertiam & Sextam, sicut in die.

Ad Nonam.

Antiph. Et venérunt. *pag.* 169.

Capitulum. Multifáriàm. *pag.* 186.

℣. In princípio.

Oratio. Deus qui per. *pag.* 184.

IN OCTAV. SS. INNOCENTIUM.

Ad Vesperas.

Antiph. Tecum princípium. *pag.* 169.

Capitulum. Vidi supra. *pag.* 182.

Hymnus. Venit Redémptor. *pag.* 163.

℣. Justi autem.

Ad Magnificat.

Antiph. Hi empti sunt * ex homínibus primítiæ Deo & Agno: & in ore ipsórum non est invéntum mendácium.

Oratio. Deus cujus. *pag.* 178.

Ad Matutinas.

Invitator. Regem Mártyrum. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Venit Redémptor. *pag.* 163.

In primo Nocturno.

Sola Antiph. Parávit. *pag.* 165. *Psalmi feriales.*

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte justi.

Lectio prima.

PRopter quod trádidit illos Deus in desidéria cordis eórum, in immundítiam: ut contuméliis afficiant córpora sua in semetípsis. Qui commutavérunt veritátem Dei in mendácium ⁊ & coluérunt, & serviérunt creatúræ pótius quàm Creatóri: qui est benedíctus in sǽcula, Amen.

℟. Isti sunt qui. *pag.* 179.

Lectio secunda.

PRoptérea trádidit illos Deus in passiónes ignomíniæ. Nam fœminæ eórum immutavérunt naturálem usum: in eum usum, qui est contra natúram. Simíliter autem & másculi, relícto naturáli usu fœminæ, exarsérunt in desidériis suis in ínvicem ⁊ másculi in másculos turpitúdinem operántes: & mercédem quam opórtuit, erróris sui in semetípsis recipiéntes.

℟. Ambulábunt. *pag.* 179.

Lectio tertia.

ET sicut non probavérunt Deum habére in notítia: trádidit illos Deus in réprobum sensum ⁊ ut fáciant ea quæ non convéniunt: replétos omni iniquitáte, malítia, fornicatióne, avarítia, nequítia ⁊ plenos invídia, homicídio, contentióne, dolo, malignitáte ⁊ susurrónes, detractóres, Deo odíbiles ⁊ contumeliósos, supérbos, elátos ⁊ inventóres malórum, paréntibus non obediéntes ⁊ insipiéntes, incompósitos, sine affectióne: absque fœdere, sine misericórdia.

℟. Adoravérunt. *pag.* 179.

In secundo Nocturno.

Sola Antiph. Beátus venter. *pag*

Psalmi feriales.

Capitulum. Hi sunt qui. *pag.* 1

℣. Exúltent.

Oratio. Deus qui licèt. *pag.* 18

Ad Laudes.

Antiph. Heródes irátus. *cum ca* *pag.* 182.

Capitulum. Hi empti. *pag.* 183.

℟. Justi autem.

Hymnus. Egréssus. *pag.* 163.

℣. Sancti tui.

Ad Benedictus.

Antiph. Hi sunt. *pag.* 182.

Oratio. Deus cujus ho. *pag.* 17

Ad Primam.

Antiph. Heródes irátus. *pag.* 1

Capitulum. Pacem. *pag.* 4.

Oratio. Dómine. *pag.* 7.

Ad Tertiam & Sextam, ut in die

Ad Nonam.

Antiph. Et venérunt. *pag.* 169.

Capitulum. Multifáriàm *pag.* 1

℣. In princípio.

Oratio. Deus qui per. *pag.* 184

Ad Vesperas.

Antiph. Tecum princip. *cum ca* *pag.* 169.

Capitulum. Pópulus. *pag.* 163.

℟. Verbum. *pag.* 186.

Hymnus. Venit. Red. *pag.* 163.

℣. Benedíctus.

Ad Magnificat.

Antiph. Multifáriàm. *pag.* 184.

Oratio. Omnipot. sempit. *pag.* 1

IN VIGILIA EPIPHANIÆ

Ad Matutinas.

Invitatorium. Christus natus est bis: Veníte ador. *Psalm.* Veníte. *p*

Hymnus. Venit Redémptor. *pag.*

In primo Nocturno.

a Antiphona. Parávit. *pag.* 165.
i feriales.
In sole pósuit.

Lectio prima.

Ui cùm justítiam Dei cognovíssent : non intellexérunt, quóniam ália agunt, digni sunt morte ꟷ & olùm qui ea fáciunt : sed étiam conséntiunt faciéntibus. Propter inexcusábilis es, ô homo omnis, ídicas. In quo enim júdicas álte- teipsum condémnas : éadem enim uæ júdicas. Scimus enim quóniam um Dei est secúndùm veritátem,in ui tália agunt.

In princípio. *pag.* 164.

Lectio secunda.

ístimas autem hoc (ô homo) qui dicas eos qui tália agunt, & facis quia tu effúgies judícium Dei? An is bonitátis ejus, & patiéntiæ, & nimitátis contémnis? Ignóras quó- benígnitas Dei ad pœniténtiam te it?

In própria venit. *pag.* 164.

Lectio tertia.

úndùm autem durítiam tuam, & pœnitens cor, thesaurízas tibi in die iræ, & revelatiónis justi Dei : qui reddet unicuíque se- n ópera ejus. Iis quidem qui se- n patiéntiam boni óperis, gló- & honórem, & incorruptiónem nt : vitam ætérnam. Iis autem nt ex contentióne, & qui non ac- unt veritáti ꟷ credunt autem ini- : ira & indignátio.

Verbum caro. *pag.* 164.

In secundo Nocturno.

Antiphona. Beátus venter. *pag.*
Psalmi feriales.

Capitulum. Párvulus. *pag.* 169.
℣. Notum fecit Dóminus.
Oratio. Réspice nos. *pag.* 169.

Ad Laudes.

Sola Antiphona. María autem * conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum cæteris.*

Capitulum. Super sólium. *pag.* 169.
℟. Benedíctus. *pag.* 169.
Hymnus. Egréssus. *pag.* 163.
℣. Verbum caro.

Ad Benedictus.

Antiph. Ecce Agnus Dei. *pag.* 184.
Oratio. Largíre. *pag.* 184.

Ad Primam.

Antiph. Verbum * caro. *pag.* 183.
Capitulum. Pacem. *pag.* 4.
Oratio. Dómine Deus. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Antiph. Facta est. *pag.* 168.
Capitulum. Appáruit grátia. *pag.* 186.
℣. In sole.
Oratio. Largíre. *pag.* 184.

Ad Sextam.

Antiph. Pastóres. *pag.* 169.
Capitul. Appáruit benígnitas. *p.* 186.
℣. Notum fecit.
Oratio. Deus qui per. *pag.* 184.

Ad Nonam.

Antiph. Et venérunt. *pag.* 169.
Capitulum. Multifáriàm. *pag.* 186.
℣. In princípio.
Oratio. Deus qui per beátæ. *pag.* 184.

Si in crastino circumcisionis, dies Dominica evenerit, quia Vesperæ sunt de solennitate, de præfata Dominica fiet tantùm commemor. per Antiph. Erat Joseph. *p.* 189.
℣. Benedíctus qui venit.
Oratio. Omnípotens sempit. *pag.* 187.
Si autem præfata dies Dominica in Octa-

vis sancti Joannis vel sanctorum Innocentium, aut in Vigilia Epiphaniæ evenerit, ad Vesperas Sabbati præcedentis Antiph. Tecum. *pag.* 169. *cum cæteris.*

Capitulum. Pópulus. *pag.* 163.

℟. Verbum caro. *pag.* 186.

Hymnus Venit Redémptor. *pag.* 163.

℣. Benedictus qui venit.

Ad Magnificat.

Antiph. Erat Joseph. *pag.* 189.

Oratio. Omnípotens sempit. *pag.* 187. *nec fit commem. de Nativit. sed fit comm. de Octavis, si fieri contigerit.*

DOMINICA,

Quæ inter Circumcisionem & Epiphaniam contigerit.

Ad Matutinas.

Invitator. Christus natus est. *pag.* 163.

Psalm. Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Venit Redémptor. *pag.* 163.

In primo Nocturno.

Sola Antiphona. Parávit *pag.* 165.

Psalmi Dominicales.

℣. In sole.

Lectio prima.

TRibulátio & angústia in omnem ánimam hóminis operántis malum, Judæi primùm, & Græci ˥ glória autem, & honor, & pax omni operánti bonum, Judæo primùm, & Græco : non enim est accéptio personárum apud Deum. Quicúmque enim sine lege peccavérunt, sine lege períbunt ˥ & quicúmque in lege peccavérunt : per legem judicabúntur. Non enim auditóres legis, justi sunt apud Deum : sed factóres legis justificabúntur.

℟. In princípio. *pag.* 164.

Lectio secunda.

CUm enim gentes quæ legem non habent, naturáliter ea quæ legis sunt fáciunt ˥ ejúsmodi legem no béntes, ipsi sibi sunt lex : qui ostén opus legis scriptum in córdibus s testimónium reddénte illis consci ipsórum, & inter se ínvicem cogit nibus accusántibus, aut étiam defen tibus : in die cùm judicábit Deus o ta hóminum , secúndùm Evangé meum, per Jesum Christum.

℟. In própria. *pag.* 164.

Lectio tertia.

SI autem tu Judæus cognomin & requiéscis in lege, & gloriár Deo ˥ & nosti voluntátem ejus, & p utilióra : instrúctus per legem , co teípsum esse ducem cæcórum ˥ lume rum qui in ténebris sunt : eruditóre insipiéntium, magístrum infántium, h tem formam sciéntiæ & veritátis in qui ergo álium doces : teípsum non d

℟. Verbum caro. *pag.* 164.

Lectio Quarta.

QUi prædicas non furándum ráris ˥ qui dicis non mœchár mœcháris : qui abomináris idóla, légium facis ˥ qui in lege gloriáris prævaricatiónem legis, Deum inh ras. Nomen enim Dei per vos blas mátur inter gentes : sicut scriptun

℟. Ecce Agnus Dei. *pag.* 165.

In secundo Nocturno.

Sola Antiph. Beátus venter. *pag.*

Psalmi Dominicales.

℣. Notum fecit.

Lectio quinta.

CIrcumcísio quidem prodest, gem obsérves ˥ si autem præ cátor legis sis : circumcísio tua pr tium facta est. Si ígitur præpú justítias legis custódiat ˥ nonne pr tium illíus in circumcisiónem re bitur ?

ngelus ad pastóres. *pag.* 165.

Lectio sexta.

judicábit id quod ex natúra est epútium : legem consúmmans, i per lítteram & circumcisiónem icátor legis es? Non enim qui in sto, Judæus est, neque quæ in sto, in carne, est circumcísio ✠ in abscóndito, Judæus est: & císio cordis in spíritu, non lít- cujus laus non ex homínibus : Deo est.

lória in altíssimis. *pag.* 166.

Lectio septima.

id ergo ámpliùs Judæo est? Aut uæ utílitas circumcisiónis? Mul- r omnem modum. Primùm qui- ia crédita sunt illis elóquia Dei. nim si quidam illórum non cre- it? Nunquid incredúlitas illó- em Dei evacuábit? Absit. Est Deus verax, omnis autem homo ✠ (sicut scriptum est:) Ut justi- in sermónibus tuis, & vincas dicáris.

cce jam venit. *pag.* 166.

Lectio octava.

tem iníquitas nostra justítiam commendat ✠ quid dicémus? id iníquus est Deus, qui infert Secúndùm hóminem dico.) Ab- quin quómodo judicábit Deus undum? Si enim véritas Dei in endácio abundávit, in glóriam quid adhuc & ego tanquam r júdicor? Et non (sicut blas- nur, & sicut áiunt quidam nos faciámus mala, ut véniant bo- orum damnátio justa est.

rvulus natus. *pag.* 166.

In tertio Nocturno.

. *Cantica & ℣. sicut in die Nativ.*

Evangelium. Erat Joseph. *cum sua homilia beati Ambrosii pag.* 189.

Oratio. Omníp. sempit. *pag.* 188.

Ad Laudes.

Sola Antiph. Dum médium * siléntium tenérent ómnia, & nox in suo cursu médium iter perágeret: omnípotens sermo tuus Dómine, à regálibus sédibus venit, allelu-ia. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum cæteris.*

Capitulum. Pópulus. *pag.* 163.

℟. Benedíctus.

Hymnus. Egréssus. *pag.* 163.

℣. Verbum caro.

Ad Benedictus.

Antiph. Erat Joseph. *pag.* 189.

Oratio. Omníp. sempit. *pag.* 187.

Ad Primam.

Antiph. Verbum * caro. *pag.* 183.

Ad Tertiam.

Antiph. Facta est. *pag.* 168.

Capitulum. Pópulus. *pag.* 163.

℣. In sole pósuit.

Oratio. Omníp. sempit. *pag.* 187.

Ad Sextam.

Antiph. Pastóres. *pag.* 169.

Capitulum. Párvulus. *pag.* 169.

℣. Notum fecit.

Oratio. Largíre. *pag.* 169.

Ad Nonam.

Antiph. Et venérunt. *pag.* 169.

Capitulum. Super sólium. *pag.* 169.

℣. In princípio.

Oratio. Deus qui per. *pag.* 184.

Ad Vesperas, sicut in Dominica infra Octavas Nativitatis. pag. 190.

* *Si hæc Dominica in vigilia Epiphaniæ evenerit, quia Vesperæ sunt de ipsa vigilia, fiet tantùm commemor. de Dominica*

Antiph. Ecce pósitus est. *pag.* 190.

℣. Benedíctus qui.

Oratio. Omníp. sempit. *pag.* 187.

Si hæc Dominica in una trium præcedentium Octavarum die fuerit, de ipsis Octavis fit tantùm commemor. ad Vesperas & Laudes, de iisdem Antiphonis quæ in eisdem Octavis ad Magnific. & Benedictus dicerentur, si de ipsis celebraretur.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Tecum princip. *cum cæteris.*

Capitulum. *Isaiæ.* 60.

SUrge ✠ illumináre Jerúsalem, quia venit lumen tuum: & glória Dómini super te orta est.

℟. Deo grátias.

Magnum ℟. Reges Tharsis. *pag.* 201.

Hymnus.

HOstis Heródes ímpie,
Christum veníre quid times?
Non éripit mortália,
Qui regna dat cæléstia.

Ibant Magi, quam víderant,
Stellam sequéntes præviam:
Lumen requírunt lúmine,
Deum faténtur múnere.

Lavácra puri gúrgitis
Cæléstis Agnus áttigit:
Peccáta quæ non détulit,
Nos abluéndo sústulit.

Novum genus poténtiæ,
Aquæ rubéscunt hydriæ,
Vinúmque jussa fúndere,
Mutávit unda oríginem.

Glória tibi Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre, & sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Et sic terminantur omnes Hymni per totas Octavas.

℣. Omnes de Saba vénient aurum & thus deferéntes.

℟. Et laudem Dómino annuntiántes.

Ad Magnificat.

Antiph. Vidéntes stellam Magi, * gavísi sunt gaúdio magno: & intrántes domum, obtulérunt Dómino aurum, thus, & mirrham.

Oratio.

COrda nostra quæsumus Dómine, ventúræ festivitátis splendor illústret: quo mundi hujus ténebris carére valeámus ✠ & perveniámus ad pátriam claritátis ætérnæ: Per.

Si Epiphaniæ festum fuerit in Dominica, fit in istis Vesperis commemoratio de ipsa Dominica.

Antiph. Cùm factus esset. *pag.* 207.

℣. Omnes de Saba.

Oratio. Vota quæsumus. *pag.* 207.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Christus appáruit nobis: Veníte adorémus. *Ps.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Venit Redémpt. *pag.* 163.

In primo Nocturno.

Antiph. Afférte Dómino * fílii Dei: adoráte Dóminum in aula sancta ejus. *Psalmus ipse. pag.* 21.

Antiph. Flúminis ímpetus lætíficat, * allelu-ia, civitátem Dei, allel. *Psalm.* Deus noster refúgium. *pag,* 40.

Antiph. Psallite * Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite sapiénter. *Psalm.* Omnes gentes. *pag.* 40.

Antiph. Suscépimus Deus, * misericórdiam tuam in médio templi tui. *Ps.* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

Antiph. Omnis terra * adóret te, & psallat tibi, psalmum dicat nómini tuo Dómine. *Ps.* Jubiláte Deo. *pag.* 48.

Antiph. Reges Tharsis * & ínsulæ múnera ófferent Regi Dómino. *Psalm.* Deus judícium. *pag.* 53.

℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi.

'salmum dicat nómini tuo Dómine.

Lectio prima. *Isáiæ 55.*

Mnes sitiéntes veníte ad aquas : & qui non habétis argéntum ✠ pro-, émite & comédite : veníte ✠ absque argénto, & absque ulla utatióne : vinum & lac. Quare ditis argéntum non in pánibus ✠ ɔrem vestrum non in saturitáte ? e audiéntes me, & comédite bo- : & delectábitur in crassitúdine vestra. Hæc dicit Dóminus.

Oriétur stella ex Jacob, & exúrmo de Israël : & confrínget omces alienigenárum. † Et erit Idu-ɔsséssio ejus.

De Jacob erit qui dominétur, & reliquias civitátis. Et erit.

Lectio secunda.

lináte aurem vestram, & veníte me : audíte, & vivet ánima ve- & fériam vobíscum pactum semum : misericórdias David fidéles. estem pópulis dedi eum : ducem ceptórem géntibus. Ecce gentem nesciébas, vocábis : & gentes e non cognovérunt, ad te cur- propter Dóminum Deum tuum, ctum Israël : quia glorificávit te. licit Dóminus.

Reges Tharsis & ínsulæ múnera nt. † Reges Arabum, & Saba do-mino Deo addúcent.

Adorábunt eum omnes reges, gentes sérvient ei. Reges.

Lectio tertia.

Uærite Dóminum, dum inveníri potest : invocáte eum, dum pro-. Derelínquat ímpius viam suam, iníquus cogitatiónes suas : & re-ur ad Dóminum, & miserébitur ✠ & ad Deum nostrum : quóniam multus est ad ignoscéndum. Non enim cogitatiónes meæ, cogitatiónes vestræ : neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dóminus. Hæc dicit Dóminus.

℟. Veníte adorémus Deum, & procidámus ante Dóminum, plorémus ante eum qui fecit nos. † Quia ipse est Dóminus Deus noster.

℣. Præoccupémus fáciem ejus in confessióne, & in psalmis jubilémus ei. Quia ipse.

Lectio quarta.

QUia sicut exaltántur cæli à terra ✠ sic exaltátæ sunt viæ meæ à viis vestris : & cogitatiónes meæ à cogitatiónibus vestris. Et quómodo descéndit imber, & nix de cælo, & illuc ultra non revértitur ✠ sed inébriat terram, & infúndit eam, & germináre eam facit : & dat semen serénti, & panem comedénti ✠ sic erit verbum meum quod egrediétur de ore meo : non revertétur ad me vácuum ✠ sed fáciet quæcúmque vólui : & prosperábitur in his ad quæ misi illud. Hæc dicit Dóminus.

℟. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. † Deus Dóminus, & illúxit nobis.

℣. Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli. Deus.

℣. Glória Patri. & illúxit nobis.

In secundo Nocturno.

Antiph. Omnes gentes * quascúmque fecísti, vénient, & adorábunt coram te Dómine. *Psalm.* Inclína Dóm. *pag. 66.*

Antiph. Adoráte Dóminum,* allelu-ia, in aula sancta ejus, allelu-ia. *Psalm.* Cantáte. *i. pag. 69.*

Antiph. Adoráte Deum, * allelu-ia, omnes Angeli ejus, allélu-ia. *Psalmus.* Dóminus regnávit exúltet. *pag. 70.*

Antiph. Vidimus stellam ejus * in Oriénte, & vénimus adoráre eum. *Psal.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

Antiph. Cæli apérti sunt * super eum, & vox facta est de cælo dicens, Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complácuit. *Psalm.* Dóminus regnávit irascántur. *pag.* 70.

Antiph. Vox de cælo facta est, * Tu es Fílius meus, in te mihi complácuit, allel. *Psalm.* Misericórdiam &c. *pag.* 71.

℣. Omnes gentes quascúmque fecísti.

℟. Vénient, & adorábunt coram te Dómine.

Lectio quinta.

Sermo beáti Leónis Papæ.

In solen. Epiphan. serm. 2.

GAudéte in Dómino (dilectíssimi) íterum dico gaudéte: quóniam brevi intervállo témporis post solennitátem Nativitátis Christi, festívitas declaratiónis ejus illúxit ✝ & quem in illo die Virgo péperit: in hoc mundus agnóvit. Verbum enim caro factum, sic susceptiónis nostræ temperávit exórdia ✝ ut natus Jesus, & credéntibus maniféstus: & persequéntibus esset occúltus. Tu autem.

℟. Illumináre, illumináre Jerúsalem. † Venit lux tua, & glória Dómini super te orta est.

℣. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, & reges in splendóre ortus tui. Venit.

Lectio sexta.

JAm tunc ergo cæli enarravérunt glóriam Dei: & in omnem terram sonus veritátis exívit ✝ quando & pastóribus exércitus Angelórum Salvatóris éditi annuntiátor appáruit: & Magos ad eum adorándum, prævia stella perdúxit ✝ ut à solis ortu usque ad occásum, veri Regis generátio corusc[...] cùm rerum fidem, & regna Ori[...] per Magos díscerent, & Románum [...]périum non latéret.

℟. Venit lumen tuum Jerúsalem [...] glória Dómini super te orta est. [...] ambulábunt gentes in lúmine tuo [...] reges in splendóre ortus tui.

℣. Fílii tui de longè vénient, & [...] tuæ de látere surgent. Et ambul[...]

Lectio septima.

NAm & sævítia Heródis volens [...] mórdia suspécti sibi regis e[...] guere: huic dispensatióni nésciens [...] viébat ✝ ut dum atróci inténtus fa[...] ri, ignótum sibi púerum indiscrét[...] fántium cæde perséquitur: annu[...] tum çælitus dominatóris ortum [...] gnior ubíque fama loquerétur ✝ q[...] promptiórem ad narrándum, dili[...] tiorémque faciébat, & supérnæ sig[...] catiónis nóvitas: & cruentíssimi p[...] cutóris impíetas.

℟. Omnes de Saba vénient. † Au[...] & thus deferéntes, & laudem Dó[...] annuntiántes.

℣. Reges Tharsis, & ínsulæ mú[...] ófferent, reges Arabum, & Saba [...] addúcent. Aurum.

Lectio octava.

TUnc autem étiam Ægypto Salv[...] illátus est: ut gens antíquis er[...] bus dédita, jam ad vicínam salút[...] per occúltam grátiam signarétur [...] quæ nondum ejécerat ab ánimo s[...] stitiónem: jam hospítio recíperet [...] tátem. Méritò ígitur (dilectíssi[...] dies iste manifestatióne Dómini c[...] crátus: speciálem in toto mundo [...] nuit dignitátem ✝ quæ in córdibus n[...] digno debet splendóre claréscere [...] rerum gestárum órdinem non [...]

credéndo, sed étiam intelligéndo venerémur.

℟. Magi véniunt ab Oriénte Jerosólymam, dicéntes: Ubi est qui natus est, cujus stellam vídimus? † Et vénimus adoráre eum.

℣. Vídimus stellam ejus in Oriénte. Et vénimus.

℣. Glória Patri. adoráre eum.

In tertio Nocturno.

Antiph. Vénient ad te * qui detrahébant tibi, & adorábunt vestígia pedum tuórum.

Cantic. Pópulus qui ambul. *pag.* 113.

℣. Vidimus stellam ejus in Oriénte.

℟. Et vénimus adoráre eum.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 2.

CUm natus esset Jesus in Béthlehem Judæ, in diébus Heródis regis: ecce Magi ab Oriénte venérunt Jerosólymam, dicéntes. Ubi est qui natus est Rex Judæórum? Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 10. *in Evangel.*

SIcut in Lectióne Evangélica (fratres charíssimi) audístis ꟸ cæli Rege nato, rex terræ turbátus est: quia nimírum terréna altitúdo confúnditur, cùm celsitúdo cæléstis aperítur. Sed quæréndum nobis est: quidnam sit, Quòd Redemptóre nato ꟸ pastóribus in Judæa Angelus appáruit: atque ad adorándum hunc, ab Oriénte Magos, non Angelus, sed stella perdúxit.

℟. Stella quam víderant Magi in Oriénte, antecedébat eos, donec veníret ad locum, ubi erat puer: vidéntes autem eam. † Gavísi sunt gaúdio magno.

℣. Et intrántes domum, invenérunt púerum cum María Matre ejus. Gavísi.

Lectio decima.

QUia vidélicet Judæis tanquam ratióne uténtibus: rationále ánimal, id est, Angelus prædicáre débuit. Gentíles verò, quia uti ratióne nesciébant: ad cognoscéndum Dóminum, non per vocem, sed per signa perducúntur. Unde & per Paulum dícitur. Prophetíæ fidélibus datæ sunt, non infidélibus: signa autem infidélibus, non fidélibus. Quia & illis prophetíæ tanquam fidélibus, non infidélibus: & istis signa tanquam infidélibus,non fidélibus data sunt.

℟. Vidéntes stellam Magi, gavísi sunt gaúdio magno. † Et intrántes domum, invenérunt púerum cum María Matre ejus: & procidéntes adoravérunt eum, & apértis thesaúris suis, obtulérunt ei múnera, aurum, thus, & myrrham.

℣. Stella quam víderant in Oriénte antecedébat eos usque dum véniens staret supra ubi erat puer. Et intrántes.

Lectio undecima.

ET notándum ꟸ quòd Redemptórem nostrum cùm jam perféctæ esset ætátis: eísdem gentílibus Apóstoli prædicant ꟸ eúmque párvulum, & necdum per humáni córporis offícium loquéntem, stella géntibus denúntiat: quia nimírum ratiónis ordo poscébat ꟸ ut & loquéntem jam Dóminum, loquéntes nobis prædicatóres innotéscerent: & necdum loquéntem eleménta muta prædicárent.

℟. Hódie cæli apérti sunt, & vox de cælo intónuit, dicens. † Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complácuit.

℣. Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit. Hic est Fílius.

Lectio duodecima.

SEd in ómnibus signis quæ vel nascénte Dómino, vel moriénte eo,

monſtráta ſunt : conſiderándum nobis eſt, quanta fúerit in quorúmdam Judæórum corde durítia ✠ qui hunc nec per prophetíæ donum : nec per mirácula agnovérunt. Omnia quippe eleménta Authórem ſuum veniſſe teſtáta ſunt. Ut enim de eis quiddam uſu humáno loquar ✠ Deum hunc cæli eſſe cognovérunt : quia prótinus ſtellam miſérunt.

℟. Factum eſt autem cùm baptizarétur omnis pópulus, & Jeſu baptizáto & oránte, apértum eſt cælum. † Et deſcéndit Spíritus ſanctus corporáli ſpécie ſicut colúmba in ipſum.

℣. Venit Jeſus à Galilæa in Jordánem ad Joánnem, ut baptizarétur ab eo. Et deſcéndit.

℣. Glória Patri, & Fílio. in ipſum.

Sequéntia ſancti Evangélii : ſecúndùm Lucam. *Luc.* 3.

IN illo témpore : Factum eſt cùm baptizarétur omnis pópulus, & Jeſu baptizáto & oránte ✠ apértum eſt cælum : & deſcéndit Spíritus ſanctus corporáli ſpécie ſicut colúmba in ipſum. Et vox de cælo facta eſt : Tu es Fílius meus diléctus, in te complácui mihi. Et ipſe Jeſus erat incípiens quaſi annórum trigínta : ut putabátur, fílius Joſeph. Qui fuit Heli, qui fuit Mathat : qui fuit Levi. Qui fuit Melchi, qui fuit Janne : qui fuit Joſeph. Qui fuit Mathathíæ, qui fuit Amos : qui fuit Nahum. Qui fuit Heſli, qui fuit Nagge : qui fuit Mahath. Qui fuit Mathathíæ, qui fuit Sémei : qui fuit Joſeph. Qui fuit Juda, qui fuit Joánna : qui fuit Reſa. Qui fuit Zoróbabel, qui fuit Saláthiël : qui fuit Neri. Qui fuit Melchi, qui fuit Addi : qui fuit Coſan. Qui fuit Elmadan, qui fuit Her : qui fuit Jeſu. Qui fuit Eliéſer, qui fuit Jorim : qui fuit Mathat. Qui fuit Levi, qui fuit Símeon : qui fuit Juda. Qui fuit Joſeph, qui fuit Jona : qui fuit Eliákim. Qui fuit Mélea, qui fuit Menna : qui fuit Máthatha. Qui fuit Nathan, qui fuit David : qui fuit Jeſſe. Qui fuit Obed, qui fuit Booz : qui fuit Salmon. Qui fuit Naáſſon, qui fuit Amínadab : qui fuit Aram. Qui fuit Eſron, qui fuit Phares : qui fuit Judæ. Qui fuit Jacob, qui fuit Iſaac : qui fuit Abrahæ. Qui fuit Thare, qui fuit Nachor : qui fuit Sarug. Qui fuit Rágaü, qui fuit Phaleg : qui fuit Heber. Qui fuit Sale, qui fuit Cáïnan : qui fuit Arpháxad. Qui fuit Sem, qui fuit Noë : qui fuit Lamech. Qui fuit Mathúſale, qui fuit Henoch : qui fuit Jared. Qui fuit Maláleël, qui fuit Cáïnan : qui fuit Henos. Qui fuit Seth, qui fuit Adam : qui fuit Dei. Jeſus autem plenus Spíritu ſancto, regréſſus eſt à Jordáne. ℟. Amen.

Oratio. Deus qui hodiérn. *pag.* 205.

Ad Laudes, *Antiphona.*

VEnit lumen * tuum Jerúſalem, & glória Dómini ſuper te orta eſt, & ambulábunt gentes in lúmine tuo, allel. *Pſalm.* Dóminus regnávit. *pag.* 68.

Antiph. Omnes * de Saba vénient, aurum & thus deferéntes, allelu-ia, allelu-ia. *Pſalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Et intrántes domum, * invenérunt púerum cum María matre ejus, & procidéntes adoravérunt eum, allel. *Pſalm.* Deus Deus. *pag.* 26.

Antiph. Mária * & flúmina benedícite Dómino, hymnum dícite fontes Dómino, allelu-ia. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Apértis theſaúris ſuis * obtulérunt Magi Dómino, aurum, thus,

& myrrham, allelu-ia. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Surge. *pag.* 200.

℟. Omnes de Saba vénient, aurum & thus deferéntes. Omnes.

℣. Et laudem Dómino annuntiántes. Omnes.

℣. Glória Patri. Omnes.

Hymnus. Egréssus. *pag.* 163.

℣. Reges Tharsis, & ínsulæ múnera ófferent.

℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent.

Ad Benedictus.

Antiph. Cùm natus esset * Jesus in Béthlehem Judæ in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriénte venérunt Jerosólymam, dicéntes, Ubi est qui natus est Rex Judæórum?

Oratio.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus, stella duce, revelásti ✠ concéde propítius: ut qui jam te ex fide cognóvimus ✠ usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur: Per eúmdem Dóminum nostrum.

Si hoc festum evenerit in Dominica, fit commemoratio de ipsa per Antiphonam. Factum est. *pag.* 209.

℣. Reges Tharsis & ínsulæ.

Oratio. Vota quæsumus. *pag.* 207.

Ad Primam.

Antiph. Venit lumen. *pag.* 204.

Ad Tertiam.

Antiph. Omnes. *pag.* 204.

Capitulum. Surge. *pag.* 200.

℣. Omnis terra. *pag.* 200.

℟. Psalmum dicat.

Oratio. Deus qui hodiérna, *ut supra.*

Ad Sextam.

Antiph. Et intrántes domum. *pag.* 204.

Capitulum. *Isáiæ* 60.

Et ambulábunt gentes in lúmine tuo ✠ & reges in splendóre ortus tui: Leva in circúitu óculos tuos, & vide ✠ omnes isti congregáti sunt: venérunt tibi.

℟. Deo grátias.

℣. Omnes gentes. *pag.* 202.

Oratio.

Deus illuminátor ómnium géntium: da pópulis tuis perpétua pace gaudére ✠ & illud lumen spléndidum infúnde córdibus nostris: quod trium Magórum méntibus aspirásti Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

Ad Nonam.

Antiph. Apértis thesaúris suis. *p.* 204.

Capitulum. *Isáiæ.* 60.

Filii tui de longè vénient ✠ & fíliæ tuæ de látere surgent: tunc vidébis & áfflues ✠ & mirábitur, & dilatábitur cor tuum, quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris: fortitúdo géntium vénerit tibi.

℟. Deo grátias.

℣. Vídimus stellam ejus. *pag.* 203.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis appáruit: præsta quæsumus ✠ ut per eum quem símilem nobis foris agnóvimus: intus reformári mereámur. Qui tecum vivit.

Ad Vesperas.

Antiph. Tecum princípium. *cum cæteris. pag.* 169.

Capitulum. Surge. *pag.* 200.

Magnum ℟. Magi véniunt. *pag.* 203.

Hymnus. Hostis Heródes. *pag.* 200.

℣. Omnes de Saba.

Ad Magnificat.

Antiph. Descéndit * Spíritus sanctus

corporáli spécie, sicut colúmba, in ipsum, & vox de cælo facta est, Tu es Filius meus diléctus, allelu-ia.

Oratio. Deus qui hodiérna. *pag.* 205.

Et si sit Dominica, fit commem. de ipsa per Antiph. Fili * quid fec. *pag.* 210.

℣. Omnes de Saba.

Oratio. Vota quæsumus. *pag.* 207.

INFRA OCTAVAS Epiphaniæ.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Christus appáruit nobis: Veníte adorémus. *Psalm.* Veníte. *p.* 16.

Hymnus. Venit Redémpt. *pag.* 163.

In primo Nocturno.

Sola Antiph. Vídimus stellam ejus * in Oriénte, & vénimus adoráre eum. *Psalmi feriales.*

℣. Omnis terra. *pag.* 200.

Lectiones require post Dominicam infra Octavas. pag. 210.

In secundo Nocturno.

Sola Antiph. Cæli apérti sunt * super eum, & vox facta est de cælo, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complácuit. *Psalmi feriales.*

Capitulum. Et ambulábunt. *pag.* 205.

℣. Omnes gentes. *pag.* 202.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus ✠ ut Salvatóris mundi, stella duce, manifestáta Natívitas: méntibus nostris revelétur semper, & créscat. Per eúndem Dóminum.

Ad Laudes.

Sola Antiphona. Venit lumen. *p.* 204. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum cæteris.*

Capitulum. Filii tui. *pag.* 205.

℟. Omnes de Saba, *pag.* 205.

Hymn. Egréssus. *pag.* 163.

℣. Reges Tharsis. *pag.* 205.

Ad Benedictus.

Antiph. Venit Jesus * à Galila Jordánem ad Joánnem, ut baptiza ab eo.

Oratio. Deus illuminátor. *pag.* 2

Ad Primam.

Antiph. Venit lumen. *pag.* 204.

Capitulum. Pacem. *pag.* 4.

Oratio. Dómine Deus. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Antiph. Omnes. *pag.* 204.

Capitulum. *Isáiæ* 60.

INundátio camelórum opériet te, medárii Madian & Epha: omn Saba vénient ✠ aurum & thus def tes: & laudem Dómino annuntián

℣. Omnis terra. *pag.* 200.

Oratio. Deus cujus Unigénitus. *p.*

Ad Sextam.

Antiph. Et intrántes domum. *pag.*

Capitulum. *Isáiæ* 55.

OMnes sitiéntes veníte ad aqua qui non habétis argéntum, peráte émite, & comédite ✠ ver émite absque argénto, & absque commutatióne: vinum & lac.

℣. Omnes gentes quascúmque. *p.*

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, lium splendor animárum: qui solennitátem electiónis Géntium p tiis consecrásti ✠ imple mundum g tua: & súbditis tibi pópulis per lu tui appáre claritátem. Per Dóminu

Ad Nonam.

Antiph. Apértis thesaúris suis. *p.*

Capitulum. *Isáiæ* 55.

ECce gentem quam nesciébas, cábis ✠ & gentes quæ non co vérunt te, ad te current: propter minum Deum tuum, & sanctum I quia glorificávit te.

ídimus ſtellam ejus. *pag.* 203.

Oratio.

ina quæſumus Dómine, pópu-
tuum: & ſplendóre grátiæ tuæ
ſemper accénde ꝰ ut Salvató-
um & inceſſánter agnóſcat: &
r apprehéndat Dóminum no-
eſum Chriſtum Filium tuum.
um.

Ad Veſperas.

ph. Tecum princípium. *cum cæ-*
g. 169.
ulum. Surge. *pag.* 200.
Reges Tharſis & ínſulæ múnera
. Reges.
Reges Arabum & Saba dona ad-
Reges.
Glória Patri. Reges.
. Hoſtis Heródes. *pag.* 200.
Omnes de Saba. *pag.* 200.

Ad Magnificat.

h. Jeſus autem * plenus Spíritu
egréſſus eſt à Jordáne.
. Deus qui hodiérna. *pag.* 205.
inica infra Octavas, ſi evenerit, ad
Veſper. omnia ſicut immediatè no-
t de privatis diebus, & fit tantum
oratio de ipſa Dominica.

h. Cum factus eſſet * Jeſus an-
duódecim, aſcendéntibus illis in
ymam ſecúndùm conſuetúdinem
i, conſummatíſque diébus, cùm
: remánſit puer Jeſus in Jerú-
& non cognovérunt paréntes

Omnes de Saba vénient.

Oratio.

ta quæſumus Dómine, ſuppli-
ntis pópuli cæléſti pietáte pro-
: ut & quæ agénda ſunt, ví-
& ad impléndа quæ víderint,
ſcant: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitat. Chriſtus appáruit. *pag.* 200.
Pſalm. Veníte. *pag.* 16.
Hymnus. Venit Redémpt. *pag.* 163.

In primo Nocturno.

Sola Antiph. Vídimus ſtellam ejus. *pag.* 202. *Pſalmi Dominicales.*
℣. Omnis terra. *pag.* 200.

Lectio prima.

Sermo beáti Leónis Papæ.

Serm. 7. in Epiphan.

MEmória rerum ab humáni géneris Salvatóre geſtárum magnam nobis (dilectíſſimi) confert utilitátem: ſi quæ venerámur crédita, ſuſcipiámus imitánda. In diſpenſatiónibus enim ſacramentórum Chriſti, virtútes ſunt grátiæ ꝰ & incitaménta doctrínæ: ut quem confitémur fidei ſpíritu, óperum quoque ſequámur exémplo. Tu autem.
℟. Oriétur. *pag.* 201. *cum cæteris.*

Lectio ſecunda.

NAm étiam ipſa primórdia, quæ Dei Fílius per Matrem Vírginem naſcéndo ſuſcépit: ad provéctum nos pietátis inſtítuunt. Simul enim appáret córdibus rectis ꝰ in una eadémque perſóna, & humána humílitas: & Divína Majéſtas. Quem cunæ teſtántur infántem: cælum & cæléſtia ſuum loquúntur authórem.

Lectio tertia.

PUer córpore parvus, mundi rector & Dóminus ꝰ & genitrícis grémio continétur: qui nullo fine conclúditur. Sed in his noſtrórum vúlnerum eſt curátio, & noſtræ dejectiónis eréctio ꝰ quia niſi in unum tanta divérſitas conveníret: reconciliári Deo humána natúra non poſſet. Legem ergo vivéndi remédia nobis noſtra ſanxérunt ꝰ & inde data eſt móribus forma: unde mór-

tuis est impénsa medicína.

Lectio Quarta.

NEc imméritò cùm tres Magós ad adorándum Jesum novi syderis cláritas deduxísset : non eum imperántem dæmónibus ✠ non mórtuos suscitántem ✠ non cæcis visum, aut claudis gressum, aut mutis elóquium reformántem ✠ vel in áliqua divinárum virtútum actióne vidérunt : sed púerum siléntem ✠ quiétum : & sub Matris solicitúdine constitútum ✠ in quo nullum quidem apparéret de potestáte signum : sed magnum præberétur de humilitáte miráculum.

In secundo Nocturno.

Antiph. Cæli apérti sunt. *pag.* 206. *Psalmi Dominicales.*

℣. Omnes gentes. *pag.* 202.

Lectio quinta.

IPsa ítaque spécies sacræ infántiæ, cui se Deus Dei Filius aptárat : prædicatiónem áuribus intimándam oculísque gerébat ✠ & quod adhuc vocis non proferébat sonus : visiónis jam docébat efféctus. Tota enim victória Salvatóris, quæ & diábolum superávit & mundum ✠ humilitáte est concépta : humilitáte est conféctâ.

Lectio sexta.

DIspósitos dies sub persecutióne inchoávit ✠ & sub persecutióne finívit : nec púero toleránita passiónis, nec passúro défuit mansuetúdo puerílis ✠ quia Unigénitus Dei sub una majestátis suæ inclinatióne suscépit : ut & homo vellet nasci, & ab hominibus posset occídi.

Lectio septima.

SI ígitur omnípotens Deus causam nostram nimis malam, humilitátis privilégio bonam fecit ✠ & ídeo destrúxit mortem, & mortis authórem : quia ómnia quæ persecutóres intulére, non rénuit ✠ sed obédiens Patri, crudelitátes sæviéntium, mitíssima lenitáte tolerávit ✠ quantùm nos húmiles, quantùm opórtet esse patiéntes ✠ qui si quid labóris incídimus, nunquam nisi nostro mérito sustinémus ?

Lectio octava.

QUis enim gloriábitur castum se habére cor ? aut mundum se esse à peccáto ? Et dicénte beáto Joánne, Si dixérimus quia peccátum non habémus ✠ nosípsos sedúcimus : & véritas in nobis non est. Quis inveniétur ita immúnis à culpa ✠ ut in eo non hábeat vel justítia quod árguat ✠ vel misericórdia quod remíttat ?

In tertio Nocturno.

Antiph. Cantica & ℣. sicut in die.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 2.

IN illo témpore : Cùm factus esset Jesus annórum duódecim ✠ ascendéntibus illis Jerosólymam secúndùm consuetúdinem diéi festi : consummatísque diébus, cùm redírent ✠ remánsit puer Jesus in Jerúsalem : & non cognovérunt paréntes ejus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Ambrósii Epíscopi. *Libr.* 2. *in Luc.*

A Duodécimo anno (ut légimus) Domínicæ súmitur disputatiónis exórdium. Hic enim prædicándæ fidei Evangelizántium númerus debebátur. Nec otiósè ímmemor suórum secúndùm carnem paréntum : qui secúndùm carnem útique sapiéntia Dei implebátur & grátia ✠ post tríduum reperítur in templo : ut esset indício, quia post tríduum triumphális illius passiónis ✠

le cælésti & honóre divíno, fidei
e se suscitátus offérret : qui mór-
:redebátur.

Lectio decima.

Uid est quòd me quærebátis ?
Nesciebátis† quia in his quæ Pa-
iei sunt, opórtet me esse ? Duæ
in Christo generatiónes † una est
na : matérna áltera. Patérna illa
ior : matérna verò, quæ in no-
labórem, usúmque descéndit. Et
quæ supra natúram, supra ætátem,
consuetúdinem fiunt † non hu-
: assignánda virtútibus : sed diví-
ferénda sunt potestátibus.

Lectio undecima.

Jm álibi ad ministérium Mater
mpéllit † hìc Mater argúitur : quia
: quæ humána sunt éxigat. Sed
hìc duódecim descríbátur annó-
† illic discípulos habére dicátur :
Matrem didicísse à Fílio † ne exí-
à validióre ministérium : quæ stu-
in junióre miráculum.

Lectio duodecima.

T venit Názareth, & erat súbditus
llis. Quid enim magíster virtútis†
fficium pietátis impléret ? Et mi-
r si Patri defert † qui súbditur
i ? Non útique infirmitátis : sed
tis ista subjéctio est. Nunquid &
mo indigébat auxílio † ut matér-
rvíret império ?
quéntia sancti Evangélii : secún-
Lucam. *Luc. 2.*
illo témpore : Cùm factus esset
sus annórum duódecim † ascen-
bus illis Jerosólymam secúndùm
ietúdinem diéi festi : consumma-
: diébus, cùm redirent † remánsit
Jesus in Jerúsalem : & non cogno-
it paréntes ejus. Existimántes au-
tem illum esse in comitátu † venérunt
iter diéi : & requirébant eum inter co-
gnátos, & notos. Et non inveniéntes †
regréssi sunt in Jerúsalem : requiréntes
eum. Et factum est, post tríduum † inve-
nérunt illum in templo sedéntem in
médio Doctórum : audiéntem illos, &
interrogántem eos. Stupébant autem
omnes, qui eum audiébant : super pru-
déntia & respónsis ejus. Et vidéntes : ad-
miráti sunt. Et dixit Mater ejus ad il-
lum. Fili † quid fecísti nobis sic ? Ecce
pater tuus, & ego : doléntes quærebá-
mus te. Et ait ad illos. Quid est quòd
me quærebátis ? Nesciebátis quia in his
quæ Patris mei sunt, opórtet me esse ?
Et ipsi non intellexérunt verbum : quod
locútus est ad eos. Et descéndit cum eis †
& venit Názareth : & erat súbditus illis.
Et Mater ejus conservábat ómnia verba
hæc : in corde suo. Et Jesus proficiébat
sapiéntia, & ætátê, & grátia apud
Deûm & hómines. Amen.

Oratio. Vota quæsumus. *pag.* 207.

Ad Laudes.

Sola Antiph. Venit lumen. *pag.* 204.
Psalm. Dóminus regn. *cum cæteris.*
Capitulum. Surge. *pag.* 200.
℟. Omnes de Saba. *pag.* 200.
Hymnus. Egréssus. *pag.* 163.
℣. Reges Tharsis. *pag.* 205.

Ad Benedictus.

Antiph. Factum est * post tríduum in-
venérunt Jesum in templo sedéntem in
médio Doctórum, audiéntem illos, &
interrogántem.

Oratio. Vota quæsumus. *pag.* 207.
*Et fit commem. de Epiphania per An-
tiph.* Venit Jesus. *pag.* 206.
℣. Reges Tharsis. *pag.* 205.
Orat. Deus illuminátor ómnium gén-
tium. *pag.* 205.

Ad Horas per omnia sicut in die, excepto quod ad Tertiam dicitur Oratio. Vota quæsumus. *pag.* 207.

Ad Vesperas.

Antiph. Tecum princip. *pag.* 169.
Capitulum. Surge. *pag.* 200.
℟. Reges Tharsis. *pag.* 207.
Hymnus Hostis Heródes. *pag.* 200.
℣. Omnes de Saba. *pag.* 200.

Ad Magnificat.

Antiph. Fili * quid fecisti nobis sic? Ego & pater tuus doléntes quærebámus te. Quid est quòd me quærebátis? Nesciebátis quia in his quæ Patris mei sunt, opórtet me esse?

Oratio. Vota quæsumus. *pag.* 207.

Commemoratio de Epiphania.

Antiph. Jesus autem. *pag.* 206.
℣. Omnes de Saba. *pag.* 200.
Oratio. Deus qui hodiérna. *pag.* 205.

PRIMA DIE FERIALI.
post Epiphaniam.

Lectio prima.

Incipit Epístola beáti Pauli Apóstoli: ad Corínthios prima.

PAulus vocátus Apóstolus Jesu Christi, per voluntátem Dei, & Sósthenes frater, Ecclésiæ Dei quæ est Corínthi ꟸ sanctificátis in Christo Jesu, vocátis sanctis: cum ómnibus qui ínvocant nomen Dómini nostri Jesu Christi, in omni loco ipsórum, & nostro. Grátia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Dómino Jesu Christo.

Lectio secunda.

GRátias ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu: quòd in ómnibus dívites facti estis in illo ꟸ in omni verbo, & in omni sciéntia, sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in ulla[...] tia, expectántibus revelatiónem D[...] ni nostri Jesu Christi ꟸ qui & c[...] mábit vos usque in finem sine [...] mine: in die advéntus Dómini [...] Jesu Christi.

Lectio tertia.

FIdélis Deus: per quem vocáti in societátem Fílii ejus Jesu C[...] Dómini nostri. Obsecro autem vo[...] tres, per nomen Dómini nostri [...] Christi ꟸ ut idípsum dicátis omne[...] non sint in vobis schísmata: sitis a[...] perfécti in eódem sensu, & in e[...] senténtia. Significátum est enim [...] de vobis (fratres mei) ab iis qui [...] Chloës: quia contentiónes sunt [...] vos.

Responsoria solennitatis dicuntur [...]ne suo per ferias Octavarum.

SECUNDA DIE.

Lectio prima.

HOc autem dico: quòd unusq[...] que vestrûm dicit. Ego qu[...] sum Pauli ꟸ ego autem Apóllo, [...] verò Cephæ: ego autem Christi. [...] sus est Christus? Nunquid Paulus [...] cifixus est pro vobis? Aut in nó[...] Pauli baptizáti estis? Grátias ago [...] quòd néminem vestrûm baptizávi, [...] Crispum & Cáium: ne quis dicat, [...] in nómine meo baptizáti estis. B[...] závi autem & Stéphanæ domum. [...] terum néscio si quem álium bap[...] verim.

Lectio secunda.

NOn enim misit me Christus b[...] záre, sed evangelizáre ꟸ no[...] sapiéntia verbi: ut non evacuétur [...] Christi. Verbum enim crucis pere[...] bus quidem stultitia est: iis autem

t, id eſt nobis, Dei virtus eſt.
eſt enim. Perdam ſapiéntiam
m : & prudéntiam prudéntium
o.

Lectio tertia.

ſapiens ? Ubi ſcriba ? Ubi con-
iſitor hujus ſéculi ? Nonne
fecit Deus ſapiéntiam hujus
Nam quia in Dei ſapiéntia non
mundus per ſapiéntiam, Deum:
eo per ſtultítiam prædicatiónis
ere credéntes. Quóniam & Ju-
petunt, & Græci ſapiéntiam
ꟸ nos autem prædicámus Chri-
cifixum : Judæis quidem ſcán-
Géntibus autem ſtultítiam : ipſis
ocátis Judæis, atque Græcis
Dei virtútem, & Dei ſapién-
ia quod ſtultum eſt Dei, ſapién-
ominibus : & quod infírmum
fórtius eſt homínibus.

ERTIA DIE.

Lectio prima.

te enim vocatiónem veſtram
atres) quia non multi ſapién-
dùm carnem ꟸ non multi po-
on multi nóbiles. Sed quæ ſtulta
ndi, elégit Deus, ut confúndat
ꟸ & infirma mundi elégit
t confúndat fórtia ꟸ & ignobí-
di, & contemptíbilia elégit
ea quæ non ſunt, ut ea quæ
rúeret : ut non gloriétur omnis
conſpéctu ejus.

Lectio ſecunda.

pſo autem vos eſtis in Chriſto
: qui factus eſt nobis ſapiéntia
& juſtítia, & ſanctificátio, &
io ꟸ ut quemádmodum ſcriptum
i gloriátur, in Dómino glorié-
ego cùm veníſſem ad vos (fra-
tres ꟸ) veni non in ſublimitáte ſermónis,
aut ſapiéntiæ : annúntians vobis teſti-
mónium Chriſti. Non enim judicávi me
ſcire áliquid inter vos : niſi Jeſum
Chriſtum, & hunc crucifixum.

Lectio tertia.

ET ego in infirmitáte, & timóre, & tremóre multo fui apud vos : & ſermo meus & prædicátio mea non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis ꟸ ſed in oſtenſióne ſpíritus & virtútis : ut fides veſtra non ſit in ſapiéntia hóminum, ſed in virtúte Dei.

QUARTA DIE.

Lectio prima.

SApiéntiam autem lóquimur inter perféctos ꟸ Sapiéntiam verò non hujus ſéculi : neque príncipum hujus ſéculi, qui deſtruúntur ꟸ ſed lóquimur Dei ſapiéntiam in myſtério, quæ abſcóndita eſt : quam prædeſtinávit Deus ante ſécula in glóriam noſtram : quam nemo príncipum hujus ſéculi cognóvit ꟸ ſi enim cognoviſſent : nunquam Dóminum glóriæ crucifixiſſent.

Lectio ſecunda.

SEd, ſicut ſcriptum eſt, Quod óculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis aſcéndit ꟸ quæ præparávit Deus iis qui díligunt illum : nobis autem revelávit Deus per Spíritum ſuum. Spíritus enim ómnia ſcrutátur : étiam profúnda Dei. Quis enim hóminum ſcit quæ ſunt hóminis ꟸ niſi ſpíritus hóminis, qui in ipſo eſt ? Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognóvit : niſi Spíritus Dei. Nos autem non ſpíritum hujus mundi accépimus ꟸ ſed ſpíritum qui ex Deo eſt : ut ſciámus quæ à Deo donáta ſunt nobis.

Lectio tertia.

QUæ & lóquimur non in doctis humánæ sapiéntiæ verbis ⁊ sed in doctrina spíritus : spirituálibus spirituália comparántes. Animális autem homo non pércipit ea quæ sunt Spíritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intellígere : quia spirituáliter examinátur. Spirituális autem júdicat ómnia : & ipse à némine judicátur. Quis enim cognóvit sensum Dómini, qui ínstruat eum ? Nos autem sensum Christi habémus.

QUINTA DIE.

Lectio prima.

ET ego (fratres) non pótui vobis loqui quasi spirituálibus : sed quasi carnálibus. Tanquam párvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam : nondum enim poterátis ⁊ sed nec nunc quidem potéstis : adhuc enim carnáles estis. Cùm enim sit inter vos zelus & conténtio ⁊ nonne carnáles estis, & secúndùm hóminem ambulátis ?

Lectio secunda.

CUm enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli ⁊ álius autem, Ego Apóllo ⁊ nonne hómines estis ? Quid ígitur est Apóllo ⁊ quid verò Paulus ? Minístri ejus, cui credidístis : & unicuíque sicut Dóminus dedit. Ego plantávi ⁊ Apóllo rigávit : sed Deus increméntum dedit. Itaque neque qui plantat, est áliquid ⁊ neque qui rigat : sed qui increméntum dat, Deus. Qui autem plantat, & qui rigat : unum sunt.

Lectio tertia.

UNusquísque autem próprium mercédem accípiet secúndùm suum labórem. Dei enim sumus adjutóres ⁊ Dei agricultúra estis : Dei ædificátio estis. Secúndùm grátiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architéctus fu[...] méntum pósui : álius autem superæ[...] cat. Unusquísque autem videat quó[...] do superædíficet.

IN OCTAVIS EPIPHANI[...]

Ad primas Vesperas.

Antiph. Tecum princip. *cum cæ[...]* *pag.* 169.

Capitulum. Surge. *pag.* 200.

℟. Reges Tharsis. *pag.* 207.

Hymnus. Hostis Heródes. *pag.* 2[...]

℣. Omnes de Saba. *pag.* 200.

Ad Magnificat.

Antiph. Vidéntes stellam Magi. *p.* [...]

Oratio. Deus qui hodiérna die. *p.* [...]

Si Octavæ evenerint in Dominica, [...] *cipantur Sabbato præcedenti, ut di[...]* *infra. pag.* 217.

Ad Matutinas omnia sicut in die [...] *ter Lectiones & Evangelium propriu[...]*

Lectio prima.

Sermo beáti Leónis Papæ.

Sermo 5. in Epiphan.

HOdiérnam festivitátem (dile[...] simi) apparítio Dómini & S[...] tóris nostri (sicut nostis) illústrat ⁊ [...] ille est dies : quo ad agnoscéndum, [...] randúmque Dei Fílium tres Magos [...] via stella perdúxit. Cujus facti m[...] riam méritò plácuit honóre ánnuo [...] brári : ut dum Evangélica históri[...] cessábiliter recensétur ⁊ semper se i[...] ligéntium sénsibus ínferat salutíf[...] mystérium : per insígne miráculum[...]

℟. Oriétur stella. *cum cæteris, ut i[...]*

Lectio secunda.

PRæcésserant quidem multa d[...] ménta ⁊ quæ corpóream nati[...] tem Dómini maniféstis indíciis dec[...] rent : sive cùm beáta María Virgo [...] cundándam se Spíritu sancto, p[...]

rámque Dei Fílium audívit, & crédidit ⁊ five cùm ad falutatiónem ipsíus, in útero Elízabeth nondum natus Joánnes prophética exultatióne commótus eft: quafi étiam intra matris víſcera jam clamáret ⁊ Ecce Agnus Dei : ecce qui tollit peccáta mundi.

Lectio tertia.

VEl cùm ortum Dómini, Angelo nuntiánte, paftóres cæléftis exércitus funt claritáte circúmdati: ut non ambígerent de majeftáte púeri: quem erant in præſépe viſúri ⁊ nec putárent quòd in fola natúra hóminis eſſet éditus: cui fupérnæ milítiæ famularétur occúrfus. Sed hæc, & ália hujúſmodi, paucis tunc vidéntur innotuíſſe perſónis: quæ vel ad cognatiónem Maríæ Vírginis, vel ad fancti Joſeph famíliam pertinébant.

Lectio quarta.

HOc autem fignum, quod Magos in longínquo pófitos & efficáciter movit ⁊ & ad Dóminum Jefum perſeveránter attráxit: illíus fine dúbio grátiæ facraméntum, & illíus fuit vocatiónis exórdium ⁊ qua nimírum non in Judæa tantùm, fed étiam in toto mundo Chrifti Evangélium erat prædicándum: ut per illam ftellam quæ Magórum vífui ſplénduit ⁊ Ifraëlitárum verò óculis non refúlfit: & illuminátio fignificáta fit Géntium, & cæcitas Judæórum.

Lectio quinta.

PErmanet ígitur (dilectíſſimi) ficut evidénter appáret, myfticórum forma geftórum: & quod imágine inchoabátur, veritáte complétur. Rádiat namque è cælo ftella per grátiam ⁊ & tres Magi corufcatióne evangélici fulgóris acciti: in ómnibus quotídie natiónibus ad adorándam poténtiam fummi Regis accúrrunt.

Lectio sexta.

HEródes quoque in diábolo fremit: & auférri fibi iniquitátis fuæ regnum, in iis qui ad Chriftum tránfeunt, ingemífcit. Unde fi párvulos interfíciat: Jefum fibi vidétur occídere. Quod útique fácere fine ceſſatióne mólitur ⁊ dum primórdiis renatórum Spíritum fanctum erípere: & quamdam ténerae fidei velut infántiam tentat extínguere.

Lectio septima.

JUdæi verò qui extra regnum Chrifti eſſe voluérunt ⁊ adhuc quodámmodo fub Heródis funt principátu: & dominánte fibi Salvatóris inimíco, alienígenæ férviunt poteftáti ⁊ quafi néfciant prophetátum, dicénte Jacob: Non defíciet princeps ex Juda, & dux de femóribus ejus ⁊ donec véniat cui repófita funt: & ipfe eft expectátio géntium.

Lectio octava.

SEd nondum intélligunt quod negáre non poſſunt ⁊ & mente non cápiunt: quod Scripturárum narratióne novérunt. Quóniam infánis magiftris véritas fcándalum eft: & cæcis doctóribus fit calígo, quod lumen eft. Refpóndent ítaque interrogáti ⁊ quòd in Béthlehem náfcitur Chriftus: & fciéntiam fuam, qua álios inftruunt, non fequúntur.

Lectio nona.

Léctio fancti Evangélii: fecúndùm Joánnem. *Joann. 1.*

IN illo témpore: Vidit Joánnes Jefum veniéntem ad fe: & ait. Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccátum mundi. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Augustíni Epíscopi.

Tom. 9. tract. 4. in Joan.

NEmo sibi árroget, & dicat : quia ipse aúferat peccáta. Unde jam inténdite : contra quos supérbos intendébat dígitum Joánnes ꟸ nondum erant nati hærétici:& jam ostendebántur. Contra illos clamábat tunc à flúvio : contra quos modò clamat ex Evangélio. Venit Jesus.

Lectio decima.

ET quid dicit ille ? Ecce Agnus Dei. Si Agnus Dei : ínnocens. Et Joánnes agnus ꟸ annon & ipse innocens ? Sed quis ínnocens ? Quantùm ínnocens ? Omnes ex illa tradúce véniunt ꟸ & ex illa propágine : de qua cantat gemens David. Ego in iniquitáte concéptus sum : & in peccátis mater mea in útero me áluit. Solus ergo ille Agnus: qui non sic venit ꟸ non enim in iniquitáte concéptus est : quia non de mortalitáte concéptus est.

Lectio undecima.

NEc eum in peccátis mater ejus in útero áluit ꟸ quem Virgo concépit : Virgo péperit ꟸ quia fide concépit: fide suscépit. Ergo ecce Agnus Dei : non habet iste tradúcem de Adam. Carnem tantùm sumpsit de Adam : peccátum non assúmpsit. Qui non assúmpsit de nostra massa peccátum : ipse est, qui tollit nostrum peccátum. Ecce Agnus Dei : ecce qui tollit peccáta mundi.

Lectio duodecima.

NOstis quia quidam hómines dicunt aliquándo : nos tóllimus peccáta homínibus, quia sancti sumus. Si enim non fúerit sanctus qui baptízat ꟸ quómodo tollit peccáta altérius ꟸ cùm sit ipse homo peccátor ? Contra istas disputatiónes, verba nostra non dicámus ꟸ hunc legámus : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Non sit præsúmptio homínibus in hómines. Non transmígret passer in montes : in Dómino confidat.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 1.

IN illo témpore : Vidit Joánnes Jesum veniéntem ad se : & ait. Ecce Agnus Dei : ecce qui tollit peccátum mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir, qui ante me factus est : quia prior me erat. Et ego nesciébam eum. Sed ut manifestétur in Israël : proptérea veni ego in aqua baptízans. Et testimónium perhíbuit Joánnes : dicens. Quia vidi Spíritum descendéntem quasi colúmbam de cælo : & mansit super eum. Et ego nesciébam eum. Sed qui misit me baptizáre in aqua : ille mihi dixit. Super quem víderis Spíritum descendéntem, & manéntem super eum: hic est, qui baptízat in Spíritu sancto. Et ego vidi ꟸ & testimóniûm perhíbui: quia hic est Fílius Dei. Amen.

Oratio. Deus qui hodiérna. *pag.* 205.

Ad Laudes, Horas, & Vesperas, sicut in die, excepto quod non dicitur in Vesperis magnum Responsorium.

Si ista Octava venerint in Sabbato, Vesperæ erunt de Solennitate sanctissimi Nominis Jesu, quæ in crastina celebratur, nisi nulla alia Dominica ante Septuagesimam supersit, in qua Responsoria Dómine ne in ira, *possint inchoari. Nam hoc casu, Vesperæ Octavarum erunt de Octavis Epiphaniæ usque ad Capitulum exclusivè, & à Capitulo de sequenti Dominica, diceturque magnum Responsorium.* Deus qui sedes. *pag.* 222.

Hymn. Deus creátor ómnium. *p.* 96.

℣. Elevátio mánuum meárum Dómine.

℟. Sacrificium vespertínum.

Oratio. Omnípotens semp. *pag.* 222.

Et fit commemoratio de Octavis.

Antiph. Descéndit. *pag.* 205.

℣. Omnes de Saba. *pag.* 200.

Oratio. Deus qui hodiérna. *pag.* 205.

Quando memorata Octavæ, occurrentes in Dominica anticipantur Sabbato præcedenti propter festum SS. Nominis Jesu, perinde fiunt ac si in dicto Sabbato evenissent.

In crastino octavarum Epiphaniæ recuperatur commemoratio de B. Maria.

Et usque ad feriam quartam Cinerum super hebdomadam nullo festo occurrente, ad Laudes & Vesperas dicitur oratio Dominicalis, ad cæteras Horas, ut in psalterio habetur, præter lectiones quæ sequuntur. ℟. *quære pag.* 225. *& sequentibus.*

PRIMA DIE.

Lectio prima.

SIc nos exístimet homo ut minístros Christi : & dispensatóres mysteriórum Dei. Hic jam quæritur, inter dispensatóres ut fidélis quis inveniátur. Mihi autem pro mínimo est ut à vobis júdicer, aut ab humáno die : sed neque meípsum júdico. Nihil enim mihi cónscius sum : sed non in hoc justificátus sum : qui autem júdicat me, Dóminus est.

Lectio secunda.

ITaque nolíte ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus ꟸ qui & illuminábit abscóndita tenebrárum, & manifestábit consília córdium : & tunc laus erit unicuíque à Deo. Hæc autem, fratres, transfigurávi in me & Apóllo, propter vos : ut in nobis discátis, ne supra quàm scriptum est, unus advérsùs álterum inflétur pro álio.

Lectio tertia.

QUis enim te discérnit ? Quid autem habes quod non accepísti ? Si autem accepísti ꟸ quid gloriáris quasi non accéperis ? Jam saturáti estis, jam dívites facti estis ꟸ sine nobis regnátis : & útinam regnétis, ut & nos vobíscum regnémus.

SECUNDA DIE.

Lectio prima.

PUto enim quòd Deus nos Apóstolos novíssimos osténdit, tanquam morti destinátos : quia spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo ꟸ nos infirmi, vos autem fortes : vos nóbiles, nos autem ignóbiles.

Lectio secunda.

USque in hanc horam : & esurímus, & sitímus ꟸ & nudi sumus, & cólaphis cædimur ꟸ & instábiles sumus, & laborámus operántes mánibus nostris ꟸ maledícimur, & benedícimus ꟸ persecutiónem pátimur, & sustinémus ꟸ blasphemámur, & obsecrámus : tanquam purgaménta hujus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc.

Lectio tertia.

NOn ut confúndam vos, hæc scribo, sed ut filios meos charíssimos móneo. Nam si decem míllia pedagogórum habeátis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangélium ego vos génui.

TERTIA DIE.

Lectio prima.

ROgo ergo vos, imitatóres mei estóte, sicut & ego Christi. Ideo misi ad vos Thimótheum, qui est Filius meus

charíssimus, & fidélis in Dómino ꟸ qui vos commonefáciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu: sicut ubíque in omni Ecclésia dóceo.

Lectio secunda.

TAnquam non ventúrus sim ad vos: sic infláti sunt quidam. Véniam autem ad vos citò, si Dóminus volúerit: & cognóscam non sermónem eórum qui infláti sunt, sed virtútem. Non enim in sermóne est regnum Dei, sed in virtúte. Quid vultis ꟸ in virga véniam ad vos, an in charitáte, & spíritu mansuetúdinis?

Lectio tertia.

OMníno audítur inter vos fornicátio ꟸ & talis fornicátio, qualis nec inter Gentes: ita ut uxórem patris sui áliquis hábeat. Et vos infláti estis: & non magis luctum habuístis, ut tollátur de médio vestrum qui hoc opus fecit.

QUARTA DIE.

Lectio prima.

NOn est bona gloriátio vestra. Nescítis quia módicum ferméntum totam massam corrúmpit? Expurgáte vetus ferméntum: ut sitis nova conspérsio, sicut estis ázimi. Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus. Itaque epulémur ꟸ non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ, & nequítiæ: sed in ázimis sinceritátis, & veritátis.

Lectio secunda.

SCripsi vobis in Epístola: Ne commisceámini fornicáriis ꟸ non útique fornicáriis hujus mundi, aut aváris, aut rapácibus, aut idólis serviéntibus: alióquin debuerátis de hoc mundo exiísse. Nunc autem scripsi vobis non commiscéri ꟸ si is qui frater nominátur, est fornicátor, aut avárus, aut idólis sérviens, aut maledícus, aut ebriósus, aut rapax: cum ejúsmodi nec cibum súmere.

Lectio tertia.

QUid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicáre? Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicátis? Nam eos qui foris sunt, Deus judicábit. Auférte malum ex vobisípsis.

QUINTA DIE.

Lectio prima.

AUdet áliquis vestrûm habens negótium advérsùs álterum, judicári apud iníquos, & non apud sanctos? An nescítis quóniam sancti de hoc mundo judicábunt? Et si in vobis judicábitur mundus ꟸ indígni estis qui de mínimis judicétis? Nescítis quóniam Angelos judicábimus? Quantò magis sæculária? Sæculária ígitur judícia si habuéritis: contemptíbiles qui sunt in Ecclésia, illos constitúite ad judicándum.

Lectio secunda.

AD verecúndiam vestram dico. Sic non est inter vos sápiens quisquam, qui possit judicáre inter fratrem suum? Sed frater cum fratre judício conténdit ꟸ & hoc apud infidéles? Jam quidem omníno delíctum est in vobis: quòd judícia habétis inter vos. Quare non magis injúriam accípitis? Quare non magis fraudem patímini? Sed vos injúriam fácitis, & fraudátis: & hoc frátribus. An nescítis quia iníqui regnum Dei non possidébunt?

Lectio tertia.

NOlíte erráre: Neque fornicárii, neque idólis serviéntes, neque adúlteri, neque molles, neque masculórum concubitóres, neque fures, neque avári, neque ebriósi, neque maledíci, neque rapáces, regnum Dei possidébunt.

uidem fuístis ꟸ sed ablúti estis, ficáti estis, sed justificáti estis : ıe Dómini nostri Jesu Christi, ítu Dei nostri.

SOLENNITATE
SS. *Nominis JESU.*

itas sanctissimi Nominis JESU r Dominica prima post Octavas t, nisi propter Respons. Dómine *. necessariò inchoanda, sit in seferiam transferenda quocumque ea occurrente, quod propterea dum erit.*

t Epiphaniæ in Dominica occurwper anticipantur Sabbato præ- & tunc in primis Vesperis præ-nnitatis fit commemor. primùm is, deinde de Dominica.

Ad primas Vesperas.

ntiph. Ecce nomen Jesu * venit ut per ipsum salvémur, allelu- allel. *Psalmi feriales.*

itulum. Actor. 4.

est salus nobis nisi in nómine nini Jesu : neque enim áliud t sub cælo datum homínibus, pórteat nos salvos fieri.

o grátias.

um ℟. Salvatórem expectámus n nostrum Jesum Christum. † rmábit corpus humilitátis no- igurátum córpori claritátis suæ. riè, & justè, & piè vivámus in o, expectántes beátam spem : um glóriæ magni Dei. Qui. ria Patri. claritátis suæ.

Hymnus.

r Jesu dulcíssime,
ndo cor nostrum vísitas,
ntis calíginem,
ples dulcédine.
Quàm felix est quem sátias,
Consors Patérnæ déxteræ!
Tu verè lumen pátriæ,
Quod omnem sensum súperat.
Splendor Patérnæ glóriæ,
Imcomprehénsa bónitas,
Amóris tui cópiam
Da nobis per præséntiam.
Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Et sic terminantur Hymni per omnes Horas.

℣. Fecit mihi magna qui potens est.
℟. Et sanctum nomen ejus.

Ad Magnificat.

Antiph. In nómine * Jesu omne genu flectátur, cæléstium, terréstrium, & infernórum, allelu-ia, allel. allel.

Oratio.

Deus, qui gloriosíssimum nomen Unigéniti Filii tui Dómini nostri Jesu Christi, fecísti fidélibus tuis summo suavitátis afféctu amábile ꟸ & malignis spíritibus treméndum ac terríbile : concéde propítius ꟸ ut omnes qui hoc nomen Jesu devótè venerántur in terris : consolatiónis tuæ dulcédinem in præsénti percípiant ꟸ & in futúro gaúdium interminábilis jubilatiónis obtíneant : Per eúmdem Dóminum.

Postea fit commemoratio de Dominica.

Antiph. Puer Jesus. *pag.* 221.

℣. Elevátio mánuum. *pag.* 106.

Oratio. Omnípotens sempitérne Deus. *pag.* 222.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Nomen Jesu adorémus. Qui se invocántibus dat spíritus pinguédinem. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Amor Jesu. *ut supra.*

In primo Nocturno.

Sola Antiph. Deus * exaltávit Jesum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. *Psalmi Dominicales. pag.* 17.

℣. Sit nomen Dómini Jesu benedíctum in sécula.

℟. Ante solem pérmanet nomen ejus.

Lectio prima.

Sermo beáti Bernárdi Abbátis.

Serm. 15. *in Cantic.*

OLeum effúsum nomen tuum. Agnósco enim nomen quod in Isaía legi. Servos suos (inquit) vocábit nómine álio ˥ in quo qui benedíctus est super terram: benedicétur in Dómino, amen. O nomen benedíctum: ô óleum usquequáque effúsum. Quoúsque? De cælo in Judæam ˥ & inde in omnem terram excúrrit: & de toto orbe clamat Ecclésia, Oleum effúsum nomen tuum.

℟. Ecce dies véniunt, dicit Dóminus: & suscitábo David germen justum, & regnábit Rex, & sápiens erit, & fáciet judícium & justítiam in terra. † Et hoc est nomen quod vocábunt eum, Dóminus justus noster.

℣. In diébus illis salvábitur Juda, & Israël habitábit confidénter. Et hoc.

Lectio secunda.

EFfúsum planè ˥ quod non solùm cælos terrásque perfúdit: sed aspérsit & ínferos ˥ ádeo ut in nómine Jesu omne genu flectátur, cæléstium, terréstrium, & infernórum ˥ & omnis lingua confiteátur, & dicat: óleum effúsum nomen tuum.

℟. Dixit Angelus ad Maríam, Ne tímeas María. † Invenísti grátiam apud Dóminum.

℣. Ecce concípies, & páries Fílium, & vocábitur nomen ejus Jesus. Invenísti.

Lectio tertia.

ECce Christus ˥ ecce Jesus : u que infúsum Angelis ˥ utrú effúsum in hómines ˥ & illos hó qui computrúerant tanquam ju in stércore suo ˥ hómines & ju salvans : quemádmodum multipl misericórdiam suam Deus.

℟. Ecce concípies, & páries F † Et vocábitur nomen ejus Jesus.

℣. Hic erit magnus, & Fílius A mi vocábitur : & dabit illi Dó Deus sedem David patris ejus. E

Lectio quarta.

QUàm carum ˥ quàm vile : v salúbre. Si vile non esset mihi effunderétur. Si salúbre non nón me lucrarétur. Párticeps nó sum : sum & hæreditátis. Chri sum : frater Christi sum. Si sum dicor ˥ hæres sum Dei : cohæres Christi.

℟. Non discédimus à te : vivi nos, & nomen tuum Dómine in bimus. † Osténde nobis fáciem tu salvi érimus.

℣. Meménto nostri Dómine in plácito pópuli tui, vísita nos in tári tuo. Osténde.

℣. Glória Patri. & salvi érimu

In secundo Nocturno.

Antiph. In nómine. *pag.* 217.

Psalmi Dominicales. pag. 20.

℣. Benedicéntur in nómine Jes nes tribus terræ.

℟. Omnes gentes magnificábunt

Lectio quinta.

ET quid mirum si sponsi effúsu nomen ˥ cùm ipse quoque e sit? Nam semetipsum exinanivit mam servi accípiens. Dénique ai cut aqua effúsus sum. Effúsa est

Divinitátis ꟸ hábitans super ter- rporáliter : ut de illa plenitúdine qui corpus mortis gestámus, mus ꟸ ac vitáli odóre repléti, di- is : Oleum effúsum nomen tuum. od nomen effúsum : & quáliter, tenus.
In própria venit, & sui eum non runt, quotquot autem recepé- um, dedit eis potestátem fílios eri, his qui credunt in nómine Qui non ex sanguínibus, neque intáte carnis, neque ex voluntá- , sed ex Deo nati sunt.
Si autem fílii, & hærédes, hæ- quidem Dei, cohærédes autem . Qui non.

Lectio sexta.

r verò óleum ? Est proculdúbio ter óleum, & nomen sponsi si- lo : nec otiósè Spíritus sanctus al- m comparávit. Ego autem dico ici quadam qualitáte ólei ꟸ quòd pascit, & ungit : si vos mélius bétis. Fovet ignem ꟸ nutrit car- lenit dolórem: lux, cibus, medicína.
Suscépimus Deus, misericórdiam in médio templi tui, secúndùm tuum Deus, sic & laus tua in fi- ræ. † Justítia plena est déxtera tua.
Lætétur mons Sion, & exúltent fi- dæ, propter judícia tua Dómine. .

Lectio septima.

de idem nunc & de sponsi nómine. ucet prædicátum ꟸ pascit reco- n ꟸ invocátum lenit & ungit. Et rámus síngula. Unde putas in to- tanta & tam súbita fídei lux, ni- rædicáto Jesu ? Nonne in hujus is luce Deus nos vocávit in admi- lumen suum ? Quibus illuminátis, & in lúmine isto vidéntibus lumen dicat méritò Paulus ꟸ fuístis aliquándo téne- bræ : nunc autem lux in Dómino.

℟. Notum fecit Dóminus salutáre suum, in conspéctu géntium revelávit justítiam suam. † Et vidérunt omnes fi- nes terræ salutáre Dei.

℣. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Et vidérunt.

Lectio octava.

HOc dénique nomen coram régi- bus, & géntibus, & fíliis Israël portáre jussus est idem Apóstolus ꟸ & portábat nomen tanquam lumen : & il- luminábat pátriam, & clamábat ubíque. Nox præcéssit ꟸ dies autem appropin- quávit : abjiciámus ergo ópera tenebrá- rum ꟸ & induámur arma lucis : sicut in die honéstè ambulémus. Et monstrábat ómnibus lucérnam super candelábrum ꟸ annúntians in omni loco Jesum : & hunc crucifixum.

℟. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. † Deus Dóminus & illúxit nobis.

℣. Lápidem quem reprobavérunt ædi- ficántes, hic factus est in caput ánguli. Deus Dóminus.

℣. Glória Patri. & illúxit nobis.

In tertio Nocturno.

Antiph. Omnis lingua * confiteátur quia Dóminus Jesus est in glória Dei Patris.

Cantic. Pópulus qui. *pag.* 113.

℣. Benedíctum sit nomen majestátis Jesu in ætérnum.

℟. Et replébitur majestáte ejus omnis terra, fiat, fiat.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 1.

IN illo témpore : Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph : dicens ei.

Joſeph fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam. Quod enim in ea natum eſt: de Spíritu ſancto eſt. Páriet autem Filium: & vocábis nomen ejus Jeſum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: ex dictis Sanctórum.

NOmen Jeſu dulce & glorióſum: omni adorátu cultúque digníſſimum. Nomen quod eſt ſuper omne nomen non décuit primùm ab homínibus appellári ⁊ neque ab eis afférri in mundum: ſed ab excellentióri quadam majoríque natúra, vidélicet, Angélica. Hoc autem nomen ei innátum eſt. Ut enim Salvátor ſit: à própria habet natúra.

℟. Appáruit Angelus Dómini Joſeph in ſomnis dicens: ne timúeris accípere Maríam cónjugem tuam. † Quod enim in ea natum eſt, de Spíritu ſancto eſt.

℣. Páriet autem Filium, & vocábis nomen ejus Jeſum. Quod enim.

Lectio decima.

ET quamvis hoc nomen áliis ante fúerit impóſitum ⁊ tamen fuit novum in Chriſto, in quantùm fuit impóſitum ab hac proprietáte, quia eſt Salvátor ómnium: quæ in áliis non fuit, licèt in áliquo facto particulári ſalútem fécerint. Nomen Jeſu fuit ab ætérno præordinátum, & conſecrátum ⁊ Divíno ore nominátum: à Patriárchis & Prophétis antíquis deſiderátum.

℟. Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, & honorificábo nomen tuum in ætérnum. † Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me.

℣. Deus meus es tu, & confitébor tibi: Deus meus es tu & exaltábo te. Quia.

Lectio undecima.

NOmen Jeſu fuit à Prophétis phetátum, & ab antíquo i Nave, qui & Jóſue dícitur præfi tum. Nomen Jeſu fuit ab Angelo gini & Joſeph prænuntiátum ⁊ à Vírgine prædicátum: & à Joſeph i Circumciſiónis impóſitum. Nomen fuit ab Angelis divulgátum ⁊ ab Ap lis magnificátum: & à Martyribus ficátum.

℟. Adjuva nos Deus ſalutáris n & propter honórem nóminis tui Dó líbera nos, & propítius eſto pec noſtris. † Propter nomen tuum.

℣. Intret in conſpéctu tuo gé compeditórum. Propter.

Lectio duodecima.

NOmen Jeſu fuit à Confeſſó collaudátum ⁊ à ſanctis Virgi tanquam óleum effúſum prægustát & à cunctis fidélibus venerátum. men Jeſu dedit cæcis viſum ⁊ ſurdi dítum ⁊ claudis greſſum ⁊ ſermó mutis ⁊ vitam mórtuis: totámque boli poteſtátem de obſéſſis corpór virtus hujus nóminis effugávit. eſt nomen dulce ⁊ nomen delectáb nomen confórtans peccatórem: & men beátæ ſpei.

℟. Salvatórem. *pag.* 217.

Te Deum laudámus. *pag.* 24.

Sequéntia ſancti Evangélii: ſe dùm Matthæum. *Matth.*

IN illo témpore: Angelus Dó appáruit in ſomnis Joſeph: di ei. Joſeph fili David: noli timére pere Maríam cónjugem tuam. Q enim in ea natum eſt: de Spíritu ſa eſt. Páriet autem Filium: & voc nomen ejus Jeſum. Ipſe enim ſal fáciet pópulum ſuum à peccátis eó

Hoc autem totum factum est : ut adimplerétur quod dictum est à Dómino per Prophétam dicéntem. Ecce Virgo in útero habébit ✠ & páriet Filium : & vocábunt nomen ejus Emmánuel. Quod est interpretâtum, nobîscum Deus. Amen.

Oratio. Deus, qui gloriosiss. *pag.* 217.

Ad Laudes.

Sola Antiph. Unguéntum * effúsum nomen tuum : ideo adolescéntulæ dilexérunt te. *Psalmi festivales.*

Capitulum. Non est salus. *pag.* 217.

℟. Exaúdi nos Deus salutáris noster. Exaúdi.

℣. Spes ómnium fínium terræ, & in mari longè. Exaúdi.

℣. Glória Patri. Exaúdi.

Hymnus. Egréssus ejus. *pag.* 163.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum & terram.

Ad Benedictus.

Antiph. Vocátum est * nomen ejus Jesus, quod vocátum est ab Angelo, priúsquam in útero conciperétur.

Oratio. Deus qui glor. *pag.* 217.

Sequitur commemoratio de Dominica.

Antiph. Núptiæ. *pag.* 225.

℣. Dóminus regnávit. *pag.* 28.

Oratio. Omnípotens sempit. *pag.* 222.

Ad Primam.

Antiph. Unguéntum. *ut supra.*

Ad Tertiam.

Antiph. Deus. *pag.* 218.

Capitul. Non est salus nobis. *pag.* 217.

℣. Sit nomen Dómini Jesu benedictum in sécula.

℟. Ante solem pérmanet nomen ejus.

Oratio. Deus, qui gloriosíssimum. *pag.* 217.

Ad Sextam.

Antiph. In nómine. *pag.* 217.

Capitulum. 1. *Corinth.* 12.

Nemo in Spíritu Dei loquens, dicit anáthema Jesu : & nemo potest dícere Dóminus Jesus, nisi in Spíritu sancto.

℟. Deo grátias.

℣. Benedicéntur in nómine Jesu omnes tribus terræ.

℟. Omnes gentes magnificábunt eum.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus dírige actus nostros in beneplácito tuo : ut in nómine dilécti Fílii tui Jesu mereámur bonis opéribus abundáre. Per eumd.

Ad Nonam.

Antiph. Omnis lingua. *pag.* 219.

Capitulum. 1. *Corinth.* 16.

Qui non amat nomen Dómini nostri Jesu Christi : sit anáthema, Maran Atha.

℟. Deo grátias.

℣. Benedíctum sit nomen majestátis Jesu in ætérnum.

℟. Et replébitur majestáte ejus omnis terra, fiat, fiat.

Oratio. Omnípotens. *ut supra.*

Ad Vesperas.

Antiph. Ecce nomen. *pag.* 217. *Psal.* Dixit Dóminus. *pag.* 94.

Antiph. Deus. *pag.* 218. *Psalmus.* Confitébor. *pag.* 95.

Antiph. In nómine. *pag.* 217. *Psalm.* Beátus vir. *pag.* 95.

Antiph. Omnis lingua. *pag.* 219. *Psalm.* Laudáte púeri. *pag.* 95.

Capitul. Non est salus nobis. *pag.* 217.

℟. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. Adjutórium.

℣. Qui fecit cælum & terram. Adjutórium.

℣. Glória Patri. Adjutórium.

Hymnus. Amor Jesu. *pag.* 217.

℣. Exaúdi nos Deus ſalutáris noſter.

℟. Spes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Ad Magnificat.

Antiph. Vocábitur * nomen ejus Emmánuel, quod interpretátur nobíſcum Deus.

Oratio. Deus qui gloriosíſſimum nomen. *pag.* 217.

Sequitur commemoratio de Dominica.

Antiph. Deficiénte vino. *pag.* 225.

Oratio. Omnípotens ſemp. *ut infra.*

Si contingat hoc feſtum transferri in feriam ſecundam ob Reſponſoria. Dómine ne in ira. *totum Officium fiet, ut ſupra ordinatum eſt, cum Pſalmis Dominicalibus ad primas & ſecundas Veſperas, & ad Matutinas.*

DOMINICA PRIMA *poſt Octavas Epiphaniæ. Si Dominicalia Reſponſoria neceſſario ſint in ea inchoanda.*

Ad primas Veſperas.

Antiph. Regnum tuum. *pag.* 105. *Pſalmi feriales.*

Capitulum. Benedíctus Deus. *pag.* 96.

℟. Deus qui ſedes. *ut infra.*

Hymn. Deus creátor. *pag.* 96.

℣. Elevátio. *pag.* 106.

Ad Magnificat.

Antiph. Puer Jeſus * proficiébat ætáte & ſapiéntia coram Deo & homínibus.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui cæléſtia ſimul & terréna moderáris: ſupplicatiónes pópuli tui clementer exaúdi ꟸ & pacem tuam noſtris concéde tempóribus: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitatorium, Hymnus, Antiph. Pſal. Cantic. & ℣. ſicut in pſalterio.

Lectio prima.

Incipit Epíſtola beáti Pauli Apó[illegible] ad Corínthios ſecúnda.

PAulus Apóſtolus Jeſu Chriſti [illegible] voluntátem Dei, & Timótheus [illegible] ter: Eccléſiæ Dei quæ eſt Corínthi, [illegible] ómnibus ſanctis qui ſunt in Ac[illegible] Grátia vobis & pax à Deo Patre no[illegible] & Dómino Jeſu Chriſto. Bened[illegible] Deus & Pater Dómini noſtri Jeſu C[illegible] ſti: Pater miſericordiárum, & Deu[illegible] tíus conſolatiónis ꟸ qui conſolátu[illegible] in omni tribulatióne noſtra: ut p[illegible] mus & ipſi conſolári eos, qui in [illegible] preſſúra ſunt, per exhortatiónem [illegible] exhortámur, & ipſi à Deo.

℟. Dómine ne in ira tua árguas [illegible] neque in furóre tuo corrípias me. † [illegible] ſerére mihi Dómine, quóniam infi[illegible] ſum.

℣. Sana me Dómine, quóniam [illegible] turbáta ſunt oſſa mea, & ánima [illegible] turbáta eſt valde. Miſerére.

Lectio ſecunda.

QUóniam ſicut abúndant paſſi[illegible] Chriſti in nobis: ita & per C[illegible] ſtum abúndat conſolátio noſtra. [illegible] autem tribulámur, pro veſtra exh[illegible] tióne & ſalúte ꟸ ſive conſolámur, [illegible] veſtra conſolatióne ꟸ ſive exhortá[illegible] pro veſtra exhortatióne, & ſalúte, [illegible] operátur tolerántiam earúmdem pa[illegible] num, quas & nos pátimur: ut ſpes [illegible] ſtra firma ſit pro vobis ꟸ ſciéntes [illegible] ſicut ſócii paſſiónum eſtis: ſic érit [illegible] conſolatiónis.

℟. Deus qui ſedes ſuper thronu[illegible] júdicas æquitátem: eſto refúgium [illegible] perum in tribulatióne. † Quia tu [illegible] labórem & dolórem consíderas.

℣. Tibi enim derelíctus eſt pau[illegible] pupillo tu eris adjútor. Quia tu.

Lectio tertia.

)n enim vólumus ignoráre vos
fratres) de tribulatióne nostra,
cta est in Asia ꟶ quóniam supra
ı graváti sumus supra virtútem :
tæderet nos étiam vívere. Sed
nobismetipsis respónsum mortis
ius ꟶ ut non simus fidéntes in
sed in Deo qui súscitat mór-
qui de tantis perículis nos erí-
c éruit.

dextris est mihi Dóminus ne
vear. † Propter hoc dilatátum
meum, & exultávit lingua mea.
óminus pars hæreditátis meæ &
mei. Propter.

Lectio quarta.

uem sperámus, quóniam & ad-
erípiet, adjuvántibus & vobis
ióne pro nobis ꟶ ut ex multó-
ersónis ejus quæ in nobis est do-
s : per multos grátiæ agántur
bis. Nam glória nostra hæc est,
nium consciéntiæ nostræ : quòd
licitáte cordis & sinceritáte Dei,
n sapiéntia carnáli ꟶ sed in grátia
onversáti sumus in hoc mundo :
ntiùs autem ad vos.

Iotas mihi fecísti Dómine vias
Adimplébis me lætítia cum vul-
, delectatiónes in déxtera tua
in finem.

u es Dómine qui restítues hæ-
m meam mihi. Adimplébis.
lória Patri. in finem.

Lectio quinta.

n enim ália scríbimus vobis :
ùàm quæ legístis, & cognovistis.
utem quòd usque in finem co-
is ꟶ sicut & cognovístis nos ex
uòd glória vestra sumus : sicut
ostra, in die Dómini nostri Jesu
Christi. Et hac confidéntia vólui priùs veníre ad vos : ut secúndam grátiam haberétis ꟶ & per vos transíre in Macedóniam, & íterum à Macedónia veníre ad vos : & à vobis dedúci in Judæam.

℞. Inténde deprecatiónem meam Dómine : & inclína aurem tuam ad precem meam. † Custódi me ut pupíllam óculi, sub umbra alárum tuárum prótege me.

℣. Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea. Custó.

Lectio sexta.

CUm ergo hoc voluíssem ꟶ nunquid levitáte usus sum ? Aut quæ cógito, secúndùm carnem cógito ꟶ ut sit apud me, Est, & Non ? Fidélis autem Deus ꟶ quia sermo noster qui fuit apud vos : non est in illo, Est, & Non. Dei enim Fílius Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicátus est, per me & Sylvánum & Timótheum ꟶ non fuit, Est & non : sed Est in illo fuit. Quotquot enim promissiónes Dei sunt, in illo Est : ídeo & per ipsum ꟶ Amen Deo : ad glóriam nostram.

℞. Díligam te Dómine, virtus mea, Dóminus firmaméntum. † Et refúgium meum.

℣. Liberátor meus, Deus meus, adjútor meus. Et refúgium meum.

Lectio septima.

QUi autem confírmat nos vobíscum in Christo, & qui unxit nos Deus ꟶ qui & signávit nos : & dedit pignus Spíritus in córdibus nostris. Ego autem testem Deum ínvoco in ánimam meam ꟶ quòd parcens vobis non veni ultra Corínthum : non quia dominámur fídei vestræ ꟶ sed adjutóres sumus gaúdii vestri : nam fide statis.

témpore. † Semper laus ejus in ore meo.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea, aúdiant mansuéti, & læténtur. Semper.

Lectio tertia.

CUi autem áliquid donástis : & ego. Nam & ego quod donávi ꟷ si quid donávi : propter vos in persóna Christi ꟷ ut non circumveniámur à sátana : non enim ignorámus cogitatiónes ejus. Cùm veníssem autem Troadem propter Evangélium Christi ꟷ & óstium mihi apértum esset in Dómino : non hábui réquiem spirítui meo ꟷ eò quòd non invénerim Titum fratrem meum : sed valefáciens eis proféctus sum in Macedóniam.

℟. Delectáre in Dómino. † Et dabit tibi petitiónes cordis tui.

℣. Súbditus esto Dómino, & ora eum. Et dabit.

℣. Glória Patri. cordis tui.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

DEo autem grátias, qui semper triúmphat nos in Christo Jesu : & odórem notítiæ suæ maniféstat per nos in omni loco. Quia Christi bonus odor sumus Deo : in iis qui salvi fiunt, & in iis qui péreunt. Aliis quidem odor mortis in mortem : áliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idóneus ?

℟. Áuribus pércipe Dómine lácrymas meas, ne síleas à me, remítte mihi. † Quóniam íncola ego sum apud te, & peregrínus.

℣. Compláceat tibi Dómine, ut éruas me, Dómine ad adjuvándum me réspice. Quoniam.

Lectio secunda.

NOn enim sumus sicut plúrimi, adulterántes verbum Dei ꟷ sed ex sinceritáte, sed sicut ex Deo, coram Deo : in Christo loquimur. Incípimus íterum nosmetipsos commendáre ? aut nunquid egémus (sicut quidam) commendatítiis epístolis ad vos, aut ex vobis ?

℟. Státuit Dóminus supra petram pedes meos, & diréxit gressus meos. † Et immísit in os meum cánticum novum.

℣. Exaudívit preces meas, & edúxit me de lacu misériæ. Et.

Lectio tertia.

EPístola nostra vos estis scripta in córdibus nostris ꟷ quæ scitur & légitur ab ómnibus homínibus : manifestáti quòd epístola estis Christi, ministráta à nobis ꟷ & scripta non atraménto, sed Spíritu Dei vivi : non in tábulis lapídeis, sed in tábulis cordis carnálibus.

℟. Ego dixi, Dómine miserére mei. † Sana ánimam meam quia peccávi tibi.

℣. Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me Dómine. Sana.

℣. Glória Patri. peccávi tibi.

Cætera omnia ut in Psalterio.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

FIdúciam autem talem habémus per Christum ad Deum : non quòd sufficiéntes simus cogitáre áliquid à nobis, quasi ex nobis ꟷ sed sufficiéntia nostra ex Deo est : qui & idóneos nos fecit minístros novi Testaménti, non líttera, sed spíritu : líttera enim occídit, spíritus autem vivíficat.

℟. Miserére mei Deus, quóniam in te confídit ánima mea, & in umbra alárum tuárum sperábo. † Donec tránseat iníquitas.

℣. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum. Donec.

Lectio secunda.

QUòd si ministrátio mortis lítteris deformáta in lapídibus, fuit in glória ✠ ita ut non possent inténdere fílii Israël in fáciem Moysi, propter glóriam vultus ejus, quæ evacuátur ✠ quómodo non magis ministrátio Spíritus erit in glória? Nam si ministrátio damnatiónis glória est: multò magis abúndat ministérium justítiæ in glória.

℟. Adjútor meus tibi psallam, quia Deus suscéptor meus es. † Deus meus misericórdia mea.

℣. Cantábo fortitúdinem tuam, & exultábo manè misericórdiam tuam. Deus meus.

Lectio tertia.

NAm nec glorificátum est, quod cláruit in hac parte: propter excelléntem glóriam. Si enim quod evacuátur, per glóriam est: multò magis quod manet, in glória est. Habéntes ígitur talem spem, multa fidúcia útimur ✠ & non sicut Moyses ponébat velámen super fáciem suam, ut non inténderent fílii Israël in fáciem ejus, quod evacuátur: sed obtúsi sunt sensus eórum.

℟. Exaúdi Deus deprecatiónem meam, inténde oratióni meæ. † A fínibus terræ ad te clamávi Dómine.

℣. Quóniam tu Deus meus exaudísti oratiónem meam: dedísti hæreditátem timéntibus nomen tuum. A fínibus.

℣. Glória Patri, & Filio, & Spirít. Dómine.

Cætera habentur in Psalterio.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

USque in hodiérnum enim diem idipsum velámen in lectióne véteris testaménti manet non revelátum: (quóniam in Christo evacuátur.) Sed usque in hodiérnum diem cum légitur Moyses: velámen pósitum est super cor eórum. Cùm autem convérsus fúerit ad Dóminum: auferétur velámen.

℟. Deus in te sperávi, Dómine non confúndar in ætérnum, in tua justítia líbera me. † Et éripe me.

℣. Inclína ad me aurem tuam & salva me. Et.

Lectio secunda.

DOminus autem Spíritus est. Ubi autem Spíritus Dómini: ibi libértas. Nos verò omnes reveláta fácie glóriam Dómini speculántes ✠ in eámdem imáginem tranformámur à claritáte in claritátem: tanquam à Dómini Spíritu.

℟. Repleátur os meum laude, ut hymnum dicam glóriæ tuæ tota die magnificéntiæ tuæ, noli me projícere in témpore senectútis. † Cùm defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

℣. Deus ne elongéris à me, Deus meus in auxílium meum réspice. Cùm defécerit.

Lectio tertia.

IDeò habéntes administratiónem ✠ juxta quod misericórdiam consecúti sumus: non defícimus, sed abdicámus occúlta dedécoris ✠ non ambulántes in astútia, neque adulterántes verbum Dei ✠ sed in manifestatióne veritátis commendántes nosmetípsos: ad omnem consciéntiam hóminum coram Deo.

℟. Gaudébunt lábia mea, dum cantávero tibi. † Et ánima mea quam redemísti Dómine.

℣. Sed & lingua mea tota die meditábitur justítiam tuam. Et ánima.

℣. Glória Patri, & Filio, & Spirít. Dómine.

Cætera ut in Psalterio.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

QUòd si étiam opértum est Evangélium nostrum ˥ in iis, qui péreunt, est opértum: in quibus Deus hujus séculi excæcávit mentes infidélium, ut non fúlgeat illis illuminátio Evangélii glóriæ Christi, qui est imágo Dei. Non enim nosmetípsos prædicámus ˥ sed Jesum Christum Dóminum nostrum: nos autem servos vestros per Jesum.

℟. Confitébor tibi Dómine Deus, in toto corde meo, & honorificábo nomen tuum in ætérnum. † Quia misericórdia tua magna est super me.

℣. Deus meus es tu, & confitébor tibi: Deus meus es tu, & exaltábo te. Quia.

Lectio secunda.

QUóniam Deus, qui dixit de ténebris lucem splendéscere ˥ ipse illúxit in córdibus nostris: ad illuminatiónem sciéntiæ claritátis Dei, in fácie Christi Jesu. Habémus autem thesáurum istum in vasis fictílibus: ut sublímitas sit virtútis Dei, & non ex nobis.

℟. Misericórdia tua Dómine magna est super me. † Et liberásti ánimam meam ex inférno inferióri.

℣. In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, quia exaudísti me. Et liberásti.

Lectio tertia.

IN ómnibus tribulatiónem pátimur: sed non angustiámur ˥ aporiámur: sed non destitúimur ˥ persecutiónem pátimur: sed non derelínquimur ˥ dejícimur: sed non perímus ˥ semper mortificatiónem Jesu in córpore nostro circumferéntes: ut & vita Jesu manifestétur in corpóribus nostris.

℟. Factus est mihi Dóminus in refúgium. † Et Deus meus in auxílium spei meæ.

℣. Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, & factus est protéctor meus. Et.

℣. Glória Patri. spei meæ.

Cætera ut in psalterio

SABBATO.

Lectio prima.

SEmper enim nos qui vívimus, in mortem trádimur propter Jesum; ut & vita Jesu manifestétur in carne nostra mortáli. Ergo mors in nobis operátur: vita autem in vobis. Habéntes autem eúmdem spíritum fidei, sicut scriptum est, Crédidi propter quod locútus sum: & nos crédimus propter quod & lóquimur. Sciéntes quóniam qui suscitávit Jesum: & nos cum Jesu suscitábit, & constítuet vobíscum.

℟. Misericórdiam & judícium cantábo tibi Dómine, psallam & intélligam. † In via immaculáta quando vénies ad me.

℣. Perambulábam in innocéntia cordis mei, in médio domus meæ. In via.

Lectio secunda.

OMnia enim propter vos: ut grátia abúndans per multos in gratiárum actióne, abúndet in glóriam Dei. Propter quod, non defícimus ˥ sed licèt is qui foris est noster homo, corrúmpitur: tamen is qui intus est, renovátur de die in diem.

℟. Dómine exaúdi oratiónem meam, & clamor meus ad te pervéniat. † Quia non spernis Deus preces paúperum.

℣. Fiant aures tuæ intendéntes in vocem deprecatiónis meæ. Quia.

Lectio tertia.

ID enim, quod in præsénti est momentáneum, & leve, tribulatióni

nostræ : supra modum in sublimitáte ætérnum glóriæ pondus operátur in nobis ꝰ non contemplántibus nobis quæ vidéntur : sed quæ non vidéntur. Quæ enim vidéntur, temporália sunt : quæ autem non vidéntur, ætérna sunt.

℟. Velóciter exaúdi me Dómine. † Quia defecérunt sicut fumus dies mei.

℣. Non avértas fáciem tuam à me, in quacúmque die tribulor, inclína ad me aurem tuam. Quia.

℣. Glória Patri. dies mei.

Cætera ut in psalterio.

DOMINICA SECUNDA *Post Octavas Epiphaniæ.*

Ad primas Vesperas.

Antiph. Psalmi, Capitulum, ℟. *Hymnus, &* ℣. *ut in psalterio. pag.* 105.

Ad Magnificat.

Antiph. Hoc fecit inítium * signórum Jesus in Cana Galilææ, & manifestávit glóriam suam, allelu-ia.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice ꝰ atque ad protegéndum nos, déxteram tuæ majestátis exténde : Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Ad Matutinas.

Invitatorium, Hymnus, Antiph. Psalmi, Cantica, & ℣. *recipiantur ex psalterio. pag.* 16.

Lectio prima.

Incipit Epístola beáti Pauli Apóstoli: ad Gálatas.

PAulus Apóstolus non ab homínibus, neque per hóminem, sed per Jesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitávit eum à mórtuis ꝰ & qui sunt mecum omnes fratres : Ecclésiis Galátiæ. Grátia vobis & pax à Deo Patre, & Dómino nostro Jesu Christo ꝰ qui dedit semetípsum pro peccátis nostris : ut eríperet nos de præsénti século nequam ꝰ secúndùm voluntátem Dei & Patris nostri : cui est glória in sécula sæculórum, Amen.

℟. Dómine ne in ira tua. *cum cæteris. pag.* 222.

Lectio secunda.

MIror quòd sic tam citò transferímini ab eo qui vos vocávit in grátiam Christi, in áliud Evangélium ꝰ quod non est áliud : nisi sunt áliqui, qui vos contúrbant, & volunt convértere Evangélium Christi. Sed licèt nos, aut Angelus de cælo evangelízet vobis prætérquam quod evangelizávimus vobis : anáthema sit.

Lectio tertia.

SIcut prædíximus : & nunc íterum dico. Si quis vobis evangelizáverit præter id quod accepístis : anáthema sit. Modò enim homínibus suádeo, an Deo ? An quæro homínibus placére ? Si adhuc homínibus placérem : Christi servus non essem. Notum enim vobis fácio (fratres) Evangélium, quod evangelizátum est à me : quia non est secúndùm hóminem.

Lectio quarta.

NEque enim ego ab hómine accépi illud, neque dídici : sed per revelatiónem Jesu Christi. Audístis enim conversatiónem meam aliquándo in Judaísmo ꝰ quóniam supra modum persequébar Ecclésiam Dei : & expugnábam illam. Et proficiébam in Judaísmo supra multos coætáneos meos in génere meo : abundántiùs æmulátor exístens paternárum meárum traditiónum.

ia sancti Evangélii : secún-
æum. *Matth.* 8.
témpore : Cùm descendísset
e monte : secútæ sunt eum
tæ. Et ecce leprósus véniens,
eum , dicens. Dómine : si vis
nundáre. Et exténdens Jesus
tétigit eum , dicens. Volo.
Et conféstim mundáta est le-
Et ait illi Jesus. Vide némini
ed vade, osténde te sacerdóti:
inus , quod præcépit Moyses
ium illis. Cùm autem introís-
naüm , accéssit ad eum Cen-
ns eum, & dicens. Dómine℣
jacet in domo paralyticus :
quétur. Et ait illi Jesus. Ego
& curábo eum. Et respóndens
ait. Dómine ℣ non sum
ntres sub tectum meum : sed
verbo , & sanábitur puer
n & ego homo sum sub po-
stitútus : habens sub me mi-
co huic, Vade : & vadit. Et
& venit. Et servo meo, Fac
it. Aúdiens autem Jesus, mi-
& sequéntibus se dixit. Amen
: non invéni tantam fidem
Dico autem vobis ℣ quòd
riénte & Occidénte vénient:
ent cum Abraham , & Isaac,
n regno cælórum. Fílii autem
iéntur in ténebras exterióres.
tus : & stridor déntium. Et
Centurióni. Vade : & sicut
fiat tibi. Et sanátus est puer
. Amen.
Omnípotens sempitérne Deus.

udes , Antiphonæ , Psalmi ,
℟. Hymnus , & ℣. sunt in

Ad Benedictus.

Antiph. Cùm autem descendísset * Jesus de monte : ecce leprósus véniens adorábat eum , dicens, Dómine , si vis , potes me mundáre. Et exténdens manum, tétigit eum dicens, Volo , Mundáre , allelu-ia.

Oratio. Omnipotens. *pag.* 229.

Ad Horas & Vesperas , ut in psalterio.

Ad Magnificat.

Antiph. Dómine, * puer meus jacet paralyticus in domo , & malè torquétur : & ait illi Jesus, Ego véniam , & curábo eum.

Oratio. Omnípotens. *pag.* 229.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

O Insensáti Gálatæ, quis vos fascinávit non obedíre veritáti ℣ ante quorum óculos Jesus Christus præscríptus est, in vobis crucifixus ? Hoc solùm à vobis volo díscere ℣ Ex opéribus legis Spíritum accepístis , an ex audítu fídei ? Sic stulti estis ℣ ut cùm spíritu cœpéritis, nunc carne consummémini ?

Ab hinc usque ad Septuagesimam ℟. recipiantur de hebdomada præcedenti pag. 225. & sequentibus, ubi dies singuli sua propria habent Responsoria.

Lectio secunda.

TAnta passi estis sine causa ? Si tamen sine causa. Qui ergo tríbuit vobis Spíritum, & operátur virtútes in vobis℣ ex opéribus legis, an ex audítu fídei ? Sicut scriptum est. Abraham crédidit Deo : & reputátum est illi ad justítiam. Cognóscite ergo, quia qui ex fide sunt : ii sunt fílii Abrahæ.

Lectio tertia.

PRóvidens autem Scriptúra, quia ex fide justíficat Gentes Deus ℣ præ-

nuntiávit Abrahæ: Quia benedicéntur in te omnes Gentes. Igitur qui ex fide sunt: benedicéntur cum fidéli Abraham. Quicúmque enim ex opéribus legis sunt: sub maledícto sunt. Scriptum est enim, Maledíctus omnis, qui non permánserit in ómnibus quæ scripta sunt in libro legis: ut fáciat ea.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

QUóniam autem in lege nemo justificátur apud Deum † maniféstum est: quia justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide † sed qui fécerit ea: vivet in illis. Christus nos redémit de maledícto legis, factus pro nobis maledíctum † quia scriptum est: Maledíctus omnis qui pendet in ligno † ut in Géntibus benedíctio Abrahæ fieret in Christo Jesu: ut pollicitatiónem Spíritus per fidem.

Lectio secunda.

FRatres (secúndùm hóminem dico) tamen hóminis confirmátum testaméntum nemo spernit: aut superórdinat. Abrahæ díctæ sunt promissiónes: & sémini ejus. Non dicit, Et séminibus, quasi in multis † sed quasi in uno: Et sémini tuo, qui est Christus.

Lectio tertia.

HOc autem dico, testaméntum confirmátum à Deo † quæ post quadringéntos & trigínta annos facta est Lex: non írritum facit ad evacuándam promissiónem. Nam si ex lege hæréditas: jam non ex promissióne. Abrahæ autem per repromissiónem donávit Deus.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

QUid ígitur lex? Propter transgressiónes pósita est, donec veniret semen, cui promíserat: ord per Angelos in manu mediatóris. diátor autem unius non est: Deu tem unus est. Lex ergo advérsùs missa Dei? Absit. Si enim data lex, quæ posset vivificáre: verè ex esset justítia.

Lectio secunda.

SEd conclúsit Scriptúra ómnia peccáto: ut promissio ex fide Christi darétur credéntibus. Priùs a quàm veníret fides † sub lege cust bámur conclúsi: in eam fidem qu velánda erat. Itaque lex pædag noster fuit in Christo: ut ex fide ficémur. At ubi venit fides: jam sumus sub pædagógo.

Lectio tertia.

OMnes enim filii Dei estis pe dem, quæ est in Christo Quicúmque enim in Christo bap estis: Christum induístis. Non es dæus, neque Græcus † non est se neque liber: non est másculus, n fœmina. Omnes enim vos unum in Christo Jesu. Si autem vos Ch ergo semen Abrahæ estis: secún promissiónem hærédes.

FERIA QUINT

Lectio prima.

DIco autem † Quanto tém hæres párvulus est, nihil diff servo, cùm sit dóminus ómnium sub tutóribus & actóribus est, usqu præfinítum tempus à patre † ita & cùm essémus párvuli: sub elem mundi erámus serviéntes. At ubi plenitúdo témporis † misit Deus F suum, factum ex muliere, factum su ge, ut eos qui sub lege erant, redim ut adoptiónem filiórum reciperému

Lectio ſecunda.

Uóniam autem eſtis filii ˥ miſit Deus Spíritum Fílii ſui in corda , clamántem : Abba, Pater. Itaque on eſt ſervus : ſed filius. Quòd ſi : & hæres per Deum. Sed tunc m ignorántes Deum : iis, qui na- non ſunt dii, ſerviebátis.

Lectio tertia.

Unc autem cùm cognovéritis Deum ˥ immo cógniti ſitis à ˥ quómodo convertímini íterum firma & egéna eleménta, quibus ſervíre vultis ? Dies obſervátis, nſes, & témpora, & annos. Tí- vos : ne fortè ſine cauſa laborá- in vobis. Eſtóte ſicut & ego ˥ & ego ſicut vos : fratres, óbſecro Nihil me læſíſtis.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

itis autem quia per infirmitátem rnis evangelizávi vobis jamprí- & tentatiónem veſtram in carne on ſprevíſtis, neque reſpuíſtis ˥ cut Angelum Dei excepíſtis me : Chriſtum Jeſum. Ubi eſt ergo údo veſtra ? Teſtimónium enim eo vobis ˥ quia, ſi fieri poſſet, veſtros eruiſſétis : & dediſſétis

Lectio ſecunda.

go inimícus vobis factus ſum, rum dicens vobis ? Æmulántur n bene ˥ ſed exclúdere vos vo- t illos æmulémini. Bonum autem mini in bono ſemper : & non tan- m præſens ſum apud vos. Filíoli uos íterum partúrio : donec for- Chriſtus in vobis. Vellem autem d vos modò ˥ & mutáre vocem meam : quóniam confúndor in vobis.

Lectio tertia.

DIcite mihi, qui ſub lege vultis eſſe ˥ legem non legíſtis ? Scriptum eſt enim ˥ quóniam Abraham duos filios hábuit : unum de ancílla, & unum de líbera. Sed qui de ancílla, ſecúndùm carnem natus eſt : qui autem de líbera, per repromiſſiónem : quæ ſunt per allegóriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtaménta. Unum quidem in monte Sina, in ſervitútem génerans : quæ eſt Agar.

SABBATO.

Lectio prima.

SIna enim, mons eſt in Arábia, qui conjúnctus eſt ei, quæ nunc eſt Jerúſalem : & ſervit cum fíliis ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Jerúſalem, líbera eſt : quæ eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim. Lætáre ſtérilis, quæ non paris ˥ erúmpe, & clama, quæ non párturis : quia multi fílii deſértæ, magis quàm ejus quæ habet virum.

Lectio ſecunda.

NOs autem (fratres) ſecúndùm Iſaac promiſſiónis fílii ſumus. Sed quómodo tunc is qui ſecúndùm carnem natus fúerat ˥ perſequebátur eum qui ſecúndùm ſpíritum : ita & nunc. Sed quid dicit Scriptúra ? Ejice ancíllam & filium ejus : non enim hæres erit filius ancíllæ cum filio líberæ. Itaque (fratres) non ſumus ancíllæ fílii, ſed líberæ : qua libertáte Chriſtus nos liberávit.

Lectio tertia.

STate, & nolíte íterum jugo ſervitútis continéri. Ecce ego Paulus dico vobis ˥ quóniam ſi circumcidámini : Chriſtus vobis nihil próderit. Teſtíficor autem rurſus omni hómini circumcidénti ſe : quóniam débitor eſt uni_

vérsæ legis faciéndæ. Evacuáti estis à Christo ꟷ qui in lege justificámini : à grátia excidístis. Nos enim spíritu, ex fide : spem justítiæ expectámus.

DOMINICA TERTIA, *Post Octavas Epiphaniæ.*

Ad primas Vesperas.

Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, ℟. Hymnus, & ℣. de Psalterio.

Ad Magnificat.

Antiph. Dómine * non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantùm dic verbo, & sanábitur puer meus.

Oratio.

DEus, qui nos in tantis perículis constitútos pro humána scis fragilitáte non posse subsístere ꟷ da nobis salútem mentis & córporis : ut ea quæ pro peccátis nostris pátimur ꟷ te adjuvánte vincámus : Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitatorium, Hymnus, Antiphonæ, Psalmi, Cantica, & ℣. de Psalterio.

Lectio prima.

Incipit Epístola beáti Pauli Apóstoli : ad Ephésios.

PAulus Apóstolus Jesu Christi per voluntátem Dei : ómnibus sanctis, qui sunt Ephesi, & fidélibus in Christo Jesu. Grátia vobis & pax à Deo Patre nostro : & Dómino Jesu Christo. Benedíctus Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi : qui benedíxit nos in omni benedictióne spirituáli in cæléstibus, in Christo.

℟. Dómine ne. *cum cæteris. pag.* 222.

Lectio secunda.

SIcut elégit nos in ipso ante mundi constitutiónem : ut essémus sancti, & immaculáti in conspéctu ejus in charitáte. Qui prædestinávit nos in adoptiónem filiórum per Jesum Christum ipsum ꟷ secúndùm propósitum v[...] tátis suæ, in laudem glóriæ grátia[...] in qua gratificávit nos in dilécto Fili[...]

Lectio tertia.

IN quo habémus redemptióne[...] sánguinem ejus ꟷ remissiónem [...] tórum, secúndùm divítias grátiæ [...] quæ superabundávit in nobis in [...] sapiéntia & prudéntia : ut notum f[...] nobis sacraméntum voluntátis sua[...] cúndùm beneplácitum ejus ꟷ quo[...] pósuit in eo, in dispensatióne pl[...] dinis témporum : instauráre óm[...] Christo, quæ in cælis, & quæ in [...] sunt, in ipso.

Lectio quarta.

IN quo étiam & nos sorte voc[...] mus ꟷ prædestináti secúndùm p[...] situm ejus, qui operátur ómnia [...] dùm consílium voluntátis suæ : ut [...] in laudem glóriæ ejus nos, qui ant[...] rávimus in Christo. In quo & vos [...] audissétis verbum veritátis Evang[...] salútis vestræ ꟷ in quo & cred[...] signáti estis Spíritu promissiónis sa[...] qui est pignus hæreditátis nostra[...] redemptiónem acquisitiónis, in la[...] glóriæ ipsíus.

Lectio quinta.

PRoptérea & ego áudiens [...] vestram, quæ est in Dómino [...] & dilectiónem in omnes sanctos ꟷ [...] cesso grátias agens pro vobis, m[...] riam vestri fáciens, in oratiónibus [...] ut Deus Dómini nostri Jesu Christ[...] ter glóriæ, det vobis spíritum sapi[...] & revelatiónis : in agnitióne ejus [...] minátos óculos cordis vestri.

Lectio sexta.

UT sciátis quæ sit spes voca[...] ejus, & quæ divítiæ glóriæ [...]

ditátis ejus in sanctis ✠ & quæ sit superéminens magnitúdo virtútis ejus in nos, qui crédimus secúndùm operatiónem poténtiæ virtútis ejus : quam operátus est in Christo, súscitans illum à mórtuis, & constítuens ad déxteram suam in cæléstibus.

Lectio septima.

SUpra omnem principátum, & potestátem, & virtútem, & dominatiónem ✠ & omne nomen, quod nominátur non solùm in hoc século : sed étiam in futúro. Et ómnia subjécit sub pédibus ejus ✠ & ipsum dedit caput supra omnem Ecclésiam, quæ est corpus ipsíus, & plenitúdo ejus : qui ómnia in ómnibus adimplétur.

Lectio octava.

ET vos, cùm essétis mórtui delíctis & peccátis vestris, in quibus aliquándo ambulástis secúndùm séculum mundi hujus ✠ secúndùm príncipem potestátis aëris hujus : spíritus, qui nunc operátur in filios diffidéntiæ, in quibus & nos omnes aliquándo conversáti sumus in desidériis carnis nostræ ✠ faciéntes voluntátem carnis & cogitatiónum : & erámus natúra fílii iræ, sicut & cæteri.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 8.

IN illo témpore : Ascendénte Jesu in navículam : secúti sunt eum discípuli ejus. Et ecce motus magnus factus est in mari : ita ut navícula operirétur flúctibus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Joánnis Chrysóstomi Epíscopi.

Homil. 29. in Matth.

IDcirco solos discípulos secum duxit ✠ quóniam ubi signa tantúmmodo demonstrabántur, turbas quoque admittébat : ubi verò timor ac tremor imminébat ✠ eos solos recipiébat : quos ad prædicatiónem & perícula erat missúrus.

Lectio decima.

ET Matthæus quidem dicit, quòd dormiébat : Marcus verò, quòd in cervicáli simplíciter ✠ ut & humilitátem ejus patefáceret : & præstántis philosóphiæ præcéptis nos instrúeret. Cùm ergo fluctus vehementiùs insúrgerent ✠ ac mare procéllis insaníret : tunc éxcitant ipsum, dicéntes ✠ Dómine salva nos : perímus. Ipse autem eos, priúsquam mare sedáret : reprehéndit.

Lectio undecima.

SIcut enim díximus, ad exercitatiónem eórum hæc fíeri permittebántur ✠ erátque figúra tentatiónum : ad quas essent perventúri. Majóribus enim eos certè rerum tempestátibus postea permísit vexári. Unde Paulus quoque dicébat : Nolo autem vos ignoráre, fratres ✠ quòd valde graváti supra vires sumus : ut de vita étiam desperavérimus.

Lectio duodecima.

UT hinc ígitur eos docéret, quántùm in eo confídere oportéret ✠ cùm insáni fluctus insúrgant : disceréntque quòd ad mélius cuncta dispénsat ✠ primùm ipsos íncrepat : nec enim incássum ad extrémum usque terrórem eos deveníre permísit ✠ verùm, ut signum eis ingens viderétur : & perpétua miráculi memória residéret.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 8.

IN illo témpore : Ascendénte Jesu in navículam : secúti sunt eum discípuli ejus. Et ecce motus magnus factus est in mari : ita ut navícula operirétur flúctibus. Ipse verò dormiébat. Et accessérunt ad eum discípuli ejus : &

suscitavérunt eum dicéntes. Dómine ꟸ salva nos: perímus. Et dicit eis Jesus. Quid tímidi estis, módicæ fidei? Tunc surgens imperávit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porrò hómines miráti sunt: dicéntes. Qualis est hic? Quia venti & mare obêdiunt ei.

Oratio. Deus, qui nos. *pag.* 234.

Ad Benedictus.

Antiph. Ascendénte * Jesu in navículam, ecce motus magnus factus est in mari, & suscitavérunt eum discípuli ejus, dicéntes, Dómine salva nos.

Ad Magnificat.

Antiph. Dómine, * salva nos, perímus: & dicit eis Jesus, Quid tímidi estis, módicæ fidei?

Oratio. Deus qui nos. *pag.* 234.

Cætera ut in psalterio.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

Incipit Epístola beáti Pauli Apóstoli: ad Philippénses.

PAulus & Timótheus, servi Jesu Christi ꟸ ómnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis: cum Epíscopis & Diacónibus. Grátia vobis & pax à Deo Patre nostro: & Dómino Jesu Christo. Grátias ago Deo meo in omni memória vestri, semper in cunctis oratiónibus meis, pro ómnibus vobis ꟸ cum gaúdio deprecatiónem fáciens: super communicatióne vestra in Evangélio Christi à prima die usque nunc.

Lectio secunda.

COnfidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum: perfíciet usque in diem Christi Jesu. Sicut est mihi justum, hoc sentíre pro ómnibus vobis ꟸ eò quòd hábeam vos in corde, & in vínculis meis: & in defensióne, & confirmatióne Evangélii sócios gaúdii mei omnes vos esse.

Lectio tertia.

TEstis enim mihi est Deus: quómodo cúpiam omnes vos in viscéribus Jesu Christi. Et hoc oro, ut cháritas vestra magis ac magis abúndet in sciéntia, & in omni sensu ꟸ ut probétis potióra, ut sitis sincéri, & sine offénsa in diem Christi: replétí fructu justítiæ, per Jesum Christum, in glóriam & laudem Dei.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

SCire autem vos volo (fratres) quia quæ circa me sunt magis ad profectum venérunt Evangélii: ita ut víncula mea manifésta fierent in Christo in omni prætório, & in cæteris ómnibus. Et plures è frátribus in Dómino confidéntes vínculis meis: abundántiùs audérent sine timóre verbum Dei loqui.

Lectio secunda.

QUidam quidem & propter invídiam & contentiónem: quidam autem & propter bonam voluntátem Christum prædicant. Quidam ex charitáte: sciéntes quóniam in defensiónem Evangélii pósitus sum. Quidam autem ex contentióne Christum annúntiant non sincérè: existimántes pressúram se suscitáre vínculis meis.

Lectio tertia.

QUid enim? Dum omni modo, sive per occasiónem, sive per veritátem, Christus annuntiétur: & in hoc gaúdeo, sed & gaudébo. Scio enim quia hoc mihi provéniet ad salútem ꟸ per vestram oratiónem, & subministratiónem Spíritus Jesu Christi, secúndùm

ratiónem & spem meam : quia in confúndar.

RIA QUARTA.

Lectio prima.

l in omni fidúcia ficut femper, nunc magnificábitur Chriftus in re meo : five per vitam, five per m. Mihi enim vívere Chriftus mori lucrum. Quòd fi vívere in, hic mihi fructus óperis eft : & éligam, ignóro.

Lectio fecunda.

ârctor autem è duóbus ꟸ defidé-ium habens diffólvi, & effe cum o, multò magis mélius : permautem in carne, neceffárium pro-os. Et hoc confídens, fcio quia o, & permanébo ómnibus vobisꟸ oféctum veftrum, & gaúdium fiut gratulátio veftra abúndet in o Jefu in me per meum advénterum ad vos.

Lectio tertia.

ntùm dignè Evangélio Chrifti onverfámini ꟸ ut five cùm vénevídero vos, five abfens aúdiam is : quia ftatis in uno fpíritu uná-, collaborántes fidei Evangélii.

RIA QUINTA.

Lectio prima.

in nullo terreámini ab adverfá-is, quæ illis eft caufa perditiónisꟸ autem falútis : & hoc à Deo. vobis donátum eft pro Chrifto, lùm ut in eum credátis ꟸ fed ut pro illo patiámini : idem certá-abéntes, quale & vidíftis in me, c audíftis de me.

Lectio fecunda.

SI qua ergo confolátio in Chrifto ꟸ fi quod folátium charitátis ꟸ fi qua focietas fpíritus ꟸ fi qua vífcera mife-ratiónis ꟸ impléte gaúdium meum : ut idem fapiátis, eámdem charitátem habéntes : unánimes, idípfum fentiéntes ꟸ nihil per contentiónem, neque per inánem glóriam : fed in humilitáte, fupe-rióres fibi ínvicem arbitrántes ꟸ non quæ fua funt fínguli confiderántes : fed ea quæ aliórum.

Lectio tertia.

HOc enim fentíte in vobis, quod & in Chrifto Jefu : qui cùm in forma Dei effetꟸ non rapínam arbitrátus eft effe fe æquálem Deo : fed femetíp-fum exinanívit formam fervi accípiensꟸ in fimilitúdinem hóminum factus : & hábitu invéntus, ut homo.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

HUmiliávit femetípfum factus obé-diens ufque ad mortem : mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltávit illum ꟸ & donávit illi nomen, quod eft fuper omne nomen ꟸ ut in nómine Jefu omne genu flectátur cæ-léftium, terréftrium, & infernórum : & omnis lingua confiteátur, quia Dó-minus Jefus Chriftus in glória eft Dei Patris.

Lectio fecunda.

ITaque chariffimi mei (ficut femper obedíftis) non ut in præféntia mei tantùmꟸ fed multò magis nunc in abfén-tia mea : cum metu & tremóre veftram falútem operámini. Deus eft enim qui operátur in vobis & velle, & perfícere : pro bona voluntáte.

Lectio tertia.

OMnia autem fácite sine murmuratiónibus, & hæsitatiónibus, ut sitis sine queréla, & símplices filii Dei, sine reprehensióne in médio natiónis pravæ, & pervérsæ ꟸ inter quos lucétis sicut luminária in mundo : verbum vitæ continéntes ad glóriam meam in die Christi ꟸ quia non in vácuum cucúrri : neque in vácuum laborávi.

S A B B A T O.

Lectio prima.

SEd & si ímmolor supra sacrifícium & obséquium fidei vestræ : gaúdeo, & congrátulor ómnibus vobis. Idípsum autem & vos gaudéte : & congratulámini mihi. Spero autem in Dómino Jesu Timótheum me citò míttere ad vos : ut & ego bono ánimo sim, cógnitis quæ circa vos sunt.

Lectio ecunda.

NEminem enim hábeo tam unánimem : qui sincéra affectióne pro vobis solícitus sit. Omnes enim quæ sua sunt quærunt : non quæ sunt Jesu Christi. Experiméntum autem ejus cognóscite : quia sicut patri filius mecum servívit in Evangélio. Hunc ígitur spero me míttere ad vos : mox ut vídero quæ circa me sunt.

Lectio tertia.

COnfído autem in Dómino : quóniam & ipse véniam ad vos citò. Necessárium autem existimávi, Epaphrodítum fratrem, & cooperatórem, & commilitónem meum, vestrum autem Apóstolum, & minístrum necessitátis meæ, míttere ad vos. Quóniam quidem omnes vos desiderábat : & mœstus erat, proptérea quòd audierátis illum infirmátum.

D O M I N I C A Q U A R

Post Octavas Epiphaniæ.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Psalmi, Capitulum, ℟. *nus &* ℣. *ut in psalterio.*

Ad Magnificat.

Antiph. Surgens Jesus * impe ventis & mari, & facta est tranqui magna, & miráti sunt univérsi.

Oratio.

FAmíliam tuam, quæsumus Dó contínua pietáte custódi : ut q sola spe grátiæ cæléstis innítitur semper protectióne muniátur : Pe minum nostrum.

Ad Matutinas.

Invitatorium, Antiph. Psalmi, ℣ *& Cantica, sicut in psalterio.*

Lectio prima.

Incipit Epístola beáti Pauli Apó ad Colossénses.

PAulus Apóstolus Jesu Christi voluntátem Dei : & Timótheu ter eis, qui sunt Colóssis, sancti fidélibus frátribus in Christo Jesu. tia vobis & pax à Deo Patre nostr Dómino Jesu Christo.

Lectio secunda.

GRátias ágimus Deo, & Patri mini nostri Jesu Christi, se pro vobis orántes ꟸ audiéntes vestram in Christo Jesu, & dilectió quam habétis in sanctos omnes : pter spem, quæ repósita est vob cælis, quam audístis in verbo veri Evangélii.

Lectio tertia.

QUod pervénit ad vos, sicut univérso mundo est : & fru cat, & crescit, sicut in vobis ex e qua audístis, & cognovístis grá

veritáte ꝭ ficut didiciftis ab Epá- chariffimo confervo noftro, qui élis pro vobis minifter Chrifti qui étiam manifeftávit nobis di- em veftram in fpíritu.

Lectio quarta.

& nos ex qua die audivimus, ceffamus pro vobis orántes, & ntes ut impleámini agnitióne vo- s ejus, in omni fapiéntia & in- fpiritáli ꝭ ut ambulétis dignè, r ómnia placéntes: in omni ópe- o fructificántes, & crefcéntes in Dei ꝭ in omni virtúte confor- úndùm poténtiam claritátis ejus: i patiéntia & longanimitáte cum

Lectio quinta.

átias agéntes Deo Patri ꝭ qui ignos nos fecit in partem fortis um in lúmine: qui erípuit nos eftáte tenebrárum ꝭ & tránftulit um Fílii dilectiónis fuæ: in quo us redemptiónem per fánguinem emiffiónem peccatórum ꝭ qui eft Dei invifíbilis: primogénitus creatúræ.

Lectio fexta.

óniam in ipfo cóndita funt uni- érfa in cælis, & in terra, vifibí- invifibília, five Throni, five Do- ónes, five Principátus, five Po- ꝭ ómnia per ipfum, & in ipfo funt: & ipfe eft ante omnes, & in ipfo conftant.

Lectio feptima.

ipfe eft caput córporis Ecclésiæ: i eft princípium, primogénitus rtuis ꝭ ut fit in ómnibus ipfe um tenens: quia in ipfo com- omnem plenitúdinem inhabitá- & per eum reconciliáre ómnia in ipfum pacíficans per fánguinem crucis ejus: five quæ in terris, five quæ in cælis funt.

Lectio octava.

ET vos cùm effétis aliquándo alie- náti: & inimíci fenfu in opéribus malis ꝭ nunc autem reconciliávit in córpore carnis ejus per mortem: exhi- bére vos fanctos, & immaculátos, & irreprehensíbiles coram ipfo. Si tamen permanétis in fide fundáti, & ftábiles, & immóbiles à fpe Evangélii quod au- diftis ꝭ quod prædicátum eft in univér- fa creatúra, quæ fub cælo eft: cujus factus fum ego Paulus miníster.

Lectio nona.

Léctio fancti Evangélii: fecúndùm Matthæum. *Matth.* 11.

IN illo témpore: Refpóndens Jefus: dixit. Confíteor tibi Pater, Dómine cæli & terræ ꝭ quia abfcondifti hæc à fapiéntibus & prudéntibus: & revelásti ea párvulis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúfdem: beáti Auguftíni Epífcopi.

Serm. 8. de verbis Domini fecundùm Matthæum.

SI hæc verba Dómini dignè, fi dili- génter, fi (quod primum eft) piè confiderémus ꝭ inveniémus prímitus non femper cùm in Scriptúris légimus confeffiónem: debére nos intellígere vocem peccatóris. Máximè autem hoc dicéndum fuit: & hinc admonénda chá- ritas veftra ꝭ quia mox ut hoc verbum fónuit lectóris, fecútus eft étiam fonus tunfiónis péctoris veftri; audíto, fcíli- cet, quod Dóminus ait, Confiteor tibi Pater.

Lectio decima.

IN hoc ipfo quod fónuit, Confiteor: péctora veftra tutudiftis. Túndere

autem pectus, quid est, nisi argúere quod latet in péctore ˀ & evidénti pulsu occúltum castigáre peccátum? Quare hoc fecístis ˀ nisi quia audístis, Confíteor tibi Pater? Confíteor audístis: qui confitétur non attendístis.

Lectio undecima.

NUnc ergo advértite. Si Confíteor Christus dixit, à quo est longè omne peccátum ˀ non solíus est peccatóris: sed étiam laudatóris. Confitémur ergo sive laudántes Deum: sive accusántes nosípsos. Pia est útraque conféssio ˀ sive cùm te reprehéndis, qui non es sine peccáto: sive cùm illum laudas, qui non potest habére peccátum.

Lectio duodecima.

SI autem bene cogitémus: reprehénsio tua, ipsíus laus est. Quare enim jam confitéris, in accusatióne ipsíus tui? Quare confitéris ˀ nisi quia ex mórtuo vivus factus es? Scriptúra quippe ait. A mórtuo, quasi qui non sit, perit conféssio.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Cap.* 11.

IN illo témpore: Respóndens Jesus: dixit. Confíteor tibi Pater, Dómine cæli & terræ ˀ quia abscondísti hæc à sapiéntibus & prudéntibus: & revelásti ea párvulis. Ita Pater: quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium nisi Pater ˀ neque Patrem quis novit, nisi Fílius: & cui volúerit Filius reveláre. Veníte ad me omnes qui laborátis, & oneráti estis: & ego refíciam vos. Tóllite jugum meum super vos: & díscite à me, quia mitis sum & húmilis corde: & inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suâve est, & onus méum leve. Amen.

Oratio. Famíliam tuam. *pag.* 238.

Ad Benedictus.

Antiph. Confíteor * tibi Pater, Dómine cæli & terræ, quia abscondísti hæc à sapiéntibus & prudéntibus, & revelásti ea párvulis. Ita Pater: quóniam sic plácitum fuit ante te.

Oratio. Famíliam. *pag.* 238.

Ad Magníficat.

Antiph. Tóllite * jugum meum super vos, quia mitis sum & húmilis corde.

Oratio. Famíliam. *pag.* 238.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

Incipit Epístola beáti Pauli Apóstoli: ad Thessalonicénses prima.

PAulus, & Silvánus, & Timótheus: Ecclésiæ Thessalonicénsium, in Deo Patre, & Dómino Jesu Christo. Grátia vobis & pax. Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis ˀ memóriam vestri faciéntes in oratiónibus nostris sine intermissióne: mémores óperis fidei vestræ, & labóris, & charitátis, & sustinéntiæ spei Dómini nostri Jesu Christi: ante Deum & Patrem nostrum.

Lectio secunda.

SCiéntes fratres dilécti à Deo electiónem vestram ˀ quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantùm, sed & in virtúte, & in Spíritu sancto, & in plenitúdine multa: sicut scitis quales fuérimus in vobis, propter vos.

Lectio tertia.

ET vos imitatóres nostri facti estis, & Dómini ˀ excipiéntes verbum in tribulatióne multa cum gaúdio Spíritus sancti: ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia, & in Achája. A vobis enim diffamátus est sermo Dó-

non solùm in Macedónia, & in ꟸ sed & in omni loco fides vestra t ad Deum, profécta est: ita ut nobis necésse quidquam loqui.

RIA TERTIA.

Lectio prima.

enim de nobis annúntiant qua- introítum habuérimus ad vos: modo convérsi estis ad Deum à chris, servíre Deo vivo & vero ꟸ ctáre Filium ejus de cælis (quem vit ex mórtuis) Jesum: qui erí- os ab ira ventúra.

Lectio secunda.

Am ipsi scitis, fratres, introítum nostrum ad vos, quia non inánis sed ante passi, & contuméliis (sicut scitis) in Philíppis: fidú- habúimus in Deo nostro, loqui ad vangélium Dei in multa solicitú-

Lectio tertia.

hortátio enim nostra non de er- re, neque de immundítia, neque o ꟸ sed sicut probáti sumus à Deo derétur nobis Evangélium, ita ló- ur: non quasi homínibus placéntes, eo, qui probat corda nostra.

ERIA QUARTA.

Lectio prima.

Eque enim aliquándo fúimus in sermóne adulatiónis, sicut scitis ꟸ in occasióne avarítiæ, Deus testis nec quæréntes ab homínibus gló- neque à vobis, neque ab áliis.

Lectio secunda.

Um posséмus vobis óneri esse, ut Christi Apóstoli ꟸ sed facti sumus li in médio vestrûm: tanquam si fóveat fílios suos. Ita desiderántes vos, cúpidè volebámus trádere vobis non solùm Evangélium Dei ꟸ sed étiam ánimas nostras: quóniam charíssimi nobis facti estis.

Lectio tertia.

MEmores enim estis fratres, labó- ris nostri, & fatigatiónis: nocte ac die operántes ꟸ ne quem vestrûm gravarémus: prædicávimus in vobis E- vangélium Dei. Vos testes estis, & Deus: quàm sanctè, & justè, & sine queréla vobis, qui credidístis, fúimus.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

SIcut scitis, quáliter unumquémque vestrûm (sicut pater fílios suos) de- precántes vos & consolántes ꟸ testifi- cáti sumus, ut ambularétis dignè Deo: qui vocávit vos in suum regnum & glóriam.

Lectio secunda.

IDeo & nos grátias ágimus Deo sine intermissióne ꟸ quóniam cùm acce- pissétis à nobis verbum audítus Dei: accepístis illud, non ut verbum hó- minum ꟸ sed (sicut est verè) verbum Dei: qui operátur in vobis, qui cre- didístis. Vos enim imitatóres facti estis (fratres) Ecclesiárum Dei: quæ sunt in Judæa, in Christo Jesu.

Lectio tertia.

QUia eádem passi estis & vos à contribúlibus vestris, sicut & ipsi à Judæis ꟸ qui & Dóminum occidé- runt Jesum, & Prophétas, & nos per- secúti sunt: & Deo non placent, & ómnibus homínibus adversántur ꟸ pro- hibéntes nos Géntibus loqui, ut salvæ fiant, ut ímpleant peccáta sua semper: pervénit enim ira Dei super illos usque in finem.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

NOs autem fratres desoláti à vobis ad tempus horæ, aspéctu, non corde: abundántiùs festinávimus fáciem vestram vidére cum multo desidério. Quóniam volúimus veníre ad vos, ego quidem Paulus & semel, & íterum: sed impedívit nos satánas.

Lectio secunda.

QUæ est enim nostra spes, aut gaúdium, aut coróna glóriæ? Nonne vos ante Dóminum nostrum Jesum Christum estis in advéntu ejus? Vos enim estis glória nostra & gaúdium.

Lectio tertia.

PRopter quod non sustinéntes ámpliùs: plácuit nobis remanére Athénis solis. Et mísimus Timótheum fratrem nostrum, & minístrum Dei in Evangélio Christi, ad confirmándos vos, & exhortándos pro fide vestra ✠ ut nemo moveátur in tribulatiónibus istis: ipsi enim scitis, quòd in hoc pósiti sumus.

SABBATO.

Lectio prima.

NAm & cùm apud vos essémus ✠ prædicebámus vobis passúros nos tribulatiónes: sicut & factum est, & scitis. Proptérea & ego ámpliùs non sústinens: misi ad cognoscéndam fidem vestram ✠ ne fortè tentáverit vos is qui tentat: & inánis fiat labor noster.

Lectio secunda.

NUnc autem veniénte Timótheo ad nos à vobis, & annuntiánte nobis fidem & charitátem vestram ✠ & quia memóriam nostri habétis bonam, semper desiderántes nos vidére: sicut & nos quoque vos. Ideo consoláti [...] fratres, in vobis, in omni necessit[...] tribulatióne nostra per fidem ve[...] quóniam nunc vívimus, si vos st[...] Dómino.

Lectio tertia.

QUam enim gratiárum act[...] póssumus Deo retribúere p[...] bis, in omni gaúdio, quo gau[...] propter vos ante Deum nostrum [...]cte ac die abundántiùs orántes, [...] deámus fáciem vestram, & comp[...] ea quæ desunt fidei vestræ?

DOMINICA QUI[...]
Post Octavas Epiphaniæ.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Psalmi, Capitulum, Hymnus, & ℣. ut in psalterio. pag. [...]

Ad Magnificat.

Antiph. Jugum enim meum [...] est, & onus meum leve, dicit D[...]

Oratio.

COnsérva pópulum tuum D[...] tuo nómini fac devótum: [...]nis subjéctus officiis ✠ & tem[...] páriter & ætérna dona percípia[...] Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitator. Hymnus, Antiph. Cantica, & ℣. ut in psalterio. p[...]

Lectio prima.

Incipit Epístola beáti Pauli A[...] ad Thessalonicénses secúnda.

PAulus, & Silvánus, & Timó[...] Ecclésiæ Thessalonicénsium [...] Patre nostro, & Dómino Jesu C[...] Grátia vobis & pax à Deo Patre [...] & Dómino Jesu Christo.

Lectio secunda.

GRátias ágere debémus semp[...] pro vobis, fratres, ita ut [...]

niam supercréſcit fides veſtra, & charitas uniuſcujúſque veſtrûm em ꟷ ita ut & nosípſi in vobis ur in Ecclésiis Dei, pro patiéntia & fide, & in ómnibus perſecutió- eſtris, & tribulatiónibus, quas s in exémplum juſti judícii Dei: i habeámini in regno Dei, pro patímini.

Lectio tertia.

men juſtum eſt apud Deum re- iere tribulatiónem iis, qui vos t: & vobis, qui tribulámini, nobíſcum in revelatióne Dó- ſu de cælo cum Angelis virtútis flamma ignis dantis vindíctam non novérunt Deum: & qui édiunt Evangélio Dómini noſtri hriſti.

Lectio quarta.

i pœnas dabunt in intéritu ætér- s à fácie Dómini, & à glória vir- cúm vénerit glorificári in ſanctis dmirábilis fieri in ómnibus qui unt: quia créditum eſt teſtimó- ſtrum ſuper vos in die illo.

Lectio quinta.

o étiam orámus ſemper pro vo- ut dignétur vos vocatióne ſua ſter: & ímpleat omnem volun- onitátis, & opus fídei in virtú- larificétur nomen Dómini no- Chriſti in vobis: & vos in illo, n grátiam Dei noſtri, & Dó- ſu Chriſti.

Lectio ſexta.

ámus autem vos fratres, per ad- tum Dómini noſtri Jeſu Chriſti congregatiónis in ipſum: ut non moveámini à veſtro ſenſu ꟷ ne- reámini, neque per ſpíritum, r ſermónem, neque per epiſto- lam tanquam per nos miſſam: quaſi inſtet dies Dómini.

Lectio ſeptima.

NE quis vos ſedúcat ullo modo ꟷ quóniam niſi vénerit diſcéſſio pri- mùm, & revelátus fúerit homo peccáti, fílius perditiónis ꟷ qui adverſátur, & ex- tóllitur ſupra omne quod dícitur Deus, aut quod cólitur: ita ut in templo Dei ſédeat oſténdens ſe tanquam ſit Deus.

Lectio octava.

NOn retinétis quòd cùm adhuc eſ- ſem apud vos, hæc dicébam vo- bis? Et nunc quid detíneat ſcitis: ut revelétur in ſuo témpore. Nam myſté- rium jam operátur iniquitátis ꟷ tantùm ut qui tenet nunc, téneat: donec de médio fiat.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii: ſecúndùm Matthæum. *Matth.* 13

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcí- pulis ſuis parábolam hanc. Símile factum eſt regnum cælórum hómini, qui ſeminávit bonum ſemen in agro ſuo. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: beáti Auguſtíni Epíſcopi.

Tom. 4. lib. quæſt. ex Matth. Cap. 11.

CUm negligéntiùs ágerent præpóſiti Ecclésiæ: aut cùm dormitiónem mortis accíperent Apóſtoli ꟷ venit diá- bolus: & ſuperſeminávit eos, quos malos filios Dóminus interpretátur. Sed rectè quæritur, utrum hærétici ſint: aut malè vivéntes Cathólici.

Lectio decima.

POſſunt enim dici filii mali, étiam hærétici ꟷ quia ex eódem Evangélii ſémine, & Chriſti nómine procreáti: pravis opiniónibus ad falſa dogmata convertúntur. Sed quod dicit eos in

médio trítici seminátos † quasi vidéntur illi significári : qui uníus communiónis sunt.

Lectio undecima.

VErúmtamen quóniam Dóminus agrum ipsum, non Ecclésiam, sed hunc mundum interpretátus est : bene intelligúntur hærétici † quia non societáte uníus Ecclésiæ, vel uníus fidei : sed societáte solíus nóminis Christiáni in hoc mundo permiscéntur bonis.

Lectio duodecima.

AT illi qui in eádem fide mali sunt : pálea pótius quam zizánia deputántur † quia pálea étiam fundaméntum ipsum habet cum fruménto : radicémque commúnem.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndum Matthæum. *Matth. 13.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile factum est regnum cælórum hómini : qui seminávit bonum semen in agro suo. Cùm autem dormírent hómines † venit inimícus ejus & superseminávit zizánia in médio trítici : & ábiit. Cùm autem crevísset herba & fructum fecísset : tunc apparuérunt & zizánia. Accedéntes autem servi patris famílias : dixérunt ei. Dómine † nonne bonum semen semináſti in agro tuo ? Unde ergo habet zizánia ? Et ait illis. Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixérunt ei. Vis, imus & collígimus ea ? Et ait, Non. Ne fortè colligéntes zizánia : eradicétis simul cum eis & tríticum. Sínite útraque créscere usque ad messem : & in témpore messis dicam messóribus. Collígite primùm zizánia, & alligáte ea in fascículos ad comburéndum : tríticum autem congregáte in hórreum meum. Amen.

Oratio. Consérva pópulum tuum, *pag. 241.*

Ad Laudes, sicut in præcedentibus Dominicis.

Ad Benedictus.

Antiph. Dómine, * nonne bonum semen semináſti in agro tuo ? Unde ergo habet zizánia ? Et ait illis, Hoc fecit inimícus homo.

Ad Magnificat.

Antiph. Collígite * primùm zizánia, & alligáte ea in fascículos ad comburéndum : tríticum autem congregáte in hórreum meum, dicit Dóminus.

Oratio. Consérva. *pag. 241.*

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

Incipit Epístola beáti Pauli Apóstoli : ad Timótheum prima.

PAulus Apóstolus Jesu Christi, secúndùm impérium Dei Salvatóris nostri, & Christi Jesu spei nostræ : Timótheo dilécto fílio in fide. Grátia, misericórdia, & pax à Deo Patre, & Christo Jesu Dómino nostro.

Lectio secunda.

SIcut rogávi te ut remanéres Ephesi, cùm irem in Macedóniam † ut denuntiáres quibúsdam ne áliter docérent : neque inténderent fábulis, & genealógiis interminátis, quæ quæstiónes præstant magis quam ædificatiónem Dei, quæ est in fide.

Lectio tertia.

FInis autem præcépti est cháritas de corde puro † & consciéntia bona : & fide non ficta. A quibus quidam aberrántes convérsi sunt in vanilóquium † voléntes esse Legis doctóres : non intelligéntes neque quæ loquúntur, neque de quibus affírmant.

ERIA TERTIA.

Lectio prima.

mus autem quia bona est lex, si is ea legitimè utátur ✠ sciens hoc x justo non est pósita, sed injústis, súbditis, impiis & peccatóribus, tis & contaminátis, parricidis & idis, homicidis, fornicáriis, masm concubitóribus, plagiáriis, cibus, perjúris, & si quid áliud octrínæ adversátur: quæ est sem Evangélium glóriæ beáti Dei, créditum est mihi.

Lectio secunda.

Rátias ago ei, qui me confortáit, Christo Jesu Dómino nostro ✠ idélem me existimávit ponens in írio: qui priùs blasphémus fui, secútor, & contumeliósus ✠ sed córdiam Dei consecútus sum: quia ns feci in incredulitáte ✠ superávit autem grátia Dómini nostri, ide & dilectióne: quæ est in o Jesu.

Lectio tertia.

élis sermo & omni acceptióne dius ✠ quòd Christus Jesus venit c mundum peccatóres salvos fáquorum primus ego sum. Sed isericórdiam consecútus sum: ut primò osténderet Christus Jesus n patiéntiam ✠ ad informatiónem : qui creditúri sunt illi in vitam m.

ERIA QVARTA.

Lectio prima.

ipit Epístola beáti Pauli Apóstoli: mótheum secúnda.

ulus Apóstolus Jesu Christi per luntátem Dei, secúndùm promissiónem vitæ, quæ est in Christo Jesu: Timótheo charíssimo fílio, grátia, misericórdia, pax à Deo Patre, & Christo Jesu Dómino nostro. Grátias ago Deo, cui sérvio à progenitóribus in consciéntia pura ✠ quòd sine intermissióne hábeam tui memóriam: in oratiónibus meis, nocte ac die.

Lectio secunda.

DEsíderans te vidére, memor lacrymárum tuárum, ut gaúdio ímplear ✠ recordatiónem accípiens ejus fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitávit primùm in ávia tua Lóide, & matre tua Euníce: certus sum autem quòd & in te. Propter quam causam admóneo te, ut resúscites grátiam Dei: quæ est in te, per impositiónem mánuum meárum.

Lectio tertia.

NOn enim dedit nobis Deus spíritum timóris: sed virtútis, & dilectiónis, & sobrietátis. Noli ítaque erubéscere testimónium Dómini nostri, neque me vinctum ejus ✠ sed collabóra Evangélio secúndùm virtútem Dei, qui nos liberávit, & vocávit vocatióne sua sancta: non secúndùm ópera nostra ✠ sed secúndùm propósitum suum, & grátiam: quæ data est nobis in Christo Jesu ante témpora seculária.

FERIA QVINTA.

Lectio prima.

MAnifestáta est autem nunc per illuminatiónem Salvatóris nostri Jesu Christi ✠ qui destrúxit quidem mortem, illuminávit autem vitam & incorruptiónem per Evangélium: in quo pósitus sum ego prædicátor, & Apóstolus, & magíster Géntium.

Lectio secunda.

OB quam causam étiam hæc pátior: sed non confúndor. Scio enim cui crédidi: & certus sum quia potens est depósitum meum serváre in illum diem. Formam habe sanórum verbórum: quæ à me audisti in fide, & in dilectióne in Christo Jesu. Bonum depósitum custódi per Spíritum sanctum: qui hábitat in nobis.

Lectio tertia.

SCis hoc, quòd avérsi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phigéllus, & Hermógenes. Det misericórdiam Dóminus Onesíphori dómui ꟸ quia sæpe me refrigerávit, & caténam meam non erúbuit: sed cùm Romam venísset, solícitè me quæsívit, & invénit. Det illi Dóminus invenire misericórdiam à Dómino in die illa. Et quanta Ephesi ministrávit mihi, tu méliùs nosti.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

Incipit Epistola beáti Pauli Apóstoli: ad Titum.

PAulus servus Dei, Apóstolus autem Jesu Christi secúndùm fidem electórum Dei, & agnitiónem veritátis: quæ secúndùm pietátem est in spem vitæ ætérnæ, quam promísit qui non mentítur Deus, ante témpora seculária ꟸ manifestávit autem tempóribus suis verbum suum in prædicatióne, quæ crédita est mihi secúndùm præcéptum Salvatóris nostri Dei: Tito diléćto filio secúndùm commúnem fidem, grátia, & pax à Deo Patre, & Christo Jesu Salvatóre nostro.

Lectio secunda.

HUjus rei grátia reliqui te Cretæ ꟸ ut ea quæ desunt córrigas: & constítuas per civitátes presbyteros, sicut & ego dispósui tibi. Si quis sine crímine est, unius uxóris vir: filios habens fidéles, non in accusatióne luxúriæ, aut non súbditos.

Lectio tertia.

OPórtet enim Episcopum sine crímine esse, sicut Dei dispensatórem ꟸ non supérbum, non iracúndum, non vinoléntum, non percussórem, non turpis lucri cúpidum: sed hospitálem, benígnum, sóbrium, justum, sanctum, continéntem, amplectentem eum, qui secúndùm doctrinam est, fidélem sermónem ꟸ ut potens sit exhortári in doctrina sana: & eos, qui contradicunt, argúere.

SABBATO.

Lectio prima.

SUnt enim multi étiam inobediéntes, vaníloqui, & seductóres ꟸ máximè qui de circumcisióne sunt: quos opórtet redárgui ꟸ qui univérsas domos subvértunt: docéntes quæ non opórtet, turpis lucri grátia.

Lectio secunda.

DIxit quidam ex illis, próprius ipsórum prophéta: Creténses semper mendáces, malæ béstiæ, ventres pigri. Testimónium hoc verum est. Quam ob causam, íncrepa illos durè, ut sani sint in fide ꟸ non intendéntes Judáicis fábulis: & mandátis hóminum aversántium se à veritáte.

Lectio tertia.

OMnia munda mundis, coinquinátis autem, & infidélibus nihil est mundum: sed inquinátæ sunt eórum & mens & consciéntia. Confiténtur se nosse Deum ꟸ factis autem negant: cùm sint abomináti & incredíbiles, & ad omne opus bonum réprobi.

Octavis Epiphaniæ inclusivè usque
uagesimam exclusivè, quinque non
Dominicæ, Lectiones Homil. Evan-
tiphona ad Benedict. & Magnific.
tiones ultimæ Dominicarum præ-
n vacant.
si una sola Dominica fuerit ante
ges. in primis Vesperis Septuages.
ad Magnific. Antiphona, Hoc fecit
: si duæ tantùm, dicitur Antiph.
e non sum: si tres, Antiph. Surgens
Si quatuor, Antiph. Jugum enim:
ue, dicitur Antiph. Dixit Dómi-
Adam, * de ligno quod est in
paradísi ne cómedas: in qua hora
eris, morte moriéris.

INICA SEPTUAGESIMÆ.

primas Vesperas, Antiphonæ,
Capitulum, ut in psalterio. p. 105.
gnum ℟. Igitur perfécti. ut infra
utinis.
levátio.

Ad Magnificat.

ph. Jugum enim meum. vel ea
tigerit.

Oratio.

ces pópuli tui, quæsumus Dó-
ne cleménter exaúdi: ut qui justè
ccátis nostris afflígimur, pro tui
s glória, misericórditer liberé-
Per Dóminum.

die à Completorio & deinceps in
Divinis Officiis usque ad Vesperas
sancti exclusivè dimittitur, Allelu-
s loco dicitur, Laus tibi Dómine
érnæ glóriæ.

Ad Matutinas.

tatorium. Veníte exultémus Dó
Jubilémus Deo Salutári nostro.
Veníte. Hymn. Antiphonæ, Psal.
in psalterio. pag. 16.

Lectio prima.

Incipit Liber Génesis.

IN princípio creávit Deus cælum & terram. Terra autem erat inánis & vácua, & ténebræ erant super fáciem abyssi: & Spíritus Dei ferebátur super aquas. Dixítque Deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quòd esset bona: & divísit lucem à ténebris. Appellavítque lucem diem, & ténebras noctem: factúmque est véspere & manè dies unus. Tu autem.

℟. In princípio fecit Deus cælum & terram, & creávit in ea hóminem. † Ad imáginem & similitúdinem suam.

℣. Formávit ígitur Deus hóminem de limo terræ, & inspirávit in fáciem ejus spiráculum vitæ. Ad imáginem.

Lectio secunda.

DIxit quoque Deus. Fiat firmaméntum in médio aquárum: & dívidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmaméntum, divisítque aquas quæ erant sub firmaménto: ab his quæ erant super firmaméntum. Et factum est ita. Vocavítque Deus firmaméntum, Cælum: & factum est véspere & manè, dies secúndus.

℟. Igitur perfécti sunt cæli & terra, & omnis ornátus eórum, complevítque Deus die séptimo opus suum quod fécerat, & requiévit ab omni ópere. † Quod patrárat.

℣. Benedixítque Deus diéi séptimo, & sanctificávit illum: quia in ipso cessáverat ab omni ópere suo. Quod.

Lectio tertia.

DIxit verò Deus. Congregéntur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum: & appáreat árida. Et factum est ita. Et vocávit Deus áridam, Terram: congregationésque aquárum, appellávit

mária. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

℞. Formávit ígitur Dóminus hóminem de limo terræ, & inſpirávit in fáciem ejus ſpiráculum vitæ. † Et factus eſt homo in ánimam vivéntem.

℣. Et creávit Deus hóminem ad imáginem ſuam : ad imáginem Dei creávit illum. Et.

Lectio quarta.

ET ait : Gérminet terra herbam viréntem, & faciéntem ſemen ✠ & lignum pomíferum fáciens fructum juxta genus ſuum : cujus ſemen in ſemetípſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita.

℞. Dómini eſt terra. *pag.* 224.

Lectio quinta.

ET prótulit terra herbam viréntem, & faciéntem ſemen juxta genus ſuum ✠ lignúmque fáciens fructum : & habens unumquódque seméntem secúndùm ſpéciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt véſpere & manè, dies tértius.

℞. Tulit ergo Dóminus hóminem, & póſuit eum in paradíſo voluptátis. † Ut operarétur, & cuſtodíret illum.

℣. Plantáverat autem Dóminus Deus paradíſum voluptátis à princípio, in quo póſuit hóminem quem formáverat. Ut operarétur.

Lectio ſexta.

DIxit autem Deus. Fiant luminária in firmaménto cæli ✠ & dívidant diem ac noctem : & ſint in ſigna, & témpora, & dies, & annos. Ut lúceant in firmaménto cæli : & illúminent terram. Et factum eſt ita.

℞. Dixit Dóminus Deus, Non eſt bonum eſſe hóminem ſolum. † Faciámus ei adjutórium símile ſibi.

℣. Adæ verò non inveniebátur símilis ejus, dixit verò Deus. Faciámus.

Lectio ſeptima.

FEcítque Deus duo luminária gna : luminárc majus, ut pr diéi ✠ & luminárc minus, ut pr nocti : & ſtellas. Et póſuit eas i maménto cæli ✠ ut lucérent ſuper ram : & præéſſent diéi ac nocti, víderent lucem ac ténebras. Et Deus quòd eſſet bonum. Et factu véſpere & manè, dies quartus.

℞. Immíſit Dóminus ſopóre Adam, & tulit unam de coſtis & ædificávit Dóminus coſtam, túlerat de Adam, in mulíerem, & xit eam ad Adam. † Et vocávit n ejus virágo, quia de viro ſumpta

℣. Hoc nunc os ex óſſibus me caro de carne mea. Et.

Lectio octava.

DIxit étiam Deus. Prodúcant réptile ánimæ vivéntis, & v le ſuper terram ſub firmaménto Creavítque Deus cete grándia, & nem ánimam vivéntem, atque m lem ✠ quam prodúxerant aquæ in cies ſuas : & omne volátile ſecú genus ſuum. Et vidit Deus quòd bonum. Benedixítque eis, dicens. ſcite, & multiplicámini, & r aquas maris : avéſque multiplic ſuper terram. Et factum eſt véſp manè, dies quintus.

℞. Ad te Dómine. *pag.* 224.

In tertio Nocturno.

Antiph. Ite & vos* in víneam n & quod juſtum fúerit dabo vobis. *tica.* Dómine miſerére. *pag.* 23.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii : ſecú Matthæum. *Matth.* 2

IN illo témpore : Dixit Jeſus di lis ſuis parábolam hanc. Simi

regnum cælórum hómini patrifamílias: qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil. 19. in Evang.*

IN explanatióne sua, multa ad loquéndum sancti Evangélii léctio póstulat ꟸ quam volo (si possum) sub brevitáte perstríngere : ne vos & exténsa procéssio, & prolíxa expositio videátur oneráre. Regnum cælórum hómini patrifamílias símile dícitur : qui ad excoléndam víneam suam operários condúcit.

℟. Dum deambuláret Dóminus in paradíso ad auram post merídiem, clamávit, & dixit : Adam ubi es ? Audívi Dómine vocem tuam. † Et abscóndi me.

℣. Vocem tuam audívi in paradíso, & tímui eò quòd nudus essem. Et absc.

Lectio decima.

QUis verò patrisfamílias similitúdinem réctiùs tenet, quàm Cónditor noster, qui regit quos cóndidit ꟸ & eléctos suos sic in hoc mundo póssidet, quasi subjéctos dóminus in domo ? Qui habet víneam, universálem scílicet Ecclésiam ꟸ quæ ab Abel justo usque ad último eléctum, qui in fine mundi nascitúrus est, quot sanctos prótulit : quasi tot pálmites misit.

℟. In sudóre vultus tui vescéris pane tuo, dixit Dóminus ad Adam. † Donec revertáris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es, & in púlverem revertéris.

℣. Quia audísti vocem uxóris tuæ, maledícta terra in ópere tuo, in labóribus cómedes eam. Donec.

Lectio undecima.

HIc ítaque paterfamílias, ad excoléndam víneam suam, manè, hora tértia, sexta, nona, & undécima, operários condúcit : quia à mundi hujus inítio usque ad finem, ad erudiéndam plebem fidélium, prædicatóres congregáre non desistit.

℟. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. † Vidéte ne fortè sumat de ligno vitæ, & vivat in ætérnum.

℣. Fecit quoque Dóminus Deus Adæ & uxóri ejus túnicas pellíceas, & índuit eos, & ait. Vidéte.

Lectio duodecima

MAnè étenim mundi : fuit ab Adam usque ad Noë. Hora verò tértia : à Noë usque ad Abraham. Sexta quoque : ab Abraham usque ad Moysen. Nona autem : à Moyse usque ad advéntum Dómini. Undécima verò : ab advéntu Dómini, usque ad finem mundi. In qua prædicatóres sancti Apóstoli missi sunt : qui mercédem plenam & tardè veniéntes accepérunt.

℟. Aúdiam Dómine. *pag. 225.*

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth. 20.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : parábolam hanc. Símile est regnum cælórum hómini patrifamílias : qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam. Conventióne autem facta cum operáriis ex denário diúrno : misit eos in víneam suam. Et egréssus circa horam tértiam ꟸ vidit álios stantes in foro otiósos : & dixit illis. Ite & vos in víneam meam : & quod justum fúerit, dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum autem éxiit circa sextam & nonam horam : & fecit simíliter. Circa undécimam verò éxiit ꟸ & invénit álios stantes : & dicit illis. Quid hic statis tota die otiósi ? Dicunt ei. Quia

nemo nos condúxit. Dicit illis. Ite & vos in víneam meam. Cùm serò autem factum esset: dicit dóminus víneæ procuratóri suo. Voca operários ⁊ & redde illis mercédem: incípiens à novíssimis usque ad primos. Cùm venissent ergo qui circa undécimam horam vénerant: accepérunt síngulos denários. Veniéntes autem & primi: arbitráti sunt quòd plus essent acceptúri. Accepérunt autem & ipsi: síngulos denários. Et accipiéntes murmurábant advérsùs patremfamílias, dicéntes. Hi novíssimi una hora fecérunt ⁊ & pares illos nobis fecísti: qui portávimus pondus diéi & æstus. At ille respóndens uni eórum, dixit. Amíce: non fácio tibi injúriam. Nonne ex denário convenísti mecum? Tolle quod tuum est: & vade. Volo autem & huic novíssimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, fácere? An óculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novíssimi, primi: & primi, novíssimi. Multi enim sunt vocáti, pauci verò elécti. Amen.

Oratio. Preces pópuli tui. *pag.* 247.

Ad Laudes, *Antiph.*

MIserére mei Deus, * & à delícto meo munda me, quia tibi soli peccávi. *Psalmus ipse. pag.* 6.

Antiph. Confitébor tibi * Dómine, quóniam exaudísti me. *Psalm.* Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. Deus * Deus meus ad te de luce vígilo: quia factus es adjútor meus. *Psalmus ipse. pag.* 26.

Antiph. Benedíctus es * in firmaménto cæli, & laudábilis in sécula, Deus noster. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Laudáte * Dóminum de cælis. *Psalmus ipse. pag.* 27.

Capitulum. Benedíctio. *pag.* 28.

℟. Adjútor meus esto Dómine. [...] derelinquas me.

℣. Neque despícias me Deus sa[...]ris meus. Ne.

℣. Glória Patri. Adjútor.

Hymnus. Splendor patérnæ. *pag*[...]

℣. Dóminus regnávit.

Ad Benedictus.

Antiph. Símile est * regnum cæl[...] hómini patrifamílias: qui éxiit p[...] mane condúcere operários in vi[...] suam.

Oratio. Preces pópuli. *pag.* 247[...]

Ad Primam.

Antiph. Conventióne * autem [...] cum operáriis ex denário diúrno, [...] eos in víneam suam.

Capitulum. Regi. *pag.* 4.

Oratio. Omnípotens semp. *pag.*[...]

Ad Tertiam.

Antiph. Ite & vos * in víneam m[...] & quod justum fúerit, dabo vobis.

Capitulum. Deus cháritas est. *pag*[...]

℣. Ego dixi.

Oratio. Preces pópuli tui. *pag.* 2[...]

Ad Sextam.

Antiph. Quid hìc statis * tota die o[...] Respondérunt & dixérunt, Quia n[...] nos condúxit.

Capitulum. Alter altérius. *pag.* 8[...]

℣. Dóminus regit me.

Oratio. Deus qui cónspicis. *pag.*[...]

Ad Nonam.

Antiph. Voca operários, * & r[...] illis mercédem suam, dicit Dóminu[...]

Capitulum. Empti enim estis. *pag*[...]

℣. Ab occúltis.

Oratio. Grátiæ tuæ. *pag.* 88.

Ad Vesperas.

Antiph. Dixit Dóminus. *eum ca*[...] *pag.* 94.

Capitulum. Benedíctus. *pag.* 96.

℟. Spes mea, Dómine. † A juventúte mea.

℣. In te confirmátus ſum ex útero, de ventre matris meæ tu es protéctor meus. A juvent.

℣. Glória Patri. Spes mea.

Hymn. Deus creátor. *pag. 96.*

℣. Dirigátur. *pag. 96.*

Ad Magnificat.

Antiph. Hi novíſſimi * una hora fecérunt, & pares illos nobis fecíſti, qui portávimus pondus diéi & æſtus.

Oratio. Preces pópuli. *pag. 247.*

Super hebdomadam ferialibus diebus ab hinc uſque ad Dominicam Quadrageſimæ, niſi de aliquo contingat celebrari feſto. Invitator. Antiphonæ, Pſalmi, Hymn. ℣. ad Matut. Laudes, Horas, & Veſper. dicimus feriales, proüt in pſalterio habentur. Capitula dicuntur ſimiliter ferialia uſque ad diem Cinerum excluſivè. Reſponſoria autem dicenda ad Noct. ſunt de occurrentibus Dominicis: tribus tamen ℟iis mutuatis omiſſis, ſcilicet 4. 8. & 12. Ad Veſper. verò, & Laudes ℟ia illa dicuntur quæ ad Laudes & Veſper. in ipſis occurrentibus Dominicis dicta fuerint: & eodem ritu ut parva ℟ia, & hoc uſque ad diem Cœnæ. Antiphonæ verò ſuper hebdomad. Ad Benedictus & Magnific. alternatim dicuntur.

Prima Antiph. Conventióne.

Secunda Antiph. Ite & vos.

Tertia Antiph. Quid hìc ſtatis.

Quarta Antiph. Voca operários. *ut ſup.*

De iſtis & ſimilibus uſque ad diem Cinerum hoc obſervatur, quòd Antiphona, quæ propter occurrens feſtum omittitur, die craſtina, vel alia, quæ ſine feſto primò occurrerit, repetatur. Oratio autem Dominicalis dicitur ad Laudes & Veſperas uſque ad diem Cinerum.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

DIxit quoque Deus. Prodúcat terra ánimam vivéntem in génere ſuo ⁊ juménta, & reptília, & béſtias terræ: ſecúndùm ſpécies ſuas. Factúmque eſt ita. Et fecit Deus béſtias terræ juxta ſpécies ſuas: & juménta, & omne réptile terræ in génere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

Lectio ſecunda.

ET ait. Faciámus hóminem ad imáginem & ſimilitúdinem noſtram ⁊ & præſit píſcibus maris, & volatílibus cæli, & béſtiis, univerſæque terræ: omníque réptili quod movétur in terra. Et creávit Deus hóminem ad imáginem ſuam ⁊ ad imáginem Dei creávit illum: máſculum & fœminam creávit eos.

Lectio tertia.

BEnedixítque illis Deus: & ait. Créſcite & multiplicámini, & repléte terram, & ſubjícite eam ⁊ & dominámini píſcibus maris, & volatílibus cæli: & univérſis animántibus, quæ movéntur ſuper terram.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

DIxítque Deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferéntem ſemen ſuper terram ⁊ & univérſa ligna quæ habent in ſemetípſis seméntem géneris ſui: ut ſint vobis in eſcam, & cunctis animántibus terræ, omníque vólucri cæli, & univérſis quæ movéntur in terra ⁊ & in quibus eſt ánima vivens: ut hábeant ad veſcéndum. Et factum eſt ita. Vidítque Deus cuncta quæ fécerat: & erant valde bona. Et factum eſt véſpere & manè: dies ſextus.

Lectio ſecunda.

IGitur perfécti ſunt cæli & terra : & omnis ornátus eórum. Complevítque Deus die ſéptimo opus ſuum quod fécerat : & requiévit die ſéptimo ab univérſo ópere quod patrárat. Et benedíxit diéi ſéptimo, & ſanctificávit illum † quia in ipſo ceſſaverat ab omni ópere ſuo : quod creávit Deus, ut fáceret.

Lectio tertia.

IStæ ſunt generatiónes cæli & terræ, quando creáta ſunt : in die quo fecit Dóminus Deus cælum & terram. Et omne virgúltum agri ántequam orirétur in terra † omnémque herbam regiónis priúſquam germináret : non enim plúerat Dóminus Deus ſuper terram † & homo non erat qui operarétur terram : ſed fons aſcendébat è terra írrigans univérſam ſuperficiem terræ.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

FOrmávit ígitur Dóminus Deus hóminem de limo terræ † & inſpirávit in fáciem ejus ſpiráculum vitæ : & factus eſt homo in ánimam vivéntem. Plantáverat autem Dóminus Deus paradíſum voluptátis à princípio : in quo póſuit hóminem, quem formáverat.

Lectio ſecunda.

PRoduxítque Dóminus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcéndum ſuáve † lignum étiam vitæ in médio paradíſi : lignúmque ſciéntiæ boni & mali. Et flúvius egrediebátur de loco voluptátis, ad irrigándum paradíſum : qui inde divíditur in quátuor cápita.

Lectio tertia.

NOmen uni Phiſon : ipſe eſt qui círcuit omnem terram Hévilath, ubi náſcitur aurum. Et aurum terræ i óptimum eſt : ibi invenítur bdélli & lapis onychinus. Et nomen flúvi cúndi Gehon : ipſe eſt qui círcumit nem terram Æthiópiæ. Nomen verò minis tértii, Tygris : ipſe vadit co Aſſyrios. Flúvius autem quartus : eſt Euphrátes.

FERIA QUINT

Lectio prima.

TUlit ergo Dóminus Deus h nem † & póſuit eum in para voluptátis : ut operarétur, & cuſto illum. Præcepítque ei, dicens. Ex ligno paradíſi cómede : de ligno a ſciéntiæ boni & mali ne comedas quocúmque enim die coméderis ex morte moriéris.

Lectio ſecunda.

DIxit quoque Dóminus Deus. eſt bonum eſſe hóminem ſol faciámus ei adjutórium símile ſibi. mátis ígitur, Dóminus Deus, de h cunctis animántibus terræ, & univ volatílibus cæli † addúxit ea ad Ad ut vidéret quid vocáret ea.

Lectio tertia.

OMne enim quod vocávit ánimæ vivéntis : ipſum eſt n ejus. Appellavítque Adam nomi ſuis cuncta animántia, & univérſa tília cæli : & omnes béſtias terræ. verò non inveniebátur adjútor ſi ejus.

FERIA SEXTA

Lectio prima.

IMmíſit ergo Dóminus Deus ſop in Adam : cùmque obdormíſ tulit unam de coſtis ejus : & re carnem pro ea. Et ædificávit Do

:oſtam, quam túlerat de Adam in
em : & addúxit eam ad Adam.
ue Adam. Hoc nunc, os ex óſſi-
eis, & caro de carne mea ⁊ hæc
tur virágo : quóniam de viro
a eſt. Quamóbrem relínquet homo
ſuum, & matrem, & adhæré-
óri ſuæ : & erunt duo in carne

Lectio ſecunda.

at autem utérque nudus, Adam
ilicet & uxor ejus : & non eru-
ant. Sed & ſerpens erat callídior
animántibus terræ : quæ fécerat
us Deus. Qui dixit ad mulíerem.
ræcépit vobis Deus, ut non co-
étis de omni ligno paradíſi ? Cui
dit múlier. De fructu lignórum,
unt in paradíſo, véſcimur. De
verò ligni, quod eſt in médio
i, præcépit nobis Deus ne come-
is : & ne tangerémus illud, ne
moriámur.

Lectio tertia.

xit autem ſerpens ad mulíerem,
Nequáquam morte moriémini.
im Deus quòd in quocúmque die
éritis ex eo ⁊ aperiéntur óculi
& éritis ſicut dii, ſciéntes bonum
lum. Vidit ígitur múlier quòd
i eſſet lignum ad veſcéndum, &
um óculis, aſpectúque delectá-
& tulit de fructu illíus, & comé-
edítque viro ſuo, qui comédit.

S A B B A T O.

Lectio prima.

apérti ſunt óculi ambórum ⁊
unque cognovíſſent ſe eſſe nudos,
érunt fólia ficus : & fecérunt ſibi
mata. Et cùm audíſſent vocem
i Dei deambulántis in paradíſo
ad auram poſt merídiem : abſcóndit ſe
Adam & uxor ejus à fácie Dómini Dei,
in médio ligni paradíſi.

Lectio ſecunda.

VOcavítque Dóminus Deus Adam : & dixit ei. Ubi es ? Qui ait. Vocem tuam audívi in paradíſo ⁊ & tímui, eò quòd nudus eſſem : & abſcóndi me. Cui dixit. Quis enim indicávit tibi quòd nudus eſſes ⁊ niſi quòd ex ligno de quo præcéperam tibi ne coméderes, comedíſti ? Dixítque Adam. Múlier, quam dedíſti mihi sóciam, dedit mihi de ligno, & comédi. Et dixit Dóminus Deus ad mulíerem. Quare hoc fecíſti ? Quæ reſpóndit. Serpens decépit me : & comédi.

Lectio tertia.

ET ait Dóminus Deus ad ſerpéntem. Quia fecíſti hoc, maledíctus es inter ómnia animántia & béſtias terræ ⁊ ſuper pectus tuum gradiéris : & terram cómedes cunctis diébus vitæ tuæ. Inimicítias ponam inter te & mulíerem : & ſemen tuum, & ſemen illíus. Ipſa cónteret caput tuum : & tu inſidiáberis calcáneo ejus. Mulíeri quoque dixit ⁊ Multiplicábo ærúmnas tuas, & concéptus tuos : in dolóre páries filios ⁊ & ſub viri poteſtáte eris : & ipſe dominábitur tui.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Ad Veſperas.

Antiphonæ, Pſalmi, Capitulum, Hymnus, ℣. ut in præcedenti Dominica. ℟. Spes mea.

Ad Magnificat.

Antiphona quæ contigerit de ſupradictis quatuor.

Oratio.

DEus, qui cónſpicis quia ex nulla noſtra actióne confídimus : concéde propítius ⁊ ut contra advérſa

ómnia, Doctóris Géntium protectióne muniámur: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Omnia sicut in præcedenti Dominica, exceptis Lectionibus, & in tertio Nocturno.

Antiph. Vobis datum est.

Lectio prima.

Incipit liber Exodus.

HÆc sunt nómina filiórum Israël, qui ingréssi sunt in Ægyptum cum Jacob: sínguli cum dómibus suis introiérunt ✠ Ruben, Símeon, Levi, Judas, Issachar, Zábulon, & Bénjamin, Dan, & Néphthali: Gad, & Aser. Erant ígitur omnes ánimæ eórum qui egréssi sunt de fémore Jacob, septuagínta: Joseph autem in Ægypto erat. Quo mórtuo, & univérsis frátribus ejus, omníque cognatióne illa ✠ filii Israël crevérunt, & quasi germinántes multiplicáti sunt: ac roboráti nimis, implevérunt terram.

℟. In princípio. *pag.* 247.

Lectio secunda.

SUrréxit intérea rex novus super Ægyptum, qui ignorábat Joseph: & ait ad pópulum suum. Ecce, pópulus filiórum Israël multus: & fórtior nobis est. Veníte, sapiénter opprimámus eum: ne fortè multiplicétur ✠ & si ingrúerit contra nos bellum, addátur inimícis nostris: expugnatísque nobis, egrediátur de terra.

℟. Igitur perfécti sunt. *pag.* 247.

Lectio tertia.

PRæpósuit ítaque eis magistros óperum ✠ ut affligerent eos onéribus: ædificaverúntque urbes tabernaculórum Pharaóni, Phitom & Raméssés. Quantóque opprimébant eos ✠ tantò magis multiplicabántur, & crescébant: oderántque filios Israël, Ægyptii, & affligébant, illudéntes eis. Atque ad a[...] ritúdinem perducébant vitam eó[...] opéribus duris luti & láteris: omni[...] famulátu, quo in terræ opéribus [...] mebántur.

℟. Formávit. *pag.* 248.

Lectio quarta.

DIxit autem rex Ægypti obste[...] cibus Hebræórum ✠ quarum [...] vocabátur Séphora, áltera Phua: p[...] cípiens eis. Quando obstetricabitis [...] bræas, & partus tempus advénerit [...] másculus fúerit, interfícite eum: si [...] mina, reservàte. Timuérunt autem [...] stetríces Deum ✠ & non fecérunt ju[...] præcéptum regis Ægypti, sed conse[...] bant mares.

℟. Dómini est terra. *pag.* 224.

Lectio quinta.

QUibus ad se accersítis, ait. Q[...] nam est hoc quod fácere voluist[...] ut púeros servarétis? Quæ respon[...] runt: non sunt Hebrææ sicut Ægyp[...] mulíeres ✠ ipsæ enim obstetricándi [...] bent sciéntiam: & priúsquam veniá[...] ad eas, páriunt.

℟. Tulit ergo. *pag.* 248.

Lectio sexta.

BEne ergo fecit Deus obstetrícib[...] & crevit pópulus: confortatúsq[...] est nimis. Et quia timuérunt obstetri[...] Deum: ædificávit eis domos. Præce[...] ergo Phárao omni pópulo suo, dice[...] Quidquid masculíni sexus natum fue[...] in flumen projícite: quidquid fœmin[...] reservàte.

℟. Dixit Dóminus. *pag.* 248.

Lectio septima.

EGréssus est post hæc vir de do[...] Levi. Et accépit uxórem stirpis s[...] quæ concépit, & péperit filium ✠ videns eum elegántem: abscóndit tri[...]

ménsibus. Cùmque jam celáre non posset: sumpsit fiscéllam scirpeam, & linivit eam bitúmine ac pice ꝉ posuítque intus infantulum, & expósuit eum in carécto ripæ flúminis: stante procul soróre ejus, & consideránte evéntum rei.

℞. Immisit. *pag.* 248.

Lectio octava.

ECce autem descendébat filia Pharaónis, ut lavarétur in flúmine: & puéllæ ejus gradiebántur per crepidinem álvei. Quæ cùm vidisset fiscéllam in papyrióne ꝉ misit unam è famulábus suis: & allátam apériens, cernénsque in ea párvulum vagiéntem, miserta ejus, ait. De infantibus Hebræórum est hic. Cui soror púeri. Vis (inquit) ut vadam ꝉ & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutríre possit infántulum? Respóndit. Vade.

℞. Ad te Dómine. *pag.* 224.

In tertio Nocturno.

Antiph. Vobis datum est * nosse mystérium regni Dei, cæteris autem in parábolis, dixit Jesus discípulis suis. *Cant.* Dómine miserére. *pag.* 23.

℣. Média nocte. *pag.* 24.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 8.

IN illo témpore: Cùm turba plúrima convenírent ꝉ & de civitátibus properárent ad Jesum: dixit per similitúdinem. Exiit qui séminat: semináre semen suum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 15. *in Evang.*

LEctio sancti Evangélii (fratres charíssimi) quam modò audístis ꝉ expositióne non índiget: sed admonitióne. Quam enim per semetípsam Véritas expósuit: hanc discútere humána fragílitas non præsúmat. Sed est quod solicitè in hac ipsa expositióne Dominica pensáre debeámus: quia si nos vobis semen, verbum ꝉ agrum, mundum ꝉ vólucres, dæmónia ꝉ spinas, divítias significáre dicerémus: ad credéndum nobis, mens fórsitan vestra dubitáret.

℞. Dum deambuláret. *pag.* 249.

Lectio decima.

UNde & idem Dóminus per semetípsum dignátus est expónere quod dicébat: ut sciátis rerum significatiónes quærere, in his étiam, quæ per semetípsum nóluit explanáre. Exponéndo ergo quod dixit, figurátè se loqui innótuit ꝉ quátenus certos nos rédderet: cùm vobis nostra fragílitas verbórum illíus figúras aperíret.

℞. In sudóre vultus. *pag.* 249.

Lectio undecima.

QUis enim mihi unquam créderet ꝉ si spinas, divítias interpretári voluíssem? Máximè cùm illæ pungant: istæ deléctent. Et tamen spinæ sunt: quia cogitatiónum suárum punctiónibus mentem lácerant ꝉ & cùm usque ad peccátum pértrahunt: quasi inflícto vúlnere, cruéntant. Quas bene hoc in loco (álio Evangelísta attestánte) nequáquam Dóminus divítias: sed falláces divítias appéllat. Falláces enim sunt: quæ nobíscum diu perduráre non possunt.

℞. Ecce Adam. *pag.* 249.

Lectio duodecima.

FAlláces sunt: quæ mentis nostræ inópiam non expéllunt. Solæ autem divítiæ veræ sunt: quæ nos dívites virtútibus fáciunt. Si ergo (fratres charíssimi) esse dívites cúpitis: veras divítias amáte. Si culmen veri honóris quæritis: ad cæléste regnum téndite. Si glóriam dignitátum dilígitis ꝉ in illa su-

pérna Angelórum cúria adscríbi festináte: verba Dómini, quæ aure percípitis, mente retinéte.

℟. Aúdiam Dómine. *pag.* 225.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 8.

IN illo témpore: Cùm turba plúrima convenírent † & de civitátibus properárent ad Jesum: dixit per similitúdinem. Exiit qui séminat: semináre semen suum. Et dum séminat: áliud cécidit secus viam † & conculcátum est: & vólucres cæli comedérunt illud. Et áliud cécidit supra petram † & natum áruit: quia non habébat humórem. Et áliud cécidit inter spinas: & simul exórtæ spinæ suffocavérunt illud. Et áliud cécidit in terram bonam: & ortum fecit fructum céntuplum. Hæc dicens clamábat. Qui habet aures audiéndi, aúdiat. Interrogábant autem eum discípuli ejus: quæ esset hæc parábola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mystérium regni Dei: cæteris autem in parábolis † ut vidéntes non videant: & audiéntes non intélligant. Est autem hæc parábola. Semen, est verbum Dei. Qui autem secus viam: hi sunt qui aúdiunt. Deínde venit diábolus † & tollit verbum de corde eórum: ne credéntes salvi fiant. Nam qui supra petram † qui cùm audíerint: cum gaúdio suscípiunt verbum. Et hi radíces non habent † qui ad tempus credunt: & in témpore tentatiónis recédunt. Quod autem in spinas cécidit: hi sunt, qui audiérunt † & à solicitudínibus, & divítiis, & voluptátibus vitæ eúntes, suffocántur: & non réferunt fructum. Quod autem in terram bonam † hi sunt, qui in corde bono & óptimo audiéntes verbum rétinent: & fructum ásferunt in pâtiéntia. Amen.

Oratio. Deus, qui cónsp. *pag.*

Ad Laudes, *Antiphonæ*, *P*

Capitulum, ℟. *Hymnus*, *&* ℣.

Dominica præcedenti. pag. 250.

Ad Benedictus.

Antiph. Cùm turba * plúrima c

nírent, & de civitátibus properár

Jesum, dixit per similitúdinem

qui séminat, semináre semen suu

Oratio. Deus, qui cónsp. *pag.*

Ad Primam.

Antiph. Semen cécidit * in terra

nam, & ortum fecit fructum céntu

Ad Tertiam.

Antiph. Jesus hæc dicens, * clan

Qui habet aures audiéndi, aúdiat

Ad Sextam.

Antiph. Vobis datum est * nos

stérium regni Dei: cæteris autem i

rábolis, dixit Jesus discípulis sui

Ad Nonam.

Antiph. Semen cécidit * in t

bonam, & áttulit fructum áliud

simum, & áliud sexagésimum.

Cætera ut in præcedenti Dominic

Ad Magnificat.

Antiph. Quod autem * cécidit i

ram bonam, hi sunt, qui corde b

óptimo verbum rétinent, & fr

ásferunt in patiéntia.

Oratio. Deus, qui cónsp. *pag.*

Super hebdomadam ad Benedi

Magnificat dicuntur alternatim, *A*

Semen cécidit. *Antiph.* Jesus h

cens. *Antiph.* Vobis datum est.

tiph. Semen cécidit. *ut supra in*

FERIA SECUN

Lectio prima.

PErréxit puélla: & vocávit m

suam. Ad quam locúta fili

raónis † Accipe, ait, púerum istu

ihi : ego dabo tibi mercédem iuscépit múlier, & nutrívit púe-lultúmque trádidit fíliæ Pharaó-uem illa adoptávit in locum fi-icavítque nomen ejus Moyses, Quia de aqua tuli eum.

Lectio secunda.

iébus illis, postquam créverat ses : egréssus est ad fratres suos ✠ : afflictiónem eórum : & virum im percutiéntem quemdam de s Frátribus suis. Cùmque cir-xisset huc atque illuc, & nullum vidísset : percússum Ægyptium it sabulo.

Lectio tertia.

egréssus die áltero, conspéxit os Hebræos rixántes : dixítque aciébat injúriam. Quare pércu-timum tuum ? Qui respóndit. constítuit príncipem & júdicem os ? Num occídere me tu vis, ri occidísti Ægyptium ? Tímuit : & ait. Quómodo palam fa-t verbum istud ?

RIA TERTIA.

Lectio prima.

livítque Phárao sermónem hunc: quærébat occídere Moysen : qui de conspéctu ejus, morátus est Mádian, & sedit juxta púteum. utem sacerdóti Mádian septem quæ venérunt ad hauriéndam : & implétis canálibus adaquáre nt greges patris sui. Superve-stóres, & ejecérunt eas ✠ surre-Moyses : & defénsis puéllis, ada-oves eárum.

Lectio secunda.

æ cùm revertíssent ad Ráguël trem suum : dixit ad eas. Cur velóciùs venístis sólito ? Respondérunt. Vir Ægyptius liberávit nos de manu pastórum ✠ ínsuper & hausit aquam nobíscum : potúmque dedit óvibus. At ille. Ubi est ? inquit. Quare dimisístis hóminem ? vocáte eum : ut cómedat panem.

Lectio tertia.

JUrávit ergo Moyses : quòd habitáret cum eo. Accepítque Séphoram fíliam ejus uxórem ✠ quæ péperit ei fílium, quem vocávit Gersan : dicens, Advena fui in terra aliéna. Alterum verò péperit, quem vocávit Eliézer : dicens, Deus enim patris mei adjútor meus, erípuit me de manu Pharaónis.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

POst multum verò témporis, mórtuus est rex Ægypti ✠ & ingemiscéntes fílii Israël propter ópera vociferáti sunt : ascendítque clamor eórum ad Deum, ab opéribus. Et audívit gémitum eórum : ac recordátus est fœderis, quod pépigit cum Abraham, Isaac, & Jacob. Et respéxit Dóminus fílios Israël: & cognóvit eos.

Lectio secunda.

MOyses autem pascébat oves Jethro sóceri sui sacerdótis Mádian. Cùmque minásset gregem ad interióra desérti : venit ad montem Dei Horeb. Apparuítque ei Dóminus in flamma ignis de médio rubi ✠ & vidébat quòd rubus ardéret : & non comburerétur. Dixit ergo Moyses. Vadam & vidébo visiónem hanc magnam : quare non comburátur rubus.

Lectio tertia.

CErnens autem Dóminus quòd pérgeret ad vidéndum ✠ vocávit eum

de médio rubi : & ait. Moyses, Moyses. Qui respóndit : Adsum. At ille. Ne apprópies, inquit, huc : solve calceaméntum de pédibus tuis ꟸ locus enim in quo stas : terra sancta est. Et ait. Ego sum Deus patris tui : Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

ABscóndit Moyses fáciem suam : non enim audébat aspícere contra Deum. Cui ait Dóminus. Vidi afflictiónem pópuli mei in Ægypto : & clamórem ejus audívi, propter durítiam eórum qui præsunt opéribus ꟸ & sciens dolórem ejus, descéndi ut líberem eum de mánibus Ægyptiórum, & edúcam de terra illa, in terram bonam & spatiósam, in terram quæ fluit lacte & melle : ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebusæi.

Lectio secunda.

CLamor ergo filiórum Israël venit ad me : vidíque afflictiónem eórum, qua ab Ægyptiis opprimúntur. Sed veni, & mittam te ad Pharaónem : ut edúcas pópulum meum filios Israël de Ægypto. Dixítque Moyses ad Deum. Quis sum ego, ut vadam ad Pharaónem ꟸ & edúcam filios Israël de Ægypto ? Qui dixit ei. Ego ero tecum ꟸ & hoc habébis signum : quòd míserim te. Cùm edúxeris pópulum meum de Ægypto : immolábis Deo super montem istum.

Lectio tertia.

AIt Moyses ad Deum. Ecce ego vadam ad filios Israël : & dicam eis. Deus patrum vestrórum misit me ad vos. Si díxerint mihi ꟸ Quod est nomen ejus ? Quid dicam eis ? Dixit Deus ad Moysen. Ego Sum qui Sum. Ait. Sic dices filiis Israël Qui Est, misit me ad vos.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

DIxítque íterum Deus ad Moysen. Hæc dices filiis Israël. Dóminus Deus patrum vestrórum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, misit me ad vos : hoc nomen mihi est in ætérnum, & hoc memoriále meum in generatiónem & generatiónem.

Lectio secunda.

VAde, & cóngrega senióres Israël : & dices ad eos. Dóminus Deus patrum vestrórum appáruit mihi : Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, dicens. Vísitans visitávi vos : & vidi ómnia quæ accidérunt vobis in Ægypto. Et dixi ut edúcam vos de afflictióne Ægypti, in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebusæi : ad terram fluéntem lacte & melle.

Lectio tertia.

ET áudient vocem tuam. Ingrediérísque tu, & senióres Israël ad regem Ægypti : & dices ad eum. Dóminus Deus Hebræórum vocávit nos, íbimus viam trium diérum in solitúdinem : ut immolémus Dómino Deo nostro. Sed ego scio quòd non dimittet vos rex Ægypti, ut eátis : nisi per manum válidam.

SABBATO.

Lectio prima.

EXténdam enim manum meam, & percútiam Ægyptum in cunctis mirabílibus meis, quæ factúrus sum in médio eórum : post hæc dimíttet vos. Dabóque grátiam pópulo huic coram

iis : & cùm egrediémini non exí-
ácui ꟸ sed postulábit múlier à
sua, & ab hóspita sua, vasa ar-
& aúrea, ac vestes, ponetísque
per filios & filias vestras : & spo-
Ægyptum.

Lectio secunda.

spóndens Moyses, ait. Non cre-
ent mihi, neque aúdient vocem
ꟸ sed dicent : Non appáruit tibi
nus. Dixit ergo ad eum. Quid est
tenes in manu tua ? Respóndit :
Dixítque Dóminus. Prójice eam
am. Projécit, & versa est in có-
: ita ut fúgeret Moyses. Dixít-
óminus. Exténde manum tuam :
ehénde caudam ejus. Exténdit,
it : versáque est in virgam. Ut
t, inquit, quòd apparúerit tibi
us Deus patrum suórum : Deus
am, Deus Isaac, & Deus Jacob.

Lectio tertia.

xítque Dóminus rursum. Mitte
manum tuam in sinum tuum.
cùm misísset in sinum : prótulit
m instar nivis. Rétrahe, ait, ma-
am in sinum tuum. Retráxit, &
it iterum : & erat símilis carni
e. Si non credíderint, inquit,
neque audíerint sermónem signi
: credent verbo signi sequéntis.

DOMINICA
INQVAGESIMÆ.

Ad primas Vesperas.

iph. Regnum. *cum cæteris. p.* 105.
it. Benedíctus Deus. *pag.* 96.
gnum ℟. Ædificávit Noë. *p.* 260.
levátio.

Ad Magnificat.

iphona una ex quatuor supradictis,
ordine accidit.

Oratio.

PReces nostras quæsumus Dómine cleménter exaúdi : atque à peccatórum vínculis absolútos ꟸ ab omni nos adversitáte custódi : Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Præoccupémus fáciem Dómini : Et in Psalmis jubilémus ei.

Psalmus. Veníte. *pag.* 16.

Hymnus, Antiphonæ, Psalmi, ℣. & *Cantic. ut in psalterio. pag.* 16.

Lectio prima.

Incipit liber Levíticus.

VOcávit autem Moysen, & locútus est ei Dóminus de tabernáculo testimónii, dicens. Lóquere fíliis Israël: & dices ad eos. Homo qui obtúlerit ex vobis hóstiam Dómino de pecóribus, id est, de bobus & óvibus offerent víctimas ꟸ si holocaústum fúerit ejus oblátio, ac de arménto : másculum immaculátum ófferet ad óstium tabernáculi testimónii, ad placándum sibi Dóminum ꟸ ponétque manum super caput hóstiæ : & acceptábilis erit, atque in expiatiónem ejus profíciens.

℟. Dixit Dóminus ad Noë, finis univérsæ carnis venit coram me. † Repléta est terra iniquitáte eórum, & ego dispérdam eos cum terra.

℣. Delébo, inquit, hóminem quem creávi à fácie terræ, ab hómine usque ad animántia. Repléta.

Lectio secunda.

IMmolabítque vítulum coram Dómino ꟸ & ófferent filii Aaron sacerdótes sánguinem ejus : fundéntes per altáris circúitum, quod est ante óstium tabernáculi ꟸ detractáque pelle hóstiæ artus in frusta concídent : & subjícient in altári ignem, strue lignórum ante compósita. Et membra quæ sunt cæsa,

désuper ordinántes, caput vidélicet, & cuncta quæ adhærent jécori ˥ intestínis & pédibus lotis aqua: adolebítque ea sacérdos super altáre in holocaústum & suávem odórem Dómino.

℟. Ædificávit Noë altáre Dómino, ófferens super illud holocaústum: odoratúsque est Dóminus odórem suavitátis, & benedíxit eis. † Créscite, & multiplicámini, & repléte terram.

℣. Ego státuam pactum meum vobíscum, & cum sémine vestro post vos. Créscite.

Lectio tertia.

QUòd si de pecóribus oblátio est, de óvibus, sive de capris holocaústum: másculum absque mácula ófferet ˥ immolabítque ad latus altáris quod réspicit ad Aquilónem, coram Dómino: sanguinem verò illíus fundent super altáre filii Aáron per circúitum. Dividéntque membra, caput, & ómnia quæ adhærent jécori: & ponent super ligna, quibus subjiciéndus est ignis.

℟. Ponam arcum meum in núbibus cæli, dixit Dóminus ad Noë. † Et recordábor fœderis mei, quod pépigi tecum.

℣. Cùmque obdúxero núbibus cælum, apparébit arcus meus in núbibus. Et.

Lectio quarta.

INtestína verò & pedes lavábunt aqua. Et obláta ómnia adolébit sacérdos super altáre in holocaústum, & odórem suavíssimum Dómino. Si autem de ávibus holocaústi oblátio fúerit Dómino, de turtúribus aut pullis colúmbæ ˥ ófferet eam sacérdos ad altáre, & retórto ad collum cápite, ac rupto vúlneris loco: decúrrere fáciet sánguinem super crepídinem altáris.

℟. Dómini est terra. *pag.* 224.

Lectio quinta.

VEsículam verò gútturis & plumas projíciet prope altáre ad orientálem plagam: in loco in quo cíneres effúndi solent. Confringétque ascéllas ejus, & non secábit neque ferro dividet eam: & adolébit super altáre, lignis igne suppósito. Holocaústum est: & oblátio suavíssimi odóris Dómino.

℟. Non erunt ultra aquæ dilúvii ad deléndam univérsam carnem, erítque arcus meus in núbibus. † Dicit Dóminus.

℣. Arcum meum ponam in núbibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. Dicit.

Lectio sexta.

ANima, cùm obtúlerit oblatiónem sacrifícii Dómino ˥ símila erit ejus oblátio: fundétque super eam óleum, & ponet thus, ac déferet ad filios Aáron sacerdótes ˥ quorum unus tollet pugíllum plenum símilæ, & ólei, ac totum thus: & ponet memoriále super altáre in odórem suavíssimum Dómino.

℟. Locútus est Dóminus ad Abram, dicens: Egrédere de terra & de cognatióne tua, & veni in terram, quam monstrávero tibi. † Et fáciam te créscere in gentem magnam.

℣. Benedícam tibi, & magnificábo nomen tuum: erísque benedíctus. Et.

Lectio septima.

QUod autem réliquum fúerit de sacrifício, erit Aáron & filiórum ejus: Sanctum sanctórum de oblatiónibus Dómini. Cùm autem obtúleris sacrifícium coctum in clíbano ˥ de símila, panes scílicet absque ferménto conspérsos óleo: & lágana ázima óleo lita. Si oblátio tua fúerit de sartágine ˥ si-

milæ conspérsæ óleo, & absque ferménto : divides eam minutátim, & fundes super eam óleum.

℟. Factus est sermo Dómini ad Abram, dicens : Noli timére Abram. † Ego protéctor tuus sum, & merces tua magna nimis.

℣. Ego Dominus qui edúxi te de Hur Chaldæórum. Ego prot.

Lectio octava.

SIn autem de craticula fúerit sacrifícium ✠ æquè símila óleo conspergétur : quam ófferens Dómino, trades mánibus sacerdótis. Qui cùm obtúlerit eam ✠ tollet memoriále de sacrifício : & adolébit super altáre, in odórem suavitátis Dómino. Quidquid autem réliquum est, erit Aaron & filiórum ejus : Sanctum sanctórum, de oblatiónibus Dómini.

℟. Ad te Dómine. *pag.* 224.

In tertio Nocturno.

Antiph. Et qui præíbant * increpábant eum ut tacéret, ipse verò multò magis clamábat, Fili David miserére mei. *Cantic.* Dómine miserére. *pag.* 23.

℣. Média nocte. *pag.* 24.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 18.

IN illo témpore : Assúmpsit Jesus duódecim discípulos suos : & ait illis. Ecce ascéndimus Jerosolymam : & consummabúntur ómnia quæ scripta sunt per prophétas de Filio hóminis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 2. *in Evang.*

REdémptor noster prævidens ex passióne sua discipulórum ánimos perturbándos ✠ eis longè ante, & ejúsdem passiónis pœnam : & resurrectiónis suæ glóriam prædixit ✠ ut cùm eum moriéntem cérnerent : étiam resurrectúrum non dubitárent. Sed quia carnáles adhuc discípuli nullo modo cápere valébant verba mystérii : venítur ad miráculum.

℟. Dixit Dóminus ad Abram, Sara uxor tua páriet tibi filium in senectúte sua. † Et vocábis nomen ejus Isaac.

℣. Revértens véniam ad te témpore isto, vita cómite, & habébit filium Sara uxor tua. Et vocábis.

Lectio decima.

ANte eórum óculos cæcus lumen recépit ✠ ut qui cæléstis mystérii verba non cáperent : eos ad fidem cæléstia facta solidárent. Sed mirácula Dómini & Salvatóris nostri sic accipiénda sunt, ut & in veritáte credántur facta : & tamen per significatiónem nobis áliquid ínnuant. Opera quippe ejus, & per poténtiam áliud osténdunt : & per mystérium áliud loquúntur.

℟. Appáruit Abrahæ Dóminus in convalle Mambre sedénti in óstio tabernáculi sui. † In ipso fervóre diéi.

℣. Cùmque elevásset óculos apparuérunt ei tres viri stantes prope eum. In.

Lectio undecima.

ECce enim quis juxta históriam cæcus iste fúerit, ignorámus ✠ sed tamen quid mystérium signíficet : nóvimus. Cæcum quippe est genus humánum, quod in paréntе primo à paradísi gaúdiis expúlsum ✠ claritátem supérnæ lucis ignórans, damnatiónis suæ ténebras pátitur : sed tamen per Redemptóris sui præséntiam illuminátur ✠ ut intérnæ lucis gaúdia jam per desidérium vídeat : atque in via vitæ, boni óperis gressus ponat.

℟. Tentávit Deus Abraham, & dixit ad eum. † Tolle filium tuum, quem dí-

ligis Isaac, & offeres illum mihi in holocaústum, super unum móntium quem díxero tibi.

℣. Vocátus à Dómino respóndit, Adsum, & ait ei Dóminus. Tolle.

Lectio duodecima.

NOtándum verò est, quòd cùm Jesus Jéricho appropinquáre dícitur: cæcus illuminátur. Jéricho quippe luna interpretátur. Luna autem in sacro elóquio pro defectu carnis pónitur ⁊ quia dum ménstruis moméntis decréscit: defectum nostræ mortalitátis designat. Dum ígitur Cónditor noster appropínquat Jéricho, cæcus ad lumen redit ⁊ quia dum Divínitas defectum nostræ carnis suscépit: humánum genus lumen quod amíserat, recépit.

℟. Aúdiam Dómine. *pag.* 225.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 18.

IN illo témpore: Assúmpsit Jesus duódecim discípulos suos: & ait illis. Ecce ascéndimus Jerosólymam: & consummabúntur ómnia quæ scripta sunt per prophétas de Fílio hóminis. Tradétur enim Géntibus, & illudétur ⁊ & flagellábitur: & conspuétur. Et postquam flagelláverint, occident eum: & tértia die resúrget. Et ipsi nihil horum intellexérunt. Et erat verbum istud abscónditum ab eis: & non intelligébant quæ dicebántur. Factum est autem cùm appropinquáret Jéricho: cæcus quidam sedébat secus viam, mendícans. Et cùm audíret turbam prætereúntem: interrogábat quid hoc esset. Dixérunt autem ei: quòd Jesus Nazarénus transíret. Et clamávit, dicens. Jesu fili David: miserére mei. Et qui præíbant: increpábant eum, ut tacéret. Ipse verò multò magis clamábat: Fili David, miserére mei. Stans autem Jesus: jussit illum ad[...] ad se. Et cùm appropinquásset: inte[...] gávit illum, dicens. Quid tibi vi[...] ciam? At ille dixit. Dómine: ut vid[...] Et Jesus dixit illi. Réspice: fides t[...] salvum fecit. Et conféstim vidit: [...] quebátur illum, magníficans D[...] Et omnis plèbs ut vidit, dedit la[...] Deo. Amen.

Oratio. Preces. *pag.* 259.

Ad Laudes. *Antiph.*

SEcúndùm multitúdinem * mise[...] num tuárum Dómine dele in[...] tátem meam. *Psalm.* Miserére. *pa*[...]

Antiph. Deus meus es tu, * & [...] fitébor tibi: Deus meus es tu, & [...] tábo te. *Psalm.* Confitémini. *pag.* [...]

Antiph. Ad te de luce * vígilo, [...] ut vídeam virtútem tuam. *Psalm.* Deus meus, ad te. *pag.* 26.

Antiph. Hymnum dícite, * & [...] perexaltáte eum in sǽcula. *Can*[...] nedícite. *pag.* 26.

Antiph. Omnes Angeli ejus, * [...] dáte Dóminum de cælis. *Psalm.* [...] dáte Dóminum. *pag.* 27. *Capit.* [...] dictio. *pag.* 28.

℟. Adjútor meus. *pag.* 250.

Hymn. Spléndor. *pag* 28.

℣. Dóminus regnávit.

Ad Benedictus.

Antiph. Ecce ascéndimus * Je[...] lymam, & consummabúntur [...] quæ scripta sunt per prophétas [...] Fílio hóminis.

Oratio. Preces. *pag.* 259.

Ad Primam.

Antiph. Cæcus sedébat * secus [...] & clamábat: Miserére mei fili [...]

Ad Tertiam.

Antiph. Cùm autem audísset * Jesus Nazarénus transíret: cla[...]

dicens, Jesu fili David miserére mei.

Ad Sextam.

Antiph. Et qui præibant,* increpábant eum ut tacéret: ipse verò multò magis clamábat: Fili David miserére mei.

Ad Nonam.

Antiph. Miserére mei * fili David: quid vis faciam tibi? Dómine ut vídeam.

Cætera ut in Dominica præcedenti.

Ad Magnificat.

Antiph. Stans autem Jesus * jussit cæcum addúci ad se & ait illi, Quid vis fáciam tibi? Dómine ut vídeam. At Jesus dixit illi, Réspice: fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, & sequebátur illum, magníficans Deum.

Oratio. Preces nostras. *pag.* 259.

Feria secunda & tertia, si nullum contingat festum, ad Benedictus & Magnificat dicuntur Antiph. Cæcus sedébat. *Antiph.* Cùm autem. *Antiph.* Et qui præibant. *Antiph.* Omnis plebs * ut vidit, dedit laudem Deo.

At feria tertia ad Vesperas semper dicitur Antiph. Omnis plebs. *nisi festo impediatur.*

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

OMnis oblátio, quæ offértur Dómino, absque ferménto fiet: nec quidquam ferménti ac mellis adolébitur in sacrificio Dómino. Primítias tantùm eórum offerétis ac múnera: super altáre verò non imponéntur in odórem suavitátis. Quidquid obtúleris sacrificii, sale cóndies: nec aúferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatióne tua ófferes sal.

Lectio secunda.

SI autem obtúleris munus primárum frugum tuárum Dómino, de spicis adhuc viréntibus ꟸ torrébis igni, & confringes in morem farris: & sic ófferes primítias tuas Dómino, fundens supra óleum, & thus impónens ꟸ quia oblátio Dómini est: de qua adolébit sacérdos in memóriam múneris partem farris fracti, & ólei, ac totum thus.

Lectio tertia.

QUòd si hóstia pacificórum fúerit ejus oblátio ꟸ & de bobus volúerit offérre, marem sive fœminam: immaculáta ófferet coram Dómino. Ponétque manum super caput víctimæ suæ, quæ immolábitur in intróitu tabernáculi testimónii: fundéntque filii Aáron sacerdótes sánguinem per altáris circúitum.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

ET ófferent de hóstia pacificórum in oblatiónem Dómino ꟸ ádipem qui óperit vitália, & quidquid pinguédinis est intrínsecus: duos renes cum ádipe quo tegúntur ília, & retículum jécoris cum renúnculis ꟸ adolebúntque ea super altáre in holocaústum, lignis igne suppósito: in oblatiónem suavíssimi odóris Dómino.

Lectio secunda.

SI verò de óvibus fúerit ejus oblátio, & pacificórum hóstia ꟸ sive másculum obtúlerit, sive fœminam: immaculáta erunt. Si agnum obtúlerit coram Dómino ꟸ ponet manum suam super caput víctimæ suæ, quæ immolábitur in vestíbulo tabernáculi testimónii: fundéntque filii Aáron sánguinem ejus per circúitum altáris.

Lectio tertia.

ET ófferent de pacificórum hóstia sacrifícium Dómino ꟸ ádipem & caudam totam cum rénibus & pingué-

dinem quæ óperit ventrem atque univérſa vitália : & utrúmque renúnculum, cum ádipe qui eſt juxta ília reticulúmque jécoris cum renúnculis. Et adolébit ea ſacérdos ſuper altáre, in pábulum ignis & oblatiónis Dómini.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

SI capra fúerit ejus oblátio, & obtúlerit eam Dómino ꟸ ponet manum ſuam ſuper caput ejus : immolabítque eam in intróitu tabernáculi teſtimónii. Et fundent filii Aáron ſánguinem ejus per altáris circúitum.

Lectio ſecunda.

TOlléntque ex ea in paſtum ignis Domínici, ádipem qui óperit ventrem, & qui tegit univérſa vitália ꟸ duos renúnculos cum retículo quod eſt ſuper eos juxta ília : & arvínam jécoris cum renúnculis. Adolebítque ea ſuper altáre ſacérdos in alimóniam ignis, & ſuavíſſimi odóris. Omnis adeps, Dómini erit jure perpétuo in generatiónibus & cunctis habitáculis veſtris : nec ſánguinem nec ádipem omníno comedétis.

Lectio tertia.

LOcutúſque eſt Dóminus ad Moyſen, dicens. Lóquere filiis Iſraël. Anima quæ peccáverit per ignorántiam, & de univérſis mandátis Dómini, quæ præcépit ut non fierent, quíppiam fécerit : ſi ſacérdos qui unctus eſt peccáverit ꟸ delínquere fáciens pópulum : ófferet pro peccáto ſuo vítulum immaculátum Dómino.

Ab hinc uſque ad Dominicam de Paſſione privatis diebus ad Nocturnum.

Capitulum. *Joel.* 2.

INter veſtíbulum & altáre plorábunt ſacerdótes miníſtri Dómini, & dicent ꟸ Parce Dómine, parce pó[pulo] tuo : & ne des hæreditátem tuam i[n op]próbrium, ut dominéntur eis nati[ones].

℟. Deo grátias.

Hac die, & tribus ſequentibus d[iebus] ℣. *ferialis de pſalterio : poſt Domin[icam] Quadrageſimæ dicitur* ℣. Ipſe liberá[vit]

Ab hinc uſque ad Dominicam de P[aſſio]ne privatis diebus ad Nocturnum di[citur]

Oratio.

ABſólve, quæſumus Dómine, [no]ſtrórum víncula peccatórum [: et] quidquid pro eis merémur, propiti[atus] avérte. Per Dóminum.

Ad Laudes.

Capitulum. *Iſaiæ.* 58.

CLama, ne ceſſes ꟸ quaſi tuba [exal]ta vocem tuam : & annúntia [po]pulo meo ſcélera eórum, & dómu[i Ja]cob peccáta eórum ꟸ me étenim d[e die] in diem quærunt : & ſcire vias [meas] volunt.

℟. Deo grátias.

℟. Adjútor meus. *pag.* 250.

Hymn. Splendor patérnæ. *pag.*

℣. Repléti ſumus. *pag.* 40.

Poſt Quadrageſimam. ℣. Scuto c[ircumdabit]

Ad Benedictus.

Antiph. Cùm jejunátis, * nolíte [fieri] ſicut hypócritæ triſtes.

Ad Laudes & Tertiam.

Oratio.

PRæſta Dómine fidélibus tuis : [ut je]juniórum veneránda ſolénni[a] cóngrua pietáte ſuſcípiant ꟸ & ſ[ecura] devotióne percúrrant : Per Dómin[um].

Ab hinc uſque ad Cœnam D[omini] in omni Feſto occurrente, fit ad L[audes] & Veſperas commemoratio de jejuni[o] propria Antiphona & Oratione c[uique] diëi aſſignatis.

Ad Primam nihil mutatur.

Ad Tertiam.

Capitulum. *Isaïæ* 58.

FRange esuriénti pánem tuum : & egénos vagósque induc in domum tuam ꟸ cùm vìderis nudum, óperi eum: & carnem tuam ne despéxeris.

℟. Deo grátias.

℣. Adjútor meus. *pag.* 89.

Post Dominicam Quadragesimæ.

℣. Dicet Dómino, suscéptor meus es tu.

℟. Et refúgium meum, Deus meus, sperábo in eum.

Ab hinc usque ad Cœnam Domini, ad Tertiam dicitur Oratio quæ ad Laudes dicta fuerit. Ad Sextam verò & Nonam dicuntur diebus ferialibus Orationes feriales consuetæ.

Ad Sextam.

Capitulum. *Ezech.* 18.

ANima quæ peccáverit ipsa moriétur ꟸ filius non portábit iniquitátem patris, & pater non portábit iniquitátem filii : justítia justi super eum erit ꟸ & impíetas ímpii erit super eum: ait Dóminus omnípotens.

℟. Deo grátias.

℣. Dóminus regit me. *pag.* 90.

Post Dominicam Quadragesimæ.

℣. Ipse liberábit me de láqueo venántium.

℟. Et à verbo áspero.

Ad Nonam.

Capitulum. *Isaïæ* 55.

DErelínquat ímpius viam suam ꟸ & vir iníquus cogitatiónes suas : & revertátur ad Dóminum, & miserébitur ejus ꟸ & ad Deum nostrum : quóniam multus est ad ignoscéndum.

℟. Deo grátias.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine. *pag.* 88.

Post Dominicam Quadragesimæ.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Ad Vesperas.

Capitulum. *Joel* 2.

COnvertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, & fletu, & planctu ꟸ & scíndite corda vestra, & non vestiménta vestra : ait Dóminus omnipotens.

℟. Deo grátias.

℟. Spes mea. *pag.* 251.

Hymn. Deus creátor. *pag.* 96.

℣. Dirigátur. *pag.* 96.

Ad Magnificat.

Antiph. Thesaurizáte vobis * thesaúros in cælo, ubi nec ærúgo, nec tínea demolítur.

Oratio. Præsta Dómine. *pag* 264.

FERIA QVINTA.

Lectio prima.

SI peccáverit ánima, & audíerit vocem jurántis ꟸ testísque fúerit quòd aut ipse vidit, aut cónscius est : nisi indicáverit, portábit iniquitátem suam. Anima quæ tetígerit áliquid immúndum, sive quod occísum à béstia est : aut per se mórtuum, aut quódlibet áliud réptile ꟸ & oblíta fúerit immundítiæ suæ : rea est, & delíquit.

Lectio secunda.

ET si tetígerit quidquam de immundítia hóminis, juxta omnem impuritátem, qua póllui solet ꟸ oblitáque cognóverit póstea : subjacébit delícto. Anima quæ juráverit, & protúlerit lábiis suis, ut vel malè quid fáceret, vel bene, & idipsum juraménto & sermóne firmáverit ꟸ oblitáque póstea intelléxerit delíctum suum : agat pœniténtiam pro peccáto ꟸ & ófferat de grégibus

agnam sive capram : orabítque pro ea sacérdos, & pro peccáto ejus.

Lectio tertia.

SIn autem non potúerit offérre pecus ꟓ offerat duos túrtures, vel duos pullos columbárum Dómino : unum pro peccáto, & álterum in holocaústum ꟓ dabítque eos sacerdóti, qui primum ófferens pro peccáto, retorquébit caput ejus ad pénnulas : ita ut collo hæreat, & non pénitus abrumpátur.

Ad Laudes, Capitulum, ℟. Hymn. & ℣. ut supra feria quarta. pag. 264.

Ad Benedictus.

Antiph. Me étenim * de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

DEus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius réspice ꟓ & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte : Per Dóminum.

Ad Horas & Vesperas, omnia sicut feria quarta præcedente.

Ad Magnificat.

Antiph. Quare jejunávimus, * & non aspexísti ? humiliávimus ánimas nostras, & nescísti.

Oratio.

PArce Dómine, parce pópulo tuo : ut dignis flagellatiónibus castigátus ꟓ in tua miseratióne respíret : Per Dóm.

FERIA SEXTA

Lectio prima.

ET aspérget de sánguine ejus paríetem altáris ꟓ quidquid autem réliquum fúerit, fáciet distilláre ad fundaméntum ejus : quia pro peccáto est. Alterum verò adolébit in holocaústum, ut fíeri solet ꟓ rogabítque pro eo sacérdos, & pro peccáto ejus : & dimittétur ei.

Lectio secunda.

QUòd si non quíverit manus [...] duos ófferre túrtures, aut d[...] pullos columbárum ꟓ ófferet pro [...] cáto suo símilæ partem ephi décim[...] non mittet in eam óleum nec thuris [...] quid impónet ꟓ quia pro peccáto [...] tradétque eam sacerdóti, qui ple[...] ex ea pugíllum haúriens, cremábit s[...] altáre, in moniméntum ejus qui o[...] lerit ꟓ rogans pro illo & éxpians : [...] quam verò partem ipse habébit in [...] nere.

Lectio tertia.

LOcutúsque est Dóminus ad Moy[...] dicens. Anima si prævaricans c[...] mónias, per errórem, in his quæ [...] mino sunt sanctificáta, peccáverit [...] feret pro delícto suo aríetem imm[...] látum de grégibus, qui emi potest [...] bus siclis, juxta pondus sanctu[...] ipsúmque quod íntulit damni restit[...] & quintam partem ponet supra, tra[...] sacerdóti : qui rogábit pro eo, óffe[...] aríetem, & dimittétur ei.

Ad Benedictus.

Antiph. Oráte * pro persequénti[...] & calumniántibus vobis, ut sitis [...] Patris vestri, qui in cælis est, [...] Dóminus.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

INchoáta jejúnia, quæsumus Dó[...] benígno favóre proséquere : u[...] servántiam quam corporáliter ex[...] mus ꟓ méntibus étiam sincéris exe[...] valeámus : Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Cùm facis eleemósynam, [...] ciat sinistra tua quid fáciat déxtera[...]

Oratio.

TUére Dómine pópulum tuum [...] ab ómnibus peccátis clem[...]

a : quia nulla ei nocébit advérſi- ſi nulla dominétur iníquitas : Per um.

SABBATO.

Lectio prima.

nima ſi peccáverit per ignorán- am ꟸ feceritque unum ex his quæ i lege prohibéntur : & peccáti elléxerit iniquitátem ſuam ꟸ óf- rietem immaculátum de grégibus oti, juxta menſúram æſtimatio- e peccáti : qui orábit pro eo, ſciens féceerit ꟸ & dimittétur ei : er errórem delíquit in Dómi-

Lectio ſecunda.

cútus eſt Dóminus ad Moyſen, cens. Anima quæ peccáverit, & pto Dómino, negáverit próximo óſitum,quod fídei ejus créditum ꟸ vel vi áliquid extórſerit, aut iam fécerit ꟸ ſive rem pérditam it, & inficians ínſuper pejerá- & quódlibet áliud ex plúribus, in quibus ſolent peccáre hó- ꟸ convícta delícti, reddet ómnia, r fraudem vóluit obtinére, ín- & quintam ínſuper partem dó- cui damnum intúlerat.

Lectio tertia.

peccáto autem ſuo ófferet etem immaculátum de grege, & um ſacerdóti : juxta æſtimatió- nſurámque delícti ꟸ qui rogábit coram Dómino : & dimittétur o ſíngulis quæ faciéndo pec-

Ad Benedictus.

ph. Tu autem cum oráveris * cubículum, & clauſo óſtio ora tuum.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

FIdéles tui Deus per tua dona fir- méntur : ut éadem & percipiéndo requírant ꟸ & quæréndo, ſine fine per- cípiant : Per Dominum.

DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMÆ.

Ad primas Veſperas.

Antiph. Regnum. *Pſalm.* Confiteán- tur. *cum cæteris. pag.* 105.

Capitulum. 2. *Cor. cap.* 6.

HOrtámur vos ne in vácuum grá- tiam Dei recipiátis : ait enim ꟸ Témpore accépto exaudívi te : & in die ſalútis adjúvi te. ℟. Deo grátias.

Magnum ℟. In ómnibus. *pag.* 268.

Hymnus.

AUdi benígne Cónditor
Noſtras preces cum flétibus,
In hoc ſacro jejúnio
Fuſas quadragenário.
Scrutátor alme córdium,
Infirma tu ſcis vírium:
Ad te revérſis éxhibe
Remiſſiónis grátiam.
Multùm quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus :
Ad laudem tui nóminis,
Confer medélam lánguidis.
Sic corpus extra cónteri
Dona per abſtinéntiam,
Jejúnet ut mens ſóbria
A labe prorſus críminum.
Præſta beáta Trínitas.
Concéde ſimplex Unitas,
Ut fructuóſa ſint tuis.
Jejuniórum múnera. Amen.

℣. Angelis ſuis Deus mandávit de te.
℟. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

Qui Hymnus & ℣. dicuntur quotidie

ad Vesperas usque ad Dominicam de Passione, præterquam in festis xii. Lection.

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce nunc tempus * acceptábile, ecce nunc dies salútis. In his ergo diébus exhibeámus nos sicut Dei minístros in multa patiéntia, in vigíliis, in jejúniis, & in charitáte non ficta.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragésimæ observatióne puríficas ꟸ præsta famíliæ tuæ: ut quod à te obtinére abstinéndo nítitur ꟸ hoc bonis opéribus exequátur: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Præoccupémus fáciem Dómini: Et in Psalmis jubilémus ei. *Psalmus.* Venite. *pag.* 16.

Hymn. Ætérne. *pag.* 16.

In primo Nocturno.

Antiph. & Psalmi sicut in psalterio.

℣. Dicet Dómino suscéptor meus es tu.

℟. Et refúgium meum Deus meus, sperábo in eum.

Lectio prima.

Incipit liber Númeri.

LOcutúsque est Dóminus ad Moysen in desérto Sinái in tabernáculo fœderis, prima die mensis secúndi, anno áltero egressiónis eórum ex Ægypto, dicens. Tóllite summam univérsæ congregatiónis filiórum Israël per cognatiónes & domos suas, & nómina singulórum ꟸ quidquid sexus est masculíni à vigésimo anno & supra, ómnium virórum fórtium ex Israël: & numerábitis eos per turmas suas, tu & Aáron.

℟. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis, commendémus nosmetípsos in múlta patiéntia, in jejúniis multis. † Per arma justítiæ à dextris & à sinístris.

℣. In ómnibus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros. Per arma.

Lectio secunda.

ERúntque vobíscum príncipes tribuum ac domórum in cognatiónibus suis: quorum ista sunt nómina. De Ruben: Elísur filius Sedéür. De Símeon: Salámiel fílius Surisaddái. De Juda: Naásson fílius Amínadab. De Issachar: Nathanaël filius Suar. De Zábulon: Eliab filius Helon. Filiórum autem Joseph: De Ephráim: Elísama filius Ammiud. De Manásse, Gamáliël filius Phadássur. De Bénjamin: Abídam filius Gedeónis. De Dan: Ahiézer filius Amisaddái. De Aser: Phégiel filius Ochran. De Gad: Eliásaph filius Duel. De Nephthali: Ahíra fílius Enan.

℟. In ómnibus exhibeámus nos sicut Dei minístros, in multa patiéntia. † Ut non vituperétur ministérium nostrum.

℣. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis, némini dantes ullam offensiónem. Ut non.

Lectio tertia.

HI nobilíssimi príncipes multitúdinis per tribus, & cognatiónes suas, & cápita exércitus Israël: quos tulérunt Moyses & Aáron cum omni vulgi multitúdine. Et congregavérunt primo die mensis secúndi ꟸ recenséntes eos per cognatiónes, & domos, ac famílias, & cápita, & nómina singulórum: à vigésimo anno & supra, sicut præcéperat Dóminus Moysi.

℟. Pater peccávi in cælum, & coram te: jam non sum dignus vocári filius tuus. † Fac me sicut unum de mercenáriis tuis.

℣. Quanti mercenárii in domo patris mei abúndant pánibus, ego autem hic

éreo : ſurgam, & ibo ad patrem
, & dicam ei. Fac me.

Lectio quarta.

Ɉmeratique ſunt in deſérto Sinái.
De Ruben primogénito Iſraëlis ꟸ
ierationes, & famílias, ac domos
c nómina cápitum ſingulórum,
quod ſexus eſt maſculíni, à vigé-
nno & ſupra, procedéntium ad
: quadragínta ſex míllia quin-
De fíliis Símeon, per generatió-
famílias, ac domos cognatió-
iárum ꟸ recensíti ſunt per nó-
cápita ſingulórum, omne quod
t maſculíni, à vigéſimo anno &
procedéntium ad bellum : quin-
ta novem míllia trecénti.

Ductus eſt Jeſus in deſértum à
ut tentarétur à diábolo. † Et
is tentátor dixit ei, Si Fílius Dei
ut lápides iſti panes fiant.

cùm jejunáſſet quadragínta dié-
quadragínta nóctibus, póſtea
Et accédens.

Glória Patri. panes fiant.

In ſecundo Nocturno.

ph. & Pſalmi ut in pſalterio.

pſe liberábit me de láqueo ve-
n. ℟. Et à verbo áſpero.

Lectio quinta.

fíliis Gad, per generatiónes, &
milias, ac domos cognatiónum
, recensíti ſunt per nómina ſin-
n à vigínti annis & ſupra omnes
bella procéderent : quadragínta
e míllia ſexcénti quinquagínta.
s Juda, per generatiónes, & fa-
ac domos cognatiónum ſuárum,
nina ſingulórum à vigéſimo an-
ſupra, omnes qui póterant ad
océdere : recensíti ſunt ſeptua-
uátuor míllia ſexcénti.

℟. Dómine puer meus jacet paraly-
ticus in domo, & malè torquétur. † Ait
illi Jeſus, Ego véniam, & curábo eum.

℣. Dómine non ſum dignus ut intres
ſub tectum meum : ſed tantùm dic ver-
bo, & ſanábitur puer meus. Ait.

Lectio ſexta.

DE fíliis Iſſachar, per generatiónes,
& famílias, ac domos cognatió-
num ſuárum, per nómina ſingulórum
à vigéſimo anno & ſupra ꟸ omnes qui ad
bella procéderent : recensíti ſunt quin-
quagínta quátuor míllia quadringénti.
De fíliis Zábulon, per generatiónes, &
famílias, ac domos cognatiónum ſuá-
rum ꟸ recensíti ſunt per nómina ſingu-
lórum à vigéſimo anno & ſupra omnes
qui póterant ad bella procédere : quin-
quagínta ſeptem míllia quadringénti.

℟. Abſcóndite eleemóſynam in ſinu
paúperis, & ipſa orábit pro vobis ad
Dóminum. † Quia ſicut aqua extínguit
ignem, ita eleemóſyna extínguit pec-
cátum.

℣. Date eleemóſynam, dicit Dóminus,
& ecce ómnia munda ſunt vobis. Quia.

Lectio ſeptima.

LOcutúſque eſt Dóminus ad Moy-
ſen, dicens. Tribum Levi noli nu-
meráre ꟸ neque pones ſummam eórum
cum fíliis Iſraël : ſed conſtítue eos ſu-
per tabernáculum teſtimónii, & cuncta
vaſa ejus, & quidquid ad ceremónias
pértinet. Ipſi portábunt tabernáculum
& ómnia utensília ejus, & erunt in
miniſtério : ac per gyrum tabernáculi
metabúntur.

℟. Derelínquat ímpius viam ſuam, &
vir iníquus cogitatiónes ſuas, & re-
vertátur ad Dóminum, & miſerébitur
ejus, & ad Deum noſtrum. † Quóniam
multus eſt ad ignoſcéndum.

℣. Quærite Dóminum dum inveníri potest, invocáte eum dum prope est. Quóniam.

Lectio octava.

CUm proficiscéndum fúerit, depónent Levítæ tabernáculum ꟷ cùm castrametándum, érigent: quisquis extérnórum accésserit, occidétur. Metabúntur autem castra filii Israël: unusquísque per turmas, & cúneos, atque exércitum suum. Porrò Levítæ per gyrum tabernáculi figent tentória, ne fiat indignátio super multitúdinem filiórum Israël: & excubábunt in custódiis tabernáculi testimónii. Fecérunt ergo filii Israël juxta ómnia quæ præcéperat Dóminus Moysi.

℟. Frange esuriénti panem tuum, & egénos, vagósque induc in domum tuam. † Tunc erúmpet quasi manè lumen tuum, & anteíbit fáciem tuam justítia tua.

℣. Cùm víderis nudum, óperi eum, & carnem tuam ne despéxeris. Tunc.

℣. Glória Patri. justítia tua.

In tertio Nocturno.

Antiph. Non in solo * pane vivit homo, sed in omni verbo quod procédit de ore Dei. *Cantic.* Dedúcant. *pag.* 114.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 4.

IN illo témpore: Ductus est Jesus in desértum à Spíritu: ut tentarétur à diábolo. Et cùm jejunásset quadragínta diébus & quadragínta nóctibus: póstea esúriit. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 16.

DUbitári à quibúsdam solet, à quo spíritu sit Jesus ductus in desértum: propter hoc quod súbditur. súmpsit eum diábolus in sanctam tátem. Et rursum. Assúmpsit eu montem excélsum valde. Sed ver absque ulla quæstióne, conveni accípitur: ut à sancto Spíritu in d tum ductus credátur ꟷ ut illuc suus Spíritus dúceret: ubi hunc ad tándum malígnus spíritus inveníi

℟. Scíndite corda vestra, & vestiménta vestra: & convertímini Dóminum Deum. † Quia benígn miséricors est.

℣. Convertímini ad eum in toto de vestro, in jejúnio, & fletu, & ctu. Quia.

Lectio decima.

SEd ecce cùm dícitur, Deus h vel in excélsum montem, vel i ctam civitátem à diábolo assúmp mens réfugit crédere: humánæ ho díre aures expavéscunt. Qui tame credibília non esse ista cognóscim in illo & ália facta pensámus. iniquórum ómnium caput diábolu & hujus cápitis membra sunt o iníqui.

℟. Parce Dómine, parce pópul † Et ne des hæreditátem tuam in ditiónem.

℣. Miserére nostri Dómine, rére nostri. Et ne.

Lectio undecima.

AN non diáboli membrum fu látus? An non diáboli memb dæi persequéntes, & mílites cruci tes Christum fuérunt? Quid erg rum, si se ab illo permísit in m duci ꟷ qui se pértulit étiam à m illíus crucifígi? Non est ergo indi Redemptóri nostro, quòd tentár luit: qui vénerat occídi. Justum q

erat, ut ſic tentatiónes noſtras ſuis tentatiónibus vinceret : ſicut mortem noſtram vénerat ſua morte ſuperáre.

℟. Adjuva nos Deus ſalutáris noſter, & propter honórem nóminis tui Dómine líbera nos, & propítius eſto peccátis noſtris. † Propter nomen tuum.

℣. Intret in conſpéctu tuo gémitus compeditórum. Propter.

Lectio duodecima.

SEd ſciéndum nobis eſt : quia tribus modis tentátio ágitur : ſuggeſtióne, delectatióne, & conſénſu. Et nos cùm tentámur, plerúmque in delectatiónem, aut étiam in conſénſum lábimur ✠ quia de carnis peccáto propagáti, in nobisipſis étiam gérimus : unde certámina tolerámus. Deus verò, qui in útero Vírginis incarnátus, in mundum ſine peccáto vénerat, nihil contradictiónis in ſemetípſo tolerábat.

℟. Angelis ſuis mandávit de te ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis. † In mánibus portábunt te, ne unquam offéndas ad lápidem pedem tuum.

℣. Super áſpidem & baſilíſcum ambulábis, & conculcábis leónem & dracónem. In mánibus.

℣. Glória Patri. pedem tuum.

Sequéntia ſancti Evangélii : ſecúndùm Matthæum. *Matth.* 4.

IN illo témpore : Ductus eſt Jeſus in deſértum à Spíritu : ut tentarétur à diábolo. Et cùm jejunáſſet quadragínta diébus & quadragínta nóctibus : póſtea eſúriit. Et accédens tentátor dixit ei. Si Filius Dei es : dic ut lápides iſti panes fiant. Qui reſpóndens : dixit. Scriptum eſt. Non in ſolo pane vivit homo : ſed in omni verbo quod procédit de ore Dei. Tunc aſſúmpſit eum diábolus in ſanctam civitátem ✠ & ſtátuit eum ſuper pinnáculum templi : & dixit ei. Si Filius Dei es : mitte te deórſum. Scriptum eſt enim ✠ Quia Angelis ſuis mandávit de te, & in mánibus tollent te : ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuum. Ait illi Jeſus. Rurſum ſcriptum eſt. Non tentábis Dóminum Deum tuum. Iterum aſſúmpſit eum diábolus in montem excélſum valde ✠ & oſténdit ei ómnia regna mundi, & glóriam eórum : & dixit ei. Hæc ómnia tibi dabo : ſi cadens adoráveris me. Tunc dicit ei Jeſus. Vade ſatána. Scriptum eſt enim. Dóminum Deum tuum adorábis : & illi ſoli ſérvies. Tunc relíquit eum diábolus. Et ecce Angeli áccessérunt, & miniſtrâbant ei. Amen.

Oratio. Deus, qui Ecclé. *pag.* 268.

Ad Laudes, *Antiph.*

COr mundum * crea in me Deus, & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis. *Pſalm.* Miſerére. *pag.* 6.

Antiph. O Dómine * ſalvum me fac, ô Dómine, bene proſperáre. *Pſalmus.* Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. Sic benedícam te * in vita mea, Dómine : & in nómine tuo levábo manus meas. *Pſalmus.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. In ſpíritu * humilitátis, & in ánimo contríto ſuſcipiámur Dómine à te : & ſic fiat ſacrifícium noſtrum, ut à te ſuſcipiátur hódie, & pláceat tibi Dómine Deus. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Laudáte Deum * cæli cælórum, & aquæ omnes. *Pſalm.* Laudáte Dóminum de cælis. *pag.* 27.

Capitulum. Hortámur vos. *pag.* 267.

℟. Partícipem me fac Deus ómnium timéntium te. † Et cuſtodiéntium mandáta tua.

℣. Aſpice in me, & miſerére mei,

ſecúndùm judícium diligéntium nomen tuum. Et cuſtodiéntium.

℣. Glória Patri. Partícipem.

Hymn. Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.

℟. Non timébis à timóre noctúrno.

Ad Benedictus.

Antiph. Ductus eſt Jeſus * in deſértum à Spíritu, ut tentarétur à diábolo: & cùm jejunáſſet quadragínta diébus & quadragínta nóctibus, póſtea eſúriit.

Oratio. Deus, qui Ecclési. *pag.* 268.

Ad Primam.

Antiph. Jeſus autem * cùm jejunáſſet quadragínta diébus & quadragínta nóctibus, póſtea eſúriit.

Capitulum. Dómine miſerére. *pag.* 4.

Ad Tertiam.

Antiph. Non in ſolo * pane vivit homo: ſed in omni verbo quod procédit de ore Dei.

Capitulum. Hortámur vos. *pag.* 267.

℣. Dicet Dómino. *pag.* 268.

Oratio. Deus, qui Ecclési. *pag.* 268.

Ad Sextam.

Antiph. Vade ſatána, * non tentábis Dóminum Deum tuum.

Capitulum. 2. *Corinth.* 6.

ECce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies ſalútis ꝛ némini dantes ullam offenſiónem: ut non vituperétur miniſtérium noſtrum.

℟. Deo grátias.

℣. Ipſe liberábit me. *pag.* 269.

Oratio. Parce Dómine. *pag.* 266.

Et nota quòd per totam Quadrageſimam diebus Dominicis ad Sextam & Nonam illæ dicuntur Orationes, quæ feria 5. & 6. præcedentis hebdomadæ ad Veſperas dictæ fuerunt.

Ad Nonam.

Antiph. Dóminum * Deum tuum adorábis, & illi ſoli ſérvies.

Capitulum. 2. *Corinth.*

IN ómnibus exhibeámus noſm ſos ſicut Dei miníſtros: in r patiéntia.

℟. Deo grátias.

℣. Scápulis ſuis. *pag.* 270.

Oratio. Tuére Dómine. *pag.* 26

Ad Veſperas.

Antiph. Dixit Dóminus. *cum c*

Capitulum. Hortámur vos. *pag.*

℟. Ab omni via mala prohíbu des meos. † Ut cuſtódiam mandát Dómine.

℣. A judíciis tuis non declinávi, tu legem poſuíſti mihi. Ut cuſt.

℣. Glória Patri. Ab omni.

Hymn. Audi benígne. *pag.* 267

℣. Angelis ſuis. *pag.* 267.

Ad Magnificat.

Antiph. Relíquit eum tentátor acceſſérunt Angeli, & miniſtrábant

Oratio. Deus, qui Ecclési. *pag.*

FERIA SECUNI

Omnia ſicut in pſalterio præter ℣.

In primo Nocturno.

Lectio prima.

LOcutúſque eſt Dóminus ad ſen & Aáron, dicens. Singuli turmas, ſigna atque vexílla, & d cognatiónum ſuárum, caſtrameta tur filii Iſraël: per gyrum tabern fœderis. Ad Oriéntem Judas figet tória per turmas exércitus ſui ꝛ eri princeps filiórum ejus Nahaſſon Amínadab: & omnis de ſtirpe ejus ma pugnántium, ſeptuagínta qua míllia ſexcénti.

Lectio ſecunda.

JUxta eum caſtrametáti ſunt de Iſſachar: quorum princeps fuit

th

thanáël filius Suar : & omnis númerus pugnatórum ejus quinquagínta quátuor míllia quadringénti. In tribu Zábulon princeps fuit Eliab filius Helon : omnis de stirpe ejus exércitus pugnatórum, quinquagínta septem míllia quadringénti. Univérsi qui in castris Judæ annumeráti sunt, fuérunt centum octogínta sex míllia quadringénti : & per turmas suas primi egrediéntur.

Lectio tertia.

IN castris filiórum Ruben ad meridiánam plagam erit princeps Elísur filius Sedéür, & cunctus exércitus pugnatórum ejus qui numeráti sunt : quadragínta sex míllia quingénti. Juxta eum castrametáti sunt de tribu Símeon, quorum princeps fuit Salámiel filius Surisaddäï : & cunctus exércitus pugnatórum ejus, qui numeráti sunt, quinquagínta novem míllia trecénti.

In secundo Nocturno.

Capitul. Inter vestíbulum. *pag.* 264.
℣. Ipse liberábit. *pag.* 265.
Oratio. Absólve. *pag.* 264.

Ad Laudes, Antiphonæ, & Psalmi feriales.

Capitulum. Clama. *pag.* 264.
℟. Participem me. *pag.* 271.
Hymnus. Splendor. *pag.* 28.
℣. Scuto circúmdabit te. *pag.* 272.

Ad Benedictus.

Antiph. Veníte benedícti * Patris mei, percípite regnum, quod vobis parátum est ab orígine mundi.

Oratio ad Laudes, & Tertiam.

CONvérte nos Deus salutáris noster : & ut nobis jejúnium quadragesimále profíciat ✠ mentes nostras cæléstibus ínstrue disciplínis : Per Dóminum.

Ad Horas, ut supra dictum est feria quarta Cinerum. pag. 265.

Ab hac secunda feria usque ad Cœnam Domini septem Psalmos cum Litania post Primam vel Tertiam quotidiè exolvimus, exceptis festis xii. Lection.

Ad Vesperas.

Antiphonæ & Psalmi feriales.
Capitulum. Convertímini. *pag.* 265.
℟. Ab omni via. *pag.* 272.
Hymn. Audi benígne. *pag.* 267.
℣. Angelis suis. *pag.* 267.

Ad Magnificat.

Antiph. Quod uni, * ex mínimis meis fecístis, mihi fecístis, dicit Dóminus.

Oratio.

ABsólve quæsumus Dómine nostrórum víncula peccatórum ✠ & quidquid pro eis merémur propitiátus avérte : Per Dóminum.

Per totam Quadragesimam, usque ad Dominicam de Pass. ad Matutinas, Laudes, Horas, & Vesp. Capit. & ℣. dicuntur sicut in hac prædicta secunda feria.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

LOcútus est Dóminus ad Moysen in desérto Sináï, anno secúndo postquam egréssi sunt de terra Ægypti : mense primo, dicens. Fáciant filii Israël Phase in témpore suo ✠ quartadécima die mensis hujus ad vésperam : juxta omnes ceremónias & justificatiónes ejus.

Lectio secunda.

PRæcepítque Moyses filiis Israël : ut fácerent Phase. Qui fecérunt témpore suo : quartadécima die mensis ad vésperam in monte Sináï. Juxta ómnia quæ mandáverat Dóminus Moysi, fecérunt filii Israël. Ecce autem quidam immúndi super ánima hóminis, qui non póterant fácere Phase in die illo ✠ accedéntes ad Moysen & Aáron, dixérunt

cis. Immúndi ſumus ſuper ánima hóminis ꟸ quare fraudámur ut non valeámus oblatiónem offérre Dómino in témpore ſuo inter fílios Iſraël?

Lectio tertia.

QUibus reſpóndit Moyſes. State ut cónſulam quid præcípiat Dóminus de vobis. Locutúſque eſt Dóminus ad Moyſen, dicens. Lóquere filiis Iſraël. Homo qui fúerit immúndus ſuper ánima, ſive in via procul in gente veſtra: fáciat Phaſe Dómino in menſe ſecúndo, quartadécima die menſis ad véſperam ꟸ cum ázimis & lactúcis agréſtibus cómedent illud: non relínquent ex eo quíppiam uſque manè ꟸ & os ejus non confríngent: omnem ritum Phaſe obſervábunt.

Ad Benedictus.

Antiph. Intrávit * Jeſus in templum Dei, & ejiciébat omnes vendéntes & eméntes, & menſas numulariórum, & cáthedras vendéntium colúmbas evértit.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

REſpice Dómine famíliam tuam: & præſta ut apud te mens noſtra tuo deſidério fúlgeat ꟸ quæ ſe carnis maceratióne caſtigat: Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Domus mea * domus oratiónis vocábitur.

Oratio.

AScéndant ad te Dómine preces noſtræ ꟸ & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam: Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

SI quis autem & mundus eſt, & in itínere non fuit, & tamen non fecit Phaſe: exterminábitur ánima illa de pópulis ſuis ꟸ quia ſacrificium Dómino non óbtulit témpore ſuo: peccátum ſuum ipſe portábit. Peregrínus quoque & ádvena ſi fúerint apud vos: fácient Phaſe Dómino, juxta ceremónias, & juſtificatiónes ejus. Præcéptum idem erit apud vos tam ádvenæ quàm indígenæ.

Lectio ſecunda.

IGitur die qua eréctum eſt tabernáculum: opéruit illud nubes. A véſpere autem ſuper tentórium erat quaſi ſpécies ignis, uſque manè. Sic fiébat júgiter ꟸ per diem operiébat illud nubes: & per noctem quaſi ſpécies ignis. Cùmque abláta fuiſſet nubes, quæ tabernáculum protegébat ꟸ tunc proficiſcebántur filii Iſraël: & in loco ubi ſtetiſſet nubes, ibi caſtrametabántur.

Lectio tertia.

AD impérium Dómini proficiſcebántur: & ad impérium illíus figébant tabernáculum. Cunctis diébus quibus ſtabat nubes ſuper tabernáculum, manébat in eódem loco ꟸ & ſi eveníſſet ut multo témpore manéret ſuper illud: erant filii Iſraël in excúbiis Dómini, & non proficiſcebántur quot diébus fuiſſet nubes ſuper tabernáculum. Ad impérium Dómini erigébant tentória: & ad impérium illíus deponébant.

Ad Benedictus.

Antiph. Generátio hæc * prava & pervérſa ſignum quærit: & ſignum non dábitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophétæ.

Oratio ad Laudes, & Tertiam.

PReces noſtras quæſumus Dómine cleménter exaúdi ꟸ & contra cuncta nobis adverſántia, déxteram tuæ majeſtátis exténde: Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Sicut fuit Jonas * in ventre ceti tribus diébus & tribus nóctibus: ita erit Filius hóminis in corde terræ.

Oratio.

ntes noſtras, quæſumus Dómi-
e, lúmine tuæ claritátis illúſtra ꝛ
re poſsímus quæ agénda ſunt,
recta ſunt ágere valeámus : Per.

RIA QUINTA.

Lectio prima.

utúſque eſt Dóminus ad Moyſen,
ens. Fac tibi duas tubas argén-
ctiles, quibus convocáre poſſis
dinem : quando movénda ſunt
Cùmque increpúeris tubis : con-
tur ad te omnis turba ad óſtium
culi fœderis. Si ſemel clangúeris:
ad te príncipes, & cápita multi-
Iſraël.

Lectio ſecunda.

utem prolíxior atque concíſus
gor increpúerit : movébunt
primi qui ſunt ad Orientálem
. In ſecúndo autem ſónitu, &
ulátu tubæ ꝛ levábunt tentória
itant ad méridiem : & juxta hunc
réliqui fácient, ululántibus tu-
profectiónem. Quando autem
gándus eſt pópulus ꝛ ſimplex
n clangor erit : & non concíſè
nt.

Lectio tertia.

autem Aáron ſacerdótes clan-
t tubis : erítque hoc legítimum
rnum in generatiónibus veſtris.
itis ad bellum de terra veſtra
hoſtes qui dímicant advérsùm
langétis ululántibus tubis ꝛ &
ordátio veſtri coram Dómino
ſtro : ut eruámini de mánibus
rum veſtrórum. Si quando ha-
épulum, & dies feſtos, & ca-
canétis tubis ſuper holocaúſtis
ficis víctimis ꝛ ut ſint vobis in
recordatiónem Dei veſtri : ego Dóminus Deus veſter.

Ad Benedictus.

Antiph. Non ſum miſſus * niſi ad oves, quæ periérunt domus Iſraël, dicit Dóminus.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

DEvotiónem pópuli tui, quæſumus Dómine, benígnus inténde : ut qui per abſtinéntiam macerántur in córpore ꝛ per fructum boni óperis reficiántur in mente : Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. O múlier * magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petíſti.

Oratio.

PUrífica, quæſumus Dómine, tuórum corda fidélium ꝛ ut à terréna cupiditáte mundáti : & præséntis vitæ perículis exuántur ꝛ & perpétua devotióne firméntur : Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

ANno ſecúndo, menſe ſecùndo, vigéſima die menſis ꝛ eleváta eſt nubes de tabernáculo fœderis : profectíque ſunt filii Iſraël per turmas ſuas de deſérto Sinái, & recúbuit nubes in ſolitúdine Pharan. Moverúntque caſtra primi juxta impérium Dómini in manu Moyſi. Fílii Juda per turmas ſuas : quorum princeps erat Naháſſon fílius Amínadab. In tribu filiórum Iſſachar fuit princeps Nathanáël fílius Suar. In tribu Zábulon erat princeps Eliab fílius Helon.

Lectio ſecunda.

DEpoſitúmque eſt tabernáculum : quod portántes egréſſi ſunt filii Gerſon & Merári. Profectíque ſunt & filii Ruben per turmas, & órdinem

ſuum : quorum princeps erat Helíſur fílius Sedéür. In tribu autem filiórum Símeon : princeps fuit Salámiel fílius Suriſaddái. Porrò in tribu Gad : erat princeps Eliáſaph fílius Duel.

Lectio tertia.

PRofectíque ſunt & Caathítæ portántes ſanctuárium. Támdiu tabernáculum portabátur : donec veníreut ad erectiónis locum. Movérunt caſtra & fílii Ephráïm per turmas ſuas : in quorum exércitu princeps erat Elíſama fíliud Ammiud. In tribu autem filiórum Manáſſe : princeps fuit Gamáliël fílius Phadáſſur. Et in tribu Bénjamin : erat dux Abídam fílius Gedeónis.

Ad Benedictus.

Dómine * hóminem non hábeo, ut cùm turbáta fúerit aqua, mittat me in piſcínam.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

ESto Dómine propítius plebi tuæ : & quam tibi facis eſſe devótam † benígno réfove miſerátus auxílio : Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Qui me ſanum fecit * ille mihi dixit, Tolle grabátum tuum, & ámbula.

Oratio.

EXaúdi nos miſéricors Deus † & méntibus noſtris grátiæ tuæ lumen oſténde : Per Dóminum.

SABBATO.

Lectio prima.

NOvíſſimi caſtrórum ómnium proféćti ſunt fílii Dan per turmas ſuas : in quorum exércitu princeps fuit Ahiézer fílius Ammiſaddái. In tribu autem filiórum Aſer : erat princeps Phégiel fílius Ochran. Et in tribu filiórum Néphthali : princeps fuit Ahira Enam. Hæc ſunt caſtra, & profect filiórum Iſraël per turmas ſuas qu egrediebántur.

Lectio ſecunda.

DIxítque Moyſes Hobab filio guël Madianítæ, cognáto Proficiſcimur ad locum, quem D nus datúrus eſt nobis † veni nobi ut benefaciámus tibi : quia Dón bona promíſit Iſraéli. Cui ille reſpó Non vadam tecum : ſed revértar i ram meam in qua natus ſum. Et Noli (inquit) nos relínquere † tu noſti in quibus locis per deſértum pónere debeámus : & eris ductor n Cùmque nobíſcum véneris † quid óptimum fúerit ex ópibus, quas traditúrus eſt Dóminus : dábimus

Lectio tertia.

PRoféćti ſunt ergo de Monte I ni viam trium diérum † arc fœderis Dómini præcedébat eos dies tres : próvidens caſtrórum lo Nubes quoque Dómini ſuper eos per diem cùm incéderent. Cùmqu varétur arca † dicébat Moyſes : Dómine † & diſſipéntur inimíci t fúgiant qui odérunt te à fácie tua. autem deponerétur, aiébat : R tere Dómine ad multitúdinem exér Iſraël.

Ad Benedictus.

Antiph. Dómine * bonum eſt no eſſe, ſi vis, faciámus hic tria tab cula, tibi unum, Moyſi unum, & unum.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

POpulum tuum, quæſumus Dó propítius réſpice † atque ab e géllа tuæ iracúndiæ cleménter av Per Dóminum.

DOMINICA SECUNDA QUADRAGESIMÆ.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Regnum tuum. *cum cæteris.*
Capit. Hortámur vos. *pag.* 267.
Magnum ℟. Ecce odor. *ut infra.*
Hymnus. Audi benigne. *pag.* 267.
℣. Angelis suis. *pag* 267.

Ad Magnificat.

Antiph. Nubes * lúcida obumbrávit eos, & ecce vox de nube dicens, Hic est Filius meus diléctus, in quo mihi bene complácuit.

Oratio.

DEus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui ˥ intériùs exteriúsque custódi : ut & ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore ˥ & à pravis cogitatiónibus mundémur in mente : Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Quóniam Deus magnus Dóminus : Et Rex magnus super omnes deos. *Psalmus.* Veníte. *pag.* 16.

In primo Nocturno, Antiph. & Psalmi ut in psalterio. pag. 17.

℣. Dicet Dómino. *pag.* 268.

Lectio prima.

Incipit liber Deuteronómii.

HÆc sunt verba, quæ locútus est Moyses ad omnem Israël trans Jordánem in solitúdine campéstri, contra Mare rubrum ˥ inter Pharan, & Thophel, & Laban, & Háseroth, ubi auri est plúrimum : úndecim diébus de Horeb per viam montis Seïr, usque ad Cadesbárne.

℟. Tolle arma tua, pháretram, & arcum, & affer de venatióne tua. † Ut cómedam & benedícat tibi ánima mea.
℣. Cùmque venátu áliquid apprehénderis, fac mihi inde pulméntum sicut velle me nosti. Ut cómedam.

Lectio secunda.

QUadragésimo anno, undécimo mense, prima die mensis : locútus est Moyses ad fílios Israël ómnia quæ præcéperat illi Dóminus, ut díceret eis. Postquam percússit Sehon regem Amorrhæórum, qui habitábat in Hésebon : & Og regem Basan, qui mansit in Astároth, & in Edráï trans Jordánem in terra Moab. Cœpítque Moyses explanáre legem, & dícere : Dóminus Deus noster locútus est ad nos in Horeb dicens.

℟. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, quem benedíxit Dóminus, créscere te fáciat Deus meus. † Et donet tibi de rore cæli benedictiónem.
℣. Deus autem omnípotens benedícat tibi, atque multíplicet. Et donet.

Lectio tertia.

SUfficit vobis quòd in hoc monte mansístis : revertímini, & veníte ad montem Amorrhæórum ˥ & ad cætera quæ ei próxima sunt campéstria, atque montána, & humilióra loca, contra Merídiem, & juxta littus maris : terram Chananæórum, & Líbani usque ad flumen magnum Euphráten. En inquit trádidi vobis : ingredímini & possidéte eam ˥ super qua jurávit Dóminus pátribus vestris, Abraham, Isaac, & Jacob : ut daret illam eis, & sémini eórum post eos.

℟. Det tibi Deus de rore cæli & de pinguédine terræ abundántiam, sérviant tibi tribus & pópuli. † Esto Dóminus fratrum tuórum.
℣. Et incurvéntur ante te filii matris tuæ. Esto.

Lectio quarta.

DIxíque vobis illo in témpore. Non possum solus sustinére vos, quia Dóminus Deus vester multiplicávit vos: & estis hódie sicut stellæ cæli plúrimi. (Dóminus Deus patrum vestrórum addat ad hunc númerum multa míllia: & benedícat vobis sicut locútus est.) Non váleo solus negótia vestra sustinére: & pondus, ac júrgia. Date ex vobis viros sapiéntes & gnaros ✝ & quorum conversátio sit probáta in tribubus vestris: ut ponam eos vobis príncipes.

℟. Abscóndite eleemó. *pag.* 269.

In secundo Nocturno.

℣. Ipse liberábit. *pag.* 269.

Lectio quinta.

TUnc respondístis mihi. Bona res est, quam vis fácere. Tulíque de tríbubus vestris viros sapiéntes, & nóbiles ✝ & constítui eos príncipes, tribúnos, & centurióнes, & quinquagenários, ac decános: qui docérent vos síngula. Præcepíque eis, dicens. Audíte illos ✝ & quod justum est judicáte: sive civis sit ille, sive peregrínus. Nulla erit distántia personárum: ita parvum audiétis ut magnum ✝ nec accipiétis cujúsquam persónam: quia Dei judícium est. Quòd si difficile vobis visum áliquid fúerit, reférte ad me: & ego aúdiam.

℟. Quis ígitur ille est, qui dudum captam venatiónem áttulit mihi, & comédi ex ómnibus priúsquam tu veníres? † Benedixíque ei, & erit benedíctus.

℣. Dóminum tuum illum constítui, & omnes fratres ejus servitúti illíus subjugávi: fruménto & vino stabilívi eum. Benedixíque.

Lectio sexta.

PRæcepíque ómnia quæ fácere debérеtis. Profécti autem de Horeb transívimus per erémum terríbile máximam, quam vidístis ✝ per montis Amorrhæi: sicut præcé Dóminus Deus noster nobis. Cùn veníssémus in Cadesbárne, dixi v Venístis ad montem Amorrhæi: q Dóminus Deus noster datúrus est n Vide terram quam Dóminus Deus dat tibi ✝ ascénde, & pósside eam: locútus est Dóminus Deus noster pát tuis: noli timére, nec quidquam pá

℟. Si Dóminus Deus meus fúeri cum in via ista per quam ego ámb & custodíerit me, & déderit mih nem ad edéndum, & vestiméntum opériar: & revocáverit me cum s † Erit mihi Dóminus in refúgiur lapis iste in signum.

℣. Surgens ergo manè Jacob tul pidem quem supposúerat cápiti su eréxit in títulum, fundénsque o désuper, dixit. Erit.

Lectio septima.

ET accessístis ad me omnes, dixístis: Mittámus viros qui c derent terram ✝ & renúntient per iter debeámus ascéndere: & ad pérgere civitátes. Cùmque mihi placuísset: misi ex vobis viros sín de tríbubus suis. Qui cùm perrexi & ascendíssent in montána ✝ ven usque ad vallem Botri, & consid terra, suméntes de frúctibus ej osténderent ubertátem: attuléru nos, atque dixérunt. Bona est t quam Dóminus Deus noster da est nobis.

℟. Erit mihi Dóminus in Deur lapis iste quem eréxi in títulum, bitur domus Dei: & de univérsis déderis mihi. † Décimas & hósti cíficas ófferam tibi.

℣. Si revérsus fúero prósperè ad domum patris mei. Décimas.

Lectio octava.

ET noluístis ascéndere ꟓ sed incréduli ad sermónem Dómini Dei nostri: murmurástis in tabernáculis vestris, atque dixístis. Odit nos Dóminus, & idcírco edúxit nos de terra Ægypti: ut tráderet nos in manu Amorrhæi, atque deléret. Quò ascendémus? Núntii terruérunt cor nostrum, dicéntes. Máxima multitúdo est, & nobis statúra procérior ꟓ urbes magnæ, & ad cælum usque munítæ: fílios Enacim vídimus ibi.

℟. Derelínquat. *pag.* 269.

In tertio Nocturno.

Antiph. Non sum missus,* nisi ad oves, quæ periérunt domus Israël, dicit Dóminus. *Cantic.* Dedúcant. *pag.* 114.

℣. Scápulis suis. *pag.* 270.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 15.

IN illo témpore: Egréssus Jesus: secéssit in partes Tyri & Sidónis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 2. *Comment. in Matth.*

SCribis & Pharisæis calumniatóribus relíctis ꟓ transgréditur Dóminus in partes Tyri & Sidónis: ut Tyrios Sidoniósque curáret. Múlier autem Chananæa egréditur de fínibus prístinis: ut clamans, fíliæ ímpetret sanitátem. Obsérva: quòd in quintodécimo loco fília Chananææ sanétur.

℟. Orávit Jacob, & dixit, Dómine qui dixísti mihi, revértere in terram nativitátis tuæ. † Erue me de manu fratris mei, quia valde eum tímeo.

℣. Deus in cujus conspéctu ambulavérunt patres mei, Dómine qui pascis me à juventúte mea. Erue.

Lectio decima.

MIserére mei Dómine fili David. Inde novit vocáre fílium David: quia egréssa jam fúerat de fínibus suis ꟓ & errórem Tyriórum ac Sidoniórum: loci ac fídei commutatióne, dimíserat. Fília mea malè à dæmónio vexátur. Ego fíliam Chananææ puto ánimas esse credéntium ꟓ quæ malè à dæmónio vexabántur: ignorántes Creatórem, & adorántes lápidem.

℟. Dixit Angelus ad Jacob. † Dimítte me, auróra est: respóndit ei, non dimíttam te, nisi benedíxeris mihi, & benedixit eum in eódem loco.

℣. Cùmque matúrè surrexísset Jacob, ecce vir luctabátur cum eo usque manè: qui cùm vidéret quòd eum superáre non posset, dixit ad eum. Dimítte.

Lectio undecima.

QUi non respóndit ei verbum. Non de supérbia Pharisáïca, nec de Scribárum supercílio: sed ne ipse senténtiæ suæ viderétur esse contrárius, per quam jússerat ꟓ In viam Géntium ne abiéritis: & in civitátes Samaritanórum ne intravéritis. Nolébat enim occasiónem calumniatóribus dare: perfectámque salútem Géntium, Passiónis & Resurrectiónis témpori reservábat.

℟. Vidi Dóminum fácie ad fáciem. † Et salva facta est ánima mea.

℣. Et dixit mihi, nequáquam vocáberis Jacob, sed Israël erit nomen tuum. Et salva.

Lectio duodecima.

ET accedéntes discípuli ejus: rogábant eum, dicéntes. Dimítte eam: quia clamat post nos. Discípuli illo adhuc témpore mystéria Dómini nescién-

tes, vel misericórdia commóti, rogábant pro Chananæa mulíere: quam alter Evangelísta Syrophœníssam appéllat ↄ vel importunitáte ejus carére cupiéntes: quia non ut cleméntem, sed ut durum médicum crébriùs inclamáret.

℟. Scíndite corda. *pag.* 270.

Nota, quòd 4. 8. *&* 12. ℟℟*m. non dicuntur super hebdomadam, quia à* ℟℟*iis. Dominica præcedentis mutuantur.*

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 15.

IN illo témpore: Egréssus Jesus: secéssit in partes Tyri & Sidónis. Et ecce múlier Chananæa à fínibus illis egréssa: clamávit, dicens ei. Miserére mei Dómine fili David: filia mea malè à dæmónio vexátur. Qui non respóndit ei verbum. Et accedéntes discípuli ejus: rogábant eum, dicéntes. Dimítte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respóndens ait. Non sum missus: nisi ad oves quæ periérunt domus Israël. At illa venit: & adorávit eum, dicens. Dómine: ádjuva me. Qui respóndens, ait. Non est bonum súmere panem filiórum: & míttere cánibus. At illa dixit. Etiam Dómine. Nam & catélli edunt de micis: quæ cadunt de mensa dominórum suórum. Tunc respóndens Jesus: ait illi. O múlier ↄ magna est fides tua: Fiat tibi sicut vis. Et sanáta est fília ejus ex illa hora. Amen.

Oratio. Deus, qui cónsp. *pag.* 277.

Ad Laudes. *Antiph.*

DOmine lábia mea * apéries, & os meum annuntiábit laudem tuam. *Psalm.* Miserére. *pag.* 6.

Antiph. Déxtera Dómini * fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me. *Psal.* Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. Factus est * adjútor meus, Deus meus. *Ps.* Deus Deus meus.

Antiph. Benedíctus es, * qui in abyssos, & sedes super Chérubim. Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Státuit ea * in ætérnu[m] in séculum séculi: præcéptum p[osuit] & non prætéribit. *Psalm.* Laudát[e Dó]minum. *pag.* 27.

Capit. Hortámur. *pag.* 267.

℟. Bonum mihi Dómine quòd [humi]liásti me. † Bonum mihi lex oris t[ui su]per míllia auri & argénti.

℣. Manus tuæ fecérunt me, & [for]mavérunt me: da mihi intelléctu[m ut] discam mandáta tua. Bonum.

℣. Glória Patri. ℟. Bonum.

Hymn. Splendor. *pag.* 28.

℣. Scuto circúmdabit. *pag.* 27[2]

Ad Benedictus.

Antiph. Egréssus Jesus, * secé[ssit in] partes Tyri & Sidónis: & ecce [múlier] Chananæa à fínibus illis egréss[a cla]mábat dicens, Miserére mei fili [David.]

Oratio. Deus qui cónspicis. *pag*

Ad Primam.

Antiph. Miserére mei * Dómin[e fili] David.

Capitulum. Dómine miserére. *p*

Ad Tertiam.

Antiph. Dómine * dimítte eam [quia] clamat post nos, ait illis Jesus: [non] sum missus nisi ad oves quæ peri[érunt] domus Israël.

Capitulum. Hortámur vos. *pag.*

℣. Dicet Dómino. *pag.* 268.

Oratio. Deus, qui cónsp. *pag.*

Ad Sextam.

Antiph. Non sum missus, * [nisi ad] oves quæ periérunt domus Israël Dóminus.

Capit. Ecce nunc tempus. *pag.*

℣. Ipse liberábit. *pag.* 269.

Oratio. Purífica quæsumus. *pag.* 275.

Ad Nonam.

Antiph. O múlier * magna est fides tua, fiat tibi sicut petísti.

Capitulum. In ómnibus. *pag.* 272.

℣. Scápulis suis. *pag.* 270.

Oratio. Exaúdi nos. *pag.* 276.

Ad Vesperas.

Antiph. Dixit Dóminus. *cum cæteris.*

Capitulum. Hortámur vos. *pag.* 267.

℟. Servus tuus ego sum. † Da mihi intelléctum Dómine.

℣. Ut discam mandáta tua. Da.

℣. Glória Patri. Servus.

Hymn. Audi benígne. *pag.* 267.

℣. Angelis suis. *pag.* 267.

Ad Magnificat.

Antiph. Dixit Dóminus * mulíeri Chananææ, Non est bonum súmere panem filiórum, & míttere cánibus ad manducándum. Utique Dómine, nam & catélli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominórum suórum: ait illi Jesus, Múlier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petísti.

Oratio. Deus, qui cónsp. *pag.* 277.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

ET dixi vobis: Nolíte metúere, nec timeátis eos. Dóminus Deus qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnábit: sicut fecit in Ægypto cunctis vidéntibus. Et in solitúdine (ipse vidísti.) Portávit te Dóminus Deus tuus, ut solet homo gestáre párvulum fílium suum ✠ in omni via per quam ambulástis: donec venirétis ad locum istum.

Lectio secunda.

ET nec sic quidem credidístis Dómino Deo vestro ✠ qui præcéssit vos in via, & metátus est locum, in quo tentória fígere deberétis: nocte osténdens vobis iter per ignem, & die per colúmnam nubis.

Lectio tertia.

CUmque audísset Dóminus vocem sermónum vestrórum: irátus jurávit, & ait. Non vidébit quíspiam de homínibus generatiónis hujus péssimæ, terram bonam ✠ quam sub juraménto pollícitus sum pátribus vestris: præter Caleb filium Jéphone. Ipse enim vidébit eam, & ipsi dabo terram, quam calcávit, & filiis ejus: quia secútus est Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Ego * princípium, qui & loquor vobis.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut família tua, quæ se affligéndo carnem ab aliméntis ábstinet ✠ sectándo justítiam, à culpa jejúnet: Per Dómin.

Ad Magnificat.

Antiph. Qui me misit * mecum est, & non relíquit me solum: quia quæ plácita sunt ei fácio semper.

Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus: & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges ✠ consuétæ misericórdiæ tríbue benignus efféctum: Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

NEc miránda indignátio in pópulum ✠ cùm mihi quoque irátus Dóminus propter vos, díxerit: Nec tu ingrediéris illuc, sed Jósue fílius Nun miníster tuus ipse intrábit pro te. Hunc exhortáre, & róbora: & ipse sorte terram dívidet Isráéli.

Lectio secunda.

PArvuli vestri, de quibus dixístis quòd captívi duceréntur ⁊ & filii qui hódie boni ac mali ignórant distántiam, ipsi ingrediéntur : & ipsis dabo terram, & possidébunt eam. Vos autem revertímini : & abite in solitúdinem per viam Maris rubri. Et respondístis mihi. Peccávimus Dómino ⁊ ascendémus & pugnábimus : sicut præcépit Dóminus Deus noster.

Lectio tertia.

CUmque instrúcti armis pergerétis in montem, ait mihi Dóminus. Dic ad eos : Nolite ascéndere ⁊ neque pugnétis, non enim sum vobíscum : ne cadátis coram inimícis vestris. Locútus sum, & non audístis ⁊ sed adversántes império Dómini, & tuméntes supérbia: ascendístis in montem.

Ad Benedictus.

Antiph. Unus est enim * magíster vester, qui in cælis est, dicit Dóminus.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

PErfice, quæsumus Dómine, benígnus in nobis, observántiæ sanctæ subsídium : ut quæ te authóre faciénda cognóvimus ⁊ te operánte impleámus : Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Qui major est vestrûm, * erit miníster vester : quia omnis qui se exáltat, humiliábitur, & qui se humíliat, exaltábitur.

Oratio.

PRopitiáre Dómine supplicatiónibus nostris ⁊ & animárum nostrárum medére languóribus : ut remissióne percépta ⁊ in tua semper benedictióne lætémur : Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum ⁊ qui tecum vivit.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

ITaque egréssus Amorrhæus qui habitábat in móntibus, & óbviam véniens, persecútus est vos, sicut solent apes pérsequi : & cécidit de Seir usque Horma. Cùmque revérsi plorarétis coram Dómino, non audívit vos : nec voci vestræ vóluit acquiéscere. Sedistis ergo in Cadesbárne multo témpore.

Lectio secunda.

PRofectíque inde, vénimus in solitúdinem, quæ ducit ad Mare rubrum ⁊ sicut mihi díxerat Dóminus : & circuívimus montem Seir longo témpore. Dixítque Dóminus ad me. Sufficit vobis circuíre montem istum : ite contra Aquilónem ⁊ & pópulo præcipe, dicens : Transíbitis per términos fratrum vestrórum filiórum Esaü, qui hábitant in Seir, & timébunt vos.

Lectio tertia.

VIdéte ergo diligénter ne moveámini contra eos. Neque enim dabo vobis de terra eórum quantùm potest uníus pedis calcáre vestígium : quia in possessiónem Esaü dedi montem Seir. Cibos emétis ab eis pecúnia, & comedétis : aquam emptam hauriétis, & bibétis. Dóminus Deus tuus benedixit tibi in omni ópere mánuum tuárum ⁊ novit iter tuum, quómodo transíeris solitúdinem hanc magnam, per quadragínta annos hábitans tecum Dóminus Deus tuus : & nihil tibi défuit.

Ad Benedictus, Antiph.

Ecce ascéndimus * Jerosólymam : & Filius hóminis tradétur ad crucifigéndum.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

POpulum tuum Dómine propítius réspice : & quos ab escis carnálibus

pis abstinére ✠ à nóxiis quoque cessáre concéde : Per Dóminum.

Ad Magnificat.

ntiph. Quicúmque * volúerit inter najor fieri, sit vester miníster : & olúerit inter vos primus esse, erit r servus.

Oratio.

Eus innocéntiæ restitútor & amátor ✠ dírige ad te tuórum corda rum : ut Spíritus tui fervóre con- ✠ & in fide inveniántur stábiles, ópere efficáces : Per Dóminum. itáte ejúsdem.

ERIA QVINTA.

Lectio prima.

Umque transissémus fratres nostros filios Esáü, qui habitábant in Seïr, iam campéstrem de Elath, & de gáber : vénimus ad iter, quod du- desértum Moab. Dixítque Dómi- d me : non pugnes contra Moabí- nec íneas advérsùs eos prælium ✠ nim dabo tibi quidquam de terra n : quia filiis Loth trádidi Ar in ssiónem.

Lectio secunda.

Iim primi fuérunt habitatóres jus ✠ pópulus magnus, & válidus, n excélsus,ut de Enácim stirpe quasi ites crederéntur : & essent símiles am Enácim. Dénique Moabítæ ap- it eos Emim. In Seïr autem priùs avérunt Horrhæi : quibus expúlsis deletis ✠ habitavérunt filii Esáü : fecit Israël in terra possessiónis suæ, dedit illi Dóminus.

Lectio tertia.

Irgéntes ergo ut transirémus tor- éntem Zared : vénimus ad eum. pus autem, quo ambulávimus de Cadesbárne usque ad tránsitum torréntis Zared : trigínta & octo annórum fuit ✠ donec consumerétur omnis generátio hóminum bellatórum de castris , sicut juráverat Dóminus : cujus manus fuit advérsùm eos, ut interírent de castrórum médio.

Ad Benedictus.

Antiph. Pater Abraham * miserére mei, & mitte Lázarum ut intíngat extrémum dígiti sui in aquam, ut refrigeret línguam meam, quia crúcior in hac flamma.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

PRæsta nobis Dómine quæsumus auxílium grátiæ tuæ : ut jejúniis & oratiónibus convenienter inténti ✠ liberémur ab hóstibus mentis & córporis : Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Fili recordáre * quia recepísti bona in vita tua, & Lázarus simíliter mala.

Oratio.

ADésto Dómine fámulis tuis ✠ & perpétuam benignitátem largíre poscéntibus : ut his qui te authóre & gubernatóre gloriántur, & congregáta restáures ✠ & restauráta consérves : Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

POstquam autem univérsi cecidérunt pugnatóres : locútus est Dóminus ad me, dicens. Tu transíbis hódie términos Moab, urbem nómine Ar : & accédens in vicína filiórum Ammon, cave ne pugnes contra eos, nec movéaris ad prælium ✠ non enim dabo tibi de terra filiórum Ammon : quia filiis Loth dedi eam in possessiónem.

Lectio secunda.

TErra gigántum reputáta est, & in ipsa olim habitavérunt gigántes ꟸ quos Ammonítæ vocant Zomzómmim, pópulus magnus, & multus, & procéræ longitúdinis, sicut Enácim: quos delévit Dóminus à fácie eórum ꟸ & fecit illos habitáre pro eis, sicut fécerat fíliis Esäü, qui hábitant in Seïr: delens Horrhæos, & terram eórum illis tradens, quam póssident usque in præsens.

Lectio tertia.

SUrgite, & transíte torréntem Arnon: ecce trádidi in manu tua Sehon regem Hésebon Amorrhæum ꟸ & terram ejus íncipe possidére: & commítte advérsùs eum prælium. Hódie incípiam míttere terrórem atque formídinem tuam in pópulos, qui hábitant sub omni cælo: ut audíto nómine tuo, páveant ꟸ & in morem parturiéntium contremíscant: & dolóre teneántur.

Ad Benedictus.

Antiph. Malos * malè perdet, & víneam suam locábit áliis agrícolis, qui reddant ei fructum tempóribus suis.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

DA quæsumus omnípotens Deus: ut sacro nos purificánte jejúnio ꟸ sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias pervenire: Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Quæréntes eum tenére, * timuérunt turbas, quia sicut prophétam eum habébant.

Oratio.

DA quæsumus Dómine pópulo tuo salútem mentis & córporis: ut bonis opéribus inhæréndo ꟸ tuæ semper virtútis mereátur protectióne defendi: Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ꟸ qui tecum.

SABBATO.

Lectio prima.

MIsi ergo núntios de solitúdine Cádemoth ad Sehon regem Hésebon: verbis pacíficis, dicens. Transíbimus per terram tuam ꟸ pública gradiémur via: non declinábimus neque ad déxteram, neque ad sinístram. Aliménta prétio vende nobis, ut vescámur ꟸ aquam pecúnia tribue: & sic bibémus.

Lectio secunda.

TAntùm est ut nobis concédas tránsitum, sicut fecérunt fílii Esäü: qui hábitant in Seïr, & Moabítæ, qui morántur in Ar: donec veniámus ad Jordánem: & transeámus ad terram, quam Dóminus Deus noster datúrus est nobis.

Lectio tertia.

NOluítque Sehon rex Hésebon dare nobis tránsitum ꟸ quia indurâverat Dóminus Deus tuus spíritum ejus, & obfirmáverat cor illíus: ut traderétur in manus tuas, sicut nunc vides. Dixítque Dóminus ad me. Ecce cœpi tibi trádere Sehon, & terram ejus: íncipe possidére eam.

Ad Benedictus.

Antiph. Surgam, * & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater fac me sicut unum de mercenáriis tuis.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

DA quæsumus Dómine nostris efféctum jejúniis salutárem: ut castigátio carnis assúmpta ꟸ ad nostrárum vegetatiónem tránseat animárum: Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ꟸ qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus: per ómnia sécula seculórum. Amen.

DOMINICA TERTIA QUADRAGESIMÆ.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Regnum tuum. *Psalm.* Confiteántur. *cum cæteris. pag.* 105.

Capitulum. Hortámur vos. *pag.* 267.

Magnum ℟. Dixit Judas. *ut infra.*

Hymn. Audi benígne. *pag.* 267.

℣. Angelis suis. *pag.* 267.

Ad Magnificat.

Antiph. Dixit autem pater * ad servos suos, citò proférte stolam primam, & indúite illum, & date ánnulum in manu ejus, & calceaménta in pédibus ejus.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus: vota humílium réspice ꟸ atque ad defensionem nostram, déxteram tuæ majestátis extende: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitator. Pópulus Dómini & oves páscuæ ejus: Veníte adorémus Dóminum. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

In primo Nocturno, Antiph. & Psalmi ut in psalterio. pag. 17.

℣. Dicet Dómino. *pag.* 268.

Lectio prima.

Incipit liber Jósue.

ET factum est post mortem Moysi servi Dómini ꟸ ut loquerétur Dóminus ad Jósue filium Nun, ministrum Moysi: & diceret ei. Moyses servus meus mórtuus est: surge, & transi Jordánem istum, tu, & omnis pópulus tecum: in terram quam ego dabo fíliis Israël. Omnem locum, quem calcáverit vestígium pedis vestri, vobis tradam: sicut locútus sum Moysi.

℟. Vidéntes Joseph à longè loquebántur mútuò fratres dicéntes, Ecce somniátor venit. † Veníte occidámus eum, & videámus si prosint illi sómnia sua.

℣. Cùmque vidíssent fratres ejus quòd à patre cunctis frátribus plus amarétur: óderant eum, nec póterant ei quidquam pacíficè loqui, unde & dicébant. Veníte.

Lectio secunda.

A Desérto & Líbano usque ad flúvium magnum Euphráten: omnis terra Hethæórum usque ad mare magnum contra solis occásum, erit términus vester. Nullus póterit vobis resístere cunctis diébus vitæ tuæ ꟸ sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimíttam, nec derelínquam te. Confortáre, & esto robústus.

℟. Dixit Judas frátribus suis, Ecce Ismahelítæ tránseunt, veníte venúndetur: & manus nostræ non polluántur. † Caro enim, & frater noster est.

℣. Quid nobis prodest si occidérimus fratrem nostrum, & celavérimus sánguinem ipsíus? mélius est ut venúndetur. Caro.

Lectio tertia.

TU enim sorte dívides pópulo huic terram: pro qua jurávi pátribus tuis, ut tráderem eam illis. Confortáre ígitur, & esto robústus valde ꟸ ut custódias, & fácias omnem legem, quam præcépit tibi Moyses servus meus ꟸ ne declínes ab ea ad déxteram vel ad sinístram: ut intélligas cuncta quæ agis.

℟. Meménto mei dum bene tibi fúerit. † Ut súggeras Pharaóni ut edúcat me de isto cárcere, quia furtim sublátus sum, & hic ínnocens in lacum missus sum.

℣. Tres adhuc dies sunt, post quos recordábitur Pharáo magistérii tui, &

reſtituet te in gradum príſtinum, tunc meménto mei. Ut ſúggeras.

Lectio quarta.

NOn recédat volúmen legis hujus ab ore tuo ˥ ſed meditáberis in eo diébus ac nóctibus, ut cuſtódias & facias ómnia quæ ſcripta ſunt in eo: tunc díriges viam tuam, & intélliges eam. Ecce præcípio tibi ˥ confortáre: & eſto robúſtus. Noli metúere, & noli timére: quóniam tecum eſt Dóminus Deus tuus in ómnibus ad quæcúmque perréxeris.

℟. Abſcóndite. *pag.* 269.

In ſecundo Nocturno.

℣. Ipſe liberábit me. *pag.* 269.

Lectio quinta.

PRæcepítque Jóſue princípibus pópuli, dicens. Transíte per médium caſtrórum, & imperáte pópulo: ac dícite. Præparáte vobis cibária ˥ quóniam poſt diem tértium transíbitis Jordánem: & intrábitis ad poſſidéndam terram, quam Dóminus Deus veſter datúrus eſt vobis.

℟. Méritò hæc pátimur, quia peccávimus in fratrem noſtrum, vidéntes angúſtiam ánimæ ejus, dum deprecarétur nos, & non audívimus. † Idcírco venit ſuper nos tribulátio.

℣. Dixit Ruben frátribus ſuis, Nunquid non dixi vobis, Nolíte peccáre in púerum, & non audíſtis me? Idcírco.

Lectio ſexta.

RUbenítis quoque & Gadítis, & dimídiæ tribui Manáſſe, ait. Mementóte ſermónis, quem præcépit vobis Moyſes fámulus Dómini, dicens. Dóminus Deus veſter dedit vobis réquiem; & omnem terram. Uxóres veſtræ, & filii, ac juménta manébunt in terra, quam trádidit vobis Moyſes trans Jordánem.

℟. Dixit Ruben frátribus ſui quid non dixi vobis, Nolíte pe púerum & non audíſtis me? † guis ejus exquíritur.

℣. Méritò hæc pátimur, qui vimus in fratrem noſtrum, vidé gúſtiam ánimæ ejus, dum depr nos, & non audívimus. En ſa

Lectio ſeptima.

VOs autem transíte armá fratres veſtros, omnes for nu, & pugnáte pro eis ˥ donec minus réquiem frátribus veſtri & vobis dedit: & poſsídeant i que terram, quam Dóminus D ſter datúrus eſt eis ˥ & ſic reve in terram poſſeſſiónis veſtræ: tábitis in ea, quam vobis dedit fámulus Dómini trans Jordáne tra ſolis ortum.

℟. Iſte eſt frater veſter mínir quo dixerátis mihi? Deus mi tui fili mi. † Feſtinavítque in d & plorávit, quia erumpébant l & non póterat ſe continére.

℣. Attóllens autem Joſeph vidit Bénjamin ſtantem, commo ómnia víſcera ejus ſuper frat Feſtinavítque.

Lectio octava.

REſponderúntque ad Jóſue dixérunt. Omnia quæ pr nobis, faciémus: & quocúmqu ris, íbimus. Sicut obedívimus in Moyſi, ita obediémus & tibi ˥ ſit Dóminus Deus tuus tecum fuit cum Moyſe. Qui contradix tuo, & non obedíerit cunctis ſe bus quos præcéperis ei ˥ moriá tantùm confortáre, & viríliter a

℟. Derelínquat. *pag.* 269.

In tertio Nocturno.
ph. Cùm immúndus spíritus * ex-
o hómine, ámbulat per loca ina-
quærens réquiem, & non ínve-
antic. Dedúcant. *pag.* 114.
cápulis suis. *pag.* 270.

Lectio nona.
io sancti Evangélii : secúndùm
. *Luc.* 11.
llo témpore : Erat Jesus ejíciens
iónium : & illud erat mutum. Et
ecísset dæmónium ꝰ locútus est
: & admirátæ sunt turbæ. Et ré-

nília Lectiónis ejúsdem : beáti
ymi Presbyteri.
ib. 2. *Comment. in Matth.*
Jnc oblátus est ei dæmónium ha-
ens, cæcus, & mutus ꝰ & curá-
n : ita ut loquerétur, & vidéret.
gna simul in uno hómine per-
sunt. Cæcus videt ꝰ mutus ló-
: posséssus à dæmone, liberátur.
& tunc quidem carnáliter factum
& quotídie complétur in con-
e credéntium ꝰ ut expúlso dæ-
primùm lumen fídei aspíciant :
in laudes Dei tacéntia priùs ora
r.
Dixit Joseph úndecim frátribus,
n Joseph, quem vendidístis in
m : adhuc vivit pater noster sé-
quo dixerátis mihi. † Ite addú-
n ad me, ut possit vívere.
énnium est quod cœpit esse fa-
terra, adhuc quinque restant
uibus nec arári póterit, nec
Ite.

Lectio decima.
autem sciens cogitatiónes eó-
, dixit eis. Omne regnum in se
, desolábitur. Turbæ stupébant,
& confitebántur eum, qui tanta signa
faciébat, esse Fílium David : Pharisæi
verò ópera Dei, príncipi dæmoniórum
deputábant. Quibus Dóminus non ad
dicta, sed ad cogitáta respóndit ꝰ ut
vel sic compelleréntur crédere poténtiæ
ejus : qui cordis vidébat occúlta.

℞. Dixit Joseph frátribus suis, no-
líte pavére. † Pro salúte enim vestra
misit me Deus ante vos in Ægyptum.

℣. Non durum vobis esse videátur,
quòd vendidístis me in his regiónibus.
Pro salúte.

Lectio undecima.

SI satánas satánam éjicit : advérsùs se divísus est. Quómodo ergò stabit regnum ejus ? Non potest regnum & cívitas contra se divísa perstáre. Sed quómodo concórdia parvæ res crescunt : ita discórdia máximæ dilabúntur. Si ergo satánas pugnat contra se, & dæmon inimícus est dæmonis ꝰ debéret jam mundi venísse consummátio : ut non habérent in eo locum adversáriæ potestátes, quarum inter se bellum, pax hóminum est.

℞. Salus nostra in manu tua est dómine, respíciat super nos dóminus noster. † Et læti serviémus regi.

℣. Venit cuncta Ægyptus ad Joseph, dicens, Da nobis panes. Et læti.

Lectio duodecima

SI autem putátis, ô Scribæ & Pharisæi, quòd recéssio dæmonum, obediéntia sit in príncipem suum ꝰ ut hómines ignorántes fraudulénta simulatióne delúdant ꝰ quid potéstis dícere de córporum sanitátibus, quas Dóminus perpetrávit ? Aliud est si membrórum quoque debilitátes, & spirituálium virtútum insígnia dæmónibus assignátis.

℞. Scíndite corda vestra. *pag.* 270.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 11.

IN illo témpore : Erat Jesus ejíciens dæmónium : & illud erat mutum. Et cùm ejecísset dæmónium ✠ locútus est mutus : & admirátæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixérunt. In Beelzébub príncipe dæmoniórum : éjicit dæmónia. Et álii tentántes : signum de cælo quærébant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitatiónes eórum : dixit eis. Omne regnum in seipsum divísum, desolábitur : & domus supra domum cadet. Si autem & satánas in seipsum divísus est, quómodo stabit regnum ejus, quia dicitis in Beelzébub me ejícere dæmónia ? Si autem ego in Beelzébub ejício dæmónia ✠ fílii vestri in quo ejíciunt ? Ideo ipsi júdices vestri erunt. Porrò si in digito Dei ejício dæmónia : profécto pervénit in vos regnum Dei. Cùm fortis armátus custódit átrium suum : in pace sunt ea quæ póssidet. Si autem fórtior eo supervéniens, vícerit eum ✠ univérsa arma ejus aúferet, in quibus confidébat : & spólia ejus distribuet. Qui non est mecum : contra me est. Et qui non cólligit mecum : dispérgit. Cùm immúndus spíritus exíerit de hómine ✠ ámbulat per loca inaquósa quærens réquiem : & non invéniens dicit. Revértar in domum meam : unde exívi. Et cùm vénerit : ínvenit eam scopis mundátam, & ornátam. Tunc vadit, & assúmit septem álios spíritus secum nequióres se : & ingréssi hábitant ibi. Et fiunt novíssima hóminis illius : pejóra prióribus. Factum est autem cùm hæc díceret ✠ extóllens vocem quædam múlier de turba : dixit illi. Beátus venter, qui te portávit : & úbera quæ suxísti. At ille dixit. Quinímmo: beáti qui áudiun[t] bum Dei, & custódiunt illud. A[men].

Oratio. Quæsumus. *pag.* 285.

Ad Laudes, *Antiph.*

FAc benígnè * in bona voluntát[e] ut ædificéntur Dómine muri [Jeru]salem. *Psalm.* Miserére. *pag.* 6.

Antiph. Dóminus * mihi adjúto[r] non timébo quid fáciat mihi h[omo]. *Psalmus.* Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. Lábia mea * laudábunt [te in] vita mea, Deus meus. *Psalmus.* [Deus,] Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Vim virtútis * suæ oblít[us est] ignis, ut púeri tui liberaréntur [...] *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Sol & luna * laudáte D[eum] quia exaltátum est nomen ejus [...] *Psalmus.* Laudáte Dóminum. *pag.* [...]

Capitulum. Hortámur vos. *pag.* [...]

℞. Declára super nos Deus. † [...] misericórdiam.

℣. Declarátio sermónum tuórum [illu]minat, & intelléctum dat párvulis.

℣. Glória Patri. Declára super.

Hymn. Splendor patérnæ. *pag.* [...]

℣. Scuto circúmdabit. *pag.* 27[...]

Ad Benedictus.

Antiph. Erat Jesus * ejíciens d[æmó]nium, & illud erat mutum : & cùm [eje]císset dæmónium, locútus est mut[us] [&] admirátæ sunt turbæ.

Oratio. Quæsumus. *pag.* 285.

Ad Primam.

Antiph. Si in dígito Dei * ejíci[o dæ]mónia, profécto pervénit in v[os re]gnum Dei.

Capitulum. Dómine miserére. *p*[...]

Ad Tertiam.

Antiph. Qui non est mecum * [adver]sum me est : & qui non cólligi[t me]cum, dispérgit, dicit Dóminus.

Capitulum. Hortámur vos. *pag.* 267.
℣. Dicet Dómino. *pag.* 265.
Oratio. Quæſumus. *pag.* 285.

Ad Sextam.

Antiph. Cùm immúndus ſpíritus * exíerit ab hómine, ámbulat per loca inaquóſa quærens réquiem, & non invenit.
Capitulum. Ecce nunc. *pag.* 272.
℣. Ipſe liberábit. *pag.* 265.
Oratio. Adéſto. *pag.* 283.

Ad Nonam.

Antiph. Beáti * qui aúdiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud.
Capitulum. In ómnibus. *pag.* 272.
Oratio. Da quæſumus Dómine pópulo. *pag.* 284.

Ad Veſperas.

Antiph. Dixit Dóminus. *cum cæteris.*
Capitulum. Hortámur vos. *pag.* 267.
℟. Sépties in die laudem dixi tibi Dómine Deus meus. † Ne perdas me.
℣. Errávi ſicut ovis quæ períerat, requíre ſervum tuum Dómine, quia mandáta tua non ſum oblítus. Ne.
℣. Glória Patri. Sépties.
Hymn. Audi benígne. *pag.* 267.
℣. Angelis ſuis. *pag.* 267.

Ad Magnificat.

Antiph. Extóllens quædam múlier * vocem de turba, dixit: Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxíſti: at Jeſus dixit illi, Quinímmo beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud.
Oratio. Quæſumus. *pag.* 285.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

MIſit ígitur Jóſue fílius Nun de Setim duos viros exploratóres in abſcóndito, & dixit eis. Ite, & conſideráte terram, urbémque Jéricho. Qui pergéntes ingréſſi ſunt domum mulíeris meretrícis, nómine Rahab: & quievérunt apud eam. Nuntiatúmque eſt regi Jéricho, & dictum. Ecce viri ingréſſi ſunt huc per noctem de filiis Iſraël: ut explorárent terram.

Lectio ſecunda.

MIsítque rex Jéricho ad Rahab, dicens. Educ viros, qui venérunt ad te, & ingréſſi ſunt domum tuam ⁊ exploratóres quippe ſunt: & omnem terram conſideráre venérunt. Tolléntque múlier viros, abſcóndit: & ait. Fáteor venérunt ad me: ſed neſciébam unde eſſent. Cùmque porta clauderétur in ténebris ⁊ & illi páriter exiérunt: néſcio quò abiérunt. Perſequímini citò: & comprehendétis eos.

Lectio tertia.

IPſa autem fecit aſcéndere viros in ſolárium domus ſuæ: operuítque eos ſtípula lini, quæ ibi erat. Hi autem qui miſſi fúerant ſecúti ſunt eos per viam quæ ducit ad vadum Jordánis: illíſque egréſſis, ſtatim porta clauſa eſt. Necdum obdormíerant qui latébant ⁊ & ecce múlier aſcéndit ad eos: & ait. Novi quòd Dóminus tradíderit vobis Terram ⁊ Etenim írruit in nos terror veſter: & elanguérunt omnes habitatóres Terræ.

Ad Benedictus.

Antiph. Amen dico vobis,* quia nemo prophéta accéptus eſt in pátria ſua.

Oratio ad Laudes, & Tertiam.

COrdibus noſtris quæſumus Dómine grátiam tuam benígnus infúnde: ut ſicut ab eſcis corporálibus abſtinémus ⁊ ita ſenſus quoque noſtros à nóxiis retrahámus excéſſibus: Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Jeſus autem tránſiens * per médium illórum ibat.

Oratio.

SUbveniat nobis Dómine misericórdia tua: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis,te mereámur protegénte éripi ✠ te liberánte salvári: Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

AUdívimus quòd siccáverit Dóminus aquas Maris rubri ad vestrum intróitum, quando egréssi estis ex Ægypto: & quæ fecéritis duóbus Amorrhæórum régibus, qui erant trans Jordánem: Sehon & Og, quos interfecístis. Et hæc audiéntes, pertimúimus, & elánguit cor nostrum: nec remánsit in nobis spíritus ad intróitum vestrum. Dóminus enim Deus vester, ipse est Deus in cælo sursum: & in terra deórsum.

Lectio secunda.

NUnc ergo juráte mihi per Dóminum ✠ ut quómodo ego misericórdiam feci vobíscum: ita & vos faciátis cum domo patris mei ✠ detísque mihi verum signum, ut salvétis patrem meum, & matrem, fratres, ac soróres meas, & ómnia quæ illórum sunt: & eruátis ánimas nostras à morte. Qui respondérunt ei. Anima nostra sit pro vobis in mortem: si tamen non prodíderis nos. Cùmque tradíderit nobis Dóminus terram: faciémus in te misericórdiam & veritátem.

Lectio tertia.

DEmísit ergo eos per funem de fenéstra: domus enim ejus hærébat muro. Dixítque ad eos ✠ Ad montána conscéndite: ne fortè occúrrant vobis reverténtes ✠ ibíque latitáte tribus diébus, donec rédeant: & sic ibitis per viam vestram.

Ad Benedictus.

Antiph. Si duo * ex vobis consénserint super terram de omni re quamcúmque petíerint, fiet illis à Patre meo, dicit Dominus.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

EXaúdi nos omnípotens & miséricors Deus ✠ & continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde: Per.

Ad Magnificat.

Antiph. Ubi duo vel tres * congregáti fúerint in nómine meo, in médio eórum sum, dicit Dóminus.

Oratio.

TUa nos Dómine protectióne defénde ✠ & ab omni semper iniquitáte custódi: Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

QUi dixérunt ad eam. Innóxii érimus à juraménto hoc, quo adjurásti nos: si ingrediéntibus nobis terram ✠ signum fúerit funículus iste coccíneus, & ligáveris eum in fenéstra, per quam demisísti nos: & patrem tuum, ac matrem, fratrésque, & omnem cognatiónem tuam congregáveris in domum tuam.

Lectio secunda.

QUi óstium domus tuæ egréssus fúerit ✠ sanguis ipsius erit in caput ejus: & nos érimus aliéni. Cunctórum autem sanguis, qui tecum in domo fúerint, redundábit in caput nostrum: si eos áliquis tetígerit. Quòd si nos pródere volúeris, & sermónem istum proférre in médium: érimus mundi ab hoc juraménto, quo adjurásti nos.

Lectio tertia.

ET illa respóndit. Sicut locúti estis, ita fiat. Dimitténsque eos, ut pér-

t: appéndit funiculum coccíneum éſtra. Illi verò ambulántes pervent ad montána ꟷ & manſérunt ibi ies: donec reverteréntur qui fuerſecúti. Quæréntes enim per omiam: non reperérunt eos.

Ad Benedictus.

tiph. Non quod intrat in os * coínt hóminem: ſed quod procédit e, hoc coínquinat hóminem.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

æſta nobis, quæſumus Dómine ꟷ t ſalutáribus jejúniis erudíti: à s quoque vítiis abſtinéntes ꟷ proiónem tuam facíliùs impetrémus: Dóminum.

Ad Magnificat.

tiph. Non lotis mánibus * mandunon coínquinat hóminem.

Oratio.

Oncéde quæſumus omnípotens Deus: ut qui protectiónis tuæ gráquærimus ꟷ liberáti à malis ómniecúra tibi mente ſerviámus: Per inum.

FERIA QVINTA.

Lectio prima.

Uibus urbem ingréſſis, revérſi ſunt, & deſcendérunt exploratóe monte ꟷ & tranſmiſſo Jordáne, unt ad Joſue filium Nun: narratque ei ómnia quæ accíderant ſibi, dixérunt. Trádidit Dóminus omterram hanc in manus noſtras: & e proſtráti ſunt cuncti habitatóius.

Lectio ſecunda.

tur Jóſue de nocte conſúrgens, vit caſtra ꟷ egredientéſque de Senérunt ad Jordánem, ipſe & omlii Iſraël: & moráti ſunt ibi tres dies. Quibus evolútis ꟷ tranſiérunt præcónes per caſtrórum médium: & clamáre cœpérunt. Quando vidéritis arcam fœderis Dómini Dei veſtri ꟷ & ſacerdótes ſtirpis Levíticæ portántes eam: vos quoque conſúrgite, & ſequímini præcedéntes.

Lectio tertia.

SItque inter vos & arcam ſpátium cubitórum duûm míllium: ut procul vidére poſsítis, & noſſe per quam viam ingrediámini ꟷ quia priùs non ambuláſtis per eam: & cavéte ne appropinquétis ad arcam. Dixítque Jóſue ad pópulum. Sanctificámini: cras enim fáciet Dóminus inter vos mirabília.

Ad Benedictus.

Antiph. Operámini * non cibum qui perit: ſed qui pérmanet in vitam ætérnam, dicit Dóminus.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

MAgníficet te Dómine ſanctórum tuórum Coſmæ & Damiáni beáta ſolénnitas: qua & illis glóriam ſempitérnam ꟷ & opem nobis ineffábili providéntia contuliſti: Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Dixit Dóminus * Jeſus, Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, non eſúriet, & qui credit in me, non sítiet unquam.

Oratio.

SUbjéctum tibi pópulum, quæſumus Dómine, propitiátio cæléſtis amplíficet ꟷ & tuis ſemper fáciat ſervíre mandátis: Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

ET ait Jóſue ad ſacerdótes. Tóllite arcam fœderis, & præcédite pópulum. Qui juſſa compléntes, tulérunt

& ambulavérunt ante eos. Dixítque Dóminus ad Jóſue. Hódie incípiam exaltáre te coram omni Iſraël: ut ſciant, quòd ſicut cum Moyſe fui, ita & tecum ſim. Tu autem præcipe ſacerdótibus, qui portant arcam fœderis, & dic eis. Cùm ingréſſi fuéritis partem aquæ Jordánis: ſtate in ea.

Lectio ſecunda.

DIxítque Jóſue ad filios Iſraël. Accédite huc: & audíte verbum Dómini Dei veſtri. Et rurſum, in hoc, inquit, ſciétis quòd Dóminus Deus vivens in médio veſtri eſt: & diſpérdet in conſpéctu veſtro Chananæum, & Hethæum, Hevæum, & Pherezæum, Gergeſæum quoque, & Jebuſæum, & Amorrhæum.

Lectio tertia.

ECce arca fœderis Dómini omnis terræ antecédet vos per Jordánem. Paráte duódecim viros de tríbubus Iſraël: ſíngulos per ſíngulas tribus. Et cùm poſúerint veſtígia pedum ſuórum ſacerdótes, qui portant arcam Dómini Dei univérſæ terræ, in aquis Jordánis ↄ aquæ quæ inferióres ſunt, decúrrent, atque defícient: quæ autem déſuper véniunt, in una mole consíſtent.

Ad Benedictus.

Antiph. Veri adoratóres * adorábunt Patrem in ſpíritu & veritáte.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

JEjúnia noſtra, quæſumus Dómine, benigno favóre proſéquere: ut ſicut ab aliméntis abſtinémus in córpore ↄ ita à vítiis jejunémus in mente: Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum ↄ qui tecum vivit.

Ad Magnificat.

Antiph. Meus cibus eſt * ut fáciam voluntátem Patris mei.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: ut qui in tua protectióne confídimus ↄ cuncta nobis adverſántia, te adjuvánte, vincámus: Per Dóminum.

SABBATO.

Lectio prima.

IGitur egréſſus eſt pópulus de tabernáculis ſuis ↄ ut transíret Jordánem: & ſacerdótes, qui portábant arcam fœderis, pergébant ante eum. Ingreſſíſque eis Jordánem, & pédibus eórum in parte aquæ tinctis ↄ (Jordánis autem ripas álvei ſui témpore meſſis impléverat) ſtetérunt aquæ deſcendéntes in loco uno: & ad inſtar montis intumeſcéntes apparébant procul ab urbe, quæ vocátur Adom uſque ad locum Sarthan.

Lectio ſecunda.

QUæ autem inferióres erant ↄ in mare ſolitúdinis, quod nunc vocátur mórtuum, deſcendérunt: úſquequo omníno deficerent. Pópulus autem incedébat contra Jéricho: & ſacerdótes, qui portábant arcam fœderis Dómini, ſtabant ſuper ſiccam humum in médio Jordánis accíncti: omniſque pópulus per aréntem álveum transíbat.

Lectio tertia.

QUibus tranſgréſſis: dixit Dóminus ad Jóſue. Elige duódecim viros ſíngulos per ſíngulas tribus ↄ & præcipe eis ut tollant de médio Jordánis álveo, ubi ſtetérunt pedes ſacerdótum, duódecim duríſſimos lápides: quos ponétis in loco caſtrórum, ubi fixéritis hac nocte tentória.

Ad Benedictus.

Antiph. Qui ſine peccáto eſt veſtrûm * primus in illam lápidem mittat.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui se affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinent ꝰ sectándo justitiam à culpa jejúnent: Per Dóminum.

DOMINICA QUARTA QUADRAGESIMÆ.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Regnum tuum. *cum cæteris.*
Capit. Hortámur vos. *pag.* 267.
Magnum ℟. Stetit Moyses. *ut infra.*
Hymnus. Audi benigne. *pag.* 267.
℣. Angelis suis. *pag* 267.

Ad Magnificat.

Antiph. Nemo te condemnávit * múlier, nemo Dómine, nec ego te condemnábo, jam ámpliùs noli peccáre.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus: ut qui ex mérito nostræ actiónis affligimur ꝰ tuæ grátiæ consolatióne respirémus: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Hódie si vocem Dómini audiéritis: Nolíte obduráre corda vestra. *Psalmus.* Veníte. *pag.* 16.

In primo Nocturno.

Antiph. & Psalmi ut in psalterio. p. 17.
℣. Dicet Dómino. *pag.* 268.

Lectio prima.

Incipit liber Júdicum.

POst mortem Jósue, consuluérunt filii Israël Dóminum, dicéntes. Quis ascéndet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Dixítque Dóminus ꝰ Judas ascéndet: ecce trádidi terram in manu ejus. Et ait Judas Simeóni fratri suo. Ascénde mecum in sortem meam, & pugna contra Chananæum: ut & ego pergam tecum in sortem tuam. Et abiit cum eo Símeon.

℟. Locútus est Dóminus ad Moysen, dicens, Descénde in Ægyptum, dic Pharaóni. † Ut dimíttat pópulum meum: ego autem indurábo cor ejus, & non dimíttet pópulum nisi in manu forti.

℣. Clamor filiórum Israël venit ad me, vidíque afflictiónem eórum: sed veni mittam te ad Pharaónem. Ut.

Lectio secunda.

AScendítque Judas, & trádidit Dóminus Chananæum ac Pheresæum in manus eórum: & percussérunt in Bezec decem míllia virórum. Invenerúntque Adoníbezec in Bezec, & pugnavérunt contra eum: ac percussérunt Chananæum & Pheresæum. Fugit autem Adoníbezec, quem persecúti comprehendérunt: cæsis summitátibus mánuum ejus, ac pedum.

℟. Stetit Moyses coram Pharaóne, & dixit, Hæc dicit Dóminus. † Dimítte pópulum meum, ut sacríficet mihi in desérto.

℣. Dóminus Deus Hebræórum misit me ad te, dicens. Dimítte.

Lectio tertia.

DIxítque Adoníbezec. Septuagínta reges, amputátis mánuum, ac pedum summitátibus, colligébant sub mensa mea cibórum relíquias: sicut feci, ita réddidit mihi Deus. Adduxerúntque eum in Jerúsalem: & ibi mórtuus est. Oppugnántes ergo filii Juda Jerúsalem, cepérunt eam ꝰ & percussérunt in ore gládii: tradéntes cunctam incéndio civitátem.

℟. Cantémus Dómino, gloriósè enim honorificátus est: equum & ascensórem ejus projécit in mare. † Adjútor & protéctor factus est mihi Dóminus in salútem.

℣. Dóminus quasi vir pugnátor, omnípotens nomen ejus. Adjútor.

Lectio quarta.

ET pósteà descendéntes, pugnavérunt contra Chananæum, qui habitábat in montánis: & ad merídiem, & in campéstribus. Pergénsque Judas contra Chananæum, qui habitábat in Hebron (cujus nomen fuit antíquitus Cáriath Arbe) percússit Sesái, & Ahíman & Tholmái: atque inde proféctus ábiit ad habitatóres Dabir, cujus nomen vetus erat Cáriath Sepher, id est, cívitas litterárum.

℟. Adscóndite. *pag.* 269.

In secundo Nocturno.

℣. Ipse liberábit. *pag.* 269.

Lectio quinta.

DIxítque Caleb, Qui percússerit Cáriath Sepher, & vastáverit eam: dabo ei Axam fíliam meam uxórem. Cùmque cepísset eam Othóniel fílius Cenez frater Caleb minor: dedit ei Axam fíliam suam cónjugem. Quam pergéntem in itínere mónuit vir suus: ut péteret à patre suo agrum.

℟. Ecce mitto Angelum meum, qui præcédat te, & custódiat semper: obsérva, & audi vocem ejus, & inimícus ero inimícis tuis, & affligéntes te affligam. † Et præcédet te Angelus meus.

℣. Terrórem meum mittam in præcúrsum tuum, & occídam omnem pópulum ad quem ingrediéris. Et præcéd.

Lectio sexta.

QUæ cùm suspirásset sedens in ásino: dixit ei Caleb, Quid habes? At illa respóndit: Da mihi benedictiónem. Quia terram aréntem dedísti mihi: da & irríguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irríguum supérius, & irríguum inférius.

℟. Addúxi vos per desértum quadragínta annis, ego Dóminus, non sunt attríta vestiménta vestra. † Nec calceaménta pedum vestrórum vetustát[e] súmpta sunt.

℣. Panem non comedístis, vi[num et] síceram non bibístis. Nec calcea[menta.]

Lectio septima.

FIlii autem Cinæi cognáti M[oysi as]cendérunt de civitáte palm[arum] cum fíliis Juda in desértum sorti[s ejus,] quod est ad merídiem Arad: & [habita]vérunt cum eo. Abiit autem Jud[as cum] Simeóne fratre suo, & percu[sserunt] simul Chananæum, qui habit[abat in] Sepháath: & interfecérunt eum. [Vocatúm]que est nomen urbis Horma, [id est] anáthema.

℟. Sicut fui cum Moyse ita [ero] tecum, dicit Dóminus. † Confor[tare, et] esto robústus, introdúces pópulum [meum] ad terram lacte & melle manánt[em.]

℣. Noli timére, quóniam te[cum est] Dóminus Deus tuus in ómni[bus] quæcúmque perréxeris. Confor[tare.]

Lectio octava.

CEpítque Judas Gazam cum [fínibus] suis: & Ascalónem, atque A[ccaron] cum términis suis. Fuítque D[óminus] cum Juda: & montána posséd[it: nec] pótuit delére habitatóres vallis [quia] falcátis cúrribus abundábant. [Dedé]rúntque Caleb Hebron sicut [díxerat] Moyses: qui delévit ex ea tre[s fílios] Enac. Jebusæum autem habit[atórem] Jerúsalem non delevérunt fílii Bé[njamin:] habitavítque Jebusæus cum fílii[s Ben]jamin in Jerúsalem, usque in [præsen]tem diem.

℟. Derelínquat ímpius. *pag.*

In tertio Nocturno.

Antiph. Accépit* ergo Jesus [panes:] & cùm grátias egísset, distríbuit [discum]béntibus. *Cantic.* Dedúcant. *pag.*

℣. Scápulis *pag.* 270.

Lectio nona.

io sancti Evangélii : secúndùm
m. *Joann. 6.*
lo témpore : Abiit Jesus trans
: Galilææ : quod est Tiberíadis ℸ
ebátur eum multitúdo magna:
débant signa quæ faciébat super
infirmabántur. Et réliqua.
ilia Lectiónis ejúsdem : beáti
íni Episcopi.
Tract. 24. in Joann.
rácula quæ fecit Dóminus Jesus
Christus , sunt quidem divína
: & ad intelligéndum Deum de
bus admonent humánam mentem.
nim ille non est talis substántia ,
déri óculis possit : & mirácula
quibus totum mundum regit ,
amque creatúram administrat ,
áte viluérunt ℸ ita ut penè nemo
ır atténdere ópera Dei mira &
la in quólibet séminis grano : se-
ı ipsam suam misericórdiam ser-
bi quædam , quæ fáceret oppor-
mpore præter usitátum cursum ,
nque natúræ ℸ ut non majóra ,
olita vidéndo stupérent : quibus
ána viluérant.
n mari viæ tuæ , & sémitæ tuæ
s multis. † Deduxísti sicut oves
m tuum in manu Moysi &

Vidérunt te aquæ Deus , vidérunt
: , & timuérunt. Dedu.

Lectio decima.

jus enim miráculum est guber-
átio totíus mundi : quàm satu-
quinque millium hóminum de
e pánibus. Et tamen hoc nemo
ℸ illud miráantur hómines, non
ajus est : sed quia rarum est.
nim & nunc pascit univérsum
mundum ℸ nisi ille qui de paucis granis
ségetes creat ?

℟. Atténdite pópule meus legem
meam. † Inclináte aurem vestram in
verba oris mei.

℣. Apériam in parábolis os meum ,
loquar propositiónes ab inítio. Inclin.

Lectio undecima.

FEcit ergo quómodo Deus. Unde
enim multíplicat de paucis granis
ségetes : inde in mánibus suis multipli-
cávit quinque panes. Potéstas enim
erat in mánibus Christi. Panes autem
illi quinque quasi sémina erant ℸ non
quidem terræ mandáta : sed ab eo , qui
terram fecit , multiplicáta.

℟. Qui persequebántur pópulum
tuum Dómine , demersísti eos in pro-
fúndum. † Et in colúmna nubis ductor
eórum fuísti.

℣. Ad montem quoque Sináï descen-
dísti , & locútus es cum eis de cælo , &
dedísti eis judícia recta , & legem ve-
ritátis. Et in.

Lectio duodecima.

HOc ergo admótum est sénsibus ,
quo erigerétur mens : & exhibi-
tum óculis ubi exercerétur intelléctus ℸ
ut invisíbilem Deum per visibília ópera
mirarémur : & erécti ad fidem , & pur-
gáti per fidem ℸ étiam ipsum invisibíli-
ter vidére cuperémus : quem de rebus
visibílibus invisibíliter noscerémus. Nec
tamen súfficit hæc intuéri in mirácu-
lis Christi.

℟. Scíndite. *pag.* 270.

Sequéntia sancti Evangélii : secún-
dùm Joánnem. *Joann. 6.*

IN illo témpore : Abiit Jesus trans
mare Galilææ : quod est Tiberíadis ℸ
& sequebátur eum multitúdo magna :
quia vidébant signa quæ faciébat super

his qui infirmabántur. Súbiit ergo in montem Jesus: & ibi sedébat cum discípulis suis. Erat autem próximum Pascha: dies festus Judæórum. Cùm sublevásset ergo óculos Jesus, & vidísset quia multitúdo máxima venit ad eum: dixit ad Philíppum. Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Hoc autem dicébat: tentans eum. Ipse enim sciébat: quid esset factúrus. Respóndit ei Philíppus. Ducentórum denariórum panes non sufficiunt eis: ut unusquísque módicum quid accípiat. Dicit ei unus ex discípulis ejus, Andréas frater Simónis Petri. Est puer unus hìc: qui habet quinque panes hordeáceos, & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo Jesus. Fácite hómines discúmbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuérunt ergo viri: número quasi quinque míllia. Accépit ergo Jesus panes ˥ & cùm grátias egísset: distríbuit discumbéntibus. Simíliter & ex píscibus: quantum volébant. Ut autem impléti sunt: dixit discípulis suis. Collígite quæ superavérunt fragménta: ne péreant. Collegérunt ergo ˥ & implevérunt duódecim cóphinos fragmentórum ex quinque pánibus hordeáceis: quæ superfuérunt his, qui manducáverant. Illi ergo hómines cùm vidíssent quòd Jesus fécerat signum: dicébant. Quia hic est verè prophéta, qui ventúrus est in mundum. Amen.

Oratio. Concéde quæsumus. *pag.* 291.

Ad Laudes. *Antiph.*

TUnc acceptábis * sacrificium justítiæ: si avérteris fáciem tuam à peccátis meis. *Psalm.* Miserére. *pag.* 6.

Antiph. Bonum est * speráre in Dómino quàm speráre in princípibus. *Psalm.* Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. In matutínis * meditáb
te. *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.*

Antiph. Potens est Dóminus * e
nos, & de mánibus tuis, rex, lib
Cantic. Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Reges terræ, * & omn
puli, laudáte Deum. *Psalmus.* La
Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Hortámur vos. *pag.*

℟. Esto nobis Dómine. † Turri
titúdinis.

℣. A fácie inimíci. Turris.

℣. Glória Patri. Esto nobis.

Hymn. Splendor patérnæ. *pag.*

℣. Scuto circúmdabit. *pag.* 27

Ad Benedictus.

Antiph. Cùm sublevásset * ócul
sus, & vidísset máximam multitú
veniéntem ad se, dicit ad Philip
Unde emémus panes ut mandúce
Hoc autem dicébat tentans eum
enim sciébat quid esset factúrus.

Oratio. Concéde quæsumus. *pag*

Ad Primam.

Antiph. Accépit * ergo Jesus p
& cùm grátias egísset distríbuit di
béntibus.

Capitulum. Dómine miserére. *p*

Ad Tertiam.

Antiph. Vivo ego, * dicit Dóm
nolo mortem peccatóris: sed ut
convertátur, & vivat.

Capitulum. Hortámur vos. *pag.*

℣. Dicet Dómino. *pag.* 265.

Oratio. Concéde quæsumus. *pag*

Ad Sextam.

Antiph. Quis scit * si convert
& ignóscat Deus, & relínquat p
benedictiónem.

Capitulum. Ecce nunc. *pag.* 272

℣. Ipse liberábit. *pag.* 265.

Oratio. Subjéctum tibi. *pag.* 25

Ad Nonam.

Antiph. Omnis plebs * ut vidit, dedit laudem Deo.

Capitulum. In ómnibus. *pag.* 272.

℣. Scápulis ſuis. *pag.* 265.

Oratio. Præſta quæſumus. *pag.* 292.

Ad Veſperas.

Antiph. Dixit Dóminus. *cum cæteris.*

Capitulum. Hortámur vos. *pag.* 267.

℟. Educ de cárcere ánimam meam. † Ut confiteátur nómini tuo Dómine.

℣. Périit fuga à me, & non eſt qui requírat ánimam meam. Ut confiteá.

℣. Glória Patri. Educ.

Hymn. Audi benígne. *pag.* 267.

℣. Angelis ſuis. *pag.* 267.

Ad Magnificat.

Antiph. Cùm vidiſſent turbæ * ſignum quod fécerat Jeſus, dicébant: Verè hic eſt prophéta, qui ventúrus eſt in mundum.

Oratio. Concéde quæſumus. *pag.* 293.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

DOmus quoque Joſeph aſcéndit in Bethel: fuítque Dóminus cum eis. Nam cùm obſidérent urbem, quæ priùs Luza vocabátur ⁊ vidérunt hóminem egrediéntem de civitáte: dixerúntque ad eum. Oſténde nobis intróitum civitátis: & faciémus tecum miſericórdiam. Qui cùm oſtendiſſet eis, percuſſérunt urbem in ore gládii: hóminem autem illum, & omnem cognatiónem ejus, dimiſérunt. Qui dimíſſus ábiit in terram Hethim: & ædificávit ibi civitátem. Vocavítque eam Luzam: quæ ita appellátur usque in præſéntem diem.

Lectio ſecunda.

MAnáſſes quoque non delévit Bethſan, & Tanach cum vículis ſuis, & habitatóres Dor, & Jebláham, & Magéddo cum vículis ſuis: cœpítque Chananæus habitáre cum eis. Poſtquam autem confortátus eſt Iſraël: fecit eos tributários, & delére nóluit. Ephráim étiam non interfécit Chananæum, qui habitábat in Gazer: ſed habitávit cum eo.

Lectio tertia.

ZAbulon non delévit habitatóres Cetron & Naálol: ſed habitávit Chananæus in médio ejus, factúſque eſt ei tributárius. Aſer quoque non delévit habitatóres Accho, & Sidónis, Ahálab, & Acházib, & Helba, & Aphec, & Rohob: habitavítque in médio Chananæi habitatóris illíus terræ, nec interfécit eum. Néphtali quoque non delévit habitatóres Bethſames, & Bethánath, & habitávit inter Chananæum habitatórem terræ: fuerúntque ei Bethſamítæ & Bethanítæ tributárii.

Ad Benedictus.

Antiph. Auférte iſta hinc, * dicit Dóminus, & nolíte fácere domum Patris mei, domum negotiatiónis.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: ut obſervatiónes ſacras ánnua devotióne recoléntes ⁊ & córpore tibi placeámus & mente: Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Sólvite templum hoc, * dicit Dóminus, & poſt tríduum excitábo illud, hoc autem dicébat de templo córporis ſui.

Oratio.

DEprecatiónem noſtram, quæſumus Dómine, benígnus exaúdi: & quibus ſupplicándi præſtas affé́ctum ⁊ tríbue defenſiónis auxílium: Per Dóminum noſtrum.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

ARctavítque Amorrhæus filios Dan in monte ꟸ nec dedit eis locum ut ad planióra descénderent : habitavítque in monte Hares, quod interpretátur testáceo, in Ajálon, & Salébim. Et aggraváta est manus domus Joseph : factúsque est ei tributárius. Fuit autem términus Amorrhæi ab Ascénsu Scorpiónis : petra, & superióra loca.

Lectio secunda.

AScendítque Angelus Dómini de Gálgalis ad locum fléntium : & ait. Edúxi vos de Ægypto ꟸ & introdúxi in terram, pro qua jurávi pátribus vestris, & pollícitus sum : ut non fácerem írritum pactum meum vobíscum in sempitérnum ꟸ ita dumtáxat ut non ferirétis fœdus cum habitatóribus terræ hujus, sed aras eórum subverterétis : & noluístis audíre vocem meam. Cur hoc fecístis ?

Lectio tertia.

QUamóbrem nólui delére eos à fácie vestra ꟸ ut habeátis hostes : & dii eórum sint vobis in ruínam. Cùmque loquerétur Angelus Dómini hæc verba ad omnes filios Israël : elevavérunt ipsi vocem suam, & flevérunt. Et vocátum est nomen loci illíus, Locus fléntium sive lacrymárum : immolaverúntque ibi hóstias Dómino.

Ad Benedictus.

Antiph. Mea doctrína * non est mea, sed ejus qui misit me Patris.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

SAcræ nobis, quæsumus Dómine, observatiónis jejúnia, & piæ conversatiónis augméntum ꟸ & tuæ propitiatiónis contínuum præstent auxílium : Per.

Ad Magnificat.

Antiph. Nemo * in eum misit manus, quia nondum vénerat hora ejus.

Oratio.

MIserére Dómine pópulo tuo : & contínuis tribulatiónibus laborántem ꟸ propítius respiráre concéde : Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum ꟸ qui tecum.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

DImísit ergo Jósue pópulum ꟸ & abiérunt filii Israël unusquísque in possessiónem suam, ut obtinérent eam : servierúntque Dómino cunctis diébus ejus, & seniórum ꟸ qui longo post eum vixérunt témpore : & nóverant ómnia ópera Dómini, quæ fécerat cum Israël.

Lectio secunda.

MOrtuus est autem Jósue filius Nun, fámulus Dómini, centum & decem annórum ꟸ & sepeliérunt eum in fínibus possessiónis suæ in Thamnáthsare in monte Ephráïm : à septentrionáli plaga montis Gaas. Omnísque illa generátio congregáta est ad patres suos ꟸ & surrexérunt alii, qui non nóverant Dóminum : & ópera quæ fécerat cum Israël.

Lectio tertia.

FEcerúntque filii Israël malum in conspéctu Dómini : & serviérunt Baálim. Ac dimisérunt Dóminum Deum patrum suórum, qui edúxerat eos de terra Ægypti ꟸ & secúti sunt deos aliénos, deósque populórum, qui habitábant in circúitu eórum : & adoravérunt eos ꟸ & ad iracúndiam concitavérunt Dóminum : dimitténtes eum, & serviéntes Baal & Asthároth.

Ad Benedictus.

Antiph. Rabbi, * quis peccávit, hic parentes ejus, ut cæcus naſcerétur? ...óndit Jeſus, & dixit, Neque hic ...ávit, neque paréntes ejus: ſed ut ...ifeſténtur ópera Dei in illo.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

Eus, qui & juſtis præmia meritórum, & peccatóribus per jejúnium ...am præbes: miſerére ſupplícibus ꟸ ut reátus noſtri conféſſio indul...iam váleat percípere delictórum: ...Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. A ſéculo * non eſt audítum, quis apéruit óculos cæci nati.

Oratio.

...teant aures miſericórdiæ tuæ, Dómine, précibus ſupplicántium: & ...téntibus deſideráta concédas ꟸ fac ...uæ tibi ſunt plácita poſtuláre: Per.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

...túſque Dóminus contra Iſraël: ...didit eos in manus diripiéntium ꟸ ...epérunt eos, & vendidérunt hóſti... qui habitábant per gyrum: nec ...runt reſíſtere adverſáriis ſuis ꟸ ...uocúmque pérgere voluiſſent, ma... Dómini ſuper eos erat: ſicut locú...ſt, & jurávit eis, & veheménter ...i ſunt.

Lectio ſecunda.

...ſcitavítque Dóminus júdices, qui ...berárent eos de vaſtántium máni... ſed nec eos audíre voluérunt: ...ántes cum diis aliénis, & ado...s eos. Citò deſeruérunt viam, per ... ingréſſi fúerant patres eórum: & ...ntes mandáta Dómini, ómnia ... contrária.

Lectio tertia.

CUmque Dóminus júdices ſuſcitáret, in diébus eórum flectebátur miſericórdia ꟸ & audiébat afflictórum gémitus: & liberábat eos de cæde vaſtántium. Poſtquam autem mórtuus eſſet judex ꟸ revertebántur, & multò faciébant pejóra quàm fécerant patres eórum: ſequéntes deos aliénos ꟸ ſerviéntes eis: & adorántes illos. Non dimiſérunt adinventiónes ſuas, & viam duriſſimam, per quam ambuláre conſuevérunt.

Ad Benedictus.

Antiph. Pater meus * uſque modò operátur, & ego óperor.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus ꟸ ut quos jejúnia votíva caſtigant: ipſa quoque ſancta devótio lætíficet ꟸ ut terrénis affectibus mitigátis, facíliùs cæléſtia capiámus: Per.

Ad Magnificat.

Antiph. Amen, amen dico vobis, * non poteſt à ſe Fílius fácere quidquam, niſi quod víderit Patrem faciéntem.

Oratio.

POpuli tui Deus inſtitútor & rector ꟸ peccáta quibus impugnátur expélle: ut ſemper tibi plácitus ꟸ & tuo munímine ſit ſecúrus: Per.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

IRatúſque eſt furor Dómini in Iſraël: & ait. Quia írritum fecit gens iſta pactum meum, quod pepígeram cum pátribus eórum, & vocem meam audíre contémpſit ꟸ & ego non delébo gentes, quas dimíſit Jóſue, & mórtuus eſt: ut in ipſis expériar Iſraël, utrum cuſtódiant viam Dómini, & ámbulent in ea ꟸ ſicut cuſtodiérunt patres eórum: an non.

Dimísit ergo Dóminus omnes natiónes has, & citò subvértere nóluit : nec trádidit in manus Jósue.

Lectio secunda.

HÆ sunt gentes, quas Dóminus derelíquit ut erudíret in eis Israélem, & omnes, qui non nóverant bella Chananæórum ꟸ ut póstea discerent filii eórum certáre cum hóstibus, & habére consuetúdinem præliándi : quinque sátrapas Philistinórum, omnémque Chananæum, & Sidónium, atque Hævæum, qui habitábat in monte Líbano, de monte Baal Hermon usque ad introitum Emath.

Lectio tertia.

DImisítque eos, ut in ipsis experirétur Israëlem ꟸ utrum audíret mandáta Dómini : quæ præcéperat pátribus eórum per manum Moysi, an non. Itaque filii Israël habitavérunt in médio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebusæi ꟸ & duxérunt uxóres, filias eórum, ipsíque filias suas filiis eórum tradidérunt: & serviérunt diis eórum, fecerúntque malum in conspéctu Dómini ꟸ & obliti sunt Dei sui : serviéntes Baálim & Astároth.

Ad Benedictus.

Antiph. Lázarus * amicus noster dormit, sed vado ut à somno exsúscitem eum.

Oratio ad Laudes, & Tertiam.

DEus, qui ineffabílibus mundum rénovas sacraméntis ꟸ præsta quæsumus : ut Ecclésia tua & ætérnis profíciat institútis ꟸ & temporálibus non destituátur auxíliis : Per.

Ad Magnificat.

Antiph. Jesus autem * elevátis óculis, dixit : Pater grátias ago tibi, quóniam audísti me.

Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus: ut qui infirmitátis nostræ cónscii, de tua virtúte confídimus ꟸ sub tua semper pietáte gaudeámus : Per.

S A B B A T O.

Lectio prima.

IRatúsque contra Israël Dóminus, trádidit eos in manus Chusan Rasatháim regis Mesopotámiæ : serviérúntque ei octo annis. Et clamavérunt ad Dóminum, qui suscitávit eis salvatórem, & liberávit eos ꟸ Othóniel vidélicet filium Cenez, fratrem Caleb minórem : fuítque in eo Spíritus Dómini, & judicávit Israël. Egressúsque est ad pugnam ꟸ & trádidit Dóminus in manus ejus Chusan Rasatháim, regem Syriæ : & oppréssit eum.

Lectio secunda.

QUievítque terra quadraginta annis : & mórtuus est Othóniel filius Cenez. Addidérunt autem filii Israël fácere malum in conspéctu Dómini ꟸ qui confortávit advérsum eos Eglon regem Moab : quia fecérunt malum in conspéctu ejus. Et copulávit ei filios Ammon, & Amalec : abiítque & percússit Israël, atque possédit urbem palmárum. Serviérúntque filii Israël Eglon regi Moab decem & octo annis.

Lectio tertia.

ET póstea clamavérunt ad Dóminum ꟸ qui suscitávit eis salvatórem vocábulo Aod, filium Gera, filii Jémini : qui utráque manu pro déxtera utebátur. Misérúntque filii Israël per illum múnera Eglon regi Moab. Qui fecit sibi gládium ancípitem, habéntem in médio cápulum longitúdinis palmæ

: & accínctus est eo subter sa-
n déxtero fémore. Obtulítque
a Eglon regi Moab.

Ad Benedictus.

iph. Qui séquitur me, * non ám-
in ténebris, sed habébit lumen
licit Dóminus.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

, Dómine quæsumus, per grá-
n tuam fructuósus nostræ devo-
afféctus: quia tunc nobis próde-
ıscépta jejúnia ꟸ si tuæ sint plá-
táti: Per Dóminum.

IINICA PASSIONIS.

Ad primas Vesperas.

iph. Regnum tuum. *Psalm.* Con-
ır. *cum cæteris. pag.* 105.

apitulum. Jerem. 18.

ténde Dómine ad me, & audi
ocem adversariórum meórum ꟸ
d rédditur pro bono malum,
odérunt fóveam ánimæ meæ?
láre quòd stéterim in conspéctu
ıt lóquerer pro eis bonum: &
em indignatiónem tuam ab eis.
Deo grátias.

gnum ℟. Usquequo. *pag.* 302.

Hymnus.

xílla Regis pródeunt,
ılget Crucis mystérium,
ırne carnis cónditor
sus est patíbulo.
fixa clavis víscera,
ıs manus vestígia:
ptiónis grátia,
molàta est hóstia.
vulnerátus ínsuper
ıe diræ lánceæ:
lavàret crímine,
unda sánguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens, In natiónibus
Regnávit à ligno Deus.

Hic fit divisio ad Laudes.

Arbor decóra & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite,
Tam sancta membra tángere.
Beáta cujus bráchiis
Secli pepéndit prétium:
Statéra facta est córporis,
Prædámque tulit tártaris.

Hic accipimus veniam.

O Crux ave spes única
Hoc Passiónis témpore,
Auge piis justítiam,
Reísque dona véniam.
Te summa Deus Trínitas,
Collaúdet omnis spíritus:
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sécula. Amen.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A viro iniquo líbera me.

Ad Magnificat.

Antiph. Ego sum, qui testimónium *
perhíbeo de meípso: & testimónium
pérhibet de me, qui misit me, Pater.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus ꟸ fa-
míliam tuam propítius réspice: ut
te largiénte, regátur in córpore ꟸ & te
servánte, custodiátur in mente: Per
Dóminum.

In hoc Sabbato consueta suffragia usque ad secundam post Octavas Paschæ feriam in Vesperis & Laudibus intermittimus, & usque ad Sabbatum sanctum (exceptis xii. lectionum Festis) ad Responsoria, vel Responsiuncula in Vesperis, ad Veníte, *ad Responsoria in Matutinis & Laudibus, & ad Introitus Missarum Quadra-*

ram inhabitábilem & ínviam, per terram sitis, & imáginem mortis, per terram, in qua non ambulávit vir, neque habitávit homo?

℟. Vide quia tríbulor, velóciter exaúdi me. † Inténde ánimæ meæ. & líbera eam, propter inimícos meos éripe me Dómine.

℣. Líbera me ab his qui odérunt me, & de profúndis aquárum. Inténde.

In tertio Nocturno.

Antiph. Tulérunt lápides * ut jácerent in Jesum, Jesus autem abscóndit se, & exívit de templo. *Cantic.* Dedúcant. *pag.* 114.

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.

℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 8.

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum. Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico vobis ˥ quare non créditis mihi? Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 18.

PEnsáte (fratres charíssimi) mansuetúdinem Dei. Relaxáre peccáta vénerat, & dicébat ˥ Quis ex vobis árguet me de peccáto? Non dedignátur ex ratióne osténdere se peccatórem non esse : qui ex virtúte Divinitátis póterat peccatóres justificáre. Sed terríbile valde est quod súbditur. Qui ex Deo est, verba Dei audit ˥ proptérea vos non audítis : quia ex Deo non estis.

℟. Deus meus éripe me de manu peccatóris, & de manu contra legem agéntis, & iníqui. † Quóniam tu es patiéntia mea.

℣. Deus ne elongéris à me, Deus meus in auxílium meum réspice.

Lectio decima.

SI enim ipse verba Dei audit Deo est : & audíre verba eju potest quisquis ex illo non est : roget se unusquísque si verba aure cordis pércipit : & intéllige sit. Cæléstem pátriam desideráre tas jubet ˥ carnis desidéria cont mundi glóriam declináre ˥ alié appétere : própria largíri.

℟. Qui custodiébant ánimam concílium fecérunt in unum, di † Deus derelíquit eum, persequ & comprehéndite eum, quia non líberet eum, Deus meus ne elon me, Deus meus in adjutórium inténde.

℣. Omnes inimíci mei advérs cogitábant mala mihi, verbum in mandavérunt advérsùm me, di Deus.

Lectio undecima.

PEnset ergo apud se unusq vestrûm ˥ si hæc vox Dei i cordis ejus convāluit : & quia Deo sit agnóscit. Nam sunt no qui præcépta Dei nec aure c percípere dignántur. Et sunt no qui hæc quidem córporis aure piunt : sed nullo ea mentis de compleçtúntur.

℟. Locúti sunt advérsùm me dolósa, & sermónibus ódii circ dérunt me, pro eo ut dilígerent trahébant mihi. † Ego autem or

℣. Et posuérunt advérsùm m pro bonis, & ódium pro dil mea. Ego autem.

Lectio duodecima.

ET sunt nonnúlli ˥ qui libént ba Dei suscípiunt : ita ut ét

flétibus compungántur ⁊ sed post lacrymárum tempus : ad iniquitátem rédeunt. Hi profécto verba Dei non aúdiunt : qui hæc exercére in ópere contémnunt. Vitam ergo vestram (fratres charíssimi) ante mentis óculos revocáte : & alta consideratióne pertiméscite hoc quod ex ore Veritátis sonat ⁊ Proptérea vos non audítis : quia ex Deo non estis.

℟. Adjútor & suscéptor meus tu es, Dómine ,& in verbum tuum sperávi. † Declináte à me malígni , & scrutábor mandáta Dei mei.

℣. Iníquos ódio hábui , & legem tuam diléxi. Declináte.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 8.

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum. Quis ex vobis árguet me de peccáto ? Si veritátem dico vobis ⁊ quare non créditis mihi ? Qui ex Deo est : verba Dei audit. Proptérea vos non audítis : quia ex Deo non estis. Respondérunt ergo Judæi : & dixérunt ei. Nonne bene dícimus nos, quia Samaritánus es tu , & dæmónium habes ? Respóndit Jesus. Ego dæmónium non hábeo ⁊ sed honorífico Patrem meum: & vos inhonoráftis me. Ego autem non quæro glóriam meam : est qui quærat, & júdicet. Amen , amen dico vobis ⁊ si quis sermónem meum serváverit : mortem non vidébit in ætérnum. Dixérunt ergo Judæi. Nunc cognóvimus : quia dæmónium habes. Abraham mórtuus est, & prophétæ ⁊ & tu dicis , Si quis sermónem meum serváverit : non gustábit mortem in ætérnum. Nunquid tu major es patre nostro Abraham , qui mórtuus est ? Et prophétæ mórtui sunt. Quem teipsum facis ? Respóndit Jesus. Si ego glorífico meípsum : glória mea nihil est. Est Pater meus qui gloríficat me , quem vos dícitis , quia Deus vester est : & non cognovístis eum. Ego autem novi eum. Et si díxero , quia non scio eum : ero símilis vobis mendax. Sed scio eum : & sermónem ejus servo. Abraham pater vester exultávit ut vidéret diem meum : vidit , & gavísus est. Dixérunt ergo Judæi ad eum. Quinquagínta annos nondum habes ⁊ & Abraham vidísti ? Dixit eis Jesus. Amen, amen dico vobis ⁊ ántequam Abraham fieret : ego sum. Tulérunt ergo lápides: ut jácerent in eum. Jesus autem abscóndit se , & exívit de templo. Amen.

Oratio. Quæsumus omníp. *pag.* 301.

Ad Laudes , *Antiph.*

VIde Dómine * afflictiónem meam , quóniam eréctus est inimícus meus. *Psalm.* Miserére mei. *pag.* 6.

Antiph. In tribulatióne * invocávi Dóminum , & exaudívit me in latitúdine. *Psalmus.* Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. Nunquid rédditur * pro bono malum , quia fodérunt fóveam ánimæ meæ ? *Psalmus.* Deus Deus. *pag.* 26.

Antiph. Judicásti Dómine * causam ánimæ meæ, defénsor vitæ meæ Dómine Deus meus. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Pópule meus * quid feci tibi, aut quid moléstus fui ? respónde mihi. *Psalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Atténde. *pag.* 301.

℟. Erue à frámea Deus ánimam meam. † Et de manu canis únicam meam.

℣. Salva me ex ore leónis, & à córnibus unicórnium humilitátem meam. Et de manu.

℟. Erue.

Hymnus. Arbor decóra. *pag.* 301.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.

℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus.

Antiph. Amen, amen dico vobis, * si quis sermónem meum serváverit : mortem non vidébit in ætérnum.

Oratio. Quæsumus omníp. *pag.* 301.

Ad Primam.

Antiph. Vide Dómine. *pag.* 305.

Capitulum. Dómine miserére. *pag.* 4.

Ad Tertiam.

Antiph. Nunquid rédditur. *pag.* 305.

Capitulum. Atténde. *pag.* 301.

℣. Erue à frámea. *pag.* 302.

Oratio. Quæsumus omníp. *pag.* 301.

Ad Sextam.

Antiph. Judicásti Dómine. *pag.* 305.

Capitulum. *Philipp.* 2.

CHristus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem : mortem autem Crucis.

℟. Deo grátias.

℣. De ore leónis. *pag.* 303.

Oratio Pópuli tui. *pag.* 299.

Ad Nonam.

Antiph. Pópule meus. *pag.* 305.

Capitulum. *Hebræor.* 9.

CHristus assístens póntifex futurórum bonórum ⁊ per ámplius & perféctius tabernáculum non manu factum, id est, non hujus creatiónis : neque per sánguinem hircórum aut vitulórum ⁊ sed per proprium sánguinem introivit semel in sancta : ætérna redemptióne invénta.

℟. Deo grátias.

℣. Ne perdas cum. *pag.* 304.

Oratio. Da quæsumus. *pag.* 300.

Ad Vesperas.

Antiph. Dixit Dóminus. *cum cæteris.*

Capit. Atténde. *pag.* 301.

℟. De ore leónis libera me D[...]

† Et à córnibus unicórnium hu[...] tem meam.

℣. Erue à frámea Deus ánimam [...] & de manu canis únicam meam.

℟. De ore leónis.

Hymn. Vexílla. *pag.* 301.

℣. Eripe me Dómine. *pag.* 3[...]

Ad Magnificat.

Antiph. Abraham * pater vester [...] távit, ut vidéret diem meum : vi[...] gavísus est.

Oratio. Quæsumus. *pag.* 301.

FERIA SECUN[...]

Invitat. Antiph. & Psalmi de psa[...]

Hymn. Vexílla. *pag.* 301.

℣. Erue à frámea. *pag.* 302.

Lectio prima.

ET indúxi vos in terram Car[...] ut comederétis fructum ejus, [...] tima illíus. Et ingréssi contami[...] terram meam : & hæreditátem [...] posuístis in abominatiónem. Sace[...] non dixérunt ⁊ Ubi est Dóminu[...] tenéntes legem nesciérunt me : & [...] res prævaricáti sunt in me. Et pr[...] tæ prophetavérunt in Baal : & id[...] cúti sunt. Hæc dicit.

Lectio secunda.

PRoptérea adhuc judicio conté[...] vobíscum, ait Dóminus : & [...] filiis vestris disceptábo. Transite [...] sulas Cethim, & vidéte : & in [...] mittite, & consideráte vehemén[...] & vidéte si factum est hujuscémo[...] mutávit gens deos suos ⁊ & certè ip[...] sunt dii : pópulus verò meus m[...] glóriam suam in idólum. Obstup[...] cæli super hoc : & portæ ejus desol[...] veheménter, dicit Dominus.

Lectio tertia.

[...]o enim mala fecit pópulus meus. [...]e dereliquérunt fontem aquæ & fodérunt ſibi ciſtérnas : ciſtér[...]ipátas quæ continére non valent Nunquid ſervus eſt Iſraël,aut ver[...] ? Quare ergo factus eſt in præ[...]uper eum rugiérunt leónes ✝ & [...]t vocem ſuam : poſuérunt ter[...]s in ſolitúdinem. Civitátes ejus [...]ſunt : & non eſt qui hábitet in

In ſecundo Nocturno.

[...]. Chriſtus factus eſt. *pag.* 306.
[...]e ore leónis líbera me. *pag.* 303.

Oratio.

[...]pice quæſumus Dómine ſuper [...]anc famíliam tuam ✝ pro qua [...]us noſter Jeſus Chriſtus non du[...] mánibus tradi nocéntium : & [...]ubíre torméntum. Qui tecum.

Ad Laudes.

[...]. Chriſtus aſsiſtens. *pag.* 306.
[...]rue. *pag.* 305.
[...]. Arbor. *pag.* 301.
[...]ripe *pag.* 306.

Ad Benedictus.

[...]h. In die magno feſtivitátis * ſta[...]us, & clamábat, dicens : Si quis [...]éniat ad me, & bibat.

[...]*ratio ad Laudes & Tertiam.*

[...]ctífica, quæſumus Dómine, noſtra [...]inia ✝ & cunctárum nobis indul[...]n propítius largíre culpárum:Per.

[...]*oras, Antiphonæ feriales de pſalterio.*

Ad Tertiam.

Capitulum. *Jerem.* 17.

[...]mine, omnes qui te derelín[...]unt, confundéntur ✝ recedéntes [...] terra ſcribéntur : quóniam de[...]runt venam aquárum vivéntium [...]um. Sana me Dómine & ſanábor ✝ ſalvum me fac, & ſalvus ero : quóniam laus mea tu es.

℟. Deo grátias.
℣. Erue. *pag.* 302.
Oratio. Sanctífica. *ut ſupra.*

Ad Sextam.

Capitulum. *Iſaiæ.* 50.

FAciem meam non avérti ab increpántibus & conſpuéntibus in me : Dóminus Deus auxiliátor meus, ídeo non ſum confúſus.

℟. Deo grátias.
℣. De ore leónis. *pag.* 303.
Oratio ferialis.

Ad Nonam.

Capitulum. *Jerem.* 17.

COnfundántur qui me perſequúntur, & non confúndar ego ✝ páveant illi & non páveam ego : induc ſuper eos diem afflictiónis ✝ & dúplici contritióne cóntere eos : Dómine Deus noſter.

℟. Deo grátias.
℣. Ne perdas cum ímpiis. *pag.* 304.
Oratio ferialis.

Ad Veſperas.

Antiphonæ feriales.
Capitulum. Atténde. *pag.* 301.
℟. De ore leónis. *pag.* 306.
Hymnus. Vexílla. *pag.* 301.
℣. Eripe me Dómine. *pag.* 301.

Ad Magnificat.

Ant ph. Si quis ſitit, * véniat & bibat, & de ventre ejus fluent aquæ vivæ.

Oratio.

DA quæſumus Dómine pópulo tuo ſalútem mentis & córporis : ut bonis opéribus inhæréndo ✝ tua ſemper mereátur protectióne deféndi : Per.

Ferialibus diebus uſque ad Cœnam Domini, omnia ſicut in dicta feria ſecunda.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

FIlii quoque Mémpheos & Taphnes constupravérunt te usque ad vérticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquísti Dóminum Deum tuum, eo témpore, quo ducébat te per viam? Et nunc quid tibi vis in via Ægypti † ut bibas aquam túrbidam? Et quid tibi cum via Assyriórum † ut bibas aquam flúminis? Arguet te malítia tua: & avérsio tua increpábit te. Hæc dicit.

Lectio secunda.

SCito, & vide, quia malum & amárum est, reliquísse te Dóminum Deum tuum † & non esse timórem mei apud te: dicit Dóminus Deus exercítuum. A século confregísti jugum meum † rupísti víncula mea, & dixísti: Non sérviam. In omni enim colle sublími: & sub omni ligno frondóso tu prosternebáris méretrix.

Lectio tertia.

EGo autem plantávi te víneam eléctam: omne semen verum. Quómodo ergo convérsa est mihi in pravum vínea aliéna? Si láveris te nitro † & multiplicáveris tibi herbam borith: maculáta es in iniquitáte tua coram me, dicit Dóminus Deus. Quómodo dicis † Non sum pollúta, post Baálim non ambulávi? Vide vias tuas in conválle † scito quid féceris: cursor levis éxplicans vias suas.

Ad Benedictus.

Antiph. Tempus meum * nondum advénit, tempus autem vestrum semper est parátum.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

NOstra tibi, Dómine quæsumus, sint accépta jejúnia: quæ nos & expiándo grátia tua dignos effícia & ad remédia perdúcant ætérna: I

Ad Magnificat.

Antiph. Vos ascéndite * ad dien tum hunc, ego autem non ascénd quia tempus meum nondum advén

Oratio.

DA nobis quæsumus Dómine, severántem in tua voluntáte f látum † ut in diébus nostris, & m & número pópulus tibi sérviens au tur: Per Dóminum.

FERIA QUARTA

Lectio prima.

ONager assuétus in solitúdine desidério ánimæ suæ attráxit tum amóris sui: nullus avértet Omnes qui quærunt eam, non defic in ménstruis ejus invénient eam. hibe pedem tuum à nuditáte: & gu tuum à siti. Et dixísti. Desperávi quáquam fáciam. Adamávi quippe nos: & post eos ambulábo. Hæc d

Lectio secunda.

QUómodo confúnditur fur qu deprehénditur † sic confúsi domus Isráël: ipsi & reges eórum, cipes, & sacerdótes, & prophétæ rum † dicéntes ligno, Pater meus e & lápidi, Tu me genuísti. Vertéru me tergum, & non fáciem † & in pore afflictiónis suæ, dicent: Surg líbera nos. Ubi sunt dii tui, quo císti tibi? Surgant, & líberent témpore afflictiónis tuæ.

Lectio tertia.

SEcúndùm númerum quippe ci tum tuárum: erant dii tui Quid vultis mecum judício contén Omnes dereliquístis me: dicit Dóm Frustra percússi fílios vestros: dis

n recepérunt. Devorávit gládius rophétas vestros: quasi leo vastá- nerátio vestra. Vidéte verbum . Nunquid solitúdo factus sum ꟸ aut terra serótina?

Ad Benedictus.

℟. Oves meæ * vocem meam aú- & ego Dóminus agnósco eas.

atio ad Laudes & Tertiam.

tificáto hoc jejúnio, Deus tuó- corda fidélium miserátor illú- quibus devotiónis præstas affé- præsta supplicántibus pium be- audítum: Per Dóminum.

Ad Magnificat.

℟. Multa bona ópera * operátus bis, propter quod horum vultis ídere?

Oratio.

ésto supplicatiónibus nostris om- potens Deus: & quibus fidúciam æ pietátis indúlges ꟸ consuétæ ordiæ tribue benígnus efféctum: ninum nostrum Jesum Christum tuum ꟸ qui tecum vivit & re- unitáte.

RIA QVINTA.

Lectio prima.

are ergo dixit pópulus meus ꟸ céssimus, non veniémus ultra Nunquid oblivíscétur virgo or- i sui, aut sponsa fásciæ pectorá- Populus verò meus oblítus est bus innúmeris. Quid níteris bo- téndere viam tuam ad quærén- ectiónem ꟸ quæ ínsuper & malí- docuísti vias tuas ꟸ & in alis tuis s est sanguis animárum paúpe- nnocéntum? Non in fossis invéni d in ómnibus quæ supra memo- æc dicit.

Lectio secunda.

ET dixísti. Absque peccáto, & ínno- cens ego sum: & proptérea avertá- tur furor tuus à me. Ecce ego judício conténdam tecum ꟸ eò quòd díxeris: Non peccávi. Quàm vilis facta es, ni- mis íterans vias tuas. Et ab Ægypto confundéris: sicut confúsa es ab Assur. Nam & ab ista egrediéris ꟸ & manus tuæ erunt super caput tuum: quóniam obtrívit Dóminus confidéntiam tuam, & nihil habébis prósperum in ea.

Lectio tertia.

VUlgò dícitur. Si dimíserit vir uxó- rem suam, & recédens ab eo, dú- xerit virum álterum ꟸ nunquid reverté- tur ad eam ultrà? Nunquid non pollúta & contamináta erit múlier illa? Tu au- tem fornicáta es cum amatóribus mul- tis ꟸ tamen revértere ad me, dicit Dó- minus: & ego suscípiam te. Leva ócu- los tuos in diréctum: & vide ubi non prostráta sis.

Ad Benedictus.

Antiph. Múlier * quæ erat in civitáte peccátrix áttulit alabástrum unguénti, & stans secus pedes Jesu, lácrymis cœ- pit rigáre pedes ejus, & capíllis cápitis sui tergébat.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut dígnitas conditiónis humánæ per immoderántiam sauciáta ꟸ medicinális parsimóniæ stúdio reformétur: Per.

Ad Magnificat.

Antiph. Dixit autem Jesus * ad mulíe- rem, Fides tua te salvam fecit, vade in pace.

Oratio.

ESto Dómine quæsumus propítius plebi tuæ: ut quæ tibi non placent, respuéntes ꟸ tuórum pótiùs repleántur

delectatiónibus mandatórum : Per Dóm.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

IN viis sedébas, expéctans eos, quasi latro in solitúdine : & polluísti terram in fornicatiónibus tuis, & in malítiis tuis. Quam ob rem prohíbitæ sunt stillæ pluviárum : & serótinus imber non fuit. Frons mulíeris meretrícis facta est tibi : noluísti erubéscere. Ergo saltem ámodo voca me, Pater meus : dux virginitátis meæ tu es. Nunquid irascéris in perpétuum † aut perseverábis in finem ? Ecce locúta es, & fecísti mala : & potuísti. Hæc dicit.

Lectio secunda.

ET dixit Dóminus ad me in diébus Josíæ regis. Nunquid vidísti quæ fécerit aversátrix Israël ? Abiit sibimet super omnem montem excélsum, & sub omni ligno frondóso : & fornicáta est ibi. Et dixi, cùm fecísset hæc ómnia † Ad me revértere : & non est revérsa. Et vidit prævaricátrix soror ejus Juda, quia pro eo, quòd mœcháta esset aversátrix Israël, dimisíssem eam † & dedíssem ei libéllum repúdii : & non tímuit prævaricátrix Juda soror ejus.

Lectio tertia.

SEd ábiit, & fornicáta est étiam ipsa † & facilitáte fornicatiónis suæ contaminávit terram : & mœcháta est cum lápide & ligno. Et in ómnibus his non est revérsa ad me prævaricátrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendácio : ait Dóminus. Et dixit Dóminus ad me. Justificávit ánimam suam aversátrix Israël : comparatióne prævaricatrícis Judæ.

Ad Benedictus.

Antiph. Príncipes sacerdótum * concílium fecérunt ut Jesum occíde[r] dicébant autem, non in die fest[o] fortè tumúltus fíeret in pópulo.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

COrdibus nostris quæsumus D[omine] grátiam tuam benígnus inf[unde] ut peccáta nostra castigatióne volu[ntaria] cohibéntes † temporáliter pótiùs m[aceremur], quàm supplíciis deputémur [ætér]nis : Per Dóminum.

Sabbato ante Dominicam Palm[arum] celebratur Solennitas Compassionis [B.] V. Mariæ, nisi ibidem Festum Ann[unciationis] fieri contingat ; Tunc enim Compassionis Solennitas ad primam vacantem hebdomadæ sequentis tra[nsfer]tur. Vide Officium illius Festi in S[anctor]ali post Festum Annuntiationis; Fit [et] commemoratio ad primas Vesperas de [Domi]nio per Antiph. Mittens hæc múli[er] corpus meum hoc unguéntum, a[d se]peliéndum me fecit.

℣. Eripe me Dómine. *pag.* 30[…]

Oratio.

COncéde quæsumus omnip[otens] Deus : ut qui protectiónis tu[æ grá]tiam quærimus † liberáti à malis [ómni]bus, secúra tibi mente serviámus :

Ad Laudes quoque fit comm. de J[…]

Antiph. Nemo tollit à me * áni[mam] meam, sed ego pono eam, & it[erum] sumo eam.

℣. Eripe me de inimícis. *pag.* 30[…]

Oratio.

PRofíciat, quæsumus Dómine, tibi dicáta piæ devotiónis affe[ctio] ut sacris actiónibus erudíta : q[uo] majestáti tuæ fit grátior † tantò potióribus augeátur : Per Dómin[um].

Secundæ Vesperæ à Capitulo fi[unt de] Dominica cum commemor. Solennit. & 3. Lectionum si occurrat.

DOMINICA PALMARUM.

Ad primas Vesperas.

Capitulum. *Philipp. 2.*

HOc sentíte in vobis quod & in Christo Jesu : qui cùm in forma Dei esset ꟸ non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo : sed semetipsum exinanívit, formam servi accípiens ꟸ in similitúdinem hóminum factus : & hábitu invéntus, ut homo.

Magnum ℟. Fratres mei elongavérunt à me, & noti mei. † Quasi aliéni recessérunt à me.

℣. Dereliquérunt me próximi mei, & qui me nóverant. Quasi.

℟. Fratres. *Et dicitur ad Vesper. usque ad Cœnam Domini. Et dum dicitur hoc* ℟. *stamus versa facie ad altare, excepto Sabbato.*

Hymn. Vexílla. *pag.* 301.

℣. Eripe me Dómine ab. *pag.* 301.

Ad Magnificat.

Antiph. Potestátem hábeo * ponéndi ánimam meam, & íterum suméndi eam.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, & crucem subíre fecísti ꟸ concéde propítius : ut & patiéntiæ ipsíus habére documénta ꟸ & Resurrectiónis consórtia mereámur : Per eúmdem.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Ipsi verò non cognovérunt vias meas. Quibus jurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam.

Psalm. Veníte exult. *pag.* 16.

Cætera usque ad Lectiones sicut in præcedenti Dominica.

Lectio prima.

VAde, & clama sermónes istos contra Aquilónem : & dices. Revértere aversátrix Israël, ait Dóminus, & non avértam fáciem meam à vobis ꟸ quia sanctus ego sum, dicit Dóminus : & non iráscar in perpétuum. Verúmtamen scito iniquitátem tuam, quia in Dóminum Deum tuum prævaricáta es : & dispersísti vias tuas aliénis sub omni ligno frondóso : & vocem meam non audísti, ait Dóminus. Hæc dicit.

℟. In die qua invocávi te, Dómine, dixísti noli timére. † Judicásti causam meam, & liberásti me Deus meus.

℣. Vidísti omnem furórem, univérsas cogitatiónes eórum advérsùm me. Judicásti.

Lectio secunda.

COnvertímini filii reverténtes, dicit Dóminus : quia ego vir vester ꟸ & assúmam vos unum de civitáte, & duos de cognatióne : & introdúcam vos in Sion. Et dabo vobis pastóres juxta cor meum : & pascent vos sciéntia & doctrína. Cùmque multiplicáti fuéritis, & crevéritis in terra in diébus illis, ait Dóminus ꟸ non dicent ultrà : Arca testaménti Dómini ꟸ neque ascéndet super cor, neque recordabúntur illíus : nec visitábitur, nec fiet ultrà.

℟. Noli esse mihi Dómine aliénus, parce mihi in die mala : confundántur omnes qui me persequúntur. † Et non confúndar ego.

℣. Induc super eos diem afflictiónis, & dúplici contritióne cóntere eos. Et.

Lectio tertia.

IN témpore illo, vocábunt Jerúsalem sólium Dómini ꟸ & congregabúntur ad eam omnes Gentes in nómine Dómini in Jerúsalem : & non ambulábunt post pravitátem cordis sui péssimi. In diébus illis ibit domus Juda ad domum Israël : & vénient simul de terra Aqui-

lónis, ad terram quam dedi pátribus veſtris.

℟. Atténde Dómine ad me, & audi vocem adverſariórum meórum. † Nunquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ?

℣. Recordáre quòd ſtéterim in conſpéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis. Nunquid.

Lectio quarta.

EGo autem dixi. Quómodo ponam te in filios, & tríbuam tibi terram deſiderábilem ᵕ hæreditátem præcláram exercítuum Géntium? Et dixi. Patrem vocábis me: & poſt me íngredi non ceſſábis. Sed quómodo ſi contémnat múlier amatórem ſuum: ſic contémpſit me domus Iſraël, dicit Dóminus.

℟. Dóminus mecum eſt tanquam bellátor fortis, proptérea perſecúti ſunt me, & intellígere non potuérunt: Dómine probans renes & corda. † Tibi revelávi cauſam meam.

℣. Audívi enim contumélias multórum, & terrórem in circúitu. Tibi.

Lectio quinta.

VOx in viis audíta eſt, plorátus & ululátus filiórum Iſraël: quóniam iníquam fecérunt viam ſuam, obliti ſunt Dómini Dei ſui. Convertímini filii reverténtes: & ſanábo averſiónes veſtras. Ecce nos venímus ad te: tu enim es Dóminus Deus noſter. Verè mendáces erant colles, & multitúdo móntium: verè in Dómino Deo noſtro ſalus Iſraël.

℟. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam, & cum viris ſánguinum. † Vitam meam.

℣. Ne ſimul tradas me cum peccatóribus, & cum operántibus iniquitátem. Vitam meam.

Lectio ſexta.

COnfúſio comédit labórem pat[...] noſtrórum ab adoleſcéntia no[...] greges eórum, & arménta eórum, f[...] eórum, & fílias eórum. Dormiému[...] confuſióne noſtra, & opériet nos i[...] mínia noſtra ᵕ quóniam Dómino [...] noſtro peccávimus nos, & patres n[...] ab adoleſcéntia noſtra uſque ad d[...] hanc: & non audívimus vocem Dó[...] ni Dei noſtri.

℟. Eripe me de inimícis meis, D[...] meus. † Et ab inſurgéntibus in m[...] bera me.

℣. Eripe me de operántibus ini[...] tátem, & de viris ſánguinum ſalva [...] Et ab inſurg.

Lectio ſeptima.

SI revertéris Iſraël, ait Dóminus [...] me convértere: ſi abſtúleris offe[...] cula tua à fácie mea, non commov[...] ris. Et jurábis. Vivit Dóminus in v[...] táte, & in judício, & in juſtítia: & [...] nedícent eum Gentes, ipſúmque la[...] bunt. Hæc enim dicit Dóminus [...] Juda & Jerúſalem. Nováte vobis [...] vále: & nolíte ſérere ſuper ſpinas.

℟. Salvum me fac Deus, quón[...] intravérunt aquæ uſque ad ánim[...] meam: non avértas fáciem tuam à m[...] Quóniam tríbulor, exaúdi me Dóm[...] Deus meus.

℣. Inténde ánimæ meæ, & li[...] eam. Quóniam.

Lectio octava.

CIrcumcidímini Dómino, & au[...] præpútia córdium veſtrórum [...] Juda, & habitatóres Jerúſalem: ne [...] tè egrediátur ut ignis indignátio m[...] & ſuccendátur, & non ſit qui e[...] guat: propter malítiam cogitatió[...] veſtrárum. Annuntiáte in Juda, &

Jerúsalem audítum fácite ˥ loquímini, & cánite tuba in terra : clamáte fórtiter, & dícite. Congregámini, & ingrediámur civitátes munítas : leváte signum in Sion. Confortámini, nolíte stare ˥ quia malum ego addúco ab Aquilóne : & contritiónem magnam.

℟. Deus Israël propter te sustínui oppróbrium, opéruit reveréntia fáciem meam : extráneus factus sum frátribus meis, & hospes fíliis matris meæ. † Quóniam zelus domus tuæ comédit me.

℣. Impropéria improperántium tibi cecidérunt super me. Quóniam.

In tertio Nocturno.

Antiph. Quid moléſti eſtis * huic mulíeri ? opus enim bonum operáta eſt in me. *Cantic.* Dedúcant. *pag.* 114.

℣. Ne perdas. *pag.* 304.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 21.

IN illo témpore : Cùm appropinquásset Jesus Jerosólymis ˥ & venísset Béthphage ad montem Olivéti : tunc misit duos discípulos, dicens eis. Ite in castéllum quod contra vos est : & statim inveniétis ásinam alligátam, & pullum cum ea. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Hierónymi Presbyteri. *Lib.* 3. *in Matth.*

EGréditur de Jéricho turbis edúctis inde quamplúrimis, & cæcis rédditа sanitáte ˥ appropínquat Jerosólymis, magnis ditátus mércibus : salúte credéntium rédditа ˥ íngredi cupit urbem pacis : & locum visiónis Dei, & arcem speculatórii. Tu autem.

℟. Vide quia tríbulor, velóciter exáudi me. † Inténde ánimæ meæ, & líbera eam, propter inimícos meos éripe me Dómine.

℣. Líbera me ab his qui odérunt me, & de profúndis aquárum. Inténde.

Lectio decima.

CUmque appropinquáret Jerosólymis, & venísset Béthphage ad domum maxillárum : qui sacerdótum vículus erat ˥ & confessiónis portábat typum : & erat situs in monte Olivéti ˥ ubi lumen sciéntiæ, ubi dolórum & labórum réquies : misit duos discípulos suos ˥ Theoréticen & Práćticen, id eſt, sciéntiam & óperam : ut ingrederéntur castéllum.

℟. Ne avértas fáciem tuam à púero tuo Dómine. † Quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.

℣. Secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum réspice in me. Quóniam.

Lectio undecima.

DIxítque eis. Ite in castéllum quod contra vos eſt. Contra Apóstolos enim erat : nec jugum doctrinárum volébat accípere. Et statim (inquit) inveniétis ásinam alligátam & pullum cum ea. Sólvite, & addúcite mihi. Alligáta erat ásina multis vínculis peccatórum. Pullus quoque lascívus & frænórum impátiens ˥ cum matre (secúndùm Evangélium Lucæ) multos habébat dóminos : non uni erróri, & dógmati súbditus.

℟. Oppróbrium factus sum inimícis meis, vidérunt me, & movérunt cápita sua. † Adjuva me Dómine Deus meus.

℣. Locúti sunt advérsùm me lingua dolósa, & sermónibus ódii circumdedérunt me. Adjuva.

Lectio duodecima.

TAmen multi dómini, qui sibi illícitam potestátem vendicábant ˥ vidéntes verum Dóminum, & servos ejus venísse, qui ad solvéndum missi fúerant : non audent resístere. Quæ

ſit autem áſina & pullus áſinæ, dicémus in ſúbditis.

℟. Fratres mei. *pag.* 311.

Sequéntia ſancti Evangélii : ſecúndùm Matthæum. *Matth.* 21.

IN illo témpore : Cùm appropinquáſſet Jeſus Jeroſólymis ˀ & veniſſet Béthphage ad montem Olivéti : tunc miſit duos diſcípulos, dicens eis. Ite in caſtéllum, quod contra vos eſt : & ſtatim inveniétis áſinam alligátam, & pullum cum ea. Sólvite : & addúcite mihi. Et ſi quis vobis áliquid díxerit ˀ dícite quia Dóminus his opus habet : & conféſtim dimíttet eos. Hoc autem totum factum eſt : ut adimplerétur quod dictum eſt per prophétam dicéntem. Dícite fíliæ Sion. Ecce Rex tuus venit tibi manſuétus : ſedens ſuper áſinam & pullum filium ſubjugális. Eúntes autem diſcípuli : fecérunt ſicut præcépit illis Jeſus. Et adduxérunt áſinam & pullum ˀ & impoſuérunt ſuper eos veſtiménta ſua : & eum déſuper ſedére fecérunt. Plúrima autem turba ſtravérunt veſtiménta ſua in via. Alii autem cædébant ramos de arbóribus : & ſternébant in via. Turbæ autem quæ præcedébant, & quæ ſequebántur : clamábant, dicéntes. Hoſánna filio David : benedíctûs qui venit in nômine Dómini. Amen.

Oratio. Omnípotens ſemp. *pag.* 311.

Ad Laudes. *Antiph.*

DOminus * Deus auxiliátor meus, & ídeo non ſum confúſus. *Pſalm.* Miſerére. *pag.* 6.

Antiph. Circumdántes * circumdedérunt me, & in nómine Dómini vindicábor in eis. *Pſalm.* Confitémini. *pag.* 25.

Antiph. Tibi revelávi * cauſam meam Dómine, deſénſor vitæ meæ, Dómine Deus meus. *Pſalmus.* Deus. *pag.*

Antiph. Non ſis mihi * tu form[illegible] ſpes mea in die afflictiónis meæ. *C[illegible]* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Confundántur * qui m[illegible] ſequúntur, & non confúndar ego[illegible] mine Deus meus. *Pſalmus.* Laudat[illegible] minum. *pag.* 27.

Capitulum. Hoc ſentíte. *pag.* 31[illegible]

℟. Príncipes perſecúti ſunt me g[illegible] & à verbis tuis formidávit cor me[illegible] Lætábor ego ſuper elóquia tua.

℣. Quaſi qui invénit ſpólia m[illegible] Lætábor ego ſuper.

℟. Príncipes.

Hymn. Arbor decóra. *pag.* 30[illegible]

℣. Eripe me de. *pag.* 306.

Ad Benedictus.

Antiph. Hoſánna * filio David, [illegible] díctus qui venit in nómine Dó[illegible] Hoſánna in excélſis.

Oratio. Omnípotens ſemp. *pag.*

Ad Primam.

Antiph. Dóminus. *ut ſupra.*

Capitulum. Dómine miſerére. *p[illegible]*

Ad Tertiam.

Antiph. Tibi revelávi. *ut ſupra.*

Capitulum. Hoc ſentíte. *pag.* 3[illegible]

℣. Erue à frámea. *pag.* 302.

Oratio. Omnípotens ſemp. *pag.*

Ad Sextam.

Antiph. Non ſis mihi. *ut ſupra*

Capitulum. Chriſtus factus. *pag.*

℣. De ore leónis. *pag.* 303.

Oratio. Eſto Dómine. *pag.* 309.

Ad Nonam.

Antiph. Confundántur. *ut ſupr[illegible]*

Capitul. Chriſtus aſsiſtens. *pag.*

Ad Veſperas.

Antiph. Dixit Dóminus. *cum cæt[illegible]*

Capitulum. Hoc ſentíte. *pag.* 3[illegible]

℟. Fratres mei. *pag.* 311.

nnus. Vexílla Regis. *pag.* 301.
ripe me Dómine ab. *pag.* 301.

Ad Magnificat.

iph. Scriptum eft * enim, Percú- aftórem, & difpergéntur oves : poftquam autem refurréxero, am vos in Galilæam, ibi me vi- , dicit Dóminus.

tio. Omnípotens femp. *pag.* 311.

RIA SECUNDA.

Lectio prima.

céndit leo de cubíli fuo, & præ- o Géntium fe levávit ⁊ egréffus oco fuo, ut ponat terram tuam túdinem : civitátes tuæ vaftabún- manéntes abfque habitatóre. Su- accíngite vos cilíciis ⁊ plángite áte : quia non eft avérfa ira fu- ómini à nobis. Hæc dicit.

Lectio fecunda.

erit in die illa, dicit Dóminus ⁊ ibit cor regis, & cor príncipum, péfcent facerdótes : & prophé- fternabúntur. Et dixi. Heu, heu, ómine Deus ⁊ Ergóne decepífti m iftum, & Jerúfalem, dicens ⁊ t vobis : & ecce pervénit gládius ad ánimam.

Lectio tertia.

mpore illo dicétur pópulo huic & falem. Ventus urens in viis, quæ deférto viæ fíliæ pópuli mei : non tilándum, & ad purgándum. Spí- lenus ex his véniet mihi : & nunc uar judícia mea cum eis. Ecce ubes afcéndet, & quafi tempéftas ejus ⁊ velocióres áquilis equi æ nobis, quóniam vaftáti fumus.

Ad Laudes. Antiph.

em meam * non avérti ab incre- tibus, & confpuéntibus in me.

Pfalm. Miferére. *pag.* 6.

Antiph. Inundavérunt aquæ * fuper caput meum, dixi, Périi, invocábo no- men tuum Dómine Deus. *Pfalm.* Verba mea. *pag.* 38.

Antiph. Lábia infurgéntium * & co- gitatiónes eórum advérsùm me vide Dómine. *Pfalm.* Dixit injúftus. *pag.* 39.

Antiph. Appendérunt * mercédem meam trigínta argénteis, quos appre- tiátus fum ab eis. *Canticum.* Confité- bor. *pag.* 39.

Antiph. Frámea * fufcitáre advérsùs eos, qui difpérgunt gregem meum. *Pfalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capit. Chriftus afsiftens. *pag.* 306.

℟. Príncipes. *pag.* 314.

Hymn. Arbor decóra. *pag.* 301.

℣. Eripe me de inimícis. *pag.* 306.

Ad Benedictus.

Antiph. María ergo * unxit pedes Je- fu, & extérfit capíllis fuis, & domus impléta eft ex odóre unguénti.

Oratio ad Laudes, & Tertiam.

DA quæfumus omnípotens Deus : ut qui in tot advérfis ex noftra infirmitáte defícimus ⁊ intercedénte Unigéniti fílii tui Paffióne refpirémus : Qui tecum vivit.

Ad omnes Horas fiat ficut in præcedenti hebdomada, excepta Oratione ad Tertiam.

Ad Vefperas.

Antiphona & Pfalmi feriales.

Capit. Atténde Dómine. *pag.* 301.

℟. Fratres mei. *pag.* 311.

Hymn. Vexílla. *pag.* 301.

℣. Eripe me Dómine ab. *pag.* 301.

Ad Magnificat.

Antiph. Turba multa * quæ convéne- rat ad diem feftum, clamábat Dómino, Benedíctus qui venit in nómine Dó- mini, Hofánna in excélfis.

Oratio.

ADjuva nos Deus ſalutáris noſter ꟸ & ad beneficia recolénda, quibus nos inſtauráre dignátus es, tribue veníre gaudéntes : Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

LAva à malítia cor tuum Jerúſalem : ut ſalva fias. Uſquequo morabúntur in te cogitatiónes nóxiæ ? Vox enim annuntiántis à Dan : & notum faciéntis idólum de monte Ephráïm. Dícite Géntibus. Ecce, audítum eſt in Jerúſalem cuſtódes veníre de terra longínqua : & dare ſuper civitátes Juda vocem ſuam. Quaſi cuſtódes agrórum facti ſunt ſuper eam in gyro : quia me ad iracúndiam provocávit, dicit Dóminus. Hæc dicit.

Lectio ſecunda.

VIæ tuæ & cogitatiónes tuæ fecérunt hæc tibi ꟸ iſta malítia tua, quia amára : quia tétigit cor tuum. Ventrem meum, ventrem meum dóleo ꟸ ſenſus cordis mei turbáti ſunt in me : non tacébo, quóniam vocem búccinæ audívit ánima mea, clamórem prælii. Contrítio ſuper contritiónem vocáta eſt : & vaſtáta eſt omnis terra ꟸ repénte vaſtáta ſunt tabernácula mea; ſúbitò pelles meæ.

Lectio tertia.

USquequo vidébo fugiéntem ꟸ áudiam vocem búccinæ ? Quia ſtultus pópulus meus me non cognóvit ꟸ filii inſipiéntes ſunt, & vecórdes ꟸ ſapiéntes ſunt, ut fáciant mala : bene autem fácere neſciérunt. Aſpéxi terram, & ecce vácua erat, & níhili : & cælos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce movebántur : & omnes colles conturbáti ſunt. Intúitus ſum, & non erat homo : & omne volátile cæli recéſſit.

Ad Laudes. Antiphona.

LIbera me Dómine, * & pon juxta te, & cujúſvis manus p contra me. *Pſalm.* Miſerére. *pag.*

Antiph. Diſcérne * cauſam mea mine, ab hómine iníquo & dolóſo me. *Pſalm.* Júdica me Deus. *pag.*

Antiph. Dum tribulárer * clam Dóminum de ventre ínferi, & ex vit me. *Pſalm.* Miſerére mei Deu ſerére. *pag* 46.

Antiph. Dómine vim pátior, pónde pro me. *Cant.* Ego dixi. *pa*

Antiph. Dixérunt ímpii, * Opp mus virum juſtum : quóniam cont eſt opéribus noſtris. *Pſalm.* La Dóminum. *pag.* 27.

Capit. Chriſtus aſsíſtens. *pag.*

℞. Príncipes. *pag.* 314.

Hymn. Arbor decóra. *pag.* 301.

℣. Eripe me de. *pag.* 306.

Ad Benedictus.

Antiph. Ante diem feſtum Paſc ſciens Jeſus quia venit ejus hora dilexíſſet ſuos qui erant in mundo nem diléxit eos.

Oratio ad Laudes & Tertiam

OMnípotens ſempitérne Deu nobis ita Domínicæ Paſſión craménta perágere ꟸ ut indulgé percípere mereámur : Per eumden

Ad Magnificat.

Antiph. Quotídie * apud vos er templo docens, & non me tenuiſ

Oratio.

TUa nos miſericórdia Deus, omni ſubreptióne vetuſtátis e get ꟸ & capáces ſanctæ novitátis ciat : Per Dóminum noſtrum J Chriſtum Filium tuum ꟸ qui tecum & regnat in unitáte Spíritus Deus : per ómnia.

RIA QUARTA.

Lectio prima.

ipéxi, & ecce Carmélus desértus ꟸ k omnes urbes ejus destrúctæ sunt Dómini: & à fácie iræ furóris ejus. nim dicit Dóminus. Desérta erit terra: sed tamen consummatiónem ciam. Lugébit terra, & mœrébunt ésuper ꟸ eò quòd locútus sum: vi ꟸ & non pœnítuit me: nec s sum ab eo. Hæc dicit.

Lectio secunda.

Voce équitis & mitténtis sagít- am, fugit omnis cívitas: ingréssi rdua ꟸ & ascendérunt rupes: uni- urbes derelíctæ sunt, & non há- n eis homo. Tu autem vastáta, ácies? Cùm vestíeris te cóccino, rnáta fúeris monili aúreo, & pín- ibio óculos tuos ꟸ frustra com- s: contempsérunt te amatóres nimam tuam quærent. Vocem quasi parturiéntis audívi: angú- it puérperæ.

Lectio tertia.

)x filiæ Sion intermoriéntis, ex- andentísque manus suas ꟸ væ quia defécit ánima mea propter ctos. Circúite vias Jerúsalem: & e, & consideráte, & quærite in ejus ꟸ an inveniátis virum fa- n judícium, & quæréntem fidem: pítius ero ei. Quòd si étiam, Dóminus, díxerint: & hoc falsò nt.

Ad Laudes, Antiph.

era me * de sanguínibus Deus eus meus, & exultábit lingua stítiam tuam. *Psalm.* Miserére.

iph. Consílium * fecérunt inimí- ci mei, dicéntes, Conterámus eum de terra vivéntium. *Psalm.* Exaúdi Deus orat. cùm déprecor. *pag.* 54.

Antiph. Contumélias * & terróres passus sum ab eis, & Dóminus mecum est tanquam bellátor fortis. *Psalm.* Te decet. *pag.* 55.

Antiph. Infirmáta est * virtus mea in mánibus inimicórum meórum. *Cantic.* Exultávit. *pag.* 55.

Antiph. Omnes inimíci mei * audié- runt malum meum, Dómine lætáti sunt quóniam tu fecísti. *Psalm.* Laudáte Dó- minum. *pag.* 27.

Capitul. Christus assístens. *pag.* 306.

℞. Príncipes. *pag.* 314.

Hymn. Arbor decóra. *pag.* 301.

℣. Eripe me de. *pag.* 306.

Ad Benedictus.

Antiph. Approqinquábat * autem dies festus, & quærébant príncipes sacerdó- tum quómodo Jesum interficerent, sed timébant plebem.

Oratio ad Laudes & Tertiam.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui nostris excéssibus incessánter afflígimur ꟸ per Unigéniti tui passió- nem liberémur: Qui tecum vivit.

Ad Horas sicut in hebdomada præcedenti.

IN COENA DOMINI.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Laudáte. *cum cæteris ferialibus. pag.* 100.

Capitulum. Atténde. *pag.* 301.

Magnum ℞. Trádidit in mortem áni- mam suam, & cum sceleràtis reputátus est. † Et ipse peccáta multórum tulit, & pro transgressóribus rogávit.

℣. Propter scelus pópuli mei percússi eum. Et ipse.

℞. Trádidit.

Dum dicitur supradictum ℟. *sicut &* ℟. Usquequo. *in primis Vesperis Dominicæ Passionis, non stamus versa facie ad altare.*

Hymn. Vexilla Regis. *pag.* 301.

℣. Eripe me Dómine. *pag.* 301.

Ad Magnificat.

Antiph. Desidério * desiderávi hoc pascha manducáre vobíscum ántequam pátiar.

Oratio. Réspice quæsumus. *pag.* 122.

Ab his Vesperis inclusivè usque ad Matutinas sextæ feriæ ad Preces Horarum. Miserére mei Deus. *tacemus, & genua non flectimus.*

Si in hac quarta feria Festum xii. lect. occurrat, Vesperæ erunt de Festo usque ad Capitulum, exinde erunt de Cœna Domini cum commemoratione de Festo.

Quòd si occurrat Festum solenne, tunc totæ Vesperæ erunt de Festo, & fiet tantùm commemoratio de Cœna Domini.

Si in die Cœnæ contingat Fest. 3. *lectionum, in istis Vesperis fit de eo commemor. licèt in crastino de eo nulla fiat mentio.*

Si autem xii. lect. Festum occurrat à die Cœnæ inclusivè usque ad Octavas Paschæ, transfertur ad primam diem vacantem post Octavas.

De 3. *lectionum Festis his tribus diebus nullam penitus facimus commemorationem.*

Hac die ante Cœnam Domini, persoluto more solito Completorio, nec Deus in adjutórium. *ad communes dicimus Horas usque ad Sabbati sancti Vesperas exclusivè, nec Hymnos, nec* Te Deum. *nec Evangel. ad Matutin. nec Capitula, nec Versus, nec* Glória Patri, *ad Psalmos, & Responsoria, nec pro eo aliquid dicimus, exceptis tertiis Responsoriis quæ iteratò dicuntur, nec* Jube domne, *ad lectiones, nec deprecatio, nec benedictio, nec* Tu autem, *dicuntur: sed more lectionum tuorum finiuntur.*

Matutinas, Laudes, & Vesperas [...] incipimus Antiphonis: reliquæ autem [...] à suis inchoantur Psalmis, quibus fi[...] continuò sub silentio, Kyrie eleiso[n]. Christe eleison. *iii.* Kyrie eleison. Pater noster. *cum suis assuetis Preci[bus] & Oratione.* Réspice quæsumus. *pag.* [...] *singuli dicunt non præmisso* Dómine ex[audi] Dómine Deus virtútum, *nec* Do[minus] vobíscum, *nec* Orémus, *nec in* Benedicámus Dómino. *Sed solùm terminamus Horas cum conclusione [...] præfatæ Orationis.*

Notandum quòd Preces omnes his d[iebus] à singulis dicuntur detecto capite.

In primo Nocturno.

Antiph. Zelus domus tuæ * co[medit] me, & oppróbria exprobrántiu[m tibi] cecidérunt super me. *Psal.* Salvu[m me] fac Deus. *pag.* 50.

Antiph. Avertántur * retrórsu[m, et] erubéscant, qui cógitant mihi [mala]. *Psal.* Deus in adjutórium. *pag.* 52.

Antiph. Deus meus * éripe [me de] manu peccatóris. *Psal.* In te Dó[mine] sperávi. *ii.* *pag.* 52.

℣. Homo pacis meæ in quo sp[eravi].

℟. Qui edébat panes meos ma[gnifi]cávit super me supplantatiónem.

Lectio prima.

Quómodo sedet sola cívitas [plena] pópulo ꟸ facta est quasi vidu[a do]mina géntium: princeps provinci[arum] facta est sub tribúto. Plorans plo[ravit] in nocte: & lácrymæ ejus in ma[xillis] ejus. Non est qui consolétur ea[m ex] ómnibus charis ejus. Omnes amic[i ejus] sprevérunt eam: & facti sunt ei ini[mici]. Migrávit Judas propter afflictióne[m, et] multitúdinem servitútis ꟸ habitáv[it]

ter Gentes : nec invénit réquiem. Omnes persecutóres ejus apprehendérunt eam inter angústias.

℞. Ecce vídimus eum non habéntem spéciem neque decórem : aspéctus ejus in eo non est : hic peccáta nostra portávit, & pro nobis dolens vulnerátus est propter iniquitátes nostras. † Cujus livóre sanáti sumus.

℣. Vere languóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros ipse portávit. Cujus.

Lectio secunda.

VIæ Sion lugent : eò quòd non sint qui véniant ad solennitátem. Omnes portæ ejus destrúctæ ⁊ sacerdótes ejus geméntes ⁊ vírgines ejus squálidæ : & ipsa oppréssa amaritúdine. Facti sunt hostes ejus in cápite ⁊ inimíci ejus locupletáti sunt : quia Dóminus locútus est super eam propter multitúdinem iniquitátum ejus. Párvuli ejus ducti sunt in captivitátem : ante fáciem tribulántis.

℞. Trádidit. *pag.* 418.

Lectio tertia.

ET egréssus est à fília Sion omnis decor ejus ⁊ facti sunt príncipes ejus velut aríetes non inveniéntes páscua : & abiérunt absque fortitúdine ante fáciem subsequéntis. Recordáta est Jerusálem diérum afflictiónis suæ, & prævaricatiónis ómnium desiderabílium suórum, quæ habúerat à diébus antíquis ⁊ cùm cáderet pópulus ejus in manu hostíli : & non esset auxiliátor. Vidérunt eam hostes : & derisérunt Sábbata ejus.

℞. Ego quasi agnus ínnocens ductus sum ad immolándum, & nesciébam. † Concílium fecérunt inimíci mei advérsum me, dicéntes, Veníte, mittámus lignum in pane ejus, & conterámus eum de terra vivéntium.

℣. Vidísti Dómine iniquitátem eórum advérsùm me, júdica judícium meum. Concílium.

℞. Ego quasi.

In secundo Nocturno.

Antiph. Liberávit * Dóminus paúperem à poténte, & ínopem cui non erat adjútor. *Psalm.* Deus judícium tuum. *pag.* 53.

Antiph. Cogitavérunt ímpii, * & locúti sunt nequítiam, iniquitátem in excélso locúti sunt. *Psalm.* Quàm bonus. *pag.* 53.

Antiph. Exúrge Dómine, * & júdica causam meam. *Psalm.* Ut quid Deus. *pag.* 56.

℣. Deus meus éripe me de manu peccatóris.

℞. Et de manu contra legem agéntis & iniqui.

Lectio quarta.

August. in Psal. 63. ad 1. vers.

EXaúdi Deus oratiónem meam cùm déprecor : à timóre inimíci érue ánimam meam. Sæviérunt inimíci in Mártyres. Quid orábat ista vox córporis Christi ? Hoc orábat, ut eruerénтur ab inimícis : & non eos possent occídere inimíci. Ergo exaudíti non sunt, quia occísi sunt : & deséruit Deus contrítos corde servos suos ⁊ & sperántes in se despéxit ? Absit. Quis enim invocávit Dóminum ⁊ & derelíctus est ab eo ? Quis sperávit in eum ⁊ & desértus est ab eo ?

℞. Conclúsit vias meas inimícus, insidiátor factus est mihi sicut leo in abscóndito : replévit, & inebriávit me amaritúdine : deduxérunt in lacum mortis vitam meam, & posuérunt lápidem contra me. † Vide Dómine iniquitátem illórum, & júdica causam ánimæ meæ defénsor vitæ meæ.

℣. Factus ſum in deriſum omni pópulo meo, cánticum eórum tota die. Vide Dómine.

Lectio quinta.

EXaudiebántur ergo, & occidebántur: & tamen ab inimícis eruebántur. Alii timéntes conſentiébant, & vivébant: & tamen ipſi ab inimícis abſorbebántur ✠ occíſi eruebántur: viméntes abſorbebántur. Inde eſt & illa vox gratulatiónis: Fórſitan vivos abſorbuíſſent nos. Multi abſórpti ✠ & vivi abſórpti: multi mórtui abſórpti. Qui putavérunt inánem eſſe fidem Chriſtiánam: mórtui abſórpti ſunt.

℟. Ne tradíderis me Dómine in ánimas perſequéntium me, quia inſurrexérunt in me teſtes iníqui. † Et mentíta eſt iníquitas ſibi.

℣. Aliéni inſurrexérunt in me, & fortes quæſiérunt ánimam meam. Et.

Lectio ſexta.

QUi autem ſciéntes veritátem eſſe prædicatiónem Evangélii: Chriſtum eſſe Filium Dei ſciéntes, & hoc credéntes, & hoc intus tenéntes ✠ ceſſérunt tamen dolóribus, & idólis ſacrificavérunt: vivi abſórpti ſunt. Illi abſórpti, quia mórtui: illi autem quia abſórpti, mórtui. Non enim abſórpti vívere potuérunt: quamvis vivi abſorberéntur.

℟. Locúti ſunt advérsùm me lingua dolóſa, & ſermónibus ódii circumdedérunt me, pro eo ut dilígerent me, detrahébant mihi. † Ego autem orábam.

℣. Et poſuérunt advérsùm me mala pro bonis, & ódium pro dilectióne mea. Ego autem.

℟. Locúti ſunt.

In tertio Nocturno.

Antiph. Dixi iníquis, * Nolíte loqui advérsùs Deum iniquitátem. *Pſalm.* Confitébimur. *pag.* 57.

Antiph. Terra trémuit, * & q[...] cùm reſúrgeret in judícium Deus[...] Notus in Judæa. *pag.* 71.

Antiph. In die * tribulatiónis[...] Deum exquisívi mánibus meis. [...] Voce mea ad Dóminum. *pag.* 57.

℣. Exúrge Dómine, & júdica c[...] meam.

℟. Memor eſto improperiórum[...] rum, eórum quæ ab inſipiénte[...] tota die.

Lectio ſeptima.

Ex Epiſt. B. Pauli ad Hebr. c.[...]

EUm autem qui módico quà[...] geli minorátus eſt, vidémus J[...] propter paſſiónem mortis, glo[...] honóre coronátum: ut grátia Dei[...] ómnibus guſtáret mortem. D[...] enim eum, propter quem ómnia,[...] quem ómnia ✠ qui multos filios i[...] riam addúxerat: authórem ſalú[...] rum per paſſiónem conſummáre[...] enim ſanctíficat, & qui ſanctific[...] ex uno omnes.

℟. Unus ex vobis tradet me[...] væ illi, per quem tradar ego. †[...] illi erat ſi natus non fuíſſet.

℣. Qui intíngit mecum manum[...] rópſide, hic me traditúrus eſt. M[...]

Lectio octava.

PRopter quam cauſam non c[...] ditur fratres eos vocáre, di[...] Nuntiábo nomen tuum frátribus[...] in médio Eccléſiæ laudábo te. Et i[...] Ego ero fidens in eum. Et íterum[...] ego, & púeri mei: quos dedi[...] Deus. Quia ergo púeri commun[...] runt carni & ſánguini: & ipſe ſi[...] participávit eíſdem ✠ ut per m[...] deſtrúeret eum, qui habébat mor[...] périum, id eſt, diábolum: ut lib[...]

ui timóre mortis per totam vitam
ii erant servitúti.
Pater, si fieri potest, tránseat à
lix iste. † Spíritus quidem prom-
st, caro autem infirma, fiat vo-
tua.
Vigiláte, & oráte, ut non intrétis
tatiónem. Spíritus.

Lectio nona.

Usquam enim Angelos apprehén-
dit: sed semen Abrahæ apprehén-
Unde débuit per ómnia frátribus
ri ut misericors fieret, & fidélis
ex ad Deum: ut repropitiáret de-
pópuli. In eo enim, in quo passus
e & tentátus: potens est & eis,
ntántur, auxiliári. Unde (fratres
) vocatiónis cæléstis partícipes
derátc Apóstolum & pontíficem
ssiónis nostræ Jesum: qui fidélis
qui fecit illum: sicut & Moyses
ni domo ejus.
Ecce turba, & qui vocabátur Ju-
enit: & cùm appropinquáret ad
, ut eum oscularétur, Jesus dixit
m. † Juda ósculo tradis Filium
nis.
Accédens ad Jesum, osculátus est
dixítque illi Jesus. Juda.
Ecce turba.

Ad Laudes, Antiph.

tificéris Dómine * in sermónibus
s & vincas cùm judicáris. *Psalm.*
ére. *pag.* 6.
iph. Oblátus est * quia ipse vóluit,
ccáta nostra ipse portávit. *Psalm.*
ne refúgium. *pag.* 64.
tiph. Dóminus * tanquam ovis ad
nam ductus est, & non apéruit os
Psalm. Deus Deus meus. *pag.* 26.
salm. Deus misereátur. *pag.* 25.
tiph. Recordáre * mei Dómine,
tuére me ab his qui persequúntur me.
Cantic. Cantémus. *pag.* 65.
Antiph. Contrítum est * cor meum in
médio mei, contremuérunt ómnia ossa
mea. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Ad Benedictus.

Antiph. Tráditor autem * dedit eis
signum, dicens: Quem osculátus fúero
ipse est, tenéte eum.
Sequuntur Preces ut supra dictum est.

Ad Primam his tribus diebus dicitur
Psalm. Deus in nómine. *pag.* 43. *&*
Psalm. Beáti immaculáti. *pag.* 84. *usque*
ad Legem pone. *Symbolum.* Quicúmque
vult. *pag.* 3. Kyrie eleison. *iii.* Christe
eleison. *iii.* Kyrie eleison. *iii.* Pater no-
ster. Ave María. Credo in Deum. *cum*
reliquis Precibus assuetis sub silentio usque
ad confessionem, quam à Priore audimus,
eique nostram facimus, cætera verò usque
ad, Pro afflictis, *inclusivè sub silentio*
prosequimur: quibus finitis, non præmisso
Dómine exaúdi. *nec* Dómine Deus vir-
tútum. *nec* Orémus. *dicimus Orationem,*
Réspice quæsumus. *cum sua conclusione,*
pag. 122. *& fine*, Benedicámus Dómino.
Deinde Pretiósa. *cum reliquis absque* Gló-
ria Patri. *Sequitur*, Kyrie eleison. Christe
eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave
María. Réspice in servos tuos, *sine* Gló-
ria Patri. *sine* Orémus. *Oratio.* Dirígere
dignéris. *sub silentio.*

Ad Tertiam. Psalm. Legem pone.
pag. 86. *usque ad* Defécit.

Ad Sextam. Psalm. Defécit in salu-
táre. *pag.* 88. *usque ad* Mirabília.

Ad Nonam. Psalm. Mirabília testi-
mónia. *pag.* 89. *usque ad finem Psalmi*
cum assuetis Precibus sub silentio, & Ora-
tione, Réspice. *proüt supra dictum est.*

Matutinas verò B. Mariæ & reliquas
Horas his tribus diebus nihilominus cum

Deus in adjutórium. *&* Glória Patri. Salve sancta parens. *& cæteris omnibus more solito complemus.*

Verùm ad Tertiam dicuntur Psalmi, Ad Dóminum cùm tribulárer. Levávi óculos. Lætátus sum. *pag.* 91.

Ad Sextam, Psalmi. Ad te levávi óculos. Nisi quia Dóminus. Qui confidunt. *pag.* 92.

Ad Nonam, Psalmi. In converténdo Dóminus. Nisi Dóminus ædificaverit. Beáti omnes. *pag.* 93.

Ad Vesperas, *Antiph.*

CAlicem * salutáris accípiam, & nomen Dómini invocabo. *Psal.* Crédidi. *pag.* 98.

Antiph. Cum his qui odérunt pacem * eram pacíficus, cùm loquébar illis impugnábant me gratìs. *Psalm.* Ad Dóminum cùm tribulárer. *pag.* 91.

Antiph. Ab homínibus iníquis * líbera me Dómine. *Psalm.* Eripe me Dómine. *pag.* 102.

Antiph. Custódi me * à láqueo quem statuérunt mihi, & à scándalis operántium iniquitátem. *Psalm.* Dómine clamávi. *pag.* 103.

Antiph. Considerábam * ad déxteram, & vidébam, & non erat qui cognósceret me. *Psalm.* Voce mea. *pag.* 103.

Ad Magnificat.

Antiph. Cœnántibus autem illis * accépit Jesus panem: benedíxit, ac fregit, dedit discípulis suis.

Preces & Oratio ut in cæteris Horis.

Ad Completorium hac die & sequenti, præmissa Oratione Dominica & Confessione, dicuntur Psalmi. Cùm invocárem. *pag.* 106. In te Dómine sperávi. *usque ad Versum.* Odisti. *pag.* 22. Qui hábitat in. *pag.* 107. Ecce nunc. *pag.* 107. *Cantic.* Nunc dimíttis Dómine. *cum*

Precibus assuetis, modo supradicto & [...] *tione.* Réspice quæsumus. *pag.* 12[...]

FERIA SEXT[A] PARASCEVES.

Ad Matutinas.

In primo Nocturno.

Antiph. Astitérunt reges terræ, príncipes convenérunt in unum ad[...] sùs Dóminum, & advérsùs Chri[...] ejus. *Psalm.* Quare fremuérunt. *pa[...]*

Antiph. Divisérunt sibi * vestim[...] mea, & super vestem meam misé[...] sortem. *Psalm.* Deus Deus meus r[...] ce in me. *pag.* 17.

Antiph. Insurrexérunt in me * t[...] iníqui, & mentíta est iníquitas [...] *Psal.* Dóminus illuminátio. *pag.* [...]

℣. Divisérunt sibi vestiménta m[...]

℟. Et super vestem meam misé[...] sortem.

Lectio prima.

PEccátum peccávit Jerúsalem, p[...] térea instabilis facta est: omne[...] glorificábant eam, sprevérunt illa[...] quia vidérunt ignomíniam ejus: [...] autem gemens convérsa est retrór[...] Sordes ejus in pédibus ejus ⁊ nec [...] cordáta est finis sui: depósita est v[...] ménter, non habens consolatórem. [...] Dómine afflictiónem meam: quó[...] eréctus est inimícus. Manum suam [...] hostis ad ómnia desiderabília ejus ⁊ [...] vidit gentes ingréssas sanctuárium su[...] de quibus præcéperas, ne intráren[...] Ecclésiam tuam.

℟. Astitérunt reges terræ, & pr[...] pes convenérunt in unum. † Adve[...] Dóminum, & advérsùs Christum [...]

℣. Quare fremuérunt gentes, & [...] puli meditáti sunt inánia? Advérs[...]

Lectio secunda.

OMnis pópulus ejus gemens, & quærens panem ✠ dedérunt pretiósa quæque pro cibo: ad refocillándam ánimam. Vide Dómine, & consídera: quóniam facta sum vilis. O vos omnes, qui transítis per viam: atténdite, & vidéte, si est dolor sicut dolor meus ✠ quóniam vindemiávit me: ut locútus est Dóminus in die iræ furóris sui. De excélso misit ignem in óssibus meis, & erudívit me: expándit rete pédibus meis ✠ convértit me retrórsum: pósuit me desolátam, tota die mœróre conféctam.

℟. Erubéscant & revereántur simul, qui gratulántur malis meis. † Induántur pudóre & reveréntia qui malígna loquúntur advérsùm me.

℣. Non supergaúdeant mihi, qui adversántur mihi iníquè, qui odérunt me gratis, & ánnuunt óculis. Induántur.

Lectio tertia.

VIgilávit jugum iniquitátum meárum ✠ in manu ejus convolútæ sunt, & impósitæ collo meo: infirmáta est virtus mea ✠ dedit me Dóminus in manu: de qua non pótero súrgere. Abstulit omnes magníficos meos Dóminus de médio mei ✠ vocávit advérsùm me tempus, ut contéreret eléctos meos: tórcular calcávit Dóminus vírgini fíliæ Juda. Idcírco ego plorans, & óculus meus dedúcens aquas: quia longè factus est à me consolátor, convértens ánimam meam ✠ facti sunt fílii mei pérditi: quóniam inváluit inimícus.

℟. Eripe me de inimícis meis Deus meus. † Et ab insurgéntibus in me líbera me.

℣. Eripe me de operántibus iniquitátem, & de viris sánguinum salva me. Et.

℟. Eripe me de.

In secundo Nocturno.

Antiph. Vim faciébant * qui quærébant ánimam meam. *Psalm.* Dómine ne. *ii. pag.* 33.

Antiph. Confundántur * & revereántur qui quærunt ánimam meam ut aúferant eam. *Psalm.* Expéctans. *pag.* 35.

Antiph. Aliéni * insurrexérunt in me, fortes quæsiérunt ánimam meam. *Psal.* Deus in nómine. *pag.* 43.

℣. Ab insurgéntibus in me líbera me Dómine.

℟. Quia occupavérunt ánimam meam.

Lectio quarta.

ERgo hoc orat vox Mártyrum: A timóre inimíci érue ánimam meam ✠ non ut me non occídat inimícus: sed ut non tímeam occidéntem inimícum. Hoc orat in psalmo impléri servus: quod modò jubébat in Evangélio Dóminus. Quid modò jubébat Dóminus? Nolíte timére eos qui corpus occídunt ✠ ánimam autem non possunt occídere: sed eum pótiùs timéte ✠ qui habet potestátem & ánimam & corpus occídere: in gehénnam ignis. Et repetívit. Ita dico vobis: eum timéte.

℟. Aperuérunt super me ora sua exprobrántes, percussérunt maxillam meam. † Saturáti sunt pœnis meis.

℣. Abomináti sunt me consiliárii mei, & quem máximè diligébam, aversátus est me. Saturáti.

Lectio quinta.

QUi sunt qui corpus occídunt? Inimíci. Quid jubébat Dóminus? Ne timeréntur. Orétur ergo: ut præstet quod jubet. A timóre inimíci érue ánimam meam. Erue me à timóre inimíci: & subde timóri tuo. Non tímeam eum qui corpus occídit: sed tímeam eum qui potestátem habet & corpus & áni-

mam occídere in gehénnam ignis. Non enim à timóre volo eſſe immúnis ✠ ſed à timóre inimíci liber : ſub timóre Dómini ſervus.

℟. Pópule meus quid feci tibi, aut quid moléſtus fui? Reſpónde mihi: quóniam edúxi te de terra Ægypti. † Et de domo ſervitútis liberávi te.

℣. Et miſi ante fáciem tuam Moyſen & Aáron & Maríam. Et de.

Lectio ſexta.

PRotexíſti me à convéntu malignántium : à multitúdine operántium iniquitátem. Jam ipſum caput noſtrum intueámur. Multi Mártyres tália paſſi ſunt : ſed nihil ſic elúcet quómodo caput Mártyrum ✠ ibi méliùs intuémur : quod illi expérti ſunt. Protéctus eſt à multitúdine malignántium, protegénte ſe Deo ✠ protegénte carnem ſuam ipſo Fílio & hómine quem gerébat, quia Fílius hóminis eſt : & Fílius Dei eſt.

℟. Expándi manus meas tota die ad pópulum non credéntem, & contradicéntem mihi. † Qui ámbulant vias non bonas, & poſt peccáta ſua.

℣. Qui dicunt, Recéde à me, ne appropinques mihi. Qui ámb.

℟. Expándi manus meas.

In tertio Nocturno.

Antiph. Ab inſurgéntibus in me * libera me Dómine, quia occupavérunt ánimam meam. *Pſalm.* Eripe me de inimícis. *pag.* 45.

Antiph. Longè feciſti * notos meos à me, tráditus ſum & non egrediébar. *Pſalm.* Dómine Deus ſalútis. *pag.* 63.

Antiph. Captábunt * in ánimam juſti, & ſánguinem innocéntem condemnábunt. *Pſalm.* Deus ultiónum. *pag.* 68.

℣. Locúti ſunt advérsùm me lingua dolóſa.

℟. Et ſermónibus ódii circumdedérunt me, & expugnavérunt me gratis.

Lectio ſeptima.

AMplióris enim glóriæ iſtæ præ Moyſe dignus eſt hábitus : quantò amplióre honórem habet domus, qui fabricávit illam. Omnis namque domus fabricátur ab áliquo : Qui autem ómnia creávit, Deus eſt. Et Moyſes quidem fidélis erat in tota domo ejus tanquam fámulus in teſtimónium eórum, quæ dicénda erant. Chriſtus verò tanquam fílius in domo ſua ✠ quæ domus ſumus nos : ſi fidúciam, & glóriam ſpei uſque ad finem, firmam retineámus.

℟. Caligavérunt óculi mei à fletu meo, quia elongátus eſt à me qui conſolabátur me : vidéte omnes pópuli. † Si eſt dolor símilis ſicut dolor meus.

℣. O vos omnes qui transítis per viam, atténdite, & vidéte. Si eſt dolor.

Lectio octava.

QUaprópter ſicut dicit Spíritus ſanctus ✠ Hódie ſi vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda veſtra, ſicut in exacerbatióne ſecúndùm diem tentatiónis in deſérto ✠ ubi tentavérunt me patres veſtri : probavérunt, & vidérunt ópera mea quadragínta annis. Propter quòd infénſus fui generatióni huic, & dixi : Semper errant corde. Ipſi autem non cognovérunt vias meas ✠ ſicut jurávi in ira mea : ſi introíbunt in réquiem meam.

℟. Tanquam ad latrónem exiſtis cum gládiis & lignis comprehéndere me. † Quotídie apud vos eram in templo docens, & non me tenuíſtis.

℣. Cùmque injeciſſent manus in Jeſum, & tenuíſſent eum, dixit ad eos. Quotídie.

Lectio nona.

VIdéte (fratres) ne fortè ſit in áliquo veſtrûm cor malum incredulitátis, diſcedéndi à Deo vivo ⁊ ſed adhortámini voſmetípſos per ſíngulos dies, donec hódie cognominátur : ut non obdurétur quis ex vobis fallácia peccáti. Partícipes enim Chriſti effécti ſumus : ſi tamen inítium ſubſtántiæ ejus uſque ad finem firmum retineámus. Dum dícitur, Hódie ſi vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda veſtra : quemádmodum in illa exacerbatióne. Quidam enim audiéntes exacerbavérunt : ſed non univérſi qui profécti ſunt ex Ægypto per Moyſen.

℟. Ténebræ factæ ſunt, dum crucifixíſſent Jeſum Judæi, & circa horam nonam exclamávit Jeſus voce magna, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquíſti. † Et inclináto cápite trádidit ſpíritum.

℣. Cùm ergo accepíſſet acétum, dixit, Conſummátum eſt. Et incl.

℟. Ténebræ.

Ad Laudes, *Antiph.*

PRóprio * Fílio ſuo non pepércit Deus : ſed pro nobis ómnibus trádidit illum. *Pſalm.* Miſerére. *pag. 6.*

Antiph. Anxiátus eſt in me * ſpíritus meus, in me turbátum eſt cor meum. *Pſalm.* Dómine exaúdi. *ii. pag.* 3481.

Antiph. Replévit * & inebriávit me amaritúdine inimícus meus. *Pſalm.* Deus Deus. *pag.* 26. *& Pſalm.* Deus misereátur. *pag.* 25.

Antiph. Dum conturbáta fúerit * ánima mea Dómine miſericórdiæ memor eris. *Cantic.* Dómine audívi. *pag.* 72.

Antiph. Dómine * meménto mei cùm véneris in regnum tuum. *Pſalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Ad Benedictus.

Antiph. Poſuérunt * ſuper caput ejus cauſam ipsíus ſcriptam : Jeſus Nazarénus rex Judæórum.

Preces & Oratio, ut feria præcedenti, pag. 321. *ſed additur Pſalm.* Miſerére. *pag. 6. & genua flectimus, & ſimiliter ad omnes Horas.*

Ad Veſperas.

Antiph. Cálicem, *cum reliquis Antiphonis & Pſalm. pag.* 322.

Ad Magnificat.

Antiph. Cùm accepíſſet * acétum, dixit, Conſummátum eſt : & inclináto cápite trádidit ſpíritum.

Ad Completorium, ut ſupra, pag. 322.

SABBATO SANCTO.

Ad Matutinas.

In primo Nocturno.

Antiph. In pace * in idípſum dórmiam & requiéſcam. *Pſalm.* Cùm invocárem. *pag.* 106.

Antiph. Habitábit * in tabernáculo tuo, requiéſcet in monte ſancto tuo. *Pſalm.* Dómine quis habit. *pag.* 11.

Antiph. Caro mea * requiéſcet in ſpe. *Pſalm.* Conſérva me. *pag.* 12.

℣. In pace in idípſum.

℟. Dórmiam & requiéſcam.

Lectio prima.

EXpándit Sion manus ſuas, non eſt qui conſolétur eam ⁊ mandávit Dóminus advérsùm Jacob in circúitu ejus hoſtes ejus : facta eſt Jerúſalem quaſi pollúta ménſtruis inter eos. Juſtus eſt Dóminus : quia os ejus ad iracúndiam provocávi. Audíte óbſecro univérſi pópuli, & vidéte dolórem meum : vírgines meæ, & júvenes mei abiérunt in captivitátem. Vocávi amícos meos, & ipſi decepérunt, me ſacerdótes mei, &

senes mei in urbe consúmpti sunt: quia quæsiérunt cibum sibi, ut refocillárent ánimam suam.

℟. Animam meam diléctam trádidi in manus iniquórum, & facta est mihi hæréditas mea sicut leo in silva: dedit contra me vocem, dicens, Congregámini & properáte ad devorándum illum: posuérunt me in desértum solitúdinis. † Et luxit super me omnis terra.

℣. Pastóres multi demoliti sunt víneam meam, conculcavérunt partem meam. Et luxit.

Lectio secunda.

VIde Dómine quóniam tríbulor ⁊ conturbátus est venter meus: subvérsum est cor meum in memetípsa ⁊ quóniam amaritúdine plena sum: foris intérficit gládius, & domi mors símilis est. Audiérunt quia ingemísco ego: & non est qui consolétur me. Omnes inimíci mei audiérunt malum meum ⁊ lætáti sunt quóniam tu fecísti: adduxísti diem consolatiónis, & fient símiles mei. Ingrediátur omne malum eórum coram te: & vindémia eos, sicut vindemiásti me propter omnes iniquitátes meas ⁊ multi enim gémitus mei: & cor meum mœrens.

℟. O vos omnes qui transítis per viam, atténdite, & vidéte. † Si est dolor símilis sicut dolor meus.

℣. Atténdite univérsi pópuli & vidéte. Si est.

Lectio tertia.

QUómodo obtéxit calígine in furóre suo Dóminus fíliam Sion, projécit de cælo in terram ínclytam Israël, & non est recordátus scabélli pedum suórum in die furóris sui? Præcipitávit Dóminus, nec pepércit, ómnia speciósa Jacob: destrúxit in furóre suo munitiónes vírginis Juda, & dejécit in terram ⁊ pólluit regnum: & príncipes ejus. Confrégit in ira furóris sui omne cornu Israël: avértit retrórsum déxteram suam à fácie inimíci ⁊ & succéndit in Jacob: quasi ignem flammæ devorántis in gyro.

℟. Sicut ovis ad occisiónem ductus est, & dum malè tractarétur, non apéruit os suum. † De angústia & de judício sublátus est.

℣. Vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. De angústia.

℟. Sicut ovis.

In secundo Nocturno.

Antiph. Elevámini * portæ æternáles, & introíbit rex glóriæ. *Psalm.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Credo vidére * bona Dómini in terra vivéntium. *Psalmus.* Dóminus illuminátio. *pag.* 20.

Antiph. Dómine abstraxísti * ab ínferis ánimam meam. *Psalm.* Exaltábo te Dómine. *pag.* 21.

℣. Tu autem Dómine miserére mei.

℟. Et resúscita me, & retríbuam eis.

Lectio quarta.

FIlius Dei propter formam Dei: Fílius hóminis propter formam servi ⁊ habens in potestáte pónere ánimam suam: & recípere eam. Quid ei potuérunt fácere inimíci? Occidérunt corpus: ánimam non occidérunt. Inténdite. Parum ergo erat Dómino hortári Mártyres verbo: nisi firmáret exémplo. Nostis qui convéntus erat malignántium Judæórum: & quæ multitúdo erat operántium iniquitátem. Quam iniquitátem? Quia voluérunt occídere Dóminum Jesum Christum.

℟. Ecce quómodo móritur justus, & nemo pércipit corde: & viri justi tol-

lántur, & nemo considerat. † A fácie iniquitátis ablátus est justus.

℣. Trádidit in mortem ánimam suam: & cum sceleratis reputátus est. A fácie.

Lectio quinta.

TAnta bona ópera (inquit) osténdi vobis ꟶ propter quod horum vultis me occídere? Pértulit omnes infírmos eórum ꟶ curávit omnes lánguidos eórum ꟶ prædicávit regnum cælórum ꟶ non tácuit vítia eórum: ut ea pótiùs ipsis displicérent, non médicus à quo sanabántur. His ómnibus curatiónibus ejus ingráti ꟶ tanquam multa febre phrenétici insaniéntes in médicum, qui vénerat curáre eos: excogitavérunt consílium perdéndi eum ꟶ tanquam ibi voléntes probáre, utrum verè homo sit qui mori possit: an áliquid super hómines sit, & mori se non permíttat.

℟. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam, & cum viris sánguinum. † Vitam meam.

℣. Ne simul tradas me cum peccatóribus, & cum operántibus iniquitátem. Vitam meam.

Lectio sexta.

VErbum ipsórum agnóscimus in sapiéntia Salomónis. Morte turpíssima (inquiunt) condemnémus eum. Interrogémus eum: erit enim respéctus in sermónibus illíus. Si enim verè fílius Dei est: líberet eum. Videámus ergo quid factum sit. Quia exacuérunt tanquam gládium linguas suas. Non dicant Judæi: non occídimus Christum. Etenim eum proptérea dedérunt júdici Piláto: ut quasi ipsi à morte ejus videréntur immúnes. Nam cùm dixísset eis Pilátus, Vos eum occídite ꟶ Respondérunt: Nobis non licet occídere quemquam. Iniquitátem facínoris sui in júdicem hóminem refúndere volébant. Sed nunquid Deum júdicem fallébant?

℟. Eripuísti Dómine ánimam meam de morte, & pedes meos de lapsu. † Ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

℣. Deus vitam meam annuntiávi tibi: posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo. Ut pláceam.

℟. Eripuísti.

In tertio Nocturno.

Antiph. Deus ádjuvat me,* Dóminus suscéptor est ánimæ meæ. *Psalm.* Deus in nómine. *pag.* 43.

Antiph. In pace factus est * locus ejus, & in Sion habitátio ejus. *Psalm.* Notus in. *pag.* 71.

Antiph. Factus sum * sicut homo sine adjutório inter mórtuos liber. *Psal.* Dómine Deus salútis. *pag.* 61.

℣. In pace factus est locus ejus.

℟. Et in Sion habitátio ejus.

Lectio septima.

QUibus autem inﬁ́nsus est quadragínta annis? Nonne illis, qui peccavérunt ꟶ quorum cadávera prostráta sunt in desérto? Quibus autem jurávit non introíre in réquiem ipsíus ꟶ nisi illis qui incréduli fuérunt? Et vidémus, quia non potuérunt introíre propter incredulitátem. Timeámus ergo, ne fortè relícta pollicitatióne introeúndi in réquiem ejus: existimétur áliquis ex vobis deésse. Etenim & nobis nuntiátum est: quemádmodum & illis.

℟. Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum. † Factus sum sicut homo sine adjutório inter mórtuos liber.

℣. Posuérunt me in lacu inferióri, in tenebrósis & in umbra mortis. Factus.

Lectio octava.

SEd non prófuit illis sermo audítus, non admístus fidei: ex iis quæ audié-

runt. Ingrediémur enim in réquiem, qui crédidimus: quemádmodum dixit. Sicut jurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam, & quidem opéribus ab institutióne mundi perféctis. Dixit enim in quodam loco de die séptima sic: Et requiévit Deus die séptima ab ómnibus opéribus suis. Et in isto rursum: Si introíbunt in réquiem meam.

℟. Potum meum cum fletu temperábam, quia élevans allisísti me, & ego sicut fœnum árui: tu autem Dómine in ætérnum pérmanes: tu exúrgens miseréberis Sion. † Quia venit tempus miseréndi ejus.

℣. Benígnè fac in bona voluntáte tua Sion, & ædificéntur muri Jerúsalem. Quia.

Lectio nona.

QUóniam ergo súperest introíre quosdam in illam ꝰ & ii, quibus prióribus annuntiátum est, non introiérunt propter incredulitátem: ídeo íterum términat diem quemdam, Hódie, in David dicéndo, post tantum témporisꝰ sicut supradíctum est: Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda vestra. Nam si eis Jesus réquiem præstitísset: nunquam de ália loquerétur, posthac, die. Itaque relínquitur sabbatísmus pópulo Dei. Qui enim ingréssus est in réquiem ejusꝰ étiam ipse requiévit ab opéribus suis: sicut à suis Deus.

℟. Revelábunt cæli iniquitátem Judæ, & terra advérsùs eum consúr[...] & maniféstum erit peccátum illi[...] die furóris Dómini. † Cum eis qui [...]runt Dómino Deo, Recéde à n[...] sciéntiam viárum tuárum nólumus.

℣. In diem perditiónis servábitu[r] ad diem ultiónis ducétur. Cum ei[s]

℟. Revelábunt.

Ad Laudes, *Antiph.*

O Mors * ero mors tua, m[...] tuus ero inférne. *Psalm.* Mi[se]re mei. *pag.* 6.

Antiph. In humilitáte * judícium sublátum est, generatiónem ejus enarrábit? *Psalm.* Júdica me. *pag*[...]

Antiph. O vos omnes * qui tra[nsitis] per viam, atténdite, & vidéte, [si est] dolor sicut dolor meus. *Psalm.* [...] Deus. *pag.* 26. *&* *Psalm.* Deus [...]reátur. *pag.* 25.

Antiph. Atténdite * univérsi p[...] & vidéte dolórem meum. *Cantic.* [Ego] dixi. *pag.* 46.

Antiph Vidébunt * in quem tr[ansfi]xérunt, & plangent se super eum o[mnes] tribus terræ. *Psalm.* Laudáte. *pag.*[...]

Ad Benedictus.

Antiph. Dedit in mortem * áni[mam] suam, & cum sceleratis reputátu[s est,] & ipse peccáta multórum tulit [et] pro transgressóribus rogávit.

Cætera usque ad Nonam inclusiv[e] supra Feria sexta.

DOMINICA ESURRECTIONIS DOMINI.

Ad primas Vesperas.
h. Allelu-ia, * allel. allel. allel.
Confiteántur tibi. *cum cæteris.*
f.
pitulum. Coloss. 3.
nsurrexístis cum Christo ⁜ quæ
um sunt quærite: ubi Christus
in déxtera Dei sedens ⁜ quæ
unt, sapite: non quæ super
℟. Deo grátias.
um transísset. *pag. 330.*

Hymnus.

est dies verus Dei,
ncto serénus lúmine:
uit sanguis sacer
mundi crímina.
refúndens pérditis,
e visu illúminans:
ion gravi solvit metu
absolútio.
præmium mutans cruce,
revi quæsívit fide:
e prævio gradu
in regnum Dei.
stupent & Angeli
vidéntes córporis,
ne adhæréntem reum
eátam cárpere.

Hic fit divisio ad Laudes.

MYstérium mirábile,
Ut ábluat mundi luem:
Peccáta tollat ómnium
Carnis vítia mundans caro.
Quid hoc potest sublímius,
Ut culpa quærat grátiam,
Metúmque solvat cháritas,
Reddátque mors vitam novam.
Hamum sibi mors dévoret,
Suísque se nodis liget,
Moriátur vita ómnium,
Resúrgat vita ómnium.
Cùm mors per omnes tránseat,
Omnes resúrgant mórtui:
Consúmpta mors ictu suo
Períſſe se solam gemat.
Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti à mórtuis,
Cum Patre, & sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Dicitur in fine Hymnorum omnium hic versus, Glória tibi Dómine. *usque ad Ascensionem.*

℣. Resurréxit Dóminus.
℟. Sicut dixit vobis, allelu-ia, allel.

Ad Magnificat.

Antiph. Véspere autem Sábbati, * quæ lucéscit in prima Sábbati, venit

Maria Magdaléne, & áltera Maria vidére sepúlchrum, allelu-ia.

Oratio.

DEus, qui hanc sacratíssimam noctem glória Dominicæ Resurrectiónis illústras ꝰ consérva in nova famíliæ tuæ progénie adoptiónis Spíritum quem dedísti: ut córpore & mente renováti ꝰ puram tibi exhíbeant servitútem: Per eúmdem. In unitáte ejúsdem.

Ab hinc usque ad Octavas Pentecostes inclusivè ad quodlibet, Benedicámus Dómino. *& ad*, Deo grátias. *ad Vesperas & Laudes tantùm dicitur duplex*, Allelu-ia. *Item ad omnes Divini Officii versiculos, & ad eos qui dicuntur etiam in commemoratione, sed in responsione duntaxat adduntur duo*, Allelu-ia. *sed non ad versiculos, qui quotidie in commemorationibus dicuntur ordinariis.*

Ad Matutinas.

Invitatorium. Allelu-ia. *iii. Psalmus.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Hic est dies. *pag.* 329.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi Dominicales. pag.* 17.

℣. Surréxit Dóminus verè.

℟. Et appáruit Simóni, allelu-ia, all.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Homil. 21.

JEsum quæritis Nazarénum. Jesus latíno elóquio salutáris, id est, salvátor interpretátur. At verò multi tunc Jesus dici póterant ꝰ non tamen substantiáliter: sed nuncupatívè. Ideo & locus subjúngitur ꝰ ut de quo Jesu dictum sit, manifestétur: Nazarénum. Et causam prótinus súbdidit: Crucifixum. Atque áddidit ꝰ Surréxit: non est hìc. Non est hìc, dícitur, per præséntiam carnis: qui tamen nusquam déera[t] præséntiam majestátis. Tu autem.

℟. Angelus Dómini descéndit [de cœ]lo, & accédens revólvit lápide[m] super eum sedit: & dixit muliér[ibus]: Nolíte timére, scio enim quia C[hri]stum quæritis, jam surréxit. † V[eníte] & vidéte locum ubi pósitus era[t Dó]minus, allelu-ia.

℣. Citò eúntes, dícite discípuli[s] quia surréxit. Veníte.

Lectio secunda.

SEd ite, dícite discípulis eju[s &] Petro: quia præcédet vos in [Gali]læam. Quæréndum nobis est: cu[r no]minátis discípulis, Petrus design[átur] nómine. Sed si hunc Angelus no[minà]tim non exprímeret ꝰ qui magí[strum] negáverat: veníre inter discípulo[s non] audéret. Vocátur ergo Petrus [ex no]mine: ne desperáret ex negatióne.

℟. Dum transísset sábbatum [Maria] Magdaléne, & Maria Jacóbi, & [Salo]me, emérunt arómata. † Ut ven[iéntes] úngerent Jesum, allelu-ia, allelu-[ia].

℣. Et valde manè una Sabbat[órum] véniunt ad monuméntum, ort[o jam] sole. Ut veniéntes.

Lectio tertia.

QUa in re considerándum nob[is est] cur omnípotens Deus eum, [quem] cunctæ Ecclésiæ præférre dispos[úerat] ancíllæ vocem pertiméscere: & se [ipsum] negáre permísit. Quod nimírum n[
]actum esse pietátis dispensatióne co[gnos]cimus: ut is qui futúrus erat [pastor] Ecclésiæ ꝰ in sua culpa dísceret: [quali]ter áliis miseréri debuísset. Priùs i[gitur] eum osténdit sibi, & tunc præ[pósuit] cæteris ꝰ ut ex sua infirmitáte co[gnós]ceret: quàm misericórditer alié[na in]fírma toleráret.

℟. Et valde manè una Sabbatórum véniunt ad monuméntum. † Orto jam sole, allelu-ia.

℣. Mulieres emérunt arómata, ut veniéntes úngerent Jesum. Orto.

Lectio quarta.

BEne autem de Redemptóre nostro dícitur ꟷ Præcédet vos in Galilæam: ibi eum vidébitis, sicut dixit vobis. Galilæa namque transmigrátio facta interpretátur. Jam quippe Redémptor noster à passióne ad resurrectiónem ꟷ à morte ad vitam ꟷ à pœna ad glóriam : à corruptióne ad incorruptiónem transmigráverat.

℟. Una Sábbati valde dilúculo venérunt mulieres ad monuméntum, allel. † Portántes quæ paráverant arómata, allelu-ia, allelu-ia.

℣. Et invenérunt lápidem revolútum à monuménto, & ingréssæ non invenérunt corpus Jesu. Portántes.

℣. Glória Patri. allel.

In secundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. * all. all. *Psalmi Dominicales. pag.* 20.

℣. Gavísi sunt discípuli.

℟. Viso Dómino, allelu-ia, allelu-ia.

Lectio quinta.

ET priùs post Resurrectiónem in Galilæa bene à discípulis vidétur ꟷ quia Resurrectiónis ejus glóriam post læti vidébimus : si modò à vítiis ad virtútum celsitúdinem transmigrámus. Qui ergo in sepúlchro nuntiátur, in transmigratióne osténditur ꟷ quia is qui in mortificatióne carnis agnóscitur : in transmigratióne mentis vidétur.

℟. Stetit Jesus Dóminus noster in médio discipulórum suórum, & dixit, Pax vobis, allelu-ia. † Gavísi sunt discípuli viso Dómino, allelu-ia.

℣. Hoc cùm dixísset, insufflávit, & dixit eis, Accípite Spíritum sanctum. Gavísi.

Lectio sexta.

SEd libet, ut de hac eádem solennitáte áliquid subtílius loquámur. Duæ étenim vitæ erant, quarum unam nóvimus: álteram nesciebámus. Una quippe mortális est : áltera immortális. Una corruptiónis : áltera incorruptiónis. Una mortis : áltera resurrectiónis. Sed venit Dei mediátor & hóminum homo Christus Jesus : suscépit unam, & osténdit álteram. Unam pértulit moriéndo : & osténdit álteram resurgéndo.

℟. Virtúte magna reddébant Apóstoli. † Testimónium Resurrectiónis Jesu Christi Dómini nostri, allelu-ia, allel.

℣. Replèti quidem Spíritu sancto, loquebántur verbum Dei cum fidúcia. Testimónium.

Lectio septima.

SI ergo nobis mortálem vitam sciéntibus, resurrectiónem promítteret carnis ꟷ & tamen hanc visibíliter non exhibéret ꟷ quis ejus promissiónibus créderet ? Factus ítaque homo appáruit in carne ꟷ mori dignátus est ex voluntáte : sed resurréxit ex potestáte ꟷ & osténdit exémplo : quod nobis promísit in præmio.

℟. Christus resúrgens ex mórtuis jam non móritur : mors illi ultrà non dominábitur. † Quòd enim mortuus est peccáto, mórtuus est semel, quòd autem vivit, vivit Deo, allelu-ia, allelu-ia.

℣. Mórtuus est enim propter delícta nostra, & resurréxit propter justificatiónem nostram. Quòd enim.

Lectio octava.

SEd fortásse áliquis dicat ꟷ jure ille surréxit : qui cùm Deus esset, teneri à morte non pótuit. Ad instruéndam

ergo ignorántiam nostram, ad roborándam infirmitátem nostram: suæ tantùm Resurrectiónis exémplum nobis sufficere nóluit. Solus in hoc témpore mórtuus est: & tamen solus mínimè resurréxit. Nam scriptum est: Multa córpora sanctórum qui dormíerant, surrexérunt. Abláta sunt ergo ómnia arguménta perfídiæ.

℟. Expurgáte vetus ferméntum, ut sitis nova conspérsio, étenim Pascha nostrum immolátus est Christus: ítaque. † Epulémur, allelu-ia, allelu-ia.

℣. Non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ & nequítiæ, sed in ázymis sinceritátis & veritátis. Epulém.

℣. Glória Patri. allel.

In tertio Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Cantic.* Quis est iste qui venit. *cum duobus sequentibus. pag.* 115.

℣. Christus resúrgens ex mórtuis, jam non móritur.

℟. Mors illi ultrà non dominábitur, allelu-ia, allelu-ia.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Marcum. *Marc.* 16.

IN illo témpore: María Magdaléne, & María Jacóbi, & Salóme, emérunt arómata: ut veniéntes úngerent Jesum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 21. *in Evang.*

AUdístis (fratres charíssimi) quòd sanctæ mulíeres, quæ Dóminum fúerant secútæ, cum aromátibus ad monuméntum venérunt ˥ & ei, quem vivéntem diléxerant: étiam mórtuo, stúdio humanitátis obsequúntur. Sed res gesta áliquid in sancta Ecclésia signat geréndum. Sic quippe necésse est, ut audiámus quæ facta sunt: quátenus cogitémus étiam quæ nobis sint ex eórum imitatióne faciénda.

℟. Pascha nostrum immolátus est Christus, allelu-ia, ítaque epulémur in ázymis sinceritátis & veritátis. † Allelu-ia, allel. allel.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, exultémus & lætémur in ea. Allelu-ia.

Lectio decima.

ET nos ergo in eum qui est mórtuus credéntes ˥ si odóre virtútum reférti cum opinióne bonórum óperum Dóminum quærimus: ad monuméntum proféctò illíus cum aromátibus vénimus. Illæ autem mulíeres Angelos vident, quæ cum aromátibus venérunt ˥ quia vidélicet illæ mentes supérnos cives aspíciunt: quæ cum virtútum odóribus ad Dóminum per sancta desidéria proficiscúntur.

℟. Si consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, allelu-ia, ubi Christus est in déxtera Dei sedens. † Quæ sursum sunt sápite, allelu-ia.

℣. Mórtui enim estis, & vita vestra abscóndita est cum Christo in Deo. Quæ sursum.

Lectio undecima.

NOtándum verò nobis est: quídnam sit quòd in dextris sedére Angelus cérnitur. Quid namque per sinístram, nisi vita præsens ˥ quid verò per dextram, nisi perpétua vita designátur? Unde in Cánticis Canticórum scriptum est: Læva ejus sub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me. Quia ergo Redémptor noster jam præséntis vitæ corruptiónem transíerat ˥ rectè Angelus qui nuntiáre perénnem ejus vitam vénerat in déxtera sedébat.

℟. Ecce vicit Leo de tribu Juda, ra-

vid, aperíre librum, & sólvere signácula ejus. † Allelu-ia, allel.

ignus est Agnus qui occísus est : virtútem, & divinitátem, & am, & fortitúdinem, & honó- glóriam, & benedictiónem. All.

Lectio duodecima.

stola cándida coopértus appá- it : quia festivitátis nostræ gaú- tiávit. Candor étenim vestis : tem nostræ denúntiat solennitá- stræ dicámus, an suæ ? Sed ut r vériùs : & suæ dicámus, & Illa quippe Redemptóris nostri ctio, & nostra festívitas fuit : ad immortalitátem redúxit ꟸ & um festívitas éxtitit : quia nos lo ad cæléstia, eórum númerum .

gnus est Agnus qui occísus est, virtútem, & divinitátem, & m, & fortitúdinem, & honó- glóriam, & benedictiónem. † , allel. allel.

diléxit nos, & lavit nos à pec- tris in sánguine suo. Allel. ria Patri. allel.

. Te Deum. *pag.* 24.

ntia sancti Evangélii : secún- rcum. *Marc.* 16.

tempore : María Magdaléne, ría Jacóbi, & Salóme, emérunt ut veniéntes úngerent Jesum. manè una Sabbatórum véniunt méntum : orto jam sole. Et di- l ínvicem. Quis revólvet no- em ab óstio monuménti ? Et tes : vidérunt revolútum lápi- t quippe magnus valde. Et in- in monuméntum ꟸ vidérunt sedéntem in dextris, coopér- tum stola cándida : & obstupuérunt. Qui dicit illis. Nolíte expavéscere. Je- sum quæritis Nazarénum : crucifíxum. Surréxit : non est hìc. Ecce locus ubi posuérunt eum. Sed ite, dícite discípu- lis ejus, & Petro : quia præcédit vos in Galilæam. Ibi eûm vidébitis, sicut dîxit vobis. Amen. Te decet laus. *pag.* 25.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die per Unigé- nitum tuum æternitátis nobis adi- tum, devícta morte, reserásti : vota nostra quæ præveniéndo aspíras ꟸ étiam adjuvándo proséquere : Per eúmdem.

Ad Laudes. *Antiph.*

ANgelus enim Dómini * descéndit de cælo, & accédens revólvit lá- pidem : & sedébat super eum, allelu-ia, allel. *Psalm.* Dominus regn. *pag.* 68.

Antiph. Erat autem * aspéctus ejus sicut fulgur : vestiménta ejus sicut nix, allel. allel. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Præ timóre autem ejus * ex- térriti sunt custódes, & facti sunt velut mórtui, allel. *Psal.* Deus Deus. *pag.* 26.

Antiph. Respóndens autem Angelus * dixit muliéribus, Nolíte timére, scio enim quòd Jesum quæritis, allelu-ia. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Jesum qui crucifíxus est * quæritis, allelu-ia : non est hìc, surréxit enim sicut dixit vobis, allel. allel. *Psal.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. 1. *Corinth.* 5.

EXpurgáte vetus ferméntum ꟸ ut si- tis nova conspérsio, sicut estis ázy- mi : étenim Pascha nostrum immolátus est Christus. ℟. Deo grátias.

℟. Resurréxit Dóminus, allel. allel.

℟. Resurréxit Dóminus, allel. allel.

℣. Sicut dixit vobis, allel. allel.

℟. Resurréxit Dóminus, allel. allel.

℣. Glória Patri. ℟. Resurréxit.

Hymn. Mystérium mirábile. *pag.* 329.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus.

℟. Exultémus & lætémur in ea, allel. allelu-ia.

Ad Benedictus.

Antiph. Et valde manè * una Sabbatórum véniunt ad monuméntum orto jam sole, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui hodiér. *pag.* 333.

Ad Primam.

Antiph. Angelus enim Dómini. *p.* 333.

Capitulum. Regi seculórum. *pag.* 4.

Oratio. Omnípotens. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Antiph. Erat autem. *pag.* 333.

Capitulum. Expurgáte. *pag.* 333.

℣. Hæc dies quam. *ut supra.*

Oratio. Deus, qui hodiérna. *pag.* 333.

Ad Sextam.

Antiph. Præ timóre autem ejus. *p.* 333.

Capitulum. 1. *Corinth.* 5.

EPulémur ✠ non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ & nequítiæ: sed in ázymis sinceritátis & veritátis. ℟. Deo grátias.

℣. Hæc dies quam. *ut supra.*

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus ✠ ut qui Resurrectiónis Domínicæ solénnia cólimus: innovatióne tui Spíritus à morte ánimæ resurgámus. Per eúmdem. In unitáte ejúsdem.

Ad Nonam.

Antiph. Jesum qui crucifixus est. *pag.* 333.

Capitulum. *Actor.* 4.

VIrtúte magna reddébant Apóstoli testimónium Resurrectiónis Jesu Christi Dómini nostri: & grátia magna erat in ómnibus illis. ℟. Deo grátias.

℣. Hæc dies quam. *ut supra.*

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens D[...] ut qui Resurrectiónis Dominic[...] lénnia cólimus: erectiónis nostræ [...] pere lætítiam mereámur. Per eún[...] Dóminum.

Ad Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv.* *Psalm.* [...] Dóminus. *cum tribus sequentibus. pa*[...]

Capitulum. Expurgáte. *pag.* 33[...]

℟. Stetit Jesus in médio disci[...]rum suórum, allel. allel. Stetit.

℣. Et dixit eis, Pax vobis, alle[...] allel. Stetit.

℣. Glória Patri. Stetit.

Hymnus. Hic est dies. *pag.* 32[...]

℣. Hæc dies quam. *ut supra.*

Ad Magnificat.

Antiph. Ite, * nuntiáte frátribus allelu-ia, ut eant in Galilæam, i[...] vidébunt, allelu-ia, allel. allel.

Oratio. Deus qui hodiér. *pag.* [...]

FERIA SECUN[...]

Ad Matutinas.

Invitatorium. Surréxit Dóminus Allelu-ia. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hym. Hic est dies. *pag.* 329.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia, allelu-ia, all[...]

Psalmi feriales.

℣. Surréxit Dóminus verè.

℟. Et appáruit Simóni, allelu-ia,

Lectio prima.

Léctio sancti Evangélii: secú[...] Lucam. *Luc.* 24.

IN illo témpore: Duo ex disc[...] Jesu ibant ipsa die in castéllum, [...] erat in spátio stadiórum sexagi[...] Jerúsalem: nómine Emmaüs. [...] liqua.

ilia Lectiónis ejúsdem : beáti
ii Papæ.
Homil. 23. in Evangel.
diſtis (fratres chariſſimi) quia
ıóbus diſcipulis ambulántibus in
n quidem credéntibus ✠ ſed ta-
ſe loquéntibus Dóminus appá-
d eis ſpéciem quam recognóſce-
n oſténdit. Hoc ergo foris egit
ıs in óculis córporis : quod apud
gebátur intus in óculis córdis.
nque apud ſemetipſos intus &
t : & dubitábant. Tu autem.
ngelus Dómini. *pag.* 330.

Lectio ſecunda.

autem Dóminus foris & præſens
rat : & quis eſſet non oſtendébat.
go loquéntibus præſéntiam exhí-
ed de ſe dubitántibus, cognitió-
ſpéciem abſcóndit. Verba qui-
ntulit : durítiam intelléctus in-
t. Sacræ Scriptúræ myſtéria :
ſeipſo erant, apéruit ✠ & tamen
huc in eórum córdibus peregrí-
t à fide : ſe ire lóngiùs finxit.
: namque compónere dícimus :
: compoſitóres luti, figulos vo-

Dum transiſſet. *pag.* 330.

Lectio tertia.

ail ergo ſimplex Véritas per du-
licitátem fecit ✠ ſed talem ſe eis
t in córpore : qualis apud illos
mente. Probándi autem erant ✠
i eum etſi necdum ut Deum di-
t : ſaltem ut peregrínum amáre
ent. Sed quia eſſe extránei à cha-
ion póterant ✠ hi cum quibus
gradiebátur : eum ad hoſpítium
eregrínum vocant. Cur autem
s, vocant ✠ cùm illic ſcriptum
coëgérunt eum ?

℟. Et valde manè, una. *pag.* 331.

In ſecundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iv.* *Pſalmi feriales.*
Capit. Epulémur. *pag.* 334.
℣. Gavíſi ſunt. *pag.* 331.

Oratio.

PRæſta nobis omnípotens & miſéri-
cors Deus ✠ ut in Reſurrectióne Dó-
mini noſtri Jeſu Chriſti: percipiámus ve-
ráciter portiónem. Per eúmdem Dóm.

Ad Laudes.

Antiph. Allelu-ia. *v.* *Pſalmi feſti-
vales.*
Capitulum. Virtúte magna. *pag.* 334.
℟. Reſurréxit Dóminus. *pag.* 333.
Hymn. Myſtérium miráb. *pag.* 329.
℣. Hæc dies quam. *pag.* 334.

Ad Benedictus.

Antiph. Nonne ſic * opórtuit pati
Chriſtum, & ita intráre in glóriam
ſuam ? Allel.

Oratio.

DEus, qui ſolennitáte Paſcháli mun-
do remédia contuliſti ✠ pópulum
tuum quæſumus cæléſti dono proſéque-
re : ut & perféctam libertátem cónſe-
qui mereátur ✠ & ad vitam proficiat
ſempitérnam : Per Dóminum.

*Ab hac die uſque ad Pentecoſten di-
citur Oratio.* Adéſto. *poſt Pſal.* Deus ve-
nérunt. *pro Prioribus ad Capitulum pro-
ficiſcentibus.*

Ad ſingulas Horas.

Antiph. Allelu-ia. *v.*

Ad Primam.

Capitulum. Regi ſeculórum. *pag.* 4.
Oratio. In hac hora. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Capitulum. *Rom.* 6.

CHriſtus reſurgens ex mórtuis, jam
non móritur : mors illi ultrà non
dominábitur ✠ quòd enim mórtuus eſt

peccáto, mórtuus eſt ſemel : quòd autem vivit, vivit Deo. ℟. Deo grátias.

℣. Hæc dies quam. *pag.* 334.

Oratio. Deus, qui ſolenn. *ut ſupra.*

Ad Sextam.

Capitulum. 1. *Corinth.* 15.

CHriſtus reſurréxit à mórtuis primítiæ dormiéntium : quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum † & ſicut in Adam omnes moriúntur : ita & in Chriſto omnes vivificabúntur.

℟. Deo grátias.

℣. Hæc dies. *pag.* 334.

Oratio.

COncéde quæſumus omnípotens Deus † ut feſta Paſchália, quæ venerándo cólimus : étiam vivéndo teneámus. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Capitulum. *Coloſſ.* 3.

SI conſurrexíſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite : ubi Chriſtus eſt in déxtera Dei ſedens † quæ ſurſum ſunt ſápite : non quæ ſuper terram.

℣. Hæc dies. *pag.* 334.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus † ut qui grátiam Domínicæ Reſurrectiónis agnóvimus : ipſi per amórem Spíritus, à morte ánimæ reſurgámus. Per eúmdem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum † qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúſdem.

Ad Veſperas.

Antiphona, Pſalmi, Capitulum, ℟. *Hymnus &* ℣. *ſicut in die Paſchæ.*

Ad Magnificat.

Antiph. Nonne cor noſtrum * ardens erat in nobis de Jeſu, dum loquerétur in via? allelu-ia.

Oratio. Deus, qui ſolennitáte. *p.* 335.

FERIA TERTIA.

In hac feria 3. 4. 5. *&* 6. *omnia feria ſecunda, præter ea, quæ hic pr habentur.*

Lectio prima.

Sequéntia ſancti Evangélii : ſe dùm Lucam. *Luc.* 24

IN illo témpore : Stetit Jeſus in dio diſcipulórum ſuórum † & eis : Pax vobis. Ego ſum : nolíte tin Et réliqua.

Homilía Lectiónis ejúſdem : Ambróſii Epíſcopi.

Lib. 10. *Comment. in Lucam.*

MIrum quómodo ſe natúra co rea per impenetrábile corpu fúderit † invisíbili áditu : visíbili ſpéctu † tangi fácilis : difficilis æſti Dénique conturbáti diſcípuli : æſt bant ſe ſpíritum vidére. Et ideo D nus ut ſpéciem nobis reſurrecti oſténderet † palpáte (inquit) & vi quia ſpíritus carnem & oſſa non h ſicut me vidéris habére. Tu auter

Reſponſoria ad Matutinas ſunt de Pa

Lectio ſecunda.

NOn ergo per incorpóream ram † ſed per reſurrectiónis póreæ qualitátem : impérvia uſu, c penetrávit. Nam quod tángitur, co eſt : quod palpátur, corpus eſt : in pore autem reſurgémus. Seminátur corpus animále : ſurgit corpus ſpiri Sed illud ſubtílius † hoc craſſius : ú adhuc terrénæ labis qualitáte concre Nam quómodo non corpus, in qu nébant inſígnia vúlnerum † veſtígia tricum † quæ Dóminus palpánda ob

Lectio tertia.

IN quo non ſolùm fidem firmat étiam devotiónem ácuit : quòd

ſuſcépta pro nobis cælo inférre
it ˥ abolére nóluit : ut Deo Patri,
æ prétia libertátis oſténderet. Talem
Pater ad déxteram locat ˥ trophæum
s noſtræ ampléctens : tales illic
yres nobis cicatrícis ſuæ coróna
trávit. Et quóniam ſermo huc
r uſque eváſit ˥ conſiderémus qua
ſecúndùm Joánnem credíderint
toli, qui gavíſi ſunt : ſecúndùm
m, quaſi incréduli redarguántur ˥
píritum ſanctum accéperint : hìc
e in civitáte jubeántur : quoadúſ-
nduántur virtúte ex alto.

Ad Benedictus.

ntiph. Stetit Jeſus * in médio diſci-
um ſuórum, & dixit eis, Pax vo-
llel. allel.

Oratio.

Eus, qui Ecclésiam tuam novo
ſemper fœtu multíplicas ˥ concé-
nulis tuis : ut ſacraméntum vivén-
neant ˥ quod fide percepérunt :
Dóminum.

Horas, Antiph. Capitula, & ℣.
ia ſecunda. pag. 335. & 336.
Tertiam. Oratio. Deus, qui Ec-
m. *ut ſupra.*

Ad Sextam. *Oratio.*

Oncéde quæſumus omnípotens
Deus ˥ ut qui Paſchális feſtivitá-
lénnia cólimus : in tua ſanctifica-
vivámus. Per Dóminum.

Ad Nonam. *Oratio.*

æſta quæſumus omnípotens Deus ˥
t per hæc feſta Paſchália quæ có-
: devóti in tua laude vivámus.
óminum.

Ad Magnificat.

tiph. Obtulérunt * diſcípuli Dómi-
rtem piſcis aſſi, & favum mellis,
ia, allel.

Oratio. Deus, qui Ecclésiam. *ut ſupra.*

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

Léctio ſancti Evangélii : ſecúndùm Joánnem. *Joann.* 21.

IN illo témpore : Manifeſtávit ſe íterum Jeſus diſcípulis ſuis ad mare Tiberíadis : manifeſtávit autem ſic. Erant ſimul Simon Petrus & Thomas : qui dícitur Dídymus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 24.

LEctio ſancti Evangélii quæ modò in veſtris áuribus lecta eſt (fratres mei) quæſtióne ánimum pulſat : ſed pulſatióne ſua vim diſcretiónis índicat. Quæri enim poteſt, cur Petrus qui piſcátor ante converſiónem fuit : poſt converſiónem ad piſcatiónem rédiit. Et cùm Véritas dicat ˥ Nemo mittens manum ſuam ad arátrum, & aſpíciens retro, aptus eſt regno Dei ˥ cur repétiit quod derelíquit. Tu autem.

Lectio ſecunda.

SEd ſi virtus diſcretiónis inſpícitur, cítiùs vidétur ˥ quia nimírum negótium quod ante converſiónem ſine peccáto éxtitit : hoc étiam repétere poſt converſiónem culpa non fuit. Nam piſcatórem Petrum : Matthæum verò telonárium ſcimus. Et poſt converſiónem ſuam ad piſcatiónem Petrus rédiit. Matthæus verò ad telónii negótium non redit. Quia áliud eſt victum per piſcatiónem quærere : áliud autem telónii lucris pecúnias augére. Sunt enim pléraque negótia : quæ ſine peccátis exhibéri, aut vix aut nullátenus poſſunt. Quæ ergo ad peccátum ímplicant : ad hæc necéſſe eſt ut poſt converſiónem ánimus non recúrrat.

Lectio tertia.

QUæri étiam poteſt ꝰ cur diſcípulis in mari laborántibus, poſt reſurrectiónem ſuam Dóminus in líttore ſtetit: qui ante reſurrectiónem ſuam coram diſcípulis ſuis in flúctibus maris ambulávit. Cujus rei rátio feſtínè cognóſcitur: ſi ipſa quæ tunc ínerat cauſa penſétur. Quid enim mare, niſi præſens séculum ſignat ꝰ quod ſe cáſuum tumúltibus, & undis vitæ corruptíbilis illídit? Quid per ſoliditátem líttoris ꝰ niſi illa perpetúitas quiétis ætérnæ figurátur?

Ad Benedictus.

Antiph. Míttite * in dexteram navígii rete, & inveniétis, allelu-ia.

Oratio.

DEus, qui nos Reſurrectiónis Domínicæ ánnua ſolennitáte lætíficas ꝰ concéde propítius: ut per temporália feſta quæ ágimus ꝰ pervenire ad gaúdia ætérna mereámur: Per eúmdem Dóminum.

Ad Tertiam, Oratio. Deus, qui nos Reſurrectiónis. *ut ſupra.*

Ad Sextam. *Oratio.*

PRæſta quæſumus omnípotens Deus ꝰ ut hujus feſtivitátis Paſchális mirábile ſacraméntum, & temporálem nobis tranquillitátem tribuat: & vitam cónferat ſempitérnam. Per Dóminum.

Ad Nonam. *Oratio.*

DEus, qui nos per Paſchália feſta lætíficas ꝰ concéde propitius: ut ea quæ devótè ágimus, te adjuvánte, fidéliter teneámus. Per Dóminum.

Ad Magnificat.

Ant. Dixit Jeſus diſcípulis ſuis, * Afférte de píſcibus quos prendidiſtis nunc: aſcéndit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis píſcibus, allel.

Oratio. Deus, qui nos Reſurr[...] nis. *ut ſupra.*

FERIA QUINT[...]

Lectio prima.

Léctio ſancti Evangélii: ſecú[...] Joánnem. *Joann. 20*

IN illo témpore: María ſtab[...] monuméntum foris, plorans. [...] ergo fleret, inclinávit ſe, & pro[...] in monuméntum: & vidit duos [...] los in albis ſedéntes. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: [...] Gregórii Papæ. *Homil. 25*

MAría Magdaléne, quæ fúe[...] civitáte peccátrix, amándo [...] tátem: lavit lácrymis, máculas [...] nis. Et vox Veritátis implétur, q[...] citur ꝰ dimíſſa ſunt ei peccáta [...] quóniam diléxit multùm. Quæ [...] frígida priùs peccándo remánſ[...] poſtmodum amándo fórtiter ar[...] Nam poſtquam venit ad mon[...] tum: ibíque corpus Domínicum [...] invénit ꝰ ſublátum crédidit: atqu[...] cípulis nuntiávit. Qui veniéntes [...] runt ꝰ atque ita eſſe ut múlier di[...] credidérunt. Tu autem.

Lectio ſecunda.

ET de eis prótinus ſcriptum [...] Abiérunt ergo diſcípuli ad [...] ípſos. Ac deinde ſubjúngitur ꝰ [...] autem ſtabat ad monuméntum [...] plorans. Qua in re penſándum e[...] jus mulieris mentem quanta vis [...] accénderat ꝰ quæ à monuménto [...] ni, étiam diſcípulis recedéntibus [...] recedébat. Exquirébat quem non [...] nerat ꝰ flebat inquiréndo: & amo[...] igne ſuccénſa, ejus quem ablátum [...] didit, ardébat deſidério.

Lectio tertia.

Nde cóntigit ꟸ ut eum sola tunc
idéret, quæ remánserat ut quæ-
quia nimírum virtus boni óperis,
rántia est. Et voce Veritátis di-
Qui persevéráverit usque in fi-
salvus erit. Et præcépto legis:
hóstiæ in sacrificio jubétur offérri.
da quippe finis est córporis ꟸ &
ne immolat: qui sacrificium boni
usque ad finem débitæ prodúcit
is.

Ad Benedictus.

iph. María stabat * ad monumén-
ris, plorans: & vidit duos An-
in albis sedéntes, ubi pósitum
corpus Jesu, allelu-ia.

Oratio.

Eus, qui diversitátem géntium in
confessióne tui nóminis adunásti:
renátis fonte baptísmatis una sit
méntium ꟸ & píetas actiónum:
óminum.

Ad Tertiam.

atio. Deus, qui divers. *ut supra.*

Ad Sextam. *Oratio.*

Eus, qui nobis ad celebrándum
Paschále sacraméntum liberióres
s præstitísti ꟸ doce nos metúere
irásceris: & amáre quod præci-
Per Dóminum.

Ad Nonam. *Oratio.*

Oncéde quæsumus omnípotens
Deus ꟸ ut qui peccatórum nostró-
óndere prémimur: à cunctis ma-
minéntibus per hæc festa Paschá-
erémur. Per Dóminum.

Ad Magnificat.

tiph. Tulérunt * Dóminum meum,
cio ubi posuérunt eum: si tu sustu-
um, dícito mihi, allelu-ia, & ego
ollam, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui divers. *ut supra.*

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 28.

IN illo témpore: Undecim discípuli abiérunt in Galilæam: in montem, ubi constitúerat illis Jesus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 4. *Comment. in Matth.*

POst Resurrectiónem Jesus in monte Galilææ conspícitur, ibique adorátur ꟸ licèt quidam dúbitent: & dubitátio eórum nostram fidem aúgeat. Tunc maniféstiùs osténditur Thomæ, & latus láncea vulnerátum: & manus fixas demónstrat clavis. Accédens Jesus locútus est eis, dicens: Data est mihi omnis potéstas in cælo & in terra. Tu autem.

Lectio secunda.

ILli potéstas data est: qui paulò ante crucifíxus ꟸ qui sepúltus in túmulo ꟸ qui mórtuus jacúerat: qui póstea resurréxit. In cælo autem & in terra potéstas data est: ut qui ante regnábat in cælo, per fidem credéntium regnet in terris. Eúntes autem docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, & Filii, & Spíritus sancti. Primùm docent omnes gentes: deinde doctas intíngunt aqua. Non enim potest fíeri ut corpus baptísmi recípiat sacraméntum: nisi ante ánima fídei suscéperit veritátem.

Lectio tertia.

BAptizántur autem in nómine Patris, & Filii, & Spíritus sancti ꟸ ut quorum una est Divínitas: una sit largitio. Noménque Trinitátis: unus Deus est. Docéntes eos serváre ómnia quæcúm-

que mandávi vobis. Ordo præcípuus. Jussit Apóstolis ut primùm docérent univérsas gentes ☩ deinde fidei intíngerent sacraménto: & post fidem, ac baptísma, quæ essent obserwánda præcíperent. Ac ne putémus lévia esse quæ jussa sunt, & pauca: áddidit ómnia quæcúmque mandávi vobis.

Ad Benedictus.

Antiph. Undecim discípuli * in Galilæa vidéntes Dóminum adoravérunt, allelu-ia.

Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, qui Paschále sacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœdere contulisti: da méntibus nostris, ut quod professióne celebrámus ☩ imitémur effé ctu: Per Dóminum.

Ad Tertiam.

Oratio. Omnípotens semp. *ut supra.*

Ad Sextam. *Oratio.*

DEus, per quem nobis & redémptio venit, & præstátur adóptio ☩ réspice in ópera misericórdiæ tuæ: ut in Christo renátis & ætérna tribuátur hæréditas, & vera libértas. Per eúmdem.

Ad Nonam. *Oratio.*

ADésto quæsumus Dómine famíliæ tuæ: & dignánter impénde ☩ ut quibus fidei grátiam contulísti: & corónam largiáris ætérnam. Per Dómin.

Ad Magnificat.

Antiph. Data est mihi * omnis potéstas in cælo & in terra, allelu-ia.

Oratio. Omnípotens sempit. *ut supra.*

SABBATO IN ALBIS.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Allelu-ia, allelu-ia: Allelu-ia. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymn. Hic est dies. *pag.* 329.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia, * allel. allel. *Psalmi feriales.*

℣. Surréxit Dóminus verè.

℟. Et appáruit Simóni, allel. allel.

Lectio prima.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 20.

IN illo témpore: Una Sábbati María Magdaléne venit manè, cùm adhuc ténebræ essent, ad monuméntum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregorii Papæ. *Homil.* 22. *in Evang.*

LEctio sancti Evangélii quam modò (fratres) audístis valde in superfície históríca est apérta: sed ejus sunt nobis mystéria sub brevitáte requirénda. María Magdaléne cùm adhuc ténebræ essent: venit ad monuméntum. Juxta históriam notátur hora ☩ juxta intelléctum verò mysticum: requiréntis signátur intelligéntia. María étenim Auctórem ómnium, quem in carne víderat mórtuum, quærébat in monuménto ☩ & quia hunc mínimè invénit: furátum crédidit. Tu autem.

Lectio secunda.

ADhuc ergo erant ténebræ: cùm venit ad monuméntum. Cucúrrit cítiùs: discípulis nuntiávit. Sed illi præ cæteris cucurrérunt ☩ qui præ cæteris amavérunt: vidélicet, Petrus & Joánnes. Currébant autem duo simul: sed Joánnes præcucúrrit cítiùs Petro. Venit prior ad monuméntum: & íngredi non præsúmpsit. Venit ergo postérior Petrus: & intrávit.

Lectio tertia.

QUid (fratres) quid cursus significat? Nunquid hæc tam subtílis Evangelistæ descríptio à mystériis vacáre cre-

dénda est ? Minimè. Neque enim se Joánnes & præísse, & non intrásse díceret ꟸ si in ipsa sui trepidatióne: mystérium defuísse credidísset. Quid ergo per Joánnem, nisi sinagóga ꟸ quid per Petrum, nisi Ecclésia designátur ? Nec mirum esse videátur, quòd per juniórem sinagóga: per seniórem verò Ecclésia signári perhibétur.

In secundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psal. feriales.*
Capit. Epulémur. *pag.* 334.
℣. Gavísi sunt discípuli.
℟. Viso Dómino, allel. allel.
Oratio. Præsta nobis. *pag.* 335.

Ad Laudes.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi festivales.*
Capit. Virtúte magna. *pag.* 334.
℟. Resurréxit Dóminus. *pag.* 335.
Hymn. Mystérium mirábile. *pag.* 329.
℣. Dícite in natiónibus.
℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allel. allel.

Ad Benedictus.

Antiph. Currébant duo simul, * & ille álius discípulus præcucúrrit citiùs Petro, & venit prior ad monuméntum, allel.

Oratio.

CONcéde quæsumus omnípotens Deus: ut qui festa Paschália venerándo égimus ꟸ per hæc contíngere ad gaúdia ætérna mereámur: Per Dóminum.

Ad singulas Horas.

Antiph. Allelu-ia, allelu-ia, allelu-ia.

Ad Primam.

Capit. Regi seculórum. *pag.* 4.
Oratio. In hac hora. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Capit. Christus resurgens. *pag.* 335.
℣. Surréxit Dóminus. *pag.* 340.
Oratio. Concéde quæsumus. *ut supra.*

Ad Sextam.

Capit. Christus resurréxit. *pag.* 336.
℣. Gavísi sunt discípuli. *pag.* 331.
Oratio. Deus, per quem. *pag.* 340.

Ad Nonam.

Capitul. Si consurrexístis. *pag.* 336.
℣. Christus resúrgens. *pag.* 332.
Oratio. Adésto quæsumus. *pag.* 340.

DOMINICA IN ALBIS.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalm.* Confiteántur. *pag* 105.
Capitul. Expurgáte. *pag.* 333.
℟. Stetit Jesus. *pag.* 334.

Hymnus.

AD Cœnam Agni próvidi,
Et stolis albis cándidi,
Post tránsitum maris rubri,
Christo canámus príncipi.

Cujus corpus sanctíssimum,
In ara Crucis tórridum,
Cruóre ejus róseo
Gustándo vívimus Deo.

Protécti Paschæ véspere
A devastánte ángelo,
Erépti de duríssimo
Pharaónis império.

Jam Pascha nostrum Christus est,
Qui immolátus Agnus est,
Sinceritátis ázyma,
Caro ejus obláta est.

O verè digna hóstia,
Per quam fracta sunt tártara:
Redémpta plebs captiváta,
Réddita vitæ præmia.

Cùm surgit Christus túmulo,
Victor redit de bárathro,
Tyránnum tradens vínculo,
Et résерans paradísum.

Quæsumus Author ómnium,
In hoc Pascháli gaúdio,

Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi Dómine,
Qui ſurrexíſti à mórtuis,
Cum Patre, & ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſécula. Amen.
℣. Mane nobíſcum Dómine.
℟. Quóniam adveſperáſcit, allel. all.

Ad Magnificat.

Antiph. Cùm eſſet ſerò * die illa una Sabbatórum, & fores eſſent clauſæ ubi erant diſcípuli congregáti, ſtetit Ieſus in médio, & dixit eis, Pax vobis, allel.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: ut qui Paſchália feſta perégimus ⁊ hæc, te largiénte, móribus & vita teneámus: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitat. Allelu-ia: Allelu-ia. *Pſalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus.

REx ſempitérne Dómine
Rerum creátor ómnium,
Qui eras ante ſécula,
Semper cum Patre Fílius.
Qui mundi in primórdio
Adam plaſmáſti hóminem:
Cui tuæ imágini
Vultum dedíſti ſímilem.
Quem diábolus decéperat,
Hoſtis humáni géneris:
Cujus tu formam córporis
Aſſúmere dignátus es.
Ut hóminem redímeres,
Quem ante jam plaſmáveras:
Et nos Deo conjúngeres,
Per carnis contubérnium.
Quem éditum ex Vírgine
Pavéſcit omnis ánima:
Per quem & nos reſúrgere,
Devóta mente rédimus.
Qui & nobis per baptíſmum
Donáſti indulgéntiam,
Qui tenebámur vínculis
Ligáti conſciéntiæ.
Qui Crucem propter hóminem
Suſcípere dignátus es,
Dedíſti tuum ſánguinem
Noſtræ ſalútis prétium.
Quæſumus Author ómnium,
In hoc Paſcháli gaúdio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi Dómine. *ut ſupra.*

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia *iv. Pſalmi Dom* *cales. pag.* 17.
℣. Surréxit Dóminus. *pag.* 34[0]

Lectio prima.

Sermo beáti Auguſtíni Epíſcop
Serm. 139. *de temp.*

DE ipſa Reſurrectióne Dóm cujus in ſeipſo Dóminus pr ſit exémplum ⁊ ut ſcirémus quòd in corpóribus noſtris in fine ſéculi ráre debeámus ⁊ multi multa diſput áliqui fidéliter: áliqui infidéliter. fidéliter diſputant: ſcire volunt dili tiùs quid reſpóndeant infidélibus. autem infidéliter diſputant: argu tántur contra ánimas ſuas ⁊ diſput contra poténtiam Omnipoténtis céntes. Unde fieri poteſt ut mó reſúrgat? Tu autem.

℟. Angelus Dómini. *cum ca* *pag.* 330.

Lectio ſecunda.

DIco ego, Deus eſt qui faci tu dicis: Fieri non poteſt. dico, Da mihi Chriſtiánum ⁊ da Judæum: ſed da mihi Pagánum m rum idolórum cultórem ⁊ dæm ſervum: qui non dicat Deum eſſe

tem. Negáre Christum potest: ne- Deum omnipoténtem non potest. a tu ergo credis: (quasi Pagáno r.) Quem tu credis Deum omni- tem: ipsum ego dico mortuórum atórem.

Lectio tertia.

dixeris non potest fieri: dérogas mnipoténti. Si autem credis illum poténtem ⁊ me quare réspuis ista tem? Si dicerémus carnem resur- am ut esúriat, ut sítiat, ut ægró- t labóret ⁊ ut corruptiónibus sub- r: méritò crédere non debéres. t enim modò caro ista has necessi- vel calamitátes. Et hoc unde? peccátum est: in quo peccávi- & omnes ad corruptiónem nati s.

Lectio quarta.

Alórum ómnium nostrórum causa peccátum est. Non enim sine causa es mala ista patiúntur. Justus est ⁊ omnípotens est Deus ⁊ nullo ista paterémur: si non mererémur. úm essémus in pœnis ad quas vé- de peccátis: Dóminus noster Je- hristus vóluit esse in pœnis nostris eccátis suis ⁊ sustinéndo sine culpa m: & culpam solvit & pœnam.

In secundo Nocturno.

tiph. Allelu-ia. *iii. Psalmi Domi- . pag.* 120.

Gavísi sunt. *pag.* 331.

Lectio quinta.

Ulpam solvit, peccáta donándo: pœnam solvit, à mórtuis resur- . Hoc promísit: & nos in spe áre vóluit. Perseverémus: & ad rem niémus. Caro resúrget incorrupti- caro resúrget sine vítio ⁊ sine de- áte: sine ónere ac póndere. Quæ nunc tibi facit torméntum: póstea tibi erit ornaméntum. Ergo si bonum est habére corpus incorruptíbile ⁊ quare hoc factúrum Deum vólumus desperáre?

Lectio sexta.

PHilósophi sǽculi hujus, qui magni fuérunt & docti, & cæteris melióres: ánimam humánam immortálem esse sen- sérunt ⁊ & quantis potuérunt argumen- tatiónibus defendérunt: & ipsas defen- siónes conscríptas pósteris reliquérunt. Sunt libri: legúntur. Ideo istos philóso- phos dixi áliis fuisse melióres in compa- ratióne pejórum ⁊ quia fuérunt philó- sophi, qui dícerent: hómini cum mór- tuus fúerit, nullam vitam póstea rema- nére.

Lectio septima.

TAlibus illi útique præponéndi sunt. Et in quo illi melióres erant: quamvis in multis à veritáte deviántes ⁊ tamen in quo erant isti superióres: ve- ritáti fúerant propinquántes. Hi ergo, qui sensérunt, atque dixérunt ánimas humánas immortáles, de malis hómi- num, de ærúmnis, erroribúsque mor- tálium, quæsiérunt causas, quantùm hó- mines potuérunt: & dixérunt sicut po- tuérunt ⁊ præcessísse néscio quæ in ália vita peccáta: quorum peccatórum mé- rito, ista córpora, velut cárcerem áni- mæ mereréntur.

Lectio octava.

DEínde quæsitum est ab eis: quòd póstea cum fúerit homo mórtuus, quid erit. In hoc contrivérunt ingénia sua ⁊ & laboravérunt quantùm potué- runt, réddere homínibus ratiónem: vel sibi, vel áliis. Et dixérunt ánimas hóminum malè vivéntium immúndas péssimis móribus, cum exíerint de corpó- ribus, rursus continuò revolvi ad ália cór-

pora : & pœnas hic lúere, quas vidémus.

In tertio Nocturno.

Ant. Allel. *iv. Cant.* Quis est iste. *p.* 115.

℣. Christus resúrgens. *pag.* 332.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 20.

IN illo témpore : Cùm esset serò die illo, una Sabbatórum : & fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti propter metum Judæórum ✝ venit Jesus, & stetit in médio : & dixit eis. Pax vobis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 26. *in Evang.*

PRima lectiónis hujus Evangélicæ quæstio ánimum pulsat ✝ quómodo post Resurrectiónem corpus Domínicum verum fuit : quod clausis jánuis ad discípulos íngredi pótuit. Sed sciéndum nobis est : quòd divína operátio, si ratióne comprehénditur, non est admirábilis. Nec fides habet méritum : cui humána rátio præbet experiméntum.

Lectio decima.

SEd hæc ipsa nostri Redemptóris ópera, quæ ex semetípsis comprehéndi nequáquam possunt ✝ ex ália ejus operatióne pensánda sunt : ut rebus mirabílibus fidem præbeant facta mirabilióra. Illud enim corpus Dómini intrávit ad discípulos jánuis clausis : quòd vidélicet ad humános óculos per nativitátem suam, clauso éxiit útero Vírginis. Quid ergo mirum, si clausis jánuis post Resurrectiónem suam in ætérnum jam victúrus intrávit ✝ qui moritúrus véniens non apérto útero Vírginis exívit ?

Lectio undecima.

SEd quia ad illud corpus, quod vidéri póterat fides intuéntium dubitábat : osténdit eis prótinus man[...] latus ✝ palpándam carnem præb[...] quam clausis jánuis introdúxit. Q[...] re duo mira, & juxta humánam [...] nem sibi valde contrária osténdit : post Resurrectiónem suam, corpus [...] incorruptíbile, & tamen palpábil[...] monstrávit. Nam & corrúmpi n[...] est, quod palpátur ✝ & palpári no[...] test : quod non corrúmpitur.

Lectio duodecima

SEd miro modo atque inæstim[...] Redémptor noster, & incorrup[...] post Resurrectiónem, & palpábile [...] pus exhíbuit ✝ ut monstrándo inco[...] tíbile, invitáret ad præmium : & [...] béndo palpábile, firmáret ad fide[...] incorruptíbilem se ergo, & palpáb[...] demonstrávit : ut profécto esse po[...] surrectiónem osténderet corpus su[...] & ejúsdem natúræ, & altérius gló[...]

Sequéntia sancti Evangélii : s[...] dùm Joánnem. *Joann.* 20.

IN illo témpore : Cùm esset ser[...] illo, una Sabbatórum : & fores [...] clausæ, ubi erant discípuli congr[...] propter metum Judæórum ✝ venit [...] & stetit in médio : & dixit eis. Pa[...] bis. Et cùm hoc dixisset : osténdi[...] manus & latus. Gavísi sunt ergo [...] puli : viso Dómino. Dixit ergo ei[...] rum. Pax vobis. Sicut misit me P[...] & ego mitto vos. Hæc cùm dix[...] insufflávit, & dixit eis. Accípite S[...] tum sanctum. Quorum remiséritis [...] cáta : remittúntur eis. Et quorum [...] nuéritis : reténta sunt. Thomas a[...] unus ex duódecim, qui dícitur [...] mus : non erat cum eis quando [...] Jesus. Dixérunt ergo ei álii disc[...] Vídimus Dóminum. Ille autem [...] eis. Nisi vídero in mánibus ejus

clavórum : & mittam digitum
in locum clavórum ✠ & mittam
m meam in latus ejus : non cre-
Et post dies octo, íterum erant
uli ejus intus : & Thomas cum
Venit Jesus jánuis clausis ✠ &
in médio : & dixit. Pax vobis.
le dicit Thomæ. Infer digitum
huc : & vide manus meas. Et affer
m tuam ✠ & mitte in latus meum:
i esse incrédulus sed fidélis. Res-
t Thomas : & dixit ei. Dóminus
: & Deus meus. Dixit ei Jesus.
vidisti me Thoma, credidísti :
qui non vidérunt, & credidérunt.
quidem & ália signa fecit Jesus
spéctu discipulórum suórum : quæ
unt scripta in libro hoc. Hæc au-
cripta sunt, ut credátis, quia Jesus
ristus Filius Dei : & ut credéntes,
hábeátis in nómine ejus. Amen.
tio. Præsta quæsumus. *pag.* 342.

Ad Laudes.

tiph. Allelu-ia. *v.* *Psalmi festivales.*
pitulum. Expurgáte. *ut infra.*
Resurréxit Dóminus. *pag.* 333.

Hymnus.

Uróra lucis rútilat,
Cælum laúdibus íntonat,
us exúltans júbilat,
ns inférnus úlulat.
m Rex ille fortíssimus,
s confráctis víribus,
concúlcans tártara,
à pœna míseros.
: qui clausus lápide
ditur sub mílite :
phans pompa nóbili,
t surgit de fúnere.
útis jam gemítibus,
érni dolóribus,
surréxit Dóminus,
Resplendens clamat Angelus.
Quæsumus Author ómnium
In hoc Paschali gaúdio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi Dómine. *&c.*

℣. Dicite in natión. *pag.* 341.

Ad Benedictus.

Antiph. Post dies octo, * jánuis clausis ingréssus Dóminus, dicit eis, Pax vobis, allelu-ia.

Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* 342.

Ad singulas Horas.

Antiph. Allelu-ia. *v.*

Ad Tertiam.

Capitulum. 1. *Corinth.* 5.

EXpurgáte vetus ferméntum ✠ ut sitis nova conspérsio sicut estis ázymi : étenim Pascha nostrum immolátus est Christus. ℟. Deo grátias.

℣. Surréxit Dóminus. *pag.* 330.

Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* 342.

Ad Sextam.

Capitulum. 1. *Corinth.* 5.

EPulémur ✠ non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ, & nequítiæ : sed in ázymis sinceritátis & veritátis. ℟. Deo grátias.

℣. Gavísi sunt. *pag.* 331.

Oratio. Deus, qui omnes. *pag.* 347.

Ad Nonam.

Capitulum. *Actor.* 4.

VIrtúte magna reddébant Apóstoli testimónium Resurrectiónis Jesu Christi Dómini nostri : & grátia magna erat in ómnibus illis. ℟. Deo grátias.

℣. Christus resúrgens. *pag.* 332.

Oratio. Deus, qui nos. *pag.* 347.

Ad Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv.* *Ps.* *Dominicales.*
Capitulum. Expurgáte. *ut supra.*
℟. Stetit Jesus in médio discipuló-

rum suórum, allelu-ia, allel. Stetit.
℣. Et dixit eis, Pax vobis, allelu-ia, allelu-ia. Stetit.
℣. Gloria Patri. Stetit.
Hymn. Ad Cœnam. *pag.* 341.
℣. Mane nobiscum. *pag.* 342.

Ad Magnificat.

Antiph. Mitte * manum tuam in latus meum; & noli esse incrédulus, sed fidélis, allelu-ia.

Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* 342.

Feria secunda post Octavas Paschæ, omnes commemorationes repetimus.

FERIALIBUS DIEBUS Usque ad Ascensionem Domini.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Allelu-ia, allelu ia: Allelu-ia. *Psalm.* Venite. *pag.* 16.
Hymnus. Rex sempitérne. *pag.* 342.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iii. Psalmi feriales.*
℣. Surréxit Dóminus. *pag.* 340.
Lectiones require infra. ℟. *Paschalia.*

In secundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi feriales.*
Capitulum. Epulémur ꝛ *pag.* 345.
℣. Gavísi sunt. *pag.* 341.

Oratio.

PRæsta nobis omnípotens & miséricors Deus: ut in Resurrectióne Dómini nostri Jesu Christi percipiámus veráciter portiónem. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum ꝛ qui tecum.

Ad Laudes.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi festivales.*
Capitulum. Virtúte magna. *pag.* 345.
℟. Resurréxit Dóminus. *pag.* 333.
Hymn. Auróra lucis. *pag.* 345.
℣. Dícite in natiónibus. *pag.* 341.

Antiphona dicenda ad Benedi[...] riatim usque ad Ascensionem Do[...]

Feria secunda.

Antiph. Surgens Jesus * man[...] Sábbati, appáruit primò Maríæ [...] léne, de qua ejécerat septem dæ[...] allelu-ia.

Oratio. Deus, qui omnes. *pag*[...]

Feria tertia.

Antiph. Et ecce terræ motus [...] est magnus: Angelus enim Dóm[...] céndit de cælo, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui nos. *pag.* 3[...]

Feria quarta.

Antiph. Et dicébant * ad ín[...] Quis revólvet nobis lápidem a[...] monuménti, allelu-ia: allel.

Oratio. Deus, qui nos ad æt[...] érige. *pag.* 347.

Feria quinta.

Antiph. Et respiciéntes * vidér[...] volútum lápidem, erat quippe [...] valde, allelu-ia.

Oratio. Concéde quæsumus. *pa*[...]

Feria sexta.

Antiph. Jesum quæritis, * [...] hìc, sed surréxit: recordámini [...] locútus est vobis cùm adhuc in [...] esset, allelu-ia.

Oratio. Depélle Dómine. *pag.*[...]

Sabbato.

Antiph. Citò eúntes * dícite [...] lis, quia surréxit Dóminus, alle[...]

Oratio. Deus, qui ad ætérnam [...] imple. *pag.* 347.

Notandum est quòd Antiphon[...] propter occurrens Festum omittitu[...] iteratur alia die, quia qualibet die[...] propriam Antiph. Idem dicendum [...] tionibus ibidem annotatis.

Sciendum est, quòd Orationes [...] quuntur, prima dicitur Dominicis

tam, & secunda ad Nonam.
riis secunda, quarta, & sexta.
Ad Tertiam. Oratio.
…us, qui omnes in Christo renà-
…os genus régium & sacerdotále
✠ da nobis & velle & posse quæ
…is: ut pópulo ad æternitátem vo-
…una sit fides córdium ✠ & píetas
…um: Per eúmdem.

Ad Sextam. Oratio.
…us, qui nos exultántibus ánimis
…ascha tuum celebráre tribuísti:
… quæsumus & temporálibus gau-
…bsídiis ✠ & æternitátis affectibus
…ri: Qui vivis.

Ad Nonam. Oratio.
…us, qui ad ætérnam vitam in
…hristi Resurrectióne nos répa-
…rige nos ad consedéntem in déx-
…a nostræ salútis authórem: ut
…opter nos judicándus advénit ✠
…obis judicatúrus advéniat Jesus
…s Filius tuus Dóminus noster:
…cum.

…iis tertia, quinta, & Sabbato.
Ad Tertiam. Oratio.
…ncéde quæsumus omnípotens
…eus ✠ ut véterem cum suis ácti-
…minem deponéntes: illíus con-
…óne vivámus ✠ ad cujus nos sub-
…n Paschálibus remédiis transtu-
…er eúmdem.

Ad Sextam. Oratio.
…épelle Dómine conscríptum pec-
…áti lege chirógraphum ✠ quod
…is Pascháli mystério per Resur-
…em Filii tui vacuásti: Qui tecum.

Ad Nonam. Oratio.
…us, qui ad ætérnam vitam in
…hristi Resurrectióne nos répa-
…mple pietátis tuæ ineffábile sa-
…tum: ut cùm in majestáte sua
Salvátor noster advénerit ✠ quos fecísti baptísmo regenerári, fácias beáta immortalitáte vestíri: Per eúmdem.

Ad singulas Horas.

Antiph. Allelu-ia. *iii.*

Ad Primam.

Capitulum. Pacem. *pag.* 4.

Oratio. Dómine. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Capitulum. Rom. 6.

CHristus resúrgens ex mórtuis, jam non móritur: mors illi ultrà non dominábitur ✠ quòd enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quòd autem vivit, vivit Deo.

℣. Surréxit Dóminus. *pag.* 330.

Oratio. Deus, qui omnes, *vel*, Concéde quæsumus. *ut supra.*

Ad Sextam.

Capitulum. 1. Corinth. 15.

CHristus resurréxit à mórtuis primítiæ dormiéntium: quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem resurréctio mortuórum ✠ & sicut in Adam omnes moriúntur: ita & in Christo omnes vivificabúntur.

℣. Gavísi sunt. *pag.* 331.

Oratio. Deus, qui nos exult. *vel,* Depélle Dómine conscríptum. *ut supra.*

Ad Nonam.

Capitulum. Coloss. 3.

SI consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite: ubi Christus est in déxtera Dei sedens ✠ quæ sursum sunt sápite: non quæ super terram.

℣. Christus resúrgens ex. *pag.* 332.

Oratio. Deus, qui ad ætérnam. *prima vel secunda. ut supra.*

Ad Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iii.* *Psalmi feriales.*

Capitulum. Expurgáte. *pag.* 345.

℟. Stetit. *pag.* 345.

Hymnus. Ad Cœnam. *pag.* 341.

℣. Mane nobiscum. *pag.* 342.

Antiphonæ alternatim dicendæ infra primam hebdomadam, ad Magnificat.

Antiph. 1. Quia vidisti me * Thoma, credidisti: beáti qui non vidérunt, & credidérunt, allelu-ia.

Antiph. 2. Hæc autem * scripta sunt, ut credátis quia Jesus est Christus, Filius Dei: & ut credéntes vitam habeátis in nómine ipsius, allelu-ia. *Oratio Dominical.*

De Antiph. Quia vidisti me. *& aliis dicendis (ad Magnificat) infra hebdomadam usque ad Ascensionem, observandum est, ut quæ propter Festum omittitur, die primo sequenti absque Festo, recuperatur.*

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

Incipit liber Actuum Apostolórum.

PRimùm quidem sermónem feci de ómnibus (ô Theóphile) quæ cœpit Jesus fácere, & docére: usque in diem qua præcípiens Apostolis per Spíritum sanctum quos elégit assúmptus est. Quibus & præbuit seipsum vivum post passiónem suam in multis arguméntis ✠ per dies quadraginta appárens eis: & loquens de regno Dei. Tu autem.

Lectio secunda.

ET convéscens, præcépit eis ab Jerosólymis ne discéderent: sed expectárent promissiónem Patris, quam audistis (inquit) per os meum ✠ quia Joánnes quidem baptizávit aqua: vos autem baptizabímini Spíritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui convénerant, interrogábant eum: dicéntes. Dómine ✠ si in témpore hoc restitues regnum Israël? Dixit autem eis. Non est vestrûm nosse témpora vel moménta, quæ Pater pósuit in sua potestáte ✠ sed accipiétis virtútem superveniéntis Spíritus sancti in vos, & éritis mihi testes in Jerúsalem, & in omni Judæa, & Samaría: & usque ad últimum terræ.

Lectio tertia.

ET cùm hæc dixisset vidéntibus illis, elevátus est: & nubes suscépit eum ab óculis eórum. Cùmque intueréntur in cælum eúntem illum ✠ ecce duo viri astitérunt juxta illos in véstibus albis: qui & dixérunt. Viri Galilæi ✠ quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Jesus, qui assúmptus est à vobis in cælum: sic véniet, quemádmodum vidistis eum eúntem in cælum. Tunc revérsi sunt Jerosólymam, à monte qui vocátur Olivéti: qui est juxta Jerúsalem, Sábbati habens iter.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

Et cùm introissent in cœnáculum ✠ ascendérunt ubi manébant Petrus & Joánnes, Jacóbus, & Andræas, Philíppus, Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Jacóbus Alphæi, & Simon Zelótes: & Judas Jacóbi. Hi omnes erant perseverántes unanímiter in oratióne ✠ cum muliéribus, & María matre Jesu: & frátribus ejus.

Lectio secunda.

IN diébus illis exúrgens Petrus in médio fratrum: dixit (erat autem turba hóminum simul, ferè centum viginti.) Viri fratres, opórtet impléri Scriptúram quam prædixit Spíritus sanctus per os David de Juda ✠ qui fuit dux eórum, qui comprehendérunt Jesum: qui connumerátus erat in nobis, & sortítus est sortem ministérii hujus. Et hic quidem possédit agrum de mercéde iniquitátis ✠ & suspénsus crépuit médius: & diffúsa sunt ómnia víscera ejus.

Lectio tertia.

T notum factum est ómnibus habi-
ántibus Jerúsalem: ita ut appella-
ager ille, lingua eórum, Hacélda-
hoc est, ager sanguinis. Scriptum
im in libro Psalmórum. Fiat com-
tio eórum desérta: & non sit qui
itet in ea. Et episcopátum ejus ac-
alter. Opórtet ergo ex his viris,
obíscum sunt congregáti in om-
npore, quo intrávit & exívit inter
óminus Jesus: incípiens à baptís-
Joánnis usque in diem qua as-
tus est à nobis: testem Resurrectió-
us nobíscum fieri unum ex istis.

ERIA QUARTA.

Lectio prima.

statuérunt duos, Joseph qui vo-
ibátur Bársabas, qui cognominá-
justus: & Matthíam. Et orántes
int. Tu Dómine, qui corda nosti
im ꟸ osténde, quem elégeris ex
ióbus unum, accípere locum mi-
i hujus, & Apostolátus: de quo
ricátus est Judas, ut abíret in lo-
ium. Et dedérunt sortes eis ꟸ &
t sors super Matthíam: & annu-
us est cum úndecim Apóstolis.

Lectio secunda.

cùm compleréntur dies Pente-
stes: erant omnes páriter in eó-
oco. Et factus est repéntè de cælo
ꟸ tanquam adveniéntis spíritus
éntis: & replévit totam domum,
ant sedéntes. Et apparuérunt illis
títæ linguæ, tanquam ignis: se-
supra síngulos eórum.

Lectio tertia.

repléti sunt omnes Spíritu sanc-
ꟸ & cœpérunt loqui váriis lin-
proüt Spíritus sanctus dabat élo-
qui illis. Erant autem in Jerúsalem ha-
bitántes Judæi, viri religiósi: ex omni
natióne quæ sub cælo est. Facta autem
hac voce, convénit multitúdo ꟸ & men-
te confúsa est: quóniam audiébat unus-
quísque lingua sua illos loquéntes.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

STupébant autem omnes, & mira-
bántur, dicéntes. Nonne ecce omnes
isti, qui loquúntur, Galilæi sunt? & quó-
modo nos audívimus unusquísque lin-
guam nostram, in qua nati sumus?
Parthi, & Medi, & Ælamítæ, & qui
hábitant Mesopotámiam, Judæam, &
Cappadóciam, Pontum, & Asiam,
Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum,
& partes Lybiæ quæ est circa Cyrénen:
& ádvenæ Románi ꟸ Judæi quoque &
Prosélyti, Cretes & Arabes: audívimus
eos loquéntes nostris linguis, magnália
Dei.

Lectio secunda.

STupébant autem omnes, & mira-
bántur ad ínvicem dicéntes. Quid-
nam vult hoc esse? Alii autem irridén-
tes: dicébant. Quia musto pleni sunt
isti. Stans autem Petrus cum úndecim,
levávit vocem suam: & locútus est eis.
Viri Judæi, & qui habitátis Jerúsalem
univérsi, hoc vobis notum sit: & áuribus
percípite verba mea. Non enim, sicut
vos æstimátis, hi ébrii sunt: cùm sit
hora diéi tértia.

Lectio tertia.

SEd hoc est, quod dictum est per
Prophétam Joël. Et erit in novíssi-
mis diébus (dicit Dóminus) effúndam
de Spíritu meo super omnem carnem ꟸ
& prophetábunt fílii vestri, & fíliæ
vestræ, & júvenes vestri visiónes vidé-

bunt : & seniores vestri somnia somniábunt. Et quidem super servos meos, & super ancillas meas in diébus illis effúndam de Spíritu meo : & prophetábunt.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

ET dabo prodígia in cælo sursum ꟸ & signa in terra deórsum : sánguinem, & ignem, & vapórem fumi. Sol convertétur in ténebras, & Luna in sánguinem : ántequam véniat dies Dómini magnus & maniféstus. Et erit ꟸ omnis quicúmque invocáverit nomen Dómini : salvus erit. Viri Israelítæ, audíte verba hæc. Jesum Nazarénum, virum approbátum à Deo in vobis, virtútibus, & prodígiis, & signis, quæ fecit Deus per illum in médio vestri, sicut & vos scitis ꟸ hunc definíto consílio & præsciéntia Dei tráditum : per manus iniquórum affigéntes interemístis.

Lectio secunda.

QUem Deus suscitávit, solútis dolóribus inférni : juxta quod impossíbile erat tenéri illum ab eo. David enim dicit in eum. Providébam Dóminum in conspéctu meo semper : quóniam à dextris est mihi ne commóvear. Propter hoc lætátum est cor meum, & exultávit lingua mea : ínsuper & caro mea requiéscet in spe. Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno : nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem. Notas mihi fecísti vias vitæ: & replébis me jucunditáte cum fácie tua.

Lectio tertia.

VIri fratres, líceat audénter dícere ad vos de patriárcha David : quóniam defúnctus est, & sepúltus : & sepúlchrum ejus est apud nos usque in hodiérnum diem. Prophéta ígitur cùm esset : & sciret quia jurejurándo jurásset illi Deus de fructu lumbi ejus sedére super sedem ejus ꟸ próvidens locútus est de Resurrectióne Christi, quia neque derelíctus est in inférno : neque caro ejus vidit corruptiónem.

SABBATO.

Lectio prima.

HUnc Jesum resuscitávit Deus : cujus omnes nos testes sumus. Déxtera ígitur Dei exaltátus, & promissióne Spíritus sancti accépta à Patre : effúdit hunc, quem vos vidétis, & audítis. Non enim David ascéndit in cælum : dixit autem ipse. Dixit Dóminus Dómino meo, sede à dextris meis : donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum. Certíssimè sciat ergo omnis domus Israël : quia & Dóminum eum, & Christum, fecit Deus hunc Jesum, quem vos crucifixístis.

Lectio secunda.

HIs autem audítis, compúncti sunt corde ꟸ & dixérunt ad Petrum, & ad réliquos Apóstolos ꟸ Quid faciémus viri fratres ? Petrus verò ad illos, Pœniténtiam (inquit) ágite ꟸ & baptizétur unusquísque vestrûm in nómine Jesu Christi, in remissiónem peccatórum vestrórum : & accipiétis donum Spíritus sancti. Vobis enim est repromíssio, & fíliis vestris, & ómnibus qui longè sunt : quoscúmque advocáverit Dóminus Deus noster.

Lectio tertia.

ALiis étiam verbis plúrimis testificátus est : & exhortabátur eos, dicens. Salvámini à generatióne ista prava. Qui ergo recepérunt sermónem ejus, baptizáti sunt : & appósitæ sunt in die

nimæ circiter tria millia. Erant
perseverántes in doctrína Apostó-
, & communicatióne fractiónis
, & oratiónibus. Fiébat autem
ánimæ timor: multa quoque pro-
, & signa per Apóstolos in Jerú-
fiébant: & metus erat magnus in
rsis.

MINICA PRIMA
post Octavas Paschæ.

Ad primas Vesperas.

tiph. Allelu-ia *iv.* *Psalm.* Confi-
r. *pag.* 105.

itulum. Expurgáte. *pag.* 345.

Magnum. Dignus est Agnus. *ut*

nn. Ad Cœnam. *pag.* 341.
Mane nobíscum. *pag.* 342.

Magnificat. Antiph. illa quæ oc-
de duabus supradictis, scilicet.
idísti. *vel*, Hæc autem. *pag.* 348.

Oratio.

Eus, qui in Filii tui humilitáte ja-
céntem mundum erexísti: fidéli-
is perpétuam lætítiam concéde:
os perpétuæ mortis eripuísti cási-
gaúdiis fácias sempitérnis pérfrui:
ndem.

Matutinas, Invitatorium, Hymn.
ona, Psalmi, Cantic. & ℣. sicut
minica in Albis. pag. 342.

Lectio prima.

Mnes étiam qui credébant, erant
áriter: & habébant ómnia com-
Possessiónes & substántias vendé-
& dividébant illa ómnibus prout
opus erat. Quotídie quoque
ántes unanímiter in templo, &
ntes circa domos panem: sumé-
bum cum exultatióne, & simpli-
cordis: collaudántes Deum, &
habéntes grátiam ad omnem plebem.
Dóminus autem augébat qui salvi fie-
rent quotidie in idípsum.

℟. Dignus es Dómine, accípere li-
brum, & aperíre signácula ejus. † Quó-
niam occísus es, & redemísti nos Deo
in sanguine tuo, allelu-ia.

℣. Et fecísti nos Deo nostro regnum
& sacerdótes. Quóniam.

Lectio secunda.

PEtrus autem & Joánnes ascendébant
in templum: ad horam oratiónis
nonam. Et quidam vir, qui erat clau-
dus ex útero matris suæ, bajulabátur:
quem ponébant quotídie ad portam
templi, quæ dícitur Speciósa: ut péte-
ret eleemósynam ab introeúntibus in
templum. Is cùm vidísset Petrum &
Joánnem incipiéntes introíre in tem-
plum: rogábat, ut eleemósynam accí-
peret.

℟. Dignus est Agnus qui occísus est,
accípere virtútem, & divinitátem, &
sapiéntiam, & fortitúdinem, & honó-
rem, & glóriam, & benedictiónem. †
Allelu-ia, allel. allel.

℣. Qui diléxit nos, & lavit nos à
peccátis nostris in sanguine suo. Allel.

Lectio tertia.

INtuens autem in eum Petrus cum
Joánne, dixit. Réspice in nos. At
ille intendébat in eos: sperans se áli-
quid acceptúrum ab eis. Petrus autem
dixit. Argéntum & aurum non est mihi:
quod autem hábeo, hoc tibi do. In nó-
mine Jesu Christi Nazaréni surge, &
ámbula. Et apprehénsa manu ejus déx-
tera, allevávit eum: & prótinus conso-
lidátæ sunt bases ejus, & plantæ.

℟. Benedíctio, & cláritas, & sapién-
tia, & gratiárum áctio, honor, & vir-
tus, & fortitúdo Deo nostro. † In sǽ-

cula seculórum, allelu-ia.

℣. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. In sécula.

Lectio quarta.

ET exíliens stetit, & ambulábat ꝰ & intrávit cum illis in templum ámbulans, & exiliens: & laudans Deum. Et vidit omnis pópulus eum ambulántem: & laudántem Deum. Cognoscébant autem illum, quòd ipse erat, qui ad eleemósynam sedébat ad Speciósam portam templi: & impléti sunt stupóre & éxtasi, in eo quod contígerat illi. Cùm tenéret autem Petrum & Joánnem ꝰ cucúrrit omnis pópulus ad eos: ad pórticum quæ appellátur Salomónis, stupéntes.

℟. Setit Jesus. *pag.* 331.

Lectio quinta.

VIdens autem Petrus, respóndit ad pópulum. Viri Israëlítæ, quid mirámini in hoc, aut nos quid intuémini ꝰ quasi nostra virtúte aut potestáte fecérimus hunc ambuláre? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus patrum nostrórum glorificávit Filium suum Jesum: quem vos quidem tradidístis & negástis ante fáciem Piláti: judicánte illo dimítti.

℟. Grátias ágimus tibi, Dómine Deus omnípotens, qui es, & qui eras. † Qui accepísti virtútem tuam magnam, & regnásti, allelu-ia.

℣. Dignus es Dómine Deus noster, accípere glóriam, & honórem, & virtútem. Qui accep.

Lectio sexta.

VOs autem sanctum & justum negástis: & petístis virum homicídam donári vobis ꝰ Authórem verò vitæ interfecístis: quem Deus suscitávit à mórtuis, cujus nos testes sumus. Et in fide nóminis ejus, hunc, quem vos vidístis, & nostis, confirmávit nomen ejus: & fides, quæ per eum est, dedit íntegram sanitátem istam in conspéctu ómnium vestrûm. Et nunc (fratres) scio quia per ignorántiam fecístis: sicut & príncipes vestri.

℟. Timéte Dóminum, & date claritátem illi, & adoráte eum. † Qui fecit cælum, & terram, mare, & fontes aquárum, allelu-ia, allel.

℣. Quia venit hora judícii ejus. Qui.

Lectio septima.

DEus autem, qui prænuntiávit per os ómnium prophetárum, pati Christum suum: sic implévit. Pœnitémini ígitur, & convertímini ꝰ ut deleántur peccáta vestra: ut cùm vénerint témpora refrigérii à conspéctu Dómini ꝰ & míserit eum, qui prædicátus est vobis, Jesum Christum, quem opórtet quidem cælum suscípere: usque in témpora restitutiónis ómnium, quæ locútus est Deus per os sanctórum suórum à século prophetárum.

℟. Regnávit Dóminus Deus noster omnípotens. † Gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam ei, allelu-ia.

℣. Quia venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit se. Gaudeámus.

Lectio octava.

MOyses quidem dixit. Quóniam prophétam suscitábit vobis Dóminus Deus vester de frátribus vestris tanquam me: ipsum audiétis juxta ómnia quæcúmque locútus fúerit vobis. Erit autem ꝰ omnis ánima, quæ non audíerit prophétam illum: exterminábitur de plebe. Et omnes prophétæ à Sámuël, & deínceps, qui locúti sunt: annuntiavérunt dies istos. Vos estis filii prophetárum & testaménti quod dispó-

fuit Deus ad patres nostros ꟸ dicens ad Abraham : Et in sémine tuo benedicéntur omnes famíliæ terræ. Vobis primùm Deus súscitans Fílium suum, misit eum benedicéntem vobis : ut convértat se unusquísque à nequítia sua.

℟. Christus resúrgens. *pag.* 331.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 10.

IN illo témpore : Locútus est Jesus ad Pharisæos, dicens. Bonus Pastor : ánimam suam dat pro óvibus suis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ.

Homil. 14. *in Evangel.*

AUdístis (fratres charíssimi) ex lectióne Evangélica eruditiónem vestram : audístis & perículum nostrum. Ecce enim, is qui non ex accidénti dono, sed essentiáliter bonus est, dicit. Ego sum pastor bonus. Atque ejúsdem bonitátis formam, quam nos imitémur, adjúngit, dicens. Bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Fecit quod mónuit : osténdit quod jussit.

℟. Vidi Jerúsalem descendéntem de cælo, à Deo parátam tanquam sponsam ornátam viro suo. † Allelu-ia, allel.

℣. Et erat structúra muri ejus ex lápide ïáspide, ipsa verò ex auro mundo, símili vitro mundo. Allelu-ia, allel.

Lectio decima.

BOnus pastor pro óvibus suis ánimam suam pósuit ꟸ ut in sacraménto nostro corpus suum & sánguinem vérteret : & oves quas redémerat, carnis suæ aliménto satiáret. Osténsa nobis est de contémptu mortis via, quam sequámur : appósita est forma, cui imprimámur. Primum nobis est exterióra nostra misericórditer óvibus ejus impéndere. Postrémum verò ꟸ si necésse sit : étiam mortem nostram pro eísdem óvibus ministráre.

℟. Locútus est ad me unus ex septem Angelis dicens, Veni, osténdam tibi novam nuptam sponsam Agni. † Et vidi Jerúsalem descendéntem de cælo, habéntem claritátem Dei, allel. allel. allel.

℣. Et sústulit me in spíritu in montem magnum & altum. Et vidi.

Lectio undecima.

A Primo autem hoc mínimo : pervenítur ad postrémum majus. Sed cùm incomparabíliter longè sit mélior ánima, qua vívimus ꟸ quàm terréna substántia, quam extériùs possidémus ꟸ qui non dat pro óvibus substántiam suam ꟸ quando pro his datúrus est ánimam suam ?

℟. Ego sicut vitis fructificávi suavitátem odóris, allelu-ia. † Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, & à generatiónibus meis adimplémini, allelu-ia, allelu-ia.

℣. In me grátia omnis viæ & veritátis : in me omnis spes vitæ, & virtútis. Transíte.

Lectio duodecima.

ET sunt nonnúlli ꟸ qui dum plus terrénam substántiam, quàm oves díligunt : méritò nomen pastóris perdunt. De quibus prótinus súbditur. Mercenárius autem & qui non est pastor ꟸ cujus non sunt oves própriæ : videt lupum veniéntem, & dimíttit oves, & fugit. Non pastor, sed mercenárius vocátur ꟸ qui non pro amóre íntimo oves Domínicas : sed ad temporáles mercédes pascit. Mercenárius quippe est, qui locum quidem pastóris tenet : sed lucra animárum non quærit.

℟. Ecce vicit leo. *pag.* 332.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 10.

IN illo témpore: Locútus est Jesus ad Pharisæos, dicens. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor : ánimam suam dat pro óvibus suis. Mercenárius autem, & qui non est pastor : cujus non sunt oves própriæ ꝛ videt lupum veniéntem : & dimíttit oves, & fugit. Et lupus rapit : & dispérgit oves. Mercenárius autem fugit ꝛ quia mercenárius est : & non pértinet ad eum de óvibus. Ego sum pastor bonus. Et cognósco meas : & cognóscunt me meæ. Sicut novit me Pater ꝛ & ego agnósco Patrem : & ánimam meam pono pro óvibus meis. Et álias oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovíli ꝛ & illas opórtet me addúcere : & vocem meam aúdient. Et fiet unûm ovíle, & ûnus pastor. Amen.

Oratio. Deus, qui in Filii. *pag.* 351.

Ad Laudes.

Antiph. Psalm. Capitul. ℟. *Hymn. &* ℣. *ut in Dominica in Albis. pag.* 345.

Ad Benedictus.

Antiph. Pastor bonus * ánimam suam ponit pro óvibus suis, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui in Filii. *pag.* 351.

Cætera ad Horas & Vesperas, sicut in Dominica in Albis, excepta Oratione ad Tertiam. Deus, qui in Filii. *pag.* 351.

Ad Magnificat.

Antiph. Ego sum * pastor bonus, & cognósco meas, & cognóscunt me meæ, allelu-ia, allel.

Oratio. Deus, qui in Filii. *pag.* 351.

Antiph. dicendæ alternatim ad Magnificat super hebdomadam.

Antiph. 1. Sicut novit me Pater, * & ego agnósco Patrem, & ánimam meam pono pro óvibus meis, allelu-ia.

Antiph. 2. Alias * oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovíli, & illas opórtet me addúcere, & vocem meam aúdient, & fiet unum ovíle, & unus pastor, allel.

Oratio. Deus, qui in Filii. *pag.* 351.

Cætera super hebdomad. sicut in hebdomada præcedenti, exceptis tribus Responsoriis mutuatis scilicet, 4. 8. *&* 12. *quæ omittuntur.*

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

LOquéntibus autem illis ad pópulum : supervenérunt sacerdótes, & magistrátus templi, & Sadducæi ꝛ doléntes quòd docérent pópulum, & annuntiárent in Jesu resurrectiónem ex mórtuis : & injecérunt in eos manus ꝛ & posuérunt eos in custódiam in crástinum : erat enim jam véspera. Multi autem eórum, qui audíerant verbum, credidérunt : & factus est númerus virórum quinque míllia.

Lectio secunda.

FActum est autem in crástinum, ut congregaréntur príncipes eórum, & senióres : & scribæ in Jerúsalem. Et Annas princeps sacerdótum, & Caiphas, & Joánnes, & Alexánder : & quotquot erant de génere sacerdotáli. Et statuéntes eos in médio, interrogábant ꝛ In qua virtúte, aut in quo nómine fecístis hoc vos ? Tunc replétus Spíritu sancto Petrus, dixit ad eos. Príncipes pópuli, & senióres audíte. Si nos hódie dijudicámur in benefácto hóminis infírmi, in quo iste salvus factus est : notum sit ómnibus vobis, & omni plebi Israël, quia in nómine Dómini nostri Jesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixístis, quem Deus suscitávit à mórtuis : in hoc iste astat coram vobis sanus.

Lectio tertia.

Ic est lapis, qui reprobátus est à vobis ædificántibus ꟸ qui factus caput ánguli : & non est in álio o salus. Nec enim áliud nomen ub cælo datum homínibus : in quo teat nos salvos fieri. Vidéntes au- Petri constántiam & Joánnis, com- quòd hómines essent sine lítteris, iótæ ꟸ admirabántur, & cognoscé- eos, quóniam cum Jesu fúerant : inem quoque vidéntes stantem cum qui curátus fúerat, nihil póterant radícere.

ERIA TERTIA.

Lectio prima.

Ussérunt autem eos foras extra con- ilium secédere : & conferébant ad cem, dicéntes. Quid faciémus ho- bus istis ? Quóniam quidem notum am factum est per eos, ómnibus tántibus Jerúsalem : maniféstum est, n póssumus negáre. Sed ne ámpliùs lgétur in pópulum : comminémur ne ultrà loquántur in nómine hoc hóminum.

Lectio secunda.

T vocántes eos, denuntiavérunt ne omnino loqueréntur, neque docé- in nómine Jesu. Petrus verò, & ines respondéntes : dixérunt ad eos. istum est in conspéctu Dei, vos pó- audíre quàm Deum : judicáte. Non póssumus quæ vídimus & audívi- non loqui. At illi comminántes isérunt eos ꟸ non inveniéntes quó- o punírent eos, propter pópulum : omnes clarificábant id, quod factum it in eo quod accíderat. Annórum erat ámpliùs quadragínta homo, in factum fúerat signum istud sanitátis.

Lectio tertia.

Dimíssi autem venérunt ad suos : & annuntiavérunt eis, quanta ad eos príncipes sacerdótum & senióres di- xissent. Qui cùm audíssent, unanímiter levavérunt vocem ad Deum : & dixérunt. Dómine, tu es qui fecísti cælum, & ter- ram, mare, & ómnia quæ in eis sunt : réspice in minas eórum ꟸ & da servis tuis cum omni fidúcia loqui verbum tuum : in eo quòd manum tuam exténdas ad sanitátes, & signa, & prodígia fíeri per nomen sancti Filii tui Jesu.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

ET cùm orássent, motus est locus, in quo erant congregáti ꟸ & repléti sunt omnes Spíritu sancto : & loque- bántur verbum Dei cum fidúcia. Mul- titúdinis autem credéntium erat cor unum, & ánima una ꟸ nec quisquam eórum, quæ possidébat, áliquid suum esse dicébat : sed erant illis ómnia com- múnia.

Lectio secunda.

ET virtúte magna reddébant Após- toli testimónium Resurrectiónis Jesu Christi Dómini nostri : & grátia magna erat in ómnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessóres agrórum aut domórum erant ꟸ vendéntes afferé- bant prétia eórum quæ vendébant : & ponébant ante pedes Apostolórum. Di- videbátur autem síngulis, prout cuíque opus erat.

Lectio tertia.

JOseph autem qui cognominátus est Bárnabas ab Apóstolis (quod est in- terpretátum fílius consolatiónis.) Le- vítes, Cyprius génere, cùm habéret

agrum † véndidit eum, & áttulit prétium: & posuit ante pedes Apostolórum. Vir autem quidam nómine Ananías, cum Saphíra uxóre sua, véndidit agrum † & fraudávit de prétio agri, cónscia uxóre sua: & ásferens partem quandam, ad pedes Apostolórum pósuit.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

Dixit autem Petrus. Ananía † cur tentávit satanas cor tuum, mentíri te Spirítui sancto, & fraudáre de prétio agri? Nonne manens tibi manébat † & venúndatum in tua erat potestáte? Quare posuísti in corde tuo hanc rem? Non es mentítus homínibus: sed Deo. Aúdiens autem Ananías hæc verba cécidit: & expirávit. Et factus est timor magnus super omnes qui audiérunt. Surgéntes autem júvenes amovérunt eum: & efferéntes sepeliérunt.

Lectio secunda.

Factum est autem quasi horárum trium spátium: & uxor ipsíus nésciens quod factum fúerat, introívit. Dixit autem ei Petrus. Dic mihi múlier † si tanti agrum vendidístis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam. Quid útique cónvenit vobis tentáre Spíritum Dómini? Ecce pedes eórum, qui sepeliérunt virum tuum, ad óstium: & éfferent te. Conféstim cécidit ante pedes ejus: & expirávit. Intrántes autem júvenes, invenérunt illam mórtuam: & extulérunt, & sepeliérunt ad virum suum.

Lectio tertia.

Et factus est timor magnus in univérsa Ecclésia: & in omnes, qui audiérunt hæc. Per manus autem Apostolórum fiébant signa, & prodígia multa in plebe. Et erant unanímiter omn[e]s [in] pórticu Salomónis. Cæterórum au[tem] nemo audébat se conjúngere illis: [sed] magnificábat eos pópulus.

FERIA SEXT[A.]

Lectio prima.

Magis autem augebátur credénti[um] in Dómino multitúdo viróru[m] ac mulíerum † ita ut in platéas ejice[rent] infirmos, & pónerent in léctulis [ac] grabátis: ut veniénte Petro, sal[tem] umbra illíus obumbráret quemquam [il]lórum, & liberaréntur ab infirmitáti[bus] suis. Concurrébat autem & multitu[do] vicinárum civitátum Jerúsalem: [affe]réntes ægros, & vexátos à spíriti[bus] immúndis, qui curabántur omnes.

Lectio secunda.

Exúrgens autem princeps sacer[do]tum, & omnes qui cum illo era[nt] (quæ est hæresis Sadducæórum) rep[leti] sunt zelo † & injecérunt manus in A[pos]tolos: & posuérunt eos in custódia [pu]blica. Angelus autem Dómini per n[oc]tem apériens jánuas cárceris, & edúc[ens] eos, dixit: Ite, & stantes loquímin[i in] templo plebi ómnia verba vitæ hu[jus.] Qui cùm audíssent, intravérunt dilúc[ulo] in templum, & docébant.

Lectio tertia.

Adveniens autem princeps sa[cer]dótum, & qui cum eo era[nt] convocavérunt concílium, & om[nes] senióres filiórum Israël: & misérunt [ad] cárcerem, ut adduceréntur. Cùm aut[em] veníssent minístri, & apérto cárcere [non] inveníssent illos: revérsi nuntiavéru[nt] dicéntes. Cárcerem quidem invénim[us] clausum cum omni diligéntia, & cu[sto]des stantes ante jánuas: aperiéntes [au]tem néminem intus invénimus. Ut

udiérunt hos sermónes magistrá-
mpli, & príncipes sacerdótum:
ébant de illis quidnam fieret.

SABBATO.

Lectio prima.

Dvéniens autem quidam nuntiávit
eis ✠ quia ecce viri, quos posuístis
cerem, sunt in templo stantes: &
tes pópulum. Tunc ábiit magistrá-
m minístris ✠ & addúxit illos sine
imébant enim pópulum, ne lapi-
tur. Et cùm adduxíssent illos, sta-
nt in concílio. Et interrogávit eos
eps sacerdótum, dicens. Præci-
o præcépimus vobis ne docerétis
nine isto ✠ & ecce repléstis Jerú-
doctrína vestra: & vultis indúcere
nos sanguinem hóminis istius.

Lectio secunda.

Espóndens autem Petrus, & Apósto-
i, dixérunt. Obedíre opórtet Deo
, quàm homínibus. Deus patrum
rum suscitávit Jesum: quem vos
místis, suspendéntes in ligno.
príncipem & Salvatórem Deus
vit déxtera sua, ad dandam pœ-
iam Isráëli, & remissiónem pecca-
✠ & nos sumus testes horum
rum: & Spíritus sanctus, quem
Deus ómnibus obediéntibus sibi.
cùm audíssent, dissecabántur: &
bant interfícere illos.

Lectio tertia.

rgens autem quidam in concílio
arisæus, nómine Gamáliel, legis
r honorábilis univérsæ plebi: jussit
ad breve hómines fieri, dixítque
s. Viri Israëlítæ, atténdite vobis
homínibus istis: quid actúri sitis.
nc ítaque dico vobis, discédite ab
ibus istis, & sínite illos: quó-
niam si est ex homínibus consílium hoc,
aut opus, dissolvétur. Si verò ex Deo
est, non potéritis dissólvere illud: ne
fortè & Deo repugnáre inveniámini.
Consenſérunt autem illi.

DOMINICA SECUNDA
Post Octavas Paschæ.
Ad primas Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalm.* Confi-
teántur. *pag.* 105.

Capitulum. Expurgáte. *pag.* 345.

Parvum ℞. Stetit Jesus. *pag.* 345.

Hymn. Ad Cœnam Agni. *pag.* 341.

℣. Mane nobíscum. *pag.* 342.

*Ad Magnific. una ex Antiph. scili-
cet*, Sicut. *vel*, Alias. *quæ ordine contin-
git. pag.* 354.

Oratio.

DEus, qui errántibus ut in viam
possint redíre justítiæ, veritátis
tuæ lumen osténdis: da cunctis qui
Christiána professióne censéntur, & illa
respúere quæ huic inimíca sunt nómi-
ni ✠ & ea quæ sunt apta sectári: Per.

Ad Matutinas.

*Invitat. Hymn. Antiph. Psalm. Cantic.
& ℣. ut in Dominica in Albis. pag.* 342.

Lectio prima.

IN diébus autem illis: Surrexérunt
quidam de hæresi Pharisæórum, qui
credidérunt, dicéntes ✠ quia opórtet
circumcídi eos, qui convérsi erant ex
Géntibus: præcípere quoque serváre le-
gem Moysi. Convenerúntque Apóstoli
& senióres vidére de verbo hoc. Cùm
autem magna conquisítio fieret: sur-
gens Petrus dixit ad eos. Viri fratres,
vos scitis: quóniam ab antiquis diébus
Deus in nobis elégit per os meum audí-
re Gentes verbum Evangélii, & cré-
dere.

℟. Dignus es. *cum cæteris de Dominica præcedenti. pag. 351.*

Lectio secunda.

ET qui novit corda Deus, testimónium perhibuit, dans illis Spíritum sanctum, sicut & nobis ✝ & nihil discrévit inter nos & illos: fide puríficans corda eórum. Nunc ergo quid tentátis Deum, impónere jugum super cervíces discipulórum ✝ quod neque patres nostri, neque nos portáre potúimus? Sed per grátiam Dómini Jesu Christi crédimus salvári: quemádmodum & illi. Tácuit autem omnis multitúdo: & audiébant Bárnabam & Paulum, narrántes quanta Deus fecísset signa & prodígia in Géntibus per eos.

Lectio tertia.

ET postquam tacuérunt: respóndit Jacóbus, dicens. Viri fratres audíte me. Simon narrávit quemádmodum primùm Deus visitávit súmere ex Géntibus pópulum nómini suo. Et huic concórdant verba prophetárum, sicut scriptum est: Post hæc revértar, & reædificábo tabernáculum David, quod décidit ✝ & díruta ejus reædificábo, & érigam illud: ut requírant cæteri hóminum Dóminum, & omnes Gentes super quas invocátum est nomen meum, dicit Dóminus fáciens hæc.

Lectio quarta.

NOtum à século est Dómino opus suum. Propter quod ego júdico, non inquietári eos qui ex Géntibus convertúntur ad Deum: sed scríbere ad eos ut abstíneant se à contaminatiónibus simulachrórum, & fornicatióne, & suffocátis, & sánguine. Moyses enim à tempóribus antíquis habet in síngulis civitátibus qui eum prædicent in synagógis: ubi per omne Sábbatum légitur.

Lectio quinta.

TUnc plácuit Apóstolis & senió[...] cum omni Ecclésia elígere vi[...] eis ✝ & míttere Antiochíam cum [...] & Bárnaba, Judam, qui cognomi[...] tur Bársabas, & Silam, viros prim[...] frátribus: scribéntes per manus e[...] Apóstoli & senióres fratres, his [...] sunt Antiochíæ, & Syriæ, & Ci[...] frátribus ex Géntibus, salútem.

Lectio sexta.

QUóniam audívimus quidam e[...] bis exeúntes, turbavérunt vo[...] bis, everténtes ánimas vestras ✝ q[...] non mandávimus: plácuit nobis c[...] tis in unum, elígere viros, & mí[...] ad vos, cum charíssimis nostris Bá[...] & Paulo, homínibus, qui tradid[...] ánimas suas pro nómine Dómini [...] Jesu Christi. Mísimus ergo Juda[...] Silam: qui & ipsi vobis verbis ré[...] éadem.

Lectio septima.

VIsum est enim Spirítui sanc[...] nobis ✝ nihil ultrà impónere [...] óneris, quàm hæc necessária: ut [...] neátis vos ab immolátis simula[...] rum ✝ & sánguine, & suffocáto, & [...] nicatióne: à quibus custodiéntes [...] bene agétis. Valéte. Illi ergo di[...] descendérunt Antiochíam: & co[...] gáta multitúdine, tradidérunt epist[...] Quam cùm legíssent: gavísi sunt [...] consolatióne.

Lectio octava.

JUdas autem & Silas, & ipsi cù[...] sent prophétæ ✝ verbo plúrimo [...] soláti sunt fratres: & confirmavé[...] Facto autem ibi aliquánto tempor[...] míssi sunt cum pace à frátribus a[...] qui míserant illos. Visum est auten[...] ibi remanére: Judas autem solus [...]

lem. Paulus autem & Bárnabas de-
ántur Antiochíæ : docéntes, &
ːlizántes cum áliis plúribus ver-
Dómini.

Lectio nona.

tio sancti Evangélii : secúndùm
em. *Joann.* 16.

llo témpore: Dixit Jesus discípu-
suis. Módicùm, & jam non vidé-
ie : & íterum módicùm, & vidé-
ie, quia vado ad Patrem. Et ré-

mília Lectiónis ejúsdem : beáti
tini Epíscopi.

Tract. 101. *in Joann.*

Æc Dómini verba, ubi ait, Mó-
licùm, & jam non vidébitis me,
rum Módicùm, & vidébitis me,
ado ad Patrem ✠ ita obscúra erant
ilis ántequam id quod dicit im-
n esset : ut quæréntes inter se quid
uod díceret, omníno se fatérén-
scíre. Séquitur enim Evangélium.
int ergo ex discípulis ejus ad ín-
. Quid est hoc quod dicit nobis,
ùm ? Nescímus quid lóquitur.

Lectio decima.

Oc enim est quod eos movébat ✠
quia dixit, módicùm, & non vi-
s me : & íterum módicùm, & vi-
s me. Nam in præcedéntibus quia
ixerat, Módicùm ✠ sed díxerat,
itrem vado, & jam non vidébitis
inquam apértè visus est illis locú-
iec inter se de hoc áliquid quæsié-
Nunc ergo quod illis tunc obscú-
uit ✠ & mox manifestátum est : jam
útique maniféstum est.

Lectio undecima.

t paúlulum enim passus est, &
n vidérunt eum ✠ rursus, post
um resurréxit : & vidérunt eum.
Illud autem quod ait, Jam non vidébi-
tis me : quia isto verbo, id est, jam, in-
télligi vóluit quòd eum ultériùs non vi-
dérent ✠ ibi exposúimus quómodo ac-
cipiéndum sit : ubi dixit, De justítia ár-
guet mundum Spíritus sanctus ✠ quia
ad Patrem vado, & jam non vidébitis
me : quia scílicet mortálem Christum
ultériùs non vidérunt.

Lectio duodecima.

COgnóvit autem Jesus, sicut in se-
quénti Evangelísta dicit ✠ quia vo-
lébant eum interrogáre : & dixit eis.
De hoc quæritis inter vos : quia dixi,
Módicùm, & non vidébitis me, & íte-
tum módicùm, & vidébitis me. Amen,
amen dico vobis ✠ quia plorábitis &
flébitis vos : mundus autem gaudébit ✠
vos autem contristabímini : sed tristítia
vestra vertétur in gaúdium. Et hoc sic
áccipi potest ✠ quia contristáti sunt dis-
cípuli de morte Dómini : & conféstim
de resurrectióne lætáti.

Sequéntia sancti Evangélii : secún-
dùm Joánnem. *Joann.* 16.

IN illo témpore : Dixit Jesus discí-
pulis suis. Módicùm, & jam non
vidébitis me : & íterum módicùm, &
vidébitis me : quia vado ad Patrem.
Dixérunt ergo ex discípulis ejus ad ín-
vicem. Quid est hoc quod dicit nobis,
Módicùm & non vidébitis me, & íterum
módicùm, & vidébitis me, & quia vado
ad Patrem ? Dicébant ergo. Quid est
hoc, quod dicit Módicùm ? Nescímus
quid lóquitur. Cognóvit autem Jesus,
quia volébant eum interrogáre : & dixit
eis. De hoc quæritis inter vos, quia
dixi : Módicùm, & non vidébitis me,
& íterum módicùm, & vidébitis me.
Amen, amen dico vobis ✠ quia plorá-
bitis & flébitis vos : mundus autem gau-

débit ꝛ vos autem contristabímini: sed tristítia vestra vertétur in gaúdium. Múlier cùm parit, tristitiam habet: quia venit hora ejus. Cùm autem pepérerit púerum ꝛ jam non méminit pressúræ propter gaúdium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristítiam habétis ꝛ iterum autem vidébo vos: & gaudébit cor vestrum. Et gaûdium vestrum nemo tollêt à vobis. Amen.

Oratio. Deus, qui errán. *pag.* 357.

Ad Laudes, Horas, & Vesperas, omnia sicut in Dominica in Albis, excepta Oratione. ad Tertiam. Deus, qui errán. *p.* 357.

Ad Benedictus.

Antiph. Módicùm * & non vidébitis me, dicit Dóminus: íterum módicùm, & vidébitis me, quia vado ad Patrem, allelu-ia, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui errán. *pag.* 357.

Ad Magnificat.

Antiph. Tristitia vestra * vertétur in gaúdium, & gaúdium vestrum nemo tollet à vobis, allelu-ia, allel.

Oratio. Deus, qui errán. *pag.* 357.

Antiph. super hebdomadam alternatim dicendæ ad Magnificat.

Antiph. 1. Tristitia vestra, * allelu-ia, vertétur in gaúdium, allelu-ia.

Antiph. 2. Iterum * vidébo vos, allelu-ia, & gaudébit cor vestrum, allelu-ia, allelu-ia, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui errán. *pag.* 357.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

POst áliquot autem dies, dixit ad Bárnabam Paulus. Reverténtes visitémus fratres per univérsas civitátes, in quibus prædicávimus verbum Dómini: quómodo se hábeant. Bárnabas autem volébat secum assúmere & Joánnem: qui cognominabátur Marcus. [...]lus autem rogábat eum ꝛ (ut qu[...] cessísset ab eis de Pamphília, & [...] isset cum eis in opus:) non debér[...] cipi. Facta est autem dissénsio ꝛ i[...] discéderent ab ínvicem: & Bár[...] quidem assúmpto Marco navigáre[...] prum.

Lectio secunda.

PAulus verò elécto Sila proféct[...] tráditus grátiæ Dei à frátribus[...] ambulábat autem Syriam & Cilic[...] confirmans Ecclésias: præcípiens [...] díre præcépta Apostolórum, & [...] rum. Pervénit autem Derben, & [...] tram. Et ecce discípulus quidam [...] ibi nómine Timótheus, filius mu[...] Judææ fidélis, patre Gentili. Huic [...] mónium bonum reddébant, qui in [...] tris erant & Icónio fratres. Hun[...] luit Paulus secum profícisci ꝛ & [...] mens circumcidit eum: propter J[...] qui erant in illis locis. Sciébant [...] omnes quòd pater ejus erat Genti[...]

Lectio tertia.

CUm autem pertransírent civi[...] tradébant eis custodíre dógm[...] quæ erant decréta ab Apóstolis & [...] ribus, qui erant Jerosólymis. Et Ec[...] quidem confirmabántur fide: & ab[...] bant número quotídie. Transeúnt[...] tem Phrygiam, & Galátiæ regió[...] vetáti sunt à Spíritu sancto loqui [...] bum Dei in Asia. Cùm venissent [...] in Mysiam ꝛ tentábant ire in Bithy[...] & non permísit eos Spíritus Jesu.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

CUm autem pertransissent My[...] descendérunt Tróadem: & [...] per noctem Paulo osténsa est. Vi[...]

quidam erat stans, & déprecans & dicens: Tránsiens in Macedó-, ádjuva nos. Ut autem visum vi- statim quæsívimus profícisci in dóniam: certi facti quòd vocásset eus evangelizáre eis.

Lectio secunda.

Avigántes autem à Tróade, recto cursu vénimus Samothráciam ꝟ & nti die Neápolim, & inde Philíp- quæ est prima partis Macedóniæ, colónia. Erámus autem in hac diébus áliquot conferéntes. Die Sabbatórum egréssi sumus foras n juxta flumen, ubi videbátur esse: & sedéntes loquebámur mu- is, quæ convénerant.

Lectio tertia.

quædam múlier nómine Lydia, rpurária civitátis Thyatirenórum, Deum, audívit: cujus Dóminus it cor inténdere his quæ dicebán- Paulo. Cùm autem baptizáta esset, mus ejus ꝟ deprecáta est, dicens: licástis me fidélem Dómino esse ꝟ te in domum meam: & manéte. égit nos.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

ctum est autem eúntibus nobis ad atiónem ꝟ puéllam quandam ha- m spíritum Pythónem, obviáre: quæ quæstum magnum præstábat nis suis, divinándo. Hæc subsecúta m, & nos, clamábat dicens. Isti nes servi Dei excélsi sunt: qui ntiant vobis viam salútis. Hoc au- aciébat multis diébus. Dolens au- aulus, & convérsus, spirítui dixit. pio tibi in nómine Jesu Christi: ab ea. Et éxiit eádem hora.

Feria secunda.

Idéntes autem dómini ejus, quia exívit spes quæstus eórum ꝟ apprehendéntes Paulum & Silam, perduxérunt in forum ad príncipes: & offeréntes eos magistrátibus, dixérunt. Hi hómines contúrbant civitátem nostram, cùm sint Judæi: & annúntiant morem, quem non licet nobis suscípere, neque fácere, cùm simus Románi. Et cucúrrit plebs advérsùs eos: & magistrátus, scissis túnicis eórum, jussérunt eos virgis cædi.

Feria tertia.

ET cùm multas plagas eis imposuíssent ꝟ misérunt eos in cárcerem: præcipiéntes custódi ut diligénter custodíret eos. Qui cùm tale præcéptum accepísset ꝟ misit eos in interiórem cárcerem: & pedes eórum strinxit ligno. Média autem nocte, Paulus & Silas orántes, laudábant Deum. Et audiébant eos qui in custódia erant. Súbitò verò terræ motus factus est magnus: ita ut moveréntur fundaménta cárceris. Et statim apérta sunt ómnia óstia: & universórum víncula solúta sunt.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

EXpergefactus autem custos cárceris, & videns jánuas apértas cárceris ꝟ evagináto gládio volébat se interfícere: æstimans fugisse vinctos. Clamávit autem Paulus voce magna, dicens. Nihil tibi mali féceris: univérsi enim hìc sumus. Petitóque lúmine, introgréssus est: & tremefactus prócidit Paulo & Silæ ad pedes, & prodúcens eos foras, ait. Dómini ꝟ quid me opórtet fácere, ut salvus fiam? At illi dixérunt. Crede in Dóminum Jesum: & salvus eris tu, & domus tua.

Lectio secunda.

ET locúti sunt ei verbum Dómini, cum ómnibus qui erant in domo ejus. Et tollens eos in illa hora noctis, lavit plagas eórum : & baptizátus est ipse, & omnis domus ejus contínuò. Cùmque perduxísset eos in domum suam : appósuit eis mensam, & lætátus est cum omni domo sua credens Deo. Et cùm dies factus esset † misérunt magistrátus lictóres, dicéntes : Dimítte hómines illos. Nuntiávit autem custos cárceris verba hæc Paulo : Quia misérunt magistrátus ut dimittámini : nunc ígitur exeúntes, ite in pace.

Lectio tertia.

PAulus autem dixit eis. Cæsos nos públicè indemnátos, hómines Romános misérunt in cárcerem, & nunc occúltè nos ejíciunt ? Non ita : sed véniant, & ipsi nos ejíciant. Nuntiavérunt autem magistrátibus lictóres verba hæc. Timuerúntque audíto quòd Románi essent † & veniéntes deprecáti sunt eos : & educéntes rogábant ut egrederéntur de urbe. Exeúntes autem de cárcere, introiérunt ad Lydiam † & visis frátribus consoláti sunt eos : & profécti sunt.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

CUm autem cognovíssent in Thessalónica Judæi † quia & Berœæ prædicátum est à Paulo verbum Dei : venérunt & illuc, commovéntes & turbántes multitúdinem. Statímque tunc Paulum dimisérunt fratres, ut iret usque ad mare. Silas autem & Timótheus remansérunt ibi. Qui autem deducébant Paulum perduxérunt eum usque Athénas † & accépto mandáto ab eo ad Silam & Timótheum, ut quàm cel[...] venírent ad illum : profécti sunt.

Lectio secunda.

PAulus autem cùm Athénis ex[...] pectáret † incitabátur spíritus [...] in ipso : videns idololátriæ dédita[...] vitátem. Disputábat ígitur in syna[...] cum Judæis, & coléntibus, & in f[...] per omnes dies, ad eos qui áde[...] Quidam autem Epicuréi, & Stóici [...] lósophi disserébant cum eo : & qu[...] dicébant † Quid vult seminivérbiu[...] dícere ?

Lectio tertia.

ALii verò † Novórum dæmoni[...] vidétur annuntiátor esse : qui[...] sum, & resurrectiónem annuntiab[...] Et apprehénsum eum ad Areóp[...] duxérunt, dicéntes † Póssumus [...] quæ est hæc nova quæ à te dícitur [...] ctrína ? Nova enim quædam infer[...] ribus nostris. Vólumus ergo scire [...] nam velint hæc esse. Atheniénses a[...] omnes, & ádvenæ hóspites, ad [...] áliud vacábant : nisi aut dícere, au[...] díre áliquid novi.

SABBATO.

Lectio prima.

STans autem Paulus in médio A[...] pagi, ait. Viri Atheniénses per[...] nia quasi superstitiosióres vos v[...] Prætériens enim, & videns simul[...] vestra † invéni & aram, in qua scri[...] erat : Ignóto Deo. Quod ergo ign[...] tes cólitis : hoc ego annúntio v[...] Deus qui fecit mundum, & ómnia [...] in eo sunt : hic cæli & terræ cùm si[...] minus † non in manu factis templi[...] bitat, nec mánibus humánis cólitu[...] digens áliquo : cùm ipse det óm[...] vitam, & inspiratiónem, & ómnia.

Lectio secunda.
[...]itque ex uno omne genus hómi-[...]m inhabitáre super univérsam fá-[...]terræ: definiens statúta témpora, [...]minos habitatiónis eórum ꟸ quæ-[...]eum, si fortè attréctent eum, aut [...]ant: quamvis non longè sit ab [...]óque nostrûm. In ipso enim ví-[...], & movémur, & sumus ꟸ sicut [...]idam vestrórum poetárum dixé-[...] Ipsíus enim & genus sumus. Ge-[...]go cùm simus Dei: non debémus [...]re, auro, aut argénto, aut lápidi, [...]úræ artis, & cogitatiónis hóminis, [...]m esse símile.

Lectio tertia.
[...] témpora quidem hujus ignorán-[...]e despíciens Deus, nunc annún-[...]omínibus, ut omnes ubíque pœ-[...]iam agant ꟸ eò quòd státuit diem, [...] judicatúrus est orbem in æqui-[...]n viro, in quo státuit fidem præ-[...]mnibus, suscitans eum à mórtuis. [...] audiíssent autem resurrectiónem [...]órum ꟸ quidam quidem irridé-[...] quidam verò dixérunt. Audiémus [...]hoc íterum. Sic Paulus exívit de [...] eórum. Quidam verò viri adhæ-[...]ei, crediderunt: in quibus & [...]sius Areopagíta ꟸ & múlier nó-[...] Dámaris: & álii cum eis.

[DO]MINICA TERTIA
post Octavas Paschæ.

Ad primas Vesperas.
[An]tiph. Allelu-ia. *iv. Psalm.* Confi-[...]r. *pag.* 105.
[Cap]itulum. Expurgáte. *pag.* 345.
[...] *magnum.* Cantáte Deo. *ut infra.*
[Hy]mn. Ad Cœnam Agni. *pag* 341.
[...] Mane nobíscum. *pag.* 342.
Magnificat, una ex Antiph. scilicet Tristítia vestra. *vel*, Iterum *qua ordine contingit. pag.* 360.

Oratio.
DEus, qui fidélium mentes uníus éfficis voluntátis: da pópulis tuis id amáre quod præcipis ꟸ id desideráre quod promíttis: ut inter mundánas varietátes, ibi nostra fixa sint corda ꟸ ubi vera sunt gaúdia: Per Dóminum.

Ad Matutinas.
Invitator. Hymn. Antiph. Psal. Cant. & ℣. ut in Dominica in Albis. pag. 342.

Lectio prima.
Incipit Epístola Cathólica beáti Jacóbi Apóstoli.

JAcóbus Dei & Dómini nostri Jesu Christi servus, duódecim tribubus, quæ sunt in dispersióne salútem. Omne gaúdium æstimáte fratres mei, cùm in tentatiónes várias incidéritis: sciéntes quòd probátio fidei vestræ patiéntiam operátur. Patiéntia autem opus perféctum habet: ut sitis perfécti & íntegri, in nullo deficiéntes. Tu autem.

℟. Narrábo nomen tuum frátribus meis, allelu-ia. † In médio Ecclésiæ laudábo te, allelu-ia, allelu-ia.
℣. Confitébor tibi in pópulis Dómine, & psalmum dicam tibi in géntibus. In médio.

Lectio secunda.
SI quis autem vestrûm índiget sapiéntia ꟸ póstulet à Deo: qui dat ómnibus affluénter ꟸ & non impróperat: & dábitur ei. Póstulet autem in fide: nihil hæsitans. Qui enim hæsitat: símilis est flúctui maris, qui à vento movétur & circumfértur. Non ergo æstimet homo ille quòd accípiat áliquid à Dómino.
℟. Cantáte Deo, allelu-ia. † Psalmum dícite ei, allelu-ia.
℣. Iter fácite ei qui ascéndit super

occáſum, Dóminus nomen illi. Pſalm.

Lectio tertia.

VIr duplex ánimo: incónſtans eſt in ómnibus viis ſuis. Gloriétur autem frater húmilis in exaltatióne ſua * dives autem in humilitáte ſua: quóniam ſicut flos fœni transíbit. Exórtus enim eſt ſol cum ardóre, & areſécit fœnum, & flos ejus décidit, & decor vultus ejus depériit: ita & dives in itinéribus ſuis marcéſſet.

℟. In Eccléſiis benedícite Deo, allelu-ia, Dómino. † De fóntibus Iſraël, allelu-ia, allelu-ia.

℣. Pſalmum dícite nómini ejus, date glóriam laudi ejus. De fóntibus.

Lectio quarta.

BEátus vir, qui ſuffert tentatiónem * quóniam cùm probátus fúerit, accípiet corónam vitæ: quam repromíſit Deus diligéntibus ſe. Nemo cùm tentátur: dicat, quóniam à Deo tentátur * Deus enim intentátor malórum eſt: ipſe autem néminem tentat. Unuſquíſque verò tentátur à concupiſcéntia ſua abſtráctus, & illéctus. Deínde concupiſcéntia cùm concéperit, parit peccátum * peccátum verò, cùm conſummátum fúerit, génerat mortem. Nolíte ítaque erráre, fratres mei dilectíſſimi.

℟. Stetit Jeſus. *pag.* 331.

Lectio quinta.

OMne datum óptimum, & omne donum perféctum, deſúrſum eſt: deſcéndens à Patre lúminum * apud quem non eſt tranſmutátio: nec viciſſitúdinis obumbrátio. Voluntáriè enim génuit nos verbo veritátis: ut ſimus inítium áliquod creatúræ ejus. Scitis fratres mei dilectíſſimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum * tardus autem ad loquéndum: & tardus ad iram. Ira enim viri juſtítiam Dei non operátur.

℟. Vidérunt te aquæ Deus, vidér[...] te aquæ, & timuérunt. † Multitúdo [...]nitus aquárum vocem dedérunt nub[...] allelu-ia, allelu-ia, allel.

℣. Illuxérunt coruſcatiónes tuæ o[...] terræ: commóta eſt & contrémuit ter[...] Multitúdo.

Lectio ſexta.

PRopter quod abjiciéntes omn[...] immundítiam, & abundántiam m[...]lítiæ * in manſuetúdine ſuſcípite in[...]tum verbum: quod poteſt ſalváre a[...]mas veſtras. Eſtóte autem factóres v[...]bi, & non auditóres tantùm: fallén[...] voſmetípſos. Quia ſi quis auditor verbi, & non factor * hic compará[...]tur viro conſideránti vultum nativitá[...] ſuæ in ſpéculo * conſiderávit enim ſe [...] ábiit: & ſtatim oblítus eſt qualis fúe[...]

℟. Bonum eſt confitéri Dómino. Allelu-ia, & pſállere, allelu-ia.

℣. In decachórdo pſaltério cum c[...]tico in cíthara. Allelu-ia.

Lectio ſeptima.

QUi autem perſpéxerit in leg[...] perféctam libertátis, & perm[...]ſerit in ea * non audítor oblivióſus f[...]tus, ſed factor óperis: hic beátus [...] facto ſuo erit. Si quis autem putat religióſum eſſe, non refrænans lingu[...] ſuam * ſed ſedúcens cor ſuum: huj[...] vana eſt religio. Religio munda, & i[...]maculáta apud Deum, & Patrem h[...] eſt. Viſitáre pupíllos & víduas in t[...]bulatióne eórum: & immaculátum [...] cuſtodíre ab hoc ſéculo.

℟. In toto corde meo, allelu-ia, e[...]quiſívi te allelu-ia. † Ne repéllas me [...] mandátis tuis, allelu-ia, allel.

℣. In corde meo abſcóndi elóqu[...] tua, ut non peccem tibi. Ne repélla[...]

Lectio octava.

FRatres mei, nolíte in personárum acceptióne habére fidem Dómini nostri Jesu Christi glóriæ. Etenim si introíerit in convéntum vestrum vir áureum ánnulum habens in veste cándida ✠ introíerit autem & pauper in sórdido hábitu ✠ & intendátis in eum qui indútus est veste præclára, & dixéritis ei, Tu sede hìc bene ✠ paúperi autem dicátis, Tu sta illic, aut sede sub scabéllo pedum meórum ✠ nonne judicátis apud vosmetipsos, & facti estis júdices cogitatiónum iniquárum?

℟. Christus resúrgens. *pag.* 331.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 16.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis intérrogat me, Quò vadis? Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Ex Tract. 94. *in Joann.*

SIgníficat Dóminus Jesus sic se itúrum ut nullus interrogáret: quod palam fieri visu córporis cérnerent. Nam supériùs interrogáverant discípuli, quò esset itúrus: & respónderat eis se itúrum, quò ipsi tunc veníre non possent. Nunc verò ita se promíttit itúrum: ut nullus eórum, quò vadit, intérroget. Nubes enim suscépit eum, quando ascéndit ab eis ✠ & eúntem in cælum non verbis quæsiérunt: sed óculis deduxérunt.

℟. Hymnum cantáte nobis, allelu-ia. † Quómodo cantábimus cánticum Dómini in terra aliéna? allelu-ia, allelu-ia.

℣. Illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, verba canticórum. Quómodo.

Lectio decima.

SEd quia hæc locútus sum vobis (inquit:) tristítia implévit cor vestrum. Vidébat útique: quid illa sua verba in eórum córdibus ágerent. Spiritálem quippe nondum intériùs habéntes consolatiónem, quam per Spíritum sanctum fúerant habitúri ✠ id quod extérius in Christo vidébant: amíttere metuébant. Et quia se amissúros esse illum vera denuntiántem dubitáre non póterant ✠ contristabátur humánus afféctus: quia carnális desolabátur aspéctus.

℟. Si oblítus fúero tui Jerúsalem, allelu-ia, oblivíscátur me déxtera mea. † Adhæreat lingua mea faúcibus meis, si non memínero tui, allelu-ia, allelu ia.

℣. Super flúmina Babylónis illic sédimus, & flévimus, dum recordarémur tui Sion. Adhæreat.

Lectio undecima.

NOverat autem ille quid eis pótiùs expedíret ✠ quia visus intérior ipse est útique mélior: quo eos consolatúrus fúerat Spíritus sanctus ✠ non cernéntium corpóribus ingestúrus corpus humánum: sed seípsum credéntium pectóribus infusúrus. Dénique adjúngit. Sed ego veritátem dico vobis: éxpedit vobis ut ego vadam ✠ si enim non abíero, Paraclétus non véniet ad vos: si autem abíero, mittam eum ad vos. Tanquam díceret ✠ Expedit vobis: ut hæc forma servi auferátur à vobis.

℟. Deus cánticum novum cantábo tibi, allelu-ia. † In psaltério decem chordárum psallam tibi, allelu-ia, allelu-ia.

℣. Qui das salútem régibus, qui redemísti David servum tuum. In psaltério decem.

Lectio duodecima.

CAro quidem factum Verbum hábito in vobis ꟸ sed nolo me carnáliter adhuc diligátis : & isto lacte conténti, semper infántes esse cupiátis. Expedit vobis ut ego vadam ꟸ si enim non abíero : Paraclétus non véniet ad vos. Si aliménta ténera, quibus vos álui, non subtráxero : sólidum cibum non esuriétis ꟸ si carni carnáliter hæséritis : capáces spíritus non éritis.

℟. Ecce vicit. *pag.* 331.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 16.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Vado ad eum qui misit me : & nemo ex vobis intérrogat me, quò vadis? Sed quia hæc locútus sum vobis: tristítia implévit cor vestrum. Sed ego veritátem dico vobis : éxpedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abíero : Paraclétus non véniet ad vos. Si autem abíero : mittam eum ad vos. Et cùm vénerit ille ꟸ árguet mundum de peccáto : & de justítia, & de judício. De peccáto quidem : quia non crediderunt in me. De justítia verò : quia ad Patrem vado, & jam non vidébitis me. De judício autem : quia princeps hujus mundi jam judicátus est. Adhuc multa hábeo vobis dícere : sed non potéstis portáre modò. Cùm autem vénerit ille Spíritus veritátis : docébit vos omnem veritátem. Non enim loquétur à semetípso ꟸ sed quæcúmque áudiet, loquétur : & quæ ventúra sunt annuntiábit vobis. Ille me clarificábit ꟸ quia de meo accípiet : & annuntiábit vobis. Omnia quæcúmque habet Pater : mea sunt. Proptérea dixi : quia de meô accípiet, & annuntiábit vobis. Amen.

Oratio. Deus, qui fidélium. *pag.* 363.

Ad Laudes.

Antiph. Psalmi, Capitul. ℟. *&* ℣. *ut in Dominica in Albis. pa*

Ad Benedictus.

Antiph. Vado * ad eum qui mi sed quia hæc locútus sum vobis tia implévit cor vestrum, allelu-

Oratio. Deus, qui fidélium. *pa*

Cætera ad Horas, & Vesperas, Dominica in Albis, excepta Orati Tertiam. Deus, qui fidélium. *pa*

Ad Magnificat.

Antiph. Ego veritátem * dico éxpedit vobis ut ego vadam, al

Oratio. Deus, qui fidélium. *pa*

Antiph. dicendæ alternatim ad ficat super hebdomadam.

Antiph. 1. Adhuc * multa hábe dícere, sed non potéstis portáre cùm autem vénerit ille Spíritu tátis, docébit vos omnem veri allelu-ia.

Antiph. 2. Non enim * loquét metípso, sed quæcúmque áudi quétur : & quæ ventúra sunt an bit vobis, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui fidélium. *pa*

FERIA SECUN

Lectio prima.

AUdíte (fratres dilectíssimi ne Deus elégit paúperes mundo, dívites in fide, & hæré gni, quod repromísit Deus dilig se? Vos autem exhonorástis paú Nonne dívites per poténtiam munt vos, & ipsi trahunt vos a cia? Nonne ipsi blasphémant nomen, quod invocátum est sup

Lectio secunda.

SI tamen legem perfícitis secúndùm Scriptúras ꟸ Dilig

n tuum ſicut teipſum : bene fáci-
autem perſónas accípitis ꟸ pec-
ı operámini : redargúti à lege quaſi
;reſſóres. Quicúmque autem to-
:gem ſervàverit ꟸ offéndat autem
o : factus eſt ómnium reus. Qui
dixit, Non mœcháberis : dixit &,
occídes. Quòd ſi non mœchábe-
ccídes autem : factus es tranſgréſ-
gis.

Lectio tertia.

loquímini, & ſic fácite : ſicut per
gem libertátis incipiéntes judicá-
dícium enim ſine miſericórdia illi,
on fecit miſericórdiam : ſuperexál-
tem miſericórdia judícium. Quid
rit (fratres mei) ſi fidem quis di-
habére ꟸ ópera autem non há-
Nunquid póterit fides ſalváre eum?

ERIA TERTIA.

Lectio prima.

autem frater & ſoror nudi ſint, &
digeant victu quotidiáno ꟸ dicat
ı áliquis ex vobis illis ꟸ Ite in
calefacímini, & ſaturámini, non
itis autem eis, quæ neceſſária ſunt
ri ꟸ quid próderit? Sic & fides, ſi
ábeat ópera : mórtua eſt in ſemet-
Sed dicet quis, Tu fidem habes, &
pera hábeo ꟸ oſténde mihi fidem
ſine opéribus : & ego oſténdam
t opéribus fidem meam.

Lectio ſecunda.

U credis quóniam unus eſt Deus ꟸ
Bene facis : & dæmones credunt,
ıtremiſcunt. Vis autem ſcire, ô
inánis ꟸ quóniam fides ſine opé-
mórtua eſt? Abraham pater noſter,
: ex opéribus juſtificátus eſt, óffe-
Iſaac fílium ſuum ſuper altáre?
quóniam fides cooperabátur opé-
ribus illíus ꟸ & ex opéribus fides con-
ſummáta eſt? Et ſuppléta eſt Scriptúra,
dicens ꟸ Crédidit Abraham Deo, & re-
putátum eſt illi ad juſtítiam : & amícus
Dei appellátus eſt.

Lectio tertia.

VIdétis quóniam ex opéribus juſti-
ficátur homo ꟸ & non ex fide
tantùm? Simíliter & Rahab méretrix,
nonne ex opéribus juſtificáta eſt, ſuſci-
piens núntios ꟸ & ália via ejíciens? Si-
cut enim corpus ſine ſpíritu mórtuum
eſt : ita & fides ſine opéribus mórtua eſt.
Nolíte plures magíſtri fíeri fratres mei :
ſciéntes quóniam majus judícium ſú-
mitis. In multis enim offéndimus omnes.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

SI quis in verbo non offéndit, hic
perféctus eſt vir : poteſt étiam fræno
circumdúcere totum corpus. Si autem
equis fræna in ora míttimus ad conſen-
tiéndum nobis : & omne corpus illórum
circumférimus. Ecce & naves cùm
magnæ ſint, & à ventis válidis minén-
tur ꟸ circumferúntur à módico guber-
náculo : ubi ímpetus dirigéntis volúerit.
Ita & lingua módicum quidem mem-
brum eſt : & magna exáltat.

Lectio ſecunda.

ECce quantus ignis, quàm magnam
ſilvam incéndit. Et lingua ignis eſt,
univérſitas iniquitátis. Lingua conſti-
túitur in membris noſtris ꟸ quæ máculat
totum corpus : & inflámmat rotam na-
tivitátis noſtræ, inflammáta à gehénna.
Omnis enim natúra beſtiárum, & vó-
lucrum, & ſerpéntium, & cæterórum
domántur, & dómita ſunt à natúra hu-
mána ꟸ linguam autem nullus hóminum
domáre poteſt : inquiétum malum,

plena venéno mortífero.

Lectio tertia.

IN ipsa benedícimus Deum & Patrem: & in ipsa maledícimus hómines, qui ad similitúdinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procédit benedíctio, & maledíctio. Non opórtet, fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons de eódem forámine emánat dulcem & amáram aquam? Nunquid potest (fratres mei) ficus uvas fácere ꟸ aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest fácere aquam.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

QUis sápiens & disciplinátus inter vos? Osténdat ex bona conversatióne operatiónem suam in mansuetúdine sapiéntiæ. Quod si zelum amárum habétis, & contentiónes sint in córdibus vestris ꟸ nolíte gloriári: & mendáces esse advérsùs veritátem. Non est enim ista sapiéntia desúrsum descéndens: sed terréna, animális, diabólica. Ubi enim zelus & conténtio: ibi inconstántia, & omne opus pravum.

Lectio secunda.

QUæ autem desúrsum est sapiéntia ꟸ primùm quidem pudíca est: deínde pacífica, modésta, suadíbilis, bonis consénties ꟸ plena misericórdia, & frúctibus bonis, non júdicans: sine simulatióne. Fructus autem justítiæ, in pace seminátur: faciéntibus pacem. Unde bella & lites in vobis? Nonne hinc ex concupiscéntiis vestris ꟸ quæ militant in membris vestris? Concupíscitis, & non habétis ꟸ occíditis, & zelátis: & non potéstis adipísci. Litigátis, & belligerátis ꟸ & non habétis: propter quod non postulátis.

Lectio tertia.

PEtitis, & non accípitis ꟸ eò q[uod] malè petátis: ut in concupiscén[tiis] vestris insumátis. Adúlteri ꟸ nesc[itis] quia amicítia hujus mundi inimíca [est] Dei? Quicúmque ergo volúerit ami[cus] esse séculi hujus: inimícus Dei co[nsti]túitur. An putátis quia inániter Scrip[tura] dicat ꟸ Ad invídiam concupíscit sp[iri]tus, qui hábitat in vobis? Majó[rem] autem dat grátiam. Propter quod di[cit]: Deus supérbis resístit: humílibus [autem dat] grátiam.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

SUbditi ergo estóte Deo ꟸ resi[stite] autem diábolo: & fúgiet à vo[bis]. Appropinquáte Deo: & appropinqu[abit] vobis. Emundáte manus, peccatóre[s]: purificáte corda, dúplices ánimo. Mi[seri] estóte, & lugéte, & ploráte ꟸ risus v[ester] in luctum convertátur: & gaúdium [in] mœrórem. Humiliámini in consp[ectu] Dómini: & exaltábit vos. Nolíte [de]tráhere alérutrum, fratres. Qui détr[ahit] fratri ꟸ aut qui júdicat fratrem suu[m]: détrahit legi, & júdicat legem.

Lectio secunda.

SI autem júdicas legem: non es fa[ctor] legis, sed judex. Unus est legisla[tor] & judex: qui potest pérdere, & lib[era]re. Tu autem quis es, qui júdicas p[ro]ximum? Ecce nunc qui dícitis: Hod[ie] aut crástino íbimus in illam civitátem, faciémus ibi quidem annum ꟸ & m[er]cabimur, & lucrum faciémus: qui ig[no]rátis quid erit in crástino. Quæ est e[nim] vita vestra? Vapor est ad módicum [pa]rens ꟸ & déinceps exterminábitur: [pro] eo ut dicátis ꟸ Si Dóminus volúerit: [et] si vixérimus: faciémus hoc, aut illu[d].

Lectio tertia.

[A]nc autem exultátis in supérbiis [v]estris. Omnis exultátio talis: ma[la e]st. Sciénti ígitur bonum fácere, [et non] faciénti: peccátum est illi. Agite [nunc d]ívites: ploráte ululántes in mi[séri]is vestris, quæ advénient vobis. Di[vítiæ v]estræ putrefáctæ sunt: & vesti[ménta] vestra à tíneis comésta sunt. Au[rum et] argéntum vestrum æruginávit: & [ærúgo] eórum in testimónium vobis erit: [et man]ducábit carnes vestras sicut ignis.

SABBATO.

Lectio prima.

[Th]esaurizástis vobis iram in novíssi[m]is diébus. Ecce merces operarió[rum q]ui messuérunt regiónes vestras, [qu]æ fraudáta est à vobis, clamat: & cla[mor e]órum in aures Dómini Sábbaoth [intro]it. Epuláti estis super terram: & [in lux]úriis enutrístis corda vestra, in [die o]ccisiónis. Addixístis, & occidístis [justum]: & non réstitit vobis. Patiéntes [igitur] estóte fratres: usque ad advén[tum D]ómini. Ecce agrícola expéctat [pretió]sum fructum terræ: patiénter fe[rens d]onec accípiat temporáneum, & [seróti]um.

Lectio secunda.

[Pat]iéntes ígitur estóte & vos, & [co]nfirmáte corda vestra: quóniam [advént]us Dómini appropinquábit. Nolí[te inge]míscere (fratres) in altérutrum: [ut non] judicémini. Ecce judex ante já[nuam a]ssístit. Exémplum accípite (fra[tres) e]xitus mali, labóris, & patiéntiæ, [Prophé]tas: qui locúti sunt in nómine [Dómin]i. Ecce beatificámus eos, qui [sustin]érunt. Sufferéntiam Job audístis: [et fine]m Dómini vidístis: quóniam mi[sericor]s Dóminus est, & miserátor.

Lectio tertia.

Ante ómnia autem (fratres mei) nolíte juráre, neque per cælum, neque per terram: neque áliud quodcúmque juraméntum. Sit autem sermo vester, Est, est, Non, non: ut non sub judício decidátis. Tristátur áliquis vestrûm? Oret. Æquo ánimo est? Psallat. Infirmátur quis in vobis? Indúcat presbyteros Ecclésiæ, & orent super eum: ungéntes eum óleo in nómine Dómini. Et orátio fídei salvábit infírmum: & alleviábit eum Dóminus: & si in peccátis sit, remitténtur ei.

DOMINICA QUARTA
Post Octavas Paschæ.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalm.* Confiteántur. *pag.* 105.

Capitulum. Expurgáte. *pag.* 345.

Parvum ℟. Stetit Jesus. *pag.* 345.

Hymnus. Ad Cœnam Agni. *pag.* 341.

℣. Mane nobíscum. *pag.* 342.

Ad Magnific. una ex Antiph. scilicet Adhuc. *vel,* Non enim. *quæ ordine contingit. pag.* 366.

Oratio.

Deus, à quo bona cuncta procédunt: largíre supplícibus: ut cogitémus te inspiránte quæ recta sunt, & te gubernánte éadem faciámus: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitator. Hymnus, Antiphona, Psalmi, Cantic. & ℣. ut in Dominica in Albis. pag. 342.

Incipit Epístola beáti Joánnis Apóstoli prima.

Quod fuit ab inítio, quod audívimus, quod vídimus óculis nostris: quod perspéximus, & manus nostræ

contrectavérunt de verbo vitæ ✝ & vita manifestáta est, & vídimus, & testámur, & annuntiámus vobis vitam ætérnam, quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis: quod vídimus & audivimus, annuntiámus vobis ✝ ut & vos societátem habeátis nobíscum: & societas nostra sit cum Patre, & cum Filio ejus Jesu Christo.

℟. Narrábo. *cum cæteris. pag.* 363.

Lectio secunda.

ET hæc scríbimus vobis, ut gaudeátis: & gaúdium vestrum sit plenum. Et hæc est annuntiátio, quam audívimus ab eo, & annuntiámus vobis ✝ quóniam Deus lux est: & ténebræ in eo non sunt ullæ. Si dixérimus quóniam societátem habémus cum eo ✝ & in ténebris ambulámus: mentímur, & veritátem non fácimus. Si autem in luce ambulámus, sicut & ipse est in luce ✝ societátem habémus ad ínvicem: & sanguis Jesu Christi, Fílii ejus, emúndat nos ab omni peccáto.

Lectio tertia.

SI dixérimus quóniam peccátum non habémus ✝ ipsi nos sedúcimus: & véritas in nobis non est. Si confiteámur peccáta nostra ✝ fidélis est, & justus, ut remíttat nobis peccáta nostra: & emúndet nos ab omni iniquitáte. Si dixérimus quóniam non peccávimus ✝ mendácem fácimus eum: & verbum ejus non est in nobis.

Lectio quarta.

FIlíoli mei, hæc scribo vobis: ut non peccétis. Sed & si quis peccáverit ✝ advocátum habémus apud Patrem Jesum Christum justum: & ipse est propitiátio pro peccátis nostris ✝ non pro nostris autem tantùm: sed étiam pro totíus mundi. Et in hoc scimus quóniam cognóvimus eum: si mandáta ejus observémus.

Lectio quinta.

QUi dicit se nosse eum, & mandáta ejus non custódit ✝ mendax est: & in hoc véritas non est. Qui autem servat verbum ejus ✝ verè in hoc cháritas Dei perfécta est: & in hoc scimus quóniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manére: debet, sicut ille ambulávit, & ipse ambuláre. Charíssimi, non mandátum novum scribo vobis: sed mandátum vetus, quod habuístis ab inítio. Mandátum vetus, est verbum quod audístis.

Lectio sexta.

ITerum mandátum novum scribo vobis ✝ quod verum est & in ipso, & in vobis ✝ quia ténebræ transiérunt: & verum lumen jam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit: in ténebris est usque adhuc. Qui díligit fratrem suum, in lúmine manet: & scándalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in ténebris est, & in ténebris ámbulat ✝ & nescit quò eat: quia ténebræ obcæcavérunt óculos ejus.

Lectio septima.

SCribo vobis, filíoli: quóniam remittúntur vobis peccáta propter nomen ejus. Scribo vobis, patres: quóniam cognovistis eum, quia ab inítio est. Scribo vobis adolescéntes: quóniam vicístis malígnum. Scribo vobis infántes: quóniam cognovístis Patrem. Scribo vobis júvenes ✝ quóniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis: & vicístis malígnum.

Lectio octava.

NOlíte dilígere mundum: neque ea quæ in mundo sunt. Si quis díligit mundum: non est cháritas Patris in

eo. Quóniam omne quod est in mundo ✠ concupiscéntia carnis est: & concupiscéntia oculórum, & supérbia vitæ ✠ quæ non ex Patre: sed ex mundo est. Et mundus transit: & concupiscéntia ejus. Qui autem facit voluntátem Dei: manet in ætérnum.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 16.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Amen, amen dico vobis ✠ si quid petiéritis Patrem in nómine meo: dabit vobis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Tract. 102. *in Joann.*

JAm dictum est in superióribus hujus Domínici sermónis pártibus, propter eos qui nonnúlla petunt à Patre in Christi nómine, nec accípiunt ✠ non peti in nómine Salvatóris: quidquid pétitur contra ratiónem salútis. Non enim sonum litterárum, ac syllabárum: sed quod sonus ipse signíficat, & quod eo sono rectè ac veráciter intellígitur ✠ hoc accipiéndus est dícere: cùm dicit, In nómine meo.

Lectio decima.

UNde qui hoc sentit de Christo, quod non est de único Dei Fílio sentiéndum: non petit in ejus nómine ✠ etiámsi non táceat in eo lítteris ac syllabis Christum: quóniam in ejus nómine petit, quem cógitat cùm petit. Qui verò quod est de illo sentiéndum sentit ✠ ipse in ejus nómine petit, & áccipit quod petit: si non contra suam salútem sempitérnam petit.

Lectio undecima.

ACcipit autem quando debet accípere. Quædam enim non negántur: sed ut cóngruo dentur témpore, differúntur. Ita sanè intelligéndum est quod ait, Dabit vobis ✠ ut ea benefícia significáta sciántur his verbis: quæ ad eos qui petunt próprié pértinent. Exaudiúntur quippe omnes sancti pro seípsis ✠ non autem pro ómnibus exaudiúntur, vel amícis, vel inimícis suis, vel quibúslibet áliis ✠ quia non utcúmque dictum est, dabit: sed dabit vobis.

Lectio duodecima.

USque modò (inquit) non petístis quidquam in nómine meo ✠ pétite, & accipiétis: ut gaúdium vestrum sit plenum. Hoc quod dicit gaúdium plenum ✠ profécto non carnále, sed spirituále gaúdium est: & quando tantum erit ✠ ut áliquid ei jam non sit addéndum: proculdúbio tunc erit plenum. Quidquid ergo pétitur quod pertíneat ad hoc gaúdium consequéndum: hoc est in nómine Christi peténdum ✠ si Divínam intellígimus grátiam: si verè beátam póscimus vitam.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 16.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Amen, amen dico vobis ✠ si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis: usque modò non petístis quidquam in nómine meo. Pétite, & accipiétis: ut gaúdium vestrum sit plenum. Hæc in provérbiis locútus sum vobis. Venit hora, cùm jam non in provérbiis loquar vobis: sed palam de Patre annuntiábo vobis. In illo die: in nómine meo petétis. Et non dico vobis: quia ego rogábo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis: & credidístis, quia ego à Deo exívi. Exívi à Patre: & veni in mundum. Iterum relínquo mundum: &

vado ad Patrem. Dicunt ei discípuli ejus. Ecce nunc palam lóqueris : & provérbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis ómnia : & non opus est tibi, ut quis te intérroget. In hoc crédimus quia à Deô exísti. Amen.

Oratio. Deus, à quo bona. *pag.* 369.

Ad Laudes.

Antiph. Psalmi, Capitul. ℟. *Hymn. & ℣. ut in Dominica in Albis. pag.* 345.

Ad Benedictus.

Antiph. Usque modò * non petístis quidquam in nómine meo : pétite, & accipiétis, allelu-ia.

Oratio. Deus, à quo bona. *pag.* 369.

Cætera ad Horas, & Vesperas sicut in Dominica in Albis, excepta Oratione ad Tertiam. Deus, à quo bona. *pag.* 369.

Ad Magnificat.

Antiph. Pétite, * & accipiétis, ut gaúdium vestrum plenum sit : ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, allelu-ia.

Oratio. Deus, à quo bona. *pag.* 369.

Feriis secunda & tertia, ad Magnific.

Antiph. Exívi à Patre, * & veni in mundum : íterum relinquo mundum, & vado ad Patrem, allelu-ia.

Oratio. Deus, à quo bona. *pag.* 369.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

FIlíoli, novíssima hora est. Et sicut audístis quia Antichrístus venit: & nunc Antichrísti multi facti sunt. Unde scimus, quia novíssima hora est. Ex nobis prodiérunt: sed non erant ex nobis. Nam si fuíssent ex nobis, permansíssent útique nobíscum ℸ sed ut maniféstì sint : quóniam non sunt omnes ex nobis. sed vos unctiónem habétis à Sancto : & nostis ómnia. Quis est mendax ℸ nisi is, qui negat quóniam Jesus est Christus est Antichrístus : qui negat Patr Fílium.

Lectio secunda.

OMnis qui negat Fílium, ne trem habet : qui confitétur F & Patrem habet. Vos quod audi inítio, in vobis permáneat. Si in permánserit quod audístis ab inít vos in Fílio, & Patre manébiti hæc est repromíssio, quam ipse citus est nobis, vitam ætérnam. scripsi vobis : de his, qui sedúcun Et vos unctiónem quam accepíst eo : máneat in vobis. Et non n habétis ut áliquis dóceat vos : sed únctio ejus docet vos de ómnibus verum est : & non est mendácium

Lectio tertia.

ET sicut dócuit vos : manéte i Et nunc filíoli manéte in eo cùm apparúerit, habeámus fidúcia non confundámur ab eo in ad ejus. Si scitis quóniam justus est : te quóniam & omnis qui facit justi ex ipso natus est. Vidéte qualem ritátem dedit nobis Pater : ut Fili nominémur, & simus. Propter mundus non novit nos : quia no vit eum.

FERIA TERTI

Lectio prima.

CHaríssimi, nunc fílii Dei su & nondum appáruit quid éri Scimus quóniam cùm apparúerit, les ei érimus : quóniam vidébimus sícuti est. Et omnis qui habet spem in eo ℸ sanctíficat se : sicut sanctus est. Omnis qui facit pecc & iniquitátem facit : & peccátu iníquitas. Et scitis quia ille appa

ccáta nostra tólleret : & peccá-
n eo non est.

Lectio secunda.

Mnis qui in eo manet, non pec-
cat ✠ & omnis qui peccat, non
eum : nec cognóvit eum. Filíoli,
vos sedúcat. Qui facit justítiam,
est : sicut & ille justus est. Qui
peccátum ex diábolo est : quóniam
tio diábolus peccat. In hoc appá-
ilius Dei : ut dissolvat ópera diá-
Omnis qui natus est ex Deo, pec-
non facit : quóniam semen ipsíus
manet ✠ & non potest peccáre :
am ex Deo natus est.

Lectio tertia.

hoc maniféfti sunt filii Dei : & filii
boli. Omnis qui non est justus,
st ex Deo : & qui non díligit fra-
suum. Quóniam hæc est annun-
, quam audístis ab inítio : ut di-
altérutrum. Non sicut Caïn, qui
alígno erat : & occídit fratrem
. Et propter quid occídit eum ?
iam ópera ejus malígna erant :
autem ejus justa.

RIA QUARTA.

Lectio prima.

Olíte mirári fratres, si odit vos
mundus. Nos scimus quóniam
iti sumus de morte ad vitam : quó-
diligimus fratres. Qui non díligit:
in morte. Omnis qui odit fra-
trem suum, homicída est. Et scitis quó-
niam omnis homicída non habet vitam
ætérnam in semetípso manéntem. In
hoc cognóvimus charitátem Dei ✠ quó-
niam ille ánimam suam pro nobis pó-
suit : & nos debémus pro frátribus áni-
mas pónere.

Lectio secunda.

QUi habúerit substántiam hujus
mundi, & víderit fratrem suum
necessitátem habére, & claúserit víscе-
ra sua ab eo ✠ quómodo cháritas Dei
manet in eo ? Filíoli mei, non diligá-
mus verbo, neque lingua : sed ópere,
& veritáte. In hoc cognóscimus quó-
niam ex veritáte sumus : & in conspéctu
ejus suadébimus corda nostra. Quó-
niam si reprehénderit nos cor nostrum:
major est Deus corde nostro, & novit
ómnia.

Lectio tertia.

CHaríssimi, si cor nostrum non re-
prehénderit nos : fidúciam habé-
mus ad Deum. Et quidquid petiérimus,
accipiémus ab eo ✠ quóniam mandáta
ejus custodímus : & ea, quæ sunt pláci-
ta coram eo, fácimus. Et hoc est man-
dátum ejus ✠ ut credámus in nómine
Filii ejus Jesu Christi : & diligámus al-
térutrum, sicut dedit mandátum nobis.
Et qui servat mandáta ejus, in illo ma-
net, & ipse in eo : & in hoc scimus
quóniam manet in nobis de Spíritu,
quem dedit nobis.

[I]N ASCENSIONE DOMINI.

Ad primas Vesperas.

[Ant]iph. Sic véniet * quemádmodum [vidisti]s eum eúntem in cælum, allelu-ia. [Psalmi] feriales. pag. 100.

[C]apitulum. *Actor.* 1.

[P]RIMUM quidem sermónem [f]eci de ómnibus ô Theóphile ꟸ [q]uæ cœpit Jesus fácere & docére: [usque] in diem qua præcípiens Apósto[lis pe]r Spíritum sanctum quos elégit, [assump]tus est. ℟. Deo grátias.

[Ad Ma]gnum ℟. Viri Galilæi. pag. 376.

Hymnus.

[O]ptátus votis ómnium
[S]acrátus illúxit dies:
Christus, mundi spes, Deus
[Asc]éndit cælos árduos.
[Asc]éndens in altum Dóminus,
[Prop]iam sedem rémeans:
... sunt cæli regna,
... Unigéniti.
[Ma]gni triúmphum prælii,
... perémpto príncipe:
... præséntans vúltibus
... cis carnis glóriam.
... elevátus núbibus,
... em fecit credéntibus,
... ens paradísum,
... protopláſtus claúſerat.

Divisio ad Laudes.

... Grande cunctis gaúdium,
Quòd Partus noſtræ Vírginis,
[Post s]puta, flagra, poſt crucem,
Patérnæ ſedi júngitur!
Agámus ergo grátias
Noſtræ ſalútis víndici:
Noſtrum quòd corpus véxerit
Sublímem ad cæli régiam.
Sit nobis cum cæléſtibus
Commúne manens gaúdium:
Illis quòd ſe præſentávit,
Nobis quòd ſe non ábſtulit.
Nunc provocátis áctibus
Chriſtum expectáre nos decet:
Vitáque tali vívere,
Quæ poſſit cælos ſcándere.
Glória tibi Dómine,
Qui ſcandis ſupra ſydera,
Cum Patre, & ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſécula. Amen.

Et hoc modo finiuntur omnes Hymni uſque ad Pentecoſten.

℣. Aſcéndo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum.

℟. Deum meum, & Deum veſtrum, allelu-ia, allelu-ia.

Ad Magnificat.

Antiph. Pater * manifeſtávi nomen tuum homínibus quos dediſti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo, quia ego ad te vado, allelu-ia.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus Pater: ut noſtræ mentis inténtio quò ſolennitátis hodiérnæ glorióſus author ingréſſus eſt, ſemper inténdat ꟸ

& quò fide pergit, conversatióne pervéniat: Per eúmdem Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitat. Allelu-ia. Ascéndit Christus in altum. Veníte adorémus, allelu-ia. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymn. Optátus votis ómnium. *usque ad divisionem. pag.* 375.

In primo Nocturno.

Antiph. Eleváta est * magnificéntia tua super cælos Deus, allelu-ia. *Psalm.* Dómine Dóminus noster. *pag.* 8.

Antiph. Dóminus in templo * sancto suo, Dóminus in cælo, allelu-ia. *Psalm.* In Dómino confído. *pag.* 10.

Antiph. A summo cælo * egréssio ejus & occúrsus ejus usque ad summum ejus, allelu-ia. *Psal.* Cæli enár. *pag.* 14.

Antiph. Exaltáre Dómine * in virtúte tua: cantábimus & psallémus, allelu-ia. *Psalm.* Dómine in virtúte. *pag.* 17.

Antiph. Elevátis mánibus * benedíxit eis, & ferebátur in cælum, allelu-ia. *Psalm.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Exaltábo te Dómine * quóniam suscepísti me, allelu-ia. *Psal.* ipse. *pag.* 21.

℣. Eleváta est magnificéntia tua.

℞. Super cælos Deus, allelu-ia, allel.

Lectio prima.

Sermo beáti Leónis Papæ.

Serm. 2. *de Ascens.*

SAcraméntum (dilectíssimi) salútis nostræ, quam prétio sánguinis sui universitátis Cónditor æstimávit: à die corporális ortus usque ad éxitum passiónis, per dispensatiónem humilitátis implétum est. Et licèt multa étiam in forma servi, Divinitátis signa radiáverint: própriè tamen illíus témporis áctio ad demonstrándam suscépti hóminis pertínuit veritátem. Tu autem.

℞. Póst passiónem suam per quadragínta appárens eis, & loq de regno Dei, allel. † Vidéntibus elevátus est, allelu-ia, & nubes sus eum ab óculis eórum, allelu-ia.

℣. Et convéscens præcépit eis ab rosólymis ne discéderent, sed exp rent promissiónem Patris. Vidént

Lectio secunda.

POst passiónem verò ruptis m vínculis ꝯ quæ vim suam in e qui peccáti erat néscius, intend perdíderat: infírmitas in virtúte mortálitas in immortalitátem: co mélia transívit in glóriam ꝯ quam minus Jesus Christus in multis m festísque documéntis, multórum clarávit aspéctibus: donec triúmp victóriæ, quem reportárat à mórt inférret & cælis.

℞. Viri Galilæi quid admirámin piciéntes in cælum, allelu-ia. † Qu ádmodum vidístis eum ascendénter cælum, ita veniet, allelu-ia, allel.

℣. Cùmque intueréntur in ca eúntem illum, ecce duo viri astité juxta illos in véstibus albis, qui & runt. Quemádmodum.

Lectio tertia.

SIcut ergo in solennitáte Pasch Resurréctio Dómini fuit nobis sa lætándi ꝯ ita Ascénsio ejus in ca præséntium nobis est matéria gau rum: recoléntibus illum diem, & venerántibus ꝯ quo natúræ nostræ mílitas in Christo, super omnem milítiam: supra omnes órdines A lórum ꝯ & ultra ómnium altitúdi Potestátum: ad Dei Patris est prov conséssum.

℞. Præcúrsor pro nobis intróiit cúndùm órdinem Melchísedec. † P

fus factus in ætérnum, & in séculum séculi, allelu-ia, allel. allel.

℣. Non enim in manufacta sancta Jesus introiit exemplária verórum, sed in ipsum cælum, ut appáreat nunc vúltui Dei pro nobis. Póntifex.

Lectio quarta.

QUo órdine óperum divinórum nos fundáti, nos ædificáti sumus: ut mirabílior fieret grátia Dei ꟷ cùm remótis à conspéctu hóminum quæ mérito reveréntiam sui sentiebántur indícere: fides non defíceret ꟷ spes non fluctuáret: cháritas non tepéret. Magnárum hic vigor est méntium ꟷ & valde fidélium lumen est animárum: incunctánter crédere quæ corpóreo non vidéntur intúitu ꟷ & ibi fígere desidérium: quò néqueas inférre conspéctum.

℟. Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. † Qui crediderit, & baptizátus fúerit, salvus erit, allelu-ia, allel. allel.

℣. Qui verò non crédiderit, condemnábitur. Qui credíderit.

℣. Glória Patri. allelu-ia.

In secundo Nocturno.

Antiph. Rogábo * Patrem meum, & álium Paraclétum dabit vobis, allelu-ia. *Psalm.* Deus noster refúgium. *pag.* 40.

Antiph. Ascéndit Deus * in júbilo, & Dóminus in voce tubæ, allelu-ia. *Psal.* Omnes gentes. *pag.* 40.

Antiph. Nisi ego abíero, * Paraclétus non véniet ad vos: si autem abíero, mittam eum ad vos, allelu-ia. *Psalm.* Cantáte. *i. pag.* 69.

Antiph. Nimis exaltátus es, * allelu-ia, super omnes deos, allelu-ia. *Psalm.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Dóminus in Sion, * allelu-ia, magnus & excélsus, allelu-ia. *Psalm.* Dóminus regnávit irascántur. *pag.* 70.

Antiph. Dóminus in cælo, * allelu-ia, parávit sedem suam, allelu-ia. *Psalm.* Bénedic. *i. pag.* 74.

℣. A summo cælo egréssio ejus.

℟. Et occúrsus ejus usque ad summum ejus, allelu-ia, allelu-ia.

Lectio quinta.

PIetas autem hæc, unde in córdibus nostris nasceretur ꟷ aut quómodo quisquam justificarétur per fidem ꟷ si in iis tantùm salus nostra consísteret, quæ obtútibus subjacérent? Unde & illi viro qui de Resurrectióne Christi videbátur ambígere: nisi in ipsíus carne vestígia passiónis, & visu explorásset & tactu ꟷ Quia vidísti me (inquit Dóminus) credidísti: Beáti qui non vidérunt, & credidérunt.

℟. Ego rogábo Patrem, & álium Paraclétum dabit vobis, ut máneat vobíscum in ætérnum. † Spíritum veritátis, allelu-ia.

℣. Nisi ego abíero, Paraclétus non véniet ad vos: si autem abíero, mittam eum ad vos. Spíritum veritátis.

Lectio sexta.

UT ígitur hujus beatitúdinis (dilectíssimi) capáces esse possémus ꟷ explétis ómnibus quæ evangélicæ prædicatióni, & novi Testaménti mystériis congruébant: Dóminus noster Jesus Christus quadragésimo post Resurrectiónem die, coram discípulis elevátus in cælum ꟷ corporális præséntiæ modum fecit: mansúrus in Patris déxtera ꟷ donec témpora multiplicándis Ecclésiæ fíliis divínitùs præstitúta, peragántur: & ad judicándos vivos & mórtuos, in eádem carne in qua ascéndit, advéniat.

℟. Si enim non abíero, Paraclétus non véniet ad vos: si autem abíero,

mittam eum ad vos. † Cùm autem vénerit ille, docébit vos omnem veritátem, allelu-ia.

℣. Non enim loquétur à semetípso, sed quæcúmque aúdiet, loquétur: & quæ ventúra sunt annuntiábit vobis. Cùm autem.

Lectio septima.

QUod ítaque Redemptóris nostri conspícuum fuit, in sacraménta transívit ✠ & ut fides excelléntior esset ac firmior, visióni doctrína succéssit: cujus authoritátem supérnis illumináta rádiis credéntium corda sequeréntur. Hanc fidem Ascensióne Dómini auctam, & Spíritus sancti múnere roborátam ✠ non víncula, non cárceres, non exília, non fames, non ignis, non laniátus ferárum: nec exquisíta persequéntium crudelitátibus supplícia terruérunt.

℟. Pater cùm essem cum eis, ego servábam eos quos dedísti mihi, allelu-ia, nunc autem ad te vénio. † Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos à malo, allelu-ia, allelu-ia.

℣. Pater sancte serva eos in nómine tuo, quos dedísti mihi. Non rogo.

Lectio octava.

PRo hac fide per univérsum mundum non solùm viri, sed étiam fœminæ: nec tantùm impúbes púeri ✠ sed étiam téneræ vírgines: usque ad effusiónem sui sánguinis decertárunt. Hæc fides dæmónia ejécit ✠ ægritúdines dépulit: mórtuos suscitávit.

℟. Exaltáre Dómine, allelu-ia. † In virtúte tua, allelu-ia.

℣. Eleváta est magnificéntia tua super cælos Deus. In virtúte.

℣. Glória Patri, & Fílio. allelu-ia.

In tertio Nocturno.

Antiph. Illi autem profécti * prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte, & sermónem confirmánte sequéntibus signis, allelu-ia, allelu-ia. *Cantic.* Quis est iste qui venit. *pag.* 115.

℣. Exaltáre Dómine in virtúte tua.

℟. Cantábimus & psallémus virtútes tuas, allelu-ia, allelu-ia.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Marcum. *Marc.* 16.

IN illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis ✠ appáruit illis Jesus, & exprobrávit incredulitátem eórum, & durítiam cordis: quia iis qui víderant eum resurrexísse, non crediderúnt. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ.

Homil. 29. *in Evangel.*

QUòd Resurrectiónem Domínicam discípuli tardè crediderunt: non tam illórum infírmitas, quàm nostra (ut ita dicam) futúra fírmitas fuit. Ipsa namque Resurréctio illis dubitántibus per multa arguménta monstráta est. Quæ nos dum legéntes agnóscimus ✠ quid áliud quàm de illórum dubitatióne solidámur?

℟. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelu-ia, & Dóminus in voce tubæ. † Allelu-ia, allelu-ia.

℣. Ascéndens Christus in altum, captívam duxit captivitátem. Allelu-ia.

Lectio decima.

MInùs enim mihi María Magdaléne præstitit, quæ cítiùs crédidit: quàm Thomas, qui diu dubitávit. Ille étenim dubitándo vúlnerum cicatríces tétigit: & de nostro péctore dubitatiónis vulnus amputávit. Ad insinuándam quoque veritátem Domínicæ Resurrectiónis: notándum nobis est, quid Lucas

réferat, dicens. Convéscens præcépit eis: ab Jerosólymis ne discéderent.

℟. Ascéndens in altum, allel. captívam duxit captivitátem. † Dedit dona homínibus, allelu-ia, allelu-ia.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, & Dóminus in voce tubæ. Dedit.

Lectio undecima.

ET post pauca ꟷ Vidéntibus illis elevátus est: & nubes suscépit eum ab óculis eórum. Notáte verba: signáte mystéria. Convéscens: elevátus est. Comédit, & ascéndit ꟷ ut vidélicet, per efféctum comestiónis, véritas patésceret carnis. Marcus verò priúsquam cælum Dóminus ascéndat: eum de cordis, atque infidelitátis durítia increpásse discípulos mémorat.

℟. Psállite Dómino. † Qui ascéndit super cælos cælórum ad Oriéntem, allel.

℣. Mirabílis Deus in sanctis suis, Deus Israël. Qui ascéndit.

Lectio duodecima.

QUa in re quid considerándum est, nisi quòd idcirco Dóminus tunc discípulos increpávit, cùm eos corporáliter relíquit ꟷ ut verba quæ recédens díceret, in corde audiéntium árctiùs impréssa remanérent? Increpáta igitur eórum durítia: quid admonéndo dicat, audiámus. Eúntes in mundum univérsum: prædicáte Evangélium omni creatúræ.

℟. Ponis nubem ascénsum tuum, Dómine. † Qui ámbulas super pennas ventórum, allelu-ia.

℣. Confessiónem & decórem induísti, amíctus lúmine sicut vestiménto. Qui.

℣. Glória Patri. allelu ia.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Marcum. *Marc.* 16.

IN illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis ꟷ appáruit illis Jesus, & exprobrávit incredulitátem eórum & durítiam cordis: quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et dixit eis. Eúntes in mundum univérsum: prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit, & baptizátus fúerit: salvus erit. Qui verò non credíderit: condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint: hæc sequéntur. In nómine meo dæmónia ejícient ꟷ linguis loquéntur novis: serpéntes tollent. Et si mortíferum quid bíberint: non eis nocébit. Super ægros manus impónent: & bene habébunt. Et Dóminus quidem Jesus, postquam locútus est eis ꟷ assúmptus est in cælum: & sedet à dextris Dei. Illi autem profécti prædicavérunt ubíque ꟷ Dómino cooperánte, & sermónem confirmánte sequêntibus signis. Amen.

Oratio. Concéde quæsu. *pag.* 380.

Ad Laudes, *Antiph.*

VIdéntibus * illis elevátus est: & nubes suscépit eum in cælum, allel.

Psalm. Dóminus regnávit decó. *pag.* 68.

Antiph. Cùmque * intueréntur in cælum eúntem illum, ecce duo viri astitérunt juxta illos in véstibus albis, allel.

Psalm. Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Viri Galilæi, * quid aspícitis in cælum? Hic Jesus qui assúmptus est à vobis in cælum, sic véniet, allelu-ia.

Psalm. Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Exaltáte * Regem regum, & hymnum dícite Deo, allelu-ia. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Sic véniet * quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum, allelu-ia.

Psalm. Laudáte Dóminum de. *pag.* 27.

Capitul. Primùm quidem. *pag.* 375.

℟. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, allelu-ia, allel. Ascéndo.

℣. Deum meum, & Deum vestrum, allelu-ia, allelu-ia. Ascéndo.

℣. Glória Patri. Ascéndo.

Hymn. O grande cunctis. *pag.* 375.

℣. Ascéndens Christus in altum.

℟. Captívam duxit captivitátem, allelu-ia, allelu-ia.

Ad Benedictus.

Antiph. Ascéndo * ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum, allelu-ia.

Oratio.

CОncéde quǽsumus omnípotens Deus: ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus ✠ ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus: Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam.

Antiph. Vidéntibus. *pag.* 379. *Psalm.* Usquequo. *pag.* 11.

Capitulum. Regi seculórum. *pag.* 4.

Oratio. In hac hora. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Antiph. Cùmque. *pag.* 379.

Capitul. Primùm quidem. *pag.* 375.

℣. Eleváta est. *pag.* 376.

Oratio. Concéde. *ut supra.*

Ad Sextam.

Antiph. Viri Galilæi. *pag.* 379.

Capitulum. *Actor.* 1.

ET convéscens præcépit eis ab Jerosólymis ne discéderent: sed expectárent promissiónem Patris, quam audístis (inquit) per os meum ✠ quia Joánnes quidem baptizávit aqua: vos autem baptizabímini Spíritu sancto, non post multos hos dies. ℟. Deo grátias.

℣. A summo cælo. *pag.* 377.

Oratio. Adésto Dómine. *pag.* 381.

Ad Nonam.

Antiph. Sic véniet. *pag.* 379.

Capitulum. *Actor.* 1.

IGitur qui convénerant, interr[...] bant eum, dicéntes ✠ Dómine [...] témpore hoc restítues regnum Isr[...] Dixit autem eis ✠ non est vestrùm [...] témpora vel moménta: quæ Pater [...] suit in sua potestáte. ℟. Deo grát[...]

℣. Exaltáre Dómine. *pag.* 378.

Oratio. Deus, cujus Fílius. *pag.* [...]

Ad Vesperas.

Antiph. Elevátis mánibus * bene[...] eis, & ferebátur in cælum, allel[...]

Psalm. Dixit Dóminus. *pag.* 94.

Antiph. Rogábo * Patrem meu[...] álium Paraclétum dabit vobis, allel[...]

Psalm. Confitébor. *pag.* 95.

Antiph. Nisi ego abíero, * Para[...] tus non véniet ad vos, si autem abí[...] mittam eum ad vos, allelu-ia. *Ps*[...] Beátus vir. *pag.* 95.

Antiph. Vado * paráre vobis loc[...] & íterum véniam ad vos, allelu-ia[...] gaudébit cor vestrum, allelu-ia, a[...] allel. *Psalm.* Laudáte púeri. *pag.* 9[...]

Capitul. Primùm quidem. *pag.* 3[...]

℟. Ascéndens Christus in altum, [...] lelu-ia, allelu-ia. Ascéndens.

℣. Captívam duxit captivitátem, [...] lelu-ia, allelu-ia. Ascéndens.

℣. Glória Patri. Ascéndens.

Hymn. Optátus votis. *pag.* 375.

℣. Ascéndo ad Patrem meum, & [...] trem vestrum.

℟. Deum meum, & Deum vest[...] allelu-ia, allelu-ia.

Ad Magnificat.

Antiph. Dóminus quidem Jesu[...] postquam locútus est eis, assúmp[...] est in cælum, & sedet à dextris [...] allelu-ia.

Oratio. Concéde quǽsumus omni[...] tens. *ut supra.*

infrascriptæ Antiphonæ infra Octa- ...ensionis alternatim ad Benedictus ...gnificat dicuntur, & incipiuntur ...st Ascensionem die: & feria secun- ...ipiuntur. Et similiter ℟ia. quando ...Dominica de alio xii. Lectionum ...fuerit celebratum, & prima die ...avas, quæ sine festo trium aut ...Lect. occurrit, reincipiuntur. ...*phonæ ad Benedictus, & Magni- ...ra Octav.*

...ℎ. 1. Vado * paráre vobis locum, ...m véniam ad vos, allelu-ia, ...bit cor vestrum, allelu-ia, alle- ...llelu-ia.

...*ph.* 2. Pater sancte * serva eos in ...tuo quos dedísti mihi, ut sint ...cut & nos, allelu-ia.

...*h.* 3. Nunc autem *ad te vénio, & ...uor in mundo, ut hábeant gaú- ...um implétum in semetípsis, all.

...tis diebus ad Laudes dicuntur al- ...istæ tres Orationes, & ad Horas ...; scilicet.

...d Tertiam. Oratio.

...sto Dómine supplicatiónibus ...stris: ut sicut humáni géneris ...em consedére tecum in tua ...confídimus ꟸ ita usque ad con- ...ónem séculi manére nobíscum ...nodum est pollícitus, sentiá- ...ui tecum.

Ad Sextam. Oratio.

...s, cujus Filius in alta cælórum ...énter ascéndens, captivitátem ...sua duxit virtúte captívam ꟸ ...uæsumus: ut dona quæ suis ...bus cóntulit ꟸ largiátur & no- ...i tecum.

...d Nonam. Oratio.

...ue quæsumus omnípotens ...s: ut múnere festivitátis ho- diérnæ, illuc filiórum tuórum dirigátur inténtio ꟸ quo in tuo unigénito tecum est nostra substántia: Per eúmdem.

PRIVATIS DIEBUS infra Octavas.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Ascéndit Christus in altum: Allelu-ia. *Psal.* Veníte. *pag.* 16.

Hymn. Optátus votis ómn. *pag.* 375.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iii. Psalmi feriales.*

℣. Eleváta est magnificéntia. *pag.* 376.

Lect. sunt infra. ℟. *de Ascens.*

In secundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia *iv. Psalmi feriales.*

Capitulum. Et convéscens. *pag.* 380.

℣. A summo cælo. *pag.* 375.

Oratio.

Da quæsumus omnípotens Deus ꟸ illuc súbsequi tuórum membra fidélium: quò caput nostrum, principiúmque præcéssit Dóminus noster Jesus Christus Fílius tuus. Qui tecum.

Ad Laudes.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi festivales.*

Capitulum. Igitur qui con. *pag.* 380.

℟. Ascéndo ad Patrem. *pag.* 379.

Hymnus. O grande. *pag.* 375.

℣. Ascéndens Christus. *pag.* 380.

Ad Benedictus, Antiphona una de 3. Antiphonis suprà notatis. Oratio illa quæ contingit de supradictis.

Ad singulas Horas.

Antiph. Allelu-ia *iii.*

Ad Primam.

Capitulum. Pacem. *pag.* 4.

Oratio. Dómine. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Capitulum. Actor. 1.

Cumque intueréntur in cælum eúntem illum: ecce duo viri astité-

runt juxta illos in véstibus albis.

℟. Deo grátias.

℣. Elováta est. *pag.* 376.

Oratio. Adésto. *pag.* 381.

Ad Sextam.

Capitulum. *Actor.* I.

VIri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Jesus qui assúmptus est à vobis in cælum: sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum.

℟. Deo grátias.

℣. A summo cælo. *pag.* 377.

Oratio. Deus, cujus. *pag.* 381.

Ad Nonam.

Capitulum. *Ephes.* 4.

UNicuíque autem nostrûm data est grátia secúndùm mensúram donatiónis Christi: propter quod dicit: Ascéndens in altum captívam duxit captivitátem: dedit dona homínibus.

℟. Deo grátias.

℣. Exaltáre Dómine. *pag.* 378.

Oratio. Tríbue quæsumus. *pag.* 381.

Ad Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv.* *Psalmi feriales.*

Capitulum. Primùm quidem. *pag.* 375.

℟. Ascéndens Christus. *pag.* 380.

Hymn. Optátus. *pag.* 375.

℣. Ascéndo ad Patrem. *pag.* 379.

Ad Magnificat, Antiphona una de supradictis.

Oratio. Concéde. *pag.* 380.

FERIA SEXTA
Post Ascensionem Domini.

Lectio prima.

Incipit Apocalypsis beáti Joánnis Apóstoli.

APocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam fácere servis suis: quæ opórtet fíeri citò: & significávit, mittens per Angelum suum servo suo Joánni: qui testimónium [...]buit verbo Dei: & testimóniu[...] Christi, quæcúmque vidit. Beát[...] legit, & audit verba prophetíæ [...] & servat ea, quæ in ea scripta [...] tempus enim prope est. Tu aute[...]

℟. Post passiónem. *cum cæteris.*

Lectio secunda.

JOánnes septem Ecclésiis, q[...] in Asia. Grátia vobis, & pax [...] qui est, & qui erat, & qui v[...] est: & à septem spirítibus, [...] conspéctu throni ejus sunt, & [...] Christo, qui est testis fidélis, pr[...]nitus mortuórum: & princeps [...] terræ: qui diléxit nos, & lavi[...] peccátis nostris, in sánguine s[...] fecit nos regnum & sacerdótes [...] Patri suo. Ipsi glória, & impéri[...] sécula seculórum: Amen.

Lectio tertia.

ECcè venit cum núbibus: [...]bit eum omnis óculus: & q[...] pupugérunt. Et plangent se sup[...] omnes tribus terræ: étiam, Ame[...] sum alpha & ómega, princípium [...] dicit Dóminus Deus, qui est, & q[...] & qui ventúrus est omnípotens.

SABBATO.

Lectio prima.

EGo Joánnes frater vester, & [...]ceps in tribulatióne, & reg[...] patiéntia in Christo Jesu: fui in [...] quæ appellátur Patmos, propter v[...] Dei, & testimónium Jesu. Fui in [...] in Domínica die: & audívi post [...]cem magnam: tanquam tubæ, di[...] Quod vides, scribe in libro: & [...] septem Ecclésiis: quæ sunt in Asia[...] so, & Smyrnæ, & Pérgamo, & Th[...] & Sardis, & Philadelphíæ, & Lao[...]

Lectio secunda.

ET convérsus sum : ut vidérem vocem, quæ loquebátur mecum. Et convérsus vidi septem candelábra áurea ꟸ & in médio septem candelabrórum aureórum símilem fílio hóminis vestítum podére, & præcínctum ad mamíllas zona aúrea. Caput autem ejus & capílli erant cándidi tanquam lana alba, & tanquam nix : & óculi ejus tanquam flamma ignis ꟸ & pedes ejus símiles aurichálco : sicut in camíno ardénti.

Lectio tertia.

ET vox illíus tanquam vox aquárum multárum ꟸ & habébat in déxtera sua stellas septem : & de ore ejus gládius utráque parte acútus exíbat. Et fácies ejus sicut sol lucet in virtúte sua. Et cùm vidíssem eum : cécidi ad pedes ejus tanquam mórtuus.

DOMINICA INFRA OCTAVAS *Ascensionis Domini.*

Ad primas Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalm.* Confiteántur. *pag.* 105.

Capitul. Primùm quidem. *pag.* 375.

℟. Ascéndens Christus. *pag.* 380.

Hymn. Optátus votis. *pag.* 375.

℣. Ascéndo ad Patrem. *pag.* 375.

Ad Magnificat.

Antiph. Vado. *pag.* 381.

Oratio. Concéde quæsumus. *pag.* 380.

Et fit commemoratio de Dominica.

Antiph. Cùm vénerit * Paraclétus, quem ego mittam vobis, Spíritum veritátis, qui à Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me, allelu-ia.

℣. Ascéndo ad Patrem. *pag.* 375.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, fac nos tibi semper & devótam gérere voluntátem ꟸ & majestáti tuæ sincéro corde servíre : Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitat. Allelu-ia. Ascéndit. *pag.* 376.

Hymn. Optátus votis. *pag.* 375.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi Dominicales. pag.* 17.

℣. Eleváta est. *pag.* 376.

Lectio prima.

Sermo beáti Augustíni Epíscopi.

Tom. 10. *in fine.*

SOlennitáte diéi hujus admonémus sciéntes : instrúimus negligéntes. Ascénsum Dómini in cælum hódie solénniter celebrámus. Dóminus enim Salvátor noster pósito córpore, & recépto córpore ꟸ posteáquam resurréxit à mórtuis, exhíbuit se discípulis, vivéntem : quem desperáverant moriéntem. Posteáquam se réddidit óculis intuéndum ꟸ mánibus contrectándum ꟸ ædíficans fidem : exhibéndo veritátem. Tu autem.

℟. Post passiónem. *p.* 376. *cum cæteris.*

Lectio secunda.

QUóniam parum fuit humánæ fragilitáti, & infírmæ trepidatióni, tam magnum miráculum uno die exhibére, & inde subtráhere ꟸ Conversátus est cum eis in terra : sicut audívimus, cùm liber Actuum Apostolórum legerétur. Conversátus est cum eis in terrà quadragínta diébus intrans & éxiens : mandúcans & bibens ꟸ ut exhibéret veritátem : non quòd habéret necessitátem.

Lectio tertia.

IPso ergo quadragésimo die, quem hódie celebrámus ꟸ eis vidéntibus, & vidéndo deducéntibus : ascéndit in cælum. Tunc ergo posteáquam id quod vidébant ascéndere mirabántur : sursum tamen ire gaudébant. Cápitis enim præ-

céssio: spes membrórum est. Audiérunt & Angélicam vocem ꟸ Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Jesus sic véniet: quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum.

Lectio quarta.

QUid est, sic véniet? In ea forma véniet ꟸ ut impleátur quod scriptum est: Vidébunt in quem pupugérunt. Sic véniet ꟸ ad hómines véniet ꟸ homo véniet ꟸ sed Deus homo véniet ꟸ véniet verus homo & Deus: ut fáciat hómines deos. Ascéndit judex cæli: sónuit præco cæli. Bonam causam habeámus: ut futúrum judícium non timeámus.

In secundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iii. Psalmi Dominicales. pag.* 20.

℣. A summo cælo. *pag.* 377.

Lectio quinta.

ASCéndit enim: vidérunt qui nobis nuntiavérunt. Qui non vidérunt, credidérunt: álii credéntes irrisérunt. Non enim ómnium est fides. Et quia non ómnium est fides, & novit Dóminus qui sunt ejus ꟸ quid disceptámus quòd ascéndit in cælum Deus? Mirémur pótiùs: quia in inférnum descéndit Deus. Mortem Christi mirémur: Resurrectiónem verò laudémus pótiùs quàm mirémur.

Lectio sexta.

PErdítio nostra peccátum nostrum: sanguis Christi prétium nostrum ꟸ Resurréctio Christi spes nostra: advéntus Christi res nostra. Ille ergo qui est ad déxteram Patris: expectándus est donec véniat. Dicat ánima nostra sítiens, illi ꟸ Quando véniet? Et, Sitívit ánima mea ad Deum vivum ꟸ quando véniet? véniet. Sed quando véniet? Optas ut véniat: útinam parát[um] invéniat.

Lectio septima.

VErúmtamen ne putémus no[s] habére hoc desidérium de D[...] nostro, ut dicámus quando v[...] Habuérunt hoc desidérium & di[...] ejus. Si possem vobis dícere in[...]bus, expectántibus, suspénsis ꟸ cupiéntibus quando véniat D[...] Deus noster ꟸ si possem vobis di[...] qualis vobis vidérer? Sed hoc [...] non vos sperátis audíre posse. [...] sperátis: desípitis.

Lectio octava.

IPsum certè Dóminum Jesum [...]stum in córpore præséntem, [...]tem, loquéntem, si ante óculos [...] & ante manus vestras haberétis [...] quia præ isto desidério interroga[...] & diceretis ei. Dómine ꟸ quando [...]rus es? Discípuli ipsi Dóminum [...] Christum præséntem interrogavé[...]

In tertio Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Cantic.* Q[...] iste. *pag.* 115.

℣. Exaltáre Dómine. *pag.* 378

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secú[ndum] Joánnem. *Joann.* 15.

IN illo témpore: Dixit Jesus [...]pulis suis. Cùm vénerit Paraclé[...] quem ego mittam vobis à Patre ꟸ [Spí]ritum veritátis qui à Patre procé[...] ille testimónium perhibébit de m[e] réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: [...] Augustíni Epíscopi. *Tract.* 92. *in* [...]

DOminus Jesus in sermóne, [...] locútus est discípulis suis po[st ...]nam próximus passióni ꟸ tanquam [...]rus, & relictúrus eos præséntia co[...]

:um ómnibus autem suis usque ad
mmatiónem séculi futúrus præ-
spiritáli ℣ exhortátus est eos ad
:éndas persecutiónes impiórum :
mundi nómine nuncupávit.

Lectio decima.

: quo tamen mundo étiam ipsos
íscípulos se elegísse dixit ℣ ut sci-
e Dei grátia esse quod sunt : suis
vitiis fuísse quod fuérunt. Deín-
rsecutóres & suos, & ipsórum,
s evidénter expréssit ℣ ut omníno
éret étiam ipsos mundi damnábi-
pellatióne conclúsos : qui perse-
ur sanctos.

Lectio undecima.

Jmque de illis díceret quòd igno-
árent eum à quo missus est : &
odíssent & Fílium, & Patrem ℣
st, & eum qui missus est, & eum
missus est : de quibus ómnibus
is sermónibus jam disserúimus ℣
c pervénit ubi ait, Ut impleátur
, qui in lege eórum scriptus est :
ódio habuérunt me gratis.

Lectio duodecima

Einde tanquam consequénter ad-
júnxit : unde modò dispútare sus-
us. Cùm autem vénerit Paraclé-
uem ego mittam vobis à Patre ℣
um veritátis, qui à Patre procé-
ille testimónium perhibébit de
: vos testimónium perhibébitis :
ıb inítio mecum estis.
ıéntia sancti Evangélii : secún-
Joánnem. *Joann.* 15.
illo témpore : dixit Jesus discí-
is suis. Cùm vénerit Paraclétus,
ego mittam vobis à Patre ℣ Spí-
veritátis qui à Patre procédit : ille
ónium perhibébit de me. Et vos
ónium perhibébitis : quia ab iní-
tio mecum estis. Hæc locútus sum vo-
bis : ut non scandalizémini. Absque sy-
nagógis fácient vos. Sed venit hora,
ut omnis, qui intérficit vos : arbitrétur
obséquium se præstáre Deo. Et hæc fá-
cient vobis : quia non novérunt Pa-
trem, neque me. Sed hæc locútus sum
vobis ℣ ut cùm vénerit hora eórum
remíniscámini, quia ego dixi vobis.
Amen.

Oratio. Omnípotens sempi. *pag.* 383.

Ad Laudes.

Antiph. Allelu-ia. *v. Psalmi festivales.*
Capitul. Primùm quidem. *pag.* 375.
℟. Ascéndo ad Patrem. *pag.* 379.
Hymn. O grande cunctis. *pag.* 375.
℣. Ascéndens Christus. *pag.* 380.

Ad Benedictus.

Antiph. Cum vénerit. *pag.* 383.
Oratio. Omnípotens sempi. *pag.* 383.
Et fit commem. de Ascensione per Antiph. Pater sancte. *pag.* 381.
℣. Ascéndens Christus. *pap.* 380.
Oratio. Tríbue quæsumus. *pag.* 381.

Ad singulas Horas.

Antiph. Allelu-ia. *v.*
Ad Tertiam, Oratio. Omnípotens sempitérne Deus. *pag.* 383.
Cætera ut in die Ascensionis. pag. 380.

Ad Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi Dominicales. pag.* 94.
Capitul. ℟. *Hymn. &* ℣. *ut in die.*

Ad Magnificat.

Antiph. Hæc locútus sum vobis, * ut gaúdium meum in vobis sit, & gaúdium vestrum impleátur, allelu-ia, allelu-ia.
Oratio. Omnípotens semp. *pag.* 383.
Et fit commem. de Ascensione per Antiph. Nunc autem. *pag.* 381.
℣. Ascéndo ad Patrem. *pag.* 380.
Oratio. Concéde quæsu. *pag.* 380.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

ET pósuit déxteram suam super me, dicens. Noli timére ꝛ ego sum primus, & novíssimus : & vivus, & fui mórtuus ꝛ & ecce sum vivens in sécula seculórum : & hábeo claves mortis, & inférni. Scribe ergo quæ vidísti ꝛ & quæ sunt : & quæ opórtet fieri post hæc. Sacraméntum septem stellárum, quas vidísti in déxtera mea : & septem candelábra aúrea. Septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiárum : & candelábra septem, septem Ecclésiæ sunt.

Lectio secunda.

ANgelo Ephesi Ecclésiæ scribe. Hæc dicit qui tenet septem stellas in déxtera sua : qui ámbulat in médio septem candelabrórum aureórum. Scio ópera tua, & labórem, & patiéntiam tuam ꝛ & quia non potes sustinére malos : & tentásti eos, qui se dicunt Apóstolos esse, & non sunt : & invenísti eos mendáces ꝛ & patiéntiam habes : & sustinuísti propter nomen meum, & non defecísti.

Lectio tertia.

SEd hábeo advérsùm te : quòd charitátem tuam primam reliquísti. Memor esto ítaque unde excíderis ꝛ & age pœniténtiam : & prima ópera fac. Sin autem ꝛ vénio tibi, & movébo candelábrum tuum de loco suo : nisi pœniténtiam égeris. Sed hoc habes ꝛ quia odísti facta Nicolaitárum : quæ & ego odi. Qui habet aurem : aúdiat quid Spíritus dicat Ecclésiis. Vincénti dabo édere de ligno vitæ : quod est in paradíso Dei mei.

FERIA TER

Lectio prima.

ET Angelo Smyrnæ Eccl Hæc dicit primus, & n qui fuit mórtuus, & vivit. S tiónem tuam, & paupertáte sed dives es, & blasphemáris se dicunt Judæos esse, & no sunt synogóga satánæ. Nihil meas quæ passúrus es. Ecce diábolus áliquos ex vobis in ut tentémini : & habébitis trib diébus decem.

Lectio secunda.

ESto fidélis usque ad m dabo tibi corónam vitæ. aurem : aúdiat quid Spíritus d siis. Qui vícerit : non lædét secúnda. Et Angelo Pérgam scribe. Hæc dicit qui habet rh utráque parte acútam. Scio tas ꝛ ubi sedes est satánæ : & men meum, & non negásti fid

Lectio tertia.

ET in diébus illis Antipas fidélis, qui occísus est ubi satánas hábitat. Sed hábe te pauca ꝛ quia habes illi doctrínam Balaam, qui doc míttere scándalum coram fi édere, & fornicári : ita habe néntes doctrínam Nicolaïtár liter pœniténtiam age ꝛ si q véniam tibi citò, & pugnáb in gládio oris mei.

FERIA QUAR

Lectio prima.

QUi habet aurem : au Spíritus dicat Ecclésiis dabo manna abscónditum :

um cándidum ꟸ & in cálculo novum scriptum : quod nemo scit, i áccipit. Et Angelo Thyatíræ Ecscribe. Hæc dicit Filius Dei, bet óculos tanquam flammam & pedes ejus símiles aurichálco. ópera tua, & fidem, & charitáiam, & ministérium, & patiénuam : & ópera tua novíssima prióribus.

Lectio secunda.

l hábeo advérsùs te pauca ꟸ quia rmíttis mulíerem Jezábel, quæ cit prophéten : docére, & se- servos meos, fornicári, & icáre de idolothytis. Et dedi illi s ut pœniténtiam ágeret : & non œnitére à fornicatióne sua. Ecce n eam in lectum ꟸ & qui mœr cum ea, in tribulatióne máxiunt : nisi pœniténtiam ab opéris égerint.

Lectio tertia.

filios ejus interfíciam in morꟸ & scient omnes Ecclésiæ, quia m scrutans renes & corda : & nicuique vestrûm secúndùm ópe- Vobis autem dico : & cæteris yatíræ estis. Quicúmque non doctrínam hanc : & qui non érunt altitúdines satánæ, quemum dicunt ꟸ Non mittam super ud pondus : tamen id quod hatenéte, donec véniam.

OCTAVIS ASCENSIONIS *Domini.*

Ad primas Vesperas.

ph. Allelu-ia. *iii. Psalm.* Laudáen. *pag.* 100.

ul. Primùm quidem. *pag.* 375.
Ascéndens Christus. *pag.* 380.

Hymn. Optátus votis óm. *pag.* 375.
℣. Ascéndo ad Patrem. *pag.* 375.

Ad Magnificat.

Antiph. Pater manifestávi. *pag.* 375.
Oratio. Concéde quæsu. *pag.* 380.

Ad Matutinas.

Omnia sicut in die, præter Lectiones.

Lectio prima.

Sermo beáti Leónis Papæ.

Serm. 1. *in Ascens. Domini.*

POst beátam & gloriósam Resurrectiónem Dómini nostri Jesu Christi ꟸ qua verum Dei templum Judáica impietáte resolútum, Divína in tríduo poténtia suscitávit : quadragenárius hódie (dilectíssimi) sanctórum diérum explétus est númerus ꟸ sacratíssima ordinatióne dispósitus : & ad utilitátem nostræ eruditiónis impénsus ꟸ ut dum à Dómino in hoc spátio mora præséntiæ corporális exténditur : fides Resurrectiónis, documéntis necessáriis munirétur.

Lectio secunda.

MOrs enim Christi multùm discipulórum corda turbáverat : & de supplício crucis ꟸ de emissióne Spíritus ꟸ de exanimáti córporis sepultúra ꟸ gravátis mœstitúdine méntibus : quidam diffidéntiæ torpor obrépserat. Nam cùm sanctæ mulíeres (sicut Evangélica pandit históría) revolútum à monuménto lápidem ꟸ & sepúlchrum córpore vácuum, & vivéntis Dómini testes Angelos nuntiárent : verba eárum Apóstolis, aliísque discípulis, deliraméntis símilia videbántur.

Lectio tertia.

QUam útique hæsitatiónem humána infirmitáte nutántem ꟸ nequáquam permisísset Spíritus veritátis, prædicatórum suórum inésse pectóribus : nisi illa trépida solicitúdo, & cu-

rióſa cunctátio noſtræ fidei fundaménta jeciſſet. Noſtris ígitur perturbatiónibus ⁊ noſtris perículis : in Apóſtolis conſulebátur.

Lectio quarta.

NOs in illis viris contra calúmnias impiórum : & contra terrénæ arguménta ſapiéntiæ docebámur. Nos illórum inſtrúxit aſpéctus ⁊ nos erudívit audítus : nos confirmávit attáctus. Grátias agámus Divínæ diſpenſatióni : & ſanctórum patrum neceſſáriæ tarditáti. Dubitátum eſt ab illis : ne dubitarétur à nobis.

Lectio quinta.

NOn ergo hi dies (dilectíſſimi) qui inter Reſurrectiónem Dómini, Aſcenſionémque fluxérunt ⁊ otióſo tranſiére decúrſu : ſed magna in eis confirmáta ſacraménta, magna ſunt reveláta myſtéria. In iis metus diræ mortis aufértur : & non ſolùm ánimæ, ſed étiam carnis immortálitas declarátur.

Lectio ſexta.

IN iis per inſufflatiónem Dómini infúnditur Apóſtolis ómnibus Spíritus ſanctus : & beáto Apóſtolo Petro, ſupra cæteros, poſt regni claves, ovílis Domínici cura mandátur. In iis diébus, duóbus diſcípulis tértius in via Dóminus comes júngitur ⁊ & ad omnem noſtræ ambiguitátis calíginem detergéndam : pavéntium ac trepidántium tárditas increpátur.

Lectio ſeptima.

FLammam fidei illumináta corda concípiunt ⁊ & quæ erant tépida : reſeránte Scriptúras Dómino, efficiúntur ardéntia. In fractióne quoque panis, conveſcéntium aperiúntur obtútus : multò fœlíciùs eórum óculis patefáctis ⁊ quibus natúræ ſuæ manifeſtáta

eſt glorificátio : quàm illórum g[...] noſtri príncipum, quibus præv[...] tiónis ſuæ eſt ingéſta confúſio.

Lectio octava.

INter hæc autem, aliáque mi[...] la ⁊ cùm diſcípuli trépidis c[...] tiónibus æſtuárent : & apparuiſ[...] médio eórum Dóminus ⁊ dixiſſ[...] Pax vobis : ne hoc remanéret i[...] rum opiniónibus, quod volveb[...] córdibus ⁊ (putábant enim ſe [...] tum vidére, non carnem :) red[...] cogitatiónes à veritáte diſcórdes.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii : ſecú[...] Marcum. *Marc. 16.*

IN illo témpore : recumbéntib[...] decim diſcípulis ⁊ appáruit il[...] ſus, & exprobrávit increduli[...] eórum, & durítiam cordis : qu[...] qui víderant eum reſurrexíſſe, no[...] didérunt. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : [...] rábilis Bedæ Preſbyteri.

Lib. 4. comm. in Marc. cap. 1[...]

NUnquídnam tunc exprobr[...] erat, quòd non credidiſſent[...] qui eum víderant reſurrexíſſe ⁊ qu[...] jam & ipſi poſt Reſurrectiónem [...] eum víderant ? Illud ergo accipiá[...] poſt multas demonſtratiónes ejus, [...] bus per dies quadragínta diſcípuli[...] præſentátus eſt : eum étiam novi[...] recumbéntibus illis úndecim appar[...] id eſt, ipſo quadragéſimo die.

Lectio decima.

ET quóniam jam erat ab eis a[...] ſúrus in cælum, hoc eis illo[...] máximè exprobráre voluíſſe ⁊ quia[...] qui víderant eum reſurrexíſſe, non [...] díderant, ántequam eum ipſi vidér[...] cùm útique poſt Aſcenſiónem [...]

cántibus illis Evangélium, Gen-
quæ non vidérunt, fúerant cre-
t.

Lectio undecima.

)ſt illam quippe exprobratiónem
cútus, ait idem Marcus. Et dixit
Eúntes in mundum univérſum:
cáte Evangélium omni creatúræ.
crediderit, & baptizátus fúerit:
erit. Qui verò non credíderit:
mnábitur. Hoc ergo prædicatú-
ionne ipſi primitùs fúerant objur-
, quòd ántequam Dóminum vi-
t, non crediderint eis, quibus
nus apparuíſſet.

Lectio duodecima.

Uòd verò dixit eis ꟸ Eúntes in
mundum univérſum, prædicáte
gélium omni creatúræ ꟸ nunquid
m Evangélium vel inſenſátis re-
vel brutis animálibus fúerat præ-
dum ꟸ ut de eo diſcípulis dicátur,
cáte omni creatúræ? Sed omnis
úræ nómine: poteſt omnis nátio
um deſignári.

ngelium & Oratio ut in die. p. 379.
Laudes, Horas & Veſperas omnia
in die.

A SEXTA, ET SABBATO.

nullum contingat Feſtum, omnia
ſicut privatis diebus infra Octavas
ſionis: exceptis Lectiónibus & Ora-
s ſequentibus.
tandum eſt autem, quòd cùm Offi-
luobus his diebus eſt de aliquo Feſto
in eo fit commemor. de Aſcenſione.

ERIA SEXTA.

Lectio prima.

qui vícerit, & cuſtodíerit uſ-
e in finem ópera mea, dabo illi
poteſtátem ſuper Gentes ꟸ & reget eas
in virga férrea: & tanquam vas figuli
confringéntur ꟸ ſicut & ego accépi à
Patre meo: & dabo illi ſtellam matu-
tínam. Qui habet aurem: aúdiat quid
Spíritus dicat Eccléſiis.

Lectio ſecunda.

ET Angelo Eccléſiæ Sardis ſcribe.
Hæc dicit qui habet ſeptem Spí-
ritus Dei: & ſeptem ſtellas. Scio ópe-
ra tua, quia nomen habes quòd vi-
vas: & mórtuus es. Eſto vigilans: &
confirma cætera, quæ moritúra erant.
Non enim invénio ópera tua plena co-
ram Deo meo. In mente ergo habe
quáliter accéperis, & audíeris: & ſer-
va, & pœniténtiam age.

Lectio tertia.

SI ergo non vigiláveris, véniam ad
te tanquam fur: & néſcies qua hora
véniam ad te. Sed habes pauca nómina
in Sardis, qui non inquinavérunt veſti-
ménta ſua ꟸ & ambulábunt mecum in
albis: quia digni ſunt. Qui vícerit, ſic
veſtiétur veſtiméntis albis ꟸ & non de-
lébo nomen ejus de libro vitæ: & con-
fitébor nomen ejus coram Patre meo,
& coram Angelis ejus. Qui habet au-
rem: aúdiat quid Spíritus dicat Eccle-
ſiis.

Ad Laudes, & Tertiam.

Oratio. Adéſto Dómine. *pag.* 381.

Ad Sextam, & Nonam.

Oratio. Deus cujus Fílius. *pag.* 381.

Ad Veſperas.

Oratio. Omnípotens ſempi. *pag.* 383.
Cætera omnia ſicut ſuprà dictum eſt.

SABBATO.

Lectio prima.

ET Angelo Philadelphíæ Eccléſiæ
ſcribe. Hæc dicit Sanctus, & Ve-

rus ✠ qui habet clavem David : qui áperit, & nemo claudit ✠ claudit, & nemo áperit : Scio ópera tua. Ecce dedi coram te óſtium apértum, quod nemo poteſt claúdere ✠ quia módicam habes virtútem : & ſervâſti verbum meum, & non negâſti nomen meum. Ecce dabo de ſynagóga ſatánæ, qui dicunt ſe Judæos eſſe, & non ſunt: ſed mentiúntur.

Lectio ſecunda.

ECce fáciam illos, ut véniant, & adórent ante pedes tuos ✠ & ſcient quia ego diléxi te, quóniam ſervâſti verbum patiéntiæ meæ ✠ & ego ſervábo te ab hora tentatiónis : quæ ventúra eſt in orbem univérſum tentá[illegible] bitántes in terra. Ecce vénio c[illegible] tene quod habes : ut nemo ac[illegible] corónam tuam.

Lectio tertia.

QUi vícerit, fáciam illum c[illegible] nam in templo Dei mei ✠ [illegible] ras non egrediétur ámpliùs : & ſc[illegible] ſuper eum nomen Dei mei ✠ & [illegible] men civitátis Dei mei novæ Jerú[illegible] quæ deſcéndit de cælo à Deo m[illegible] nomen meum novum. Qui hab[illegible] rem : aúdiat quid Spíritus dica[illegible] cléſiis.

Cætera omnia ut ſuprà dictum e[illegible] gina præcedenti.

IN DIE SANCTO ENTECOSTES.

Ad primas Vesperas.

tiph. Allelu-ia. *iv. Psalm.* Confi-
ır. *cum cæteris. pag.* 105.

Capitulum. *Actor.* 2.

U M compleréntur dies Pente-
cóstes : erant omnes discípuli
páriter in eódem loco ꟸ & factus
péntè de cælo sonus, tanquam
iéntis spíritus veheméntis : & re-
totam domum ubi erant sedén-
℟. Deo grátias.

agnum ℟. Factus est. *pag.* 392.

Hymnus.

Hic accipimus veniam.

ᴇni Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita :
supérna grátia,
u creásti péctora.
i Paraclétus díceris,
n Dei altíssimi,
vivus, ignis, cháritas,
iritális únctio.
septifórmis grátia,
e Dei tu dígitus,
tè promíssum Patris,
ne ditans gúttura.
ténde lumen sénsibus,
le amórem córdibus,
a nostri córporis
e firmans pérpeti.
tem repéllas lóngiùs,
que dones prótinùs,
re sic te prævio,
Vitémus omne nóxium.
Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Te utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.
Sit laus Patri cum Fílio,
Sancto simul Paracléto :
Nobísque mittat Fílius,
Charísma sancti Spíritus. Amen.

Et hoc modo finiuntur omnes Hymni per totas Octavas.

℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum.

℟. Et hoc quod cóntinet ómnia sciéntiam habet vocis, allelu-ia, allel.

Ad Magnificat.

Antiph. Non vos * relínquam órphanos, véniam ad vos, & gaudébit cor vestrum : & gáudium vestrum nemo tollet à vobis, allelu-ia.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut claritátis tuæ super nos splendor effúlgeat ꟸ & lux tuæ lucis corda eórum, qui per grátiam tuam renáti sunt, sancti Spíritus illustratióne confírmet : Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ꟸ qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem.

De Festis occurrentibus à die Pentecostes usque ad ejus Octavas idem ordo servatur, qui infra Octav. Paschæ, ut videre est in rubrica de translatione Festorum.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Allelu-ia. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum. Veníte adorémus, allelu-ia. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus.

JAm Christus astra ascénderat,
Regréssus unde vénerat,
Promíssum, Patris múnere,
Sanctum datúrus Spíritum.

Solénnis urgébat dies,
Quo mystico septémplici
Orbis volútus sépties,
Signat beáta témpora.

Dum hora cunctis tértia
Repéntè mundus íntonat,
Orántibus Apóstolis,
Deum venísse núntiat.

De Patris ergo lúmine
Decórus ignis almus est,
Qui fida Christi péctora
Calóre verbi cómpleat.

Sit laus Patri, &c.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi Dominicales. pag.* 17.

℣. Factus est repéntè de cælo sonus.

℟. Tanquam adveniéntis spíritus veheméntis, allelu-ia, allelu-ia.

Lectio prima.

Sermo beáti Leónis Papæ.

Serm. 3. *in die Pentecostes.*

HOdiérnam (dilectíssimi) festivitátem toto terrárum orbe venerábilem ⁊ ille sancti Spíritus consecrávit advéntus: qui post Resurrectiónem Dómini quinquagésimo die in Apóstolos, populúmque credéntium, sicut sperabátur, inflúxit. Sperabátur autem ⁊ quia illum Dóminus Jesus promíserat adfutúrum: non ut tunc primùm esse sanctorum habitátor incíperet ⁊ sed ut sacráta sibi péctora & fervéntiùs accénderet, & copiósiùs inundáret: cúmulans sua dona, non ínchoans ⁊ nec ídeo novus ópere: quia dítior largitáte.

℟. Dum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes páriter discípuli, allelu-ia, & súbitò factus est sonus de cælo, allelu-ia. † Tanquam spíritus véhemens replévit totam domum, allelu-ia, allelu-ia.

℣. Et apparuérunt illis dispertítæ linguæ tanquam ignis, sedítque supra síngulos eórum. Tanquam.

Lectio secunda.

NUnquam enim ab omnipoténtia Patris, & Filii, Spíritus sancti est discréta majéstas ⁊ & quidquid in dispositióne ómnium rerum agit Divína moderátio: ex totíus venit providéntia Trinitátis. Una est ibi benígnitas misericórdiæ ⁊ una censúra justítiæ ⁊ nec áliquid est in actióne divísum: ubi nihil est in voluntáte divérsum.

℟. Factus est repéntè de cælo sonus tanquam adveniéntis spíritus veheméntis, & replévit totam domum ubi erant sedéntes. † Allelu-ia.

℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, & hoc quod cóntinet ómnia sciéntiam habet vocis. Allelu-ia.

Lectio tertia.

QUæ ergo illúminat Pater ⁊ illúminat Fílius: illúminat Spíritus sanctus. Cùmque sit ália persóna missi ⁊ ália mitténtis ⁊ ália promitténtis ⁊ simul nobis & Unitas manifestátur, & Trínitas: ut esséntia habens æqualitátem ⁊ & non recípiens solitúdinem: & ejúsdem substántiæ, & non ejúsdem intelligátur esse persónæ.

℟. Apparuérunt illis dispertítæ linguæ tanquam ignis, allelu-ia, sedítque

ſupra ſingulos eórum. † Allelu-ia, allel.

℣. Et cœpérunt loqui váriis linguis magnália Dei. Allelu-ia.

Lectio quarta.

QUod ergo ſalva cooperatióne inſeparábilis Deitátis, quædam Pater, quædam Fílius ꝰ quædam própriè Spíritus ſanctus exéquitur ꝰ noſtræ diſpoſitio redemptiónis: noſtræ ſalútis eſt rátio. Si enim homo ad imáginem & ſimilitúdinem Dei factus, in ſuæ honóre natúræ manſiſſet ꝰ nec diabólica fraude decéptus, à lege ſibi póſita per concupiſcéntiam deviáſſet: Creátor mundi creatúra non fíeret.

℟. Replèti ſunt omnes Spíritu ſancto, & cœpérunt loqui proüt Spíritus ſanctus dabat éloqui illis. † Et convénit multitúdo, allelu-ia, allel.

℣. Loquebántur váriis linguis Apóſtoli magnália Dei. Et convénit.

℣. Glória Patri. allelu-ia.

In ſecundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iii. Pſalmi Dominicales. pag.* 20.

℣. Emítte Spíritum tuum, & creabúntur.

℟. Et renovábis fáciem terræ, allelu-ia, allelu-ia.

Lectio quinta.

NEque aut ſempitérnus temporalitátem ſubíret: aut æquális Deo Patri Fílius Deus, formam ſervi, & ſimilitúdinem carnis peccáti aſſúmeret. Sed quia invídia diáboli mors introívit in orbem terrárum: & áliter ſolvi humána captívitas non pótuit ꝰ niſi cauſam noſtram ipſe ſuſcíperet: qui ſine majeſtátis ſuæ damno, & verus homo fíeret, & ſolus peccáti contágium non habéret ꝰ diviſit ſibi opus noſtræ reparatiónis miſericórdia Trinitátis: ut Pater propitiarétur ꝰ Fílius propitiáret: Spíritus ſanctus igníret.

℟. Loquebántur váriis linguis Apóſtoli, allelu-ia. † Magnália Dei proüt Spíritus ſanctus dabat éloqui illis, allelu-ia.

℣. Replèti ſunt omnes Spíritu ſancto, & cœpérunt loqui. Magnália.

Lectio ſexta.

OPortébat enim ut áliquid étiam ſalvándi pro ſe ágerent: & convérſis ad Redemptórem córdibus, ab inimíci dominatióne deſcíſcerent ꝰ quóniam (ſicut Apóſtolus ait) Miſit Deus Spíritum Fílii ſui in corda noſtra: clamántem, Abba, Pater. Ubi autem Spíritus Dómini: ibi libértas. Et nemo poteſt dícere Dóminum Jeſum: niſi in Spíritu ſancto.

℟. Facta autem hac voce, convénit multitúdo, & mente confúſa eſt. † Quia audiébat unuſquíſque lingua ſua illos loquéntes, allelu-ia.

℣. Stupébant autem omnes, & mirabántur. Quia.

Lectio ſeptima.

SI ergo duce grátia (dilectíſſimi) fidéliter ſapientérque noſcámus quid Patri ꝰ quid Fílio ꝰ quid Spirítui ſancto in reparatióne noſtra próprium, quidve commúne ſit: ea quæ pro nobis humíliter & corporáliter geſta ſunt, ita proculdúbio ſuſcipiémus: ut nihil indígnum de una atque eádem Trinitátis glória ſentiámus.

℟. Virtúte magna reddébant Apóſtoli. † Teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti Dómini noſtri, allel. allel.

℣. Replèti quidem Spíritu ſancto loquebántur verbum Dei cum fidúcia. Teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti Dómini.

Lectio octava.

QUamvis enim nulla mens ad cogitándum de Deo, nulla ad loquéndum lingua ſufficiat: tamen quantumcúmque illud eſt, quod humáno intelléctu de eſſéntia Patérnæ Deitátis attíngitur ⁊ niſi unum atque idem eſt, cùm vel de Unigénito ejus, vel de Spíritu ſancto cogitátur: non piè ſápitur ⁊ ſed nimis carnáliter caligátur: & ipſum, quod de Patre congruénter ſentíri videbátur, amíttitur ⁊ quia à tota Trinitáte recéditur: ſi in ea únitas non tenétur.

℟. Ego rogábo Patrem, & álium Paraclétum dabit vobis, ut máneat vobíſcum in ætérnum. † Spíritum veritátis, allelu-ia.

℣. Niſi ego abíero, Paraclétus non véniet ad vos, ſi autem abíero, mittam eum ad vos. Spíritum.

℣. Glória Patri. allelu-ia.

In tertio Nocturno.

Antiph. allelu-ia. *iv. Cantic.* Quis eſt iſte. *pag.* 115.

℣. Loquebántur váriis linguis Apóſtoli.

℟. Magnália Dei, allel. allel.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii: ſecúndùm Joánnem. *Joann.* 14.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis. Si quis diligit me, ſermónem meum ſervábit: & Pater meus díliget eum ⁊ & ad eum veniémus: & manſiónem apud eum faciémus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 30. *in Evang.*

LIbet (fratres chariſſimi) verba Evangélicæ lectiónis ſub brevitáte tranſcúrrere: ut poſt diútius líceat in contemplatióne tantæ ſolennitátis immorári. Hódie namque Spíritus ſanctus repentíno ſónitu ſuper diſcípulos venit: mentéſque carnálium in ſui amórem permutávit ⁊ & foris apparéntibus linguis ígneis: intus facta ſunt corda flammántia.

℟. Non relínquam vos órphanos, allelu-ia, véniam ad vos. † Et gaudébit cor veſtrum, allelu-ia, allel.

℣. In illo die vos cognoſcétis quia ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Et gaudébit.

Lectio decima.

QUia dum Deum in ignis viſióne ſuſcepérunt: per amórem ſuáviter arſérunt. Ipſe namque Spíritus ſanctus amor eſt. Unde & Joánnes dicit: Deus cháritas eſt. Qui ergo mente íntegra Deum desíderat: proféctò jam habet quem amat. Neque enim quiſquam poſſet Deum dilígere: ſi eum quem díligit non habéret.

℟. Non vos me elegíſtis, ſed ego elégi vos, & póſui vos. † Ut eátis & fructum afferátis, & fructus veſter máneat, allel. allel.

℣. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Ut eátis.

Lectio undecima.

SEd ecce ſi unuſquíſque veſtrûm requirátur, an díligat Deum ⁊ tota fidúcia & ſecúra mente reſpóndet: Díligo. In ipſo autem lectiónis exórdio audíſtis quid Véritas dicit ⁊ Si quis díligit me: ſermónem meum ſervábit. Probítio ergo dilectiónis: exhibítio eſt óperis. Hinc in Epíſtola ſua idem Joánnes dicit. Qui dicit, Díligo Deum ⁊ & mandáta ejus non cuſtódit: mendax eſt.

℟. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum. † Et hoc quod cóntinet ómnia, ſciéntiam habet vocis, allel. allel.

℣. Omnium eſt enim ártifex, omnem habens virtútem, ómnia proſpíciens. Et.

Lectio duodecima.

Erè étenim Deum diligimus ꟸ si mandáta ejus custodímus : si nos tris voluptátibus coarctámus. Nam dhuc per illícita desidéria diffluitꟸ ctò Deum non amat: quia ei in sua itáte contradícit. Et Pater meus t eum ꟸ & ad eum veniémus: & ónem apud eum faciémus.

Disciplína intelléctus replévit illos inus. † Creávit illis sciéntiam Spí- sensu implévit corda illórum,allel. Addidit illis disciplínam, & lege hæreditávit illos. Creávit. Glória Patri. allel.

ntic. Te Deum.

quéntia sancti Evangélii : secún- Joánnem. *Joann.* 14.

illo témpore : Dixit Jesus discí- lis suis. Si quis díligit me : sermó- meum servábit. Et Pater meus dí- eum ꟸ & ad eum veniémus : & iónem apud eum faciémus. Qui diligit me : sermónes meos non t. Et sermónem , quem audístis , est meus : sed ejus qui misit me, s. Hæc locútus sum vobis : apud nanens. Paraclétus autem Spíritus us , quem mittet Pater in nómine ꟸ ille vos docébit ómnia : & súg- vobis ómnia quæcúmque díxero . Pacem relínquo vobis : pacem n do vobis. Non quómodo mun- lat : ego do vobis. Non turbétur estrum : neque formídet. Audístis ego dixi vobis : Vado, & vénio ad Si diligerétis me , gauderétis úti- quia vado ad Patrem : quia Pater r me est. Et nunc dixi vobis priús- n fiat : ut cùm factum fúerit, cre- . Jam non multa loquar vobíscum. t enim princeps mundi hujus : & in me non habet quidquam. Sed ut cognóscat mundus quia díligo Patrem : & sicut mandátum dedit mihi Patêr sic fácio.

℞. Amen.

Antiph. Te decet laus.

Oratio. Deus, qui hodiér. *pag.* 396.

Ad Laudes. *Antiph.*

DUm compleréntur * dies Pente- cóstes , erant omnes páriter discí- puli , allelu-ia. *Psalm.* Dóminus regná- vit. *pag.* 68.

Antiph. Verba quæ ego locútus sum vobis , * allel. spíritus & vita sunt, allel. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Repléti sunt omnes * Spíritu sancto : & cœpérunt loqui váriis lin- guis , allel. *Psalm.* Deus Deus. *pag.* 26.

Antiph. Fontes * & ómnia quæ mo- véntur in aquis hymnum dícite Deo , allel. *Cant.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Spíritus * Dómini replévit orbem terrárum , allel. *Psalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capit. Cùm compleréntur. *pag.* 391.

℞. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum , allel. allel. Spíritus.

℣. Et hoc quod cóntinet ómnia sciéntiam habet vocis, allel. allel. Spíritus.

℣. Glória Patri. Spíritus.

Hymnus. *Divisio.*

IMpléta gaudent víscera,
Affláta sancto Spíritu ,
Voces divérsas íntonant :
Fantur Dei magnália.

Ex omni gente cógniti,
Græcis, Latinis , Bárbaris ,
Cunctísque audiéntibus ,
Linguis loquúntur ómnium.

Judæa tunc incrédula:
Vesána torvo spíritu ,
Ructáre musti crápulam

Alúmnos Christi cóncrepat.
Sed signis & virtútibus
Occúrrit, & docet Petrus
Falsa profári pérfidos,
Joéle teste cómprobans.
Sit laus Patri. &c.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto.
℞. Et cœpérunt loqui váriis linguis, allelu-ia, allel.

Ad Benedictus.

Antiph. Accípite * Spíritum sanctum, quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis, allelu-ia.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sapere ✠ & de ejus semper consolatióne gaudére: Per Dóminum. In unitáte ejúsdem.

Ad Primam.

Antiph. Dum compleréntur. *pag.* 395.

Ad Tertiam.

Antiph. Verba quæ ego locútus sum vobis. *pag.* 395.
Capit. Cùm compleréntur. *pag.* 391.
℣. Factus est. *pag.* 392.
Oratio. Deus, qui hodiérna. *ut suprà.*

Ad Sextam.

Antiph. Repléti sunt omnes. *pag.* 395.

Capitulum. *Act.* 2.

APparuérunt Apóstolis dispertítæ linguæ tanquam ignis: seditque supra síngulos eórum. ℞. Deo grátias.
℣. Emítte Spíritum. *pag.* 393.

Oratio.

SAncti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infúsio: & sui roris íntima aspersióne fœcúndet. Per Dóminum. In unitáte ejúsdem.

Ad Nonam.

Antiph. Spíritus. *pag.* 395.

Capitulum. *Rom.* 5.

CHáritas Dei diffúsa est in córdibus nostris: per Spíritum sanctum qui datus est nobis. ℞. Deo grátias.
℣. Loquebántur. *pag.* 394.

Oratio.

ILlo nos igne quæsumus Dómine, Spíritus sanctus inflámmet ✠ quem Dóminus noster Jesus Christus misit in terram: & vóluit veheménter accéndi. Qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem.

Ad Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi Dominicales. pag.* 94.
Capit. Cùm compleréntur. *pag.* 391.
℞. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allelu-ia, allelu-ia. Repléti sunt.
℣. Et cœpérunt loqui váriis linguis, allelu-ia, allelu-ia. Repléti sunt.
℣. Glória Patri. Repléti sunt.
Hymnus. Veni Creátor. *pag.* 391.
℣. Spíritus Dómini. *pag.* 391.

Ad Magnificat.

Antiph. Audístis * quia ego dixi vobis: Vado & vénio ad vos. Si diligerétis me, gauderétis útique quia ad Patrem vado: quia Pater major me est, allelu-ia.
Oratio. Deus, qui hodiérna. *ut suprà.*

DIEBUS SINGULIS
Super hebdomadam.

Ad Matutinas.

Invitator. Repléti sunt omnes Spíritu sancto. Allelu-ia. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.
Hymn. Jam Christus. *pag.* 392.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iii. Psalmi feriales.*
℣. Factus est. *pag.* 392.
Responsoria de Pentecoste omissis tamen 7. 8. *&* 10. *scilicet.* Virtúte. Ego rogábo. *&* Non vos.

In secundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psalmi feriales.*

Capitulum. Apparuérunt. *pag.* 396.

℣. Emítte Spíritum. *pag.* 393.

Oratio.

MEntes nostras quæsumus Dómine Paraclétus qui à te procédit, illúminet: & indúcat in omnem, sicut tuus promísit Filius veritátem. Qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem.

Ad Laudes.

Sola Antiph. Dum compleréntur. *pag.* 395. *Psalmi festivales.*

Capitulum. Cháritas Dei. *pag.* 396.

℟. Spíritus Dómini. *pag.* 395.

Hymnus. Impléta gaudent. *pag.* 395.

℣. Repléti sunt omnes. *pag.* 396.

Ad Benedictus unaquæque feria propriam habet Antiph. & Orationem ut infra.

Ad Primam.

Antiph. Dum compleréntur. *pag.* 395.

Capitulum. Regi seculórum. *pag.* 4.

Oratio. In hac hora. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Antiph. Verba quæ ego locútus sum vobis. *pag.* 395.

Capitulum. Act. 2.

REpléti sunt omnes Spíritu sancto ꝛ & cœpérunt loqui váriis linguis: prout Spíritus sanctus dabat éloqui illis.

℟. Deo grátias.

℣. Factus est. *pag.* 392.

Oratio de Laudibus, quæ semper ad Tertiam & Vesperas per totas Octavas usque ad Sabbati Vesper. exclusivè dicitur.

Ad Sextam.

Antiph. Repléti sunt omnes. *pag.* 395.

Capitulum. Act. 2.

FActa autem hac voce, convénit multitúdo ꝛ & mente confúsa est: quóniam audiébat unusquísque lingua sua illos loquéntes magnália Dei.

℟. Deo grátias.

℣. Emítte Spíritum. *pag.* 393.

Oratio. Sancti Spíritus. *pag.* 396.

Ad Nonam.

Antiph. Spíritus Dómini. *pag.* 395.

Capitulum. Act. 13.

DIsseminabátur autem verbum Dómini per univérsam regiónem: discípuli quoque replebántur gáudio & Spíritu sancto. ℟. Deo grátias.

℣. Loquebántur. *pag.* 394.

Oratio. Illo nos igne. *pag.* 396.

Ad Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. *iv. Psal. Dominical.*

Capitul. ℟. *Hymn. &* ℣. *sicut in die.*

Ad Magnificat unaquæque feria propriam habet Antiph.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 3.

IN illo témpore: Dixit Jesus Nicodémo. Sic Deus diléxit mundum, ut Filium suum Unigénitum daret ꝛ ut omnis qui credit in eum, non péreat: sed hábeat vitam ætérnam. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Tract. 12. *in Joann.*

QUantùm in médico est: sanáre venit ægrótum. Ipse se intérimit; qui præcépta médici observáre non vult. Venit Salvátor ad mundum. Quare Salvátor dictus est mundi ꝛ nisi ut salvet mundum, non ut júdicet mundum? Salvári non vis ab ipso? Ex teípso judicáberis. Et quid dicam judicáberis?

Lectio secunda.

VIde quid ait. Qui credit in eum, non judicátur. Qui autem non credit ꝛ quid dictúrum sperábas, nisi,

judicátur? Quid addit? Jam (inquit) judicátus est. Nondum appáruit judícium ✠ & jam factum est judícium: novit enim Dóminus qui sunt ejus ✠ novit qui permáneant ad corónam: qui permáneant ad flammam. Novit in área sua tríticum, novit & páleam ✠ novit ségetem, novit & zizánia: jam judicátus est qui non credit.

Lectio tertia.

QUare judicátus est? Quia non crédidit in nómine Unigéniti Fílii Dei. Hoc est autem judícium: quia lux venit in mundum ✠ & dilexérunt hómines magis ténebras, quàm lucem: erant enim mala ópera eórum. Fratres mei ✠ quorum ópera bona invénit Dóminus? Nullórum: ómnia enim ópera mala invénit. Quómodo ergo quidam fecérunt veritátem ✠ & venérunt ad lucem? Et hoc enim séquitur. Qui autem facit veritátem, venit ad lucem ✠ ut manifesténtur ópera ejus: quia in Deo sunt facta.

Ad Benedictus.

Antiph. Sic Deus * diléxit mundum, ut Fílium suum Unigénitum daret: ut omnis qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam, allel.

Oratio.

DEus, qui Apóstolis tuis sanctum dedísti Spíritum ✠ concéde plebi tuæ piæ petitiónis efféctum: ut quibus dedísti fidem ✠ largiáris & pacem: Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ✠ qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem Spíritus sancti Deus: per ómnia sécula seculórum:

Ad Magnificat.

Antiph. Qui facit veritátem, * venit ad lucem, ut manifesténtur ópera ejus, quia in Deo sunt facta, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui Apóstolis. *ut supra.*

FERIA TERTI

Lectio prima.

Léctio sancti Evangélii: sec Joánnem. *Joann.* 10.

IN illo témpore: Locútus est ad Pharisæos, dicens. Amen, dico vobis ✠ qui non intrat per in ovíle óvium, sed ascéndit ali ille fur est, & latro. Qui autem per óstium: pastor est óvium. Et r

Homília Lectiónis ejúsdem Augustíni Epíscopi.

Tract. 45. in Joann.

DE illumináto illo, qui cæcu est: sermo Dómini ad Judæo tus est. Cùm enim Dóminus dixi judícium enim ego veni in hun dum, ut qui non vident, videant: vident cæci fiant. Quidam ex Ph dixérunt. Nunquid & nos cæci s Quibus respóndit Dóminus: S essétis, non haberétis peccátum autem dícitis, quia vidémus: pec vestrum manet.

Lectio secunda.

HIs verbis subjúnxit: Amen dico vobis ✠ qui non intr óstium in ovíle óvium, sed a aliúnde: ille fur est, & latro. Di enim se cæcos non esse ✠ vidére tunc possent: si oves Christi essen de sibi usurpábant lumen ✠ qu bant contra diem? Propter illóru go vanam, & supérbam, & insan arrogántiam ✠ Dóminus Jesus ist téxuit: in quibus salúbriter nos (vertámus) admónuit.

Lectio tertia.

MUlti enim sunt, qui sec quamdam vitæ hujus consu nem dicúntur boni hómines ✠ b

ri, bonæ fœminæ ꟸ innocéntes ꟸ & quasi obſervántes ea, quæ in lege præcépta ſunt: deferéntes honórem paréntibus ſuis ꟸ non mœchántes ꟸ non furtum perpetrántes ꟸ non homicídium faciéntes ꟸ non falſum teſtimónium advérsùs quemquam perhibéntes ꟸ & cætera quæ in lege mandáta ſunt, velut obſerván-tes ꟸ Chriſtiáni non ſunt: & plerúmque ſe jactant quómodo iſti. Nunquid & nos cæci ſumus?

Ad Benedictus.

Antiph. Amen * amen dico vobis, qui non intrat per óſtium in ovíle óvium, ſed aſcéndit aliúnde, ille fur eſt & latro, allelu-ia.

Oratio.

ADſit nobis, Dómine quæſumus, virtus Spíritus ſancti: quæ & corda noſtra cleménter expúrget ꟸ & ab ómnibus tueátur advérſis: Per Dóminum. In unitáte ejúſdem.

Ad Magnificat.

Antiph. Ego ſum óſtium * (dicit Dóminus) per me ſi quis introíerit: ſalvábitur, & páſcua invéniet, allel.

Oratio. Adſit nobis, *ut ſuprà.*

FERIA QVARTA.

Lectio prima.

Léctio ſancti Evangélii: ſecúndùm Joánnem. *Joann. 6.*

IN illo témpore: Dixit Jeſus turbis Judæórum. Nemo poteſt venire ad me: niſi Pater, qui miſit me, tráxerit eum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: beáti Auguſtini Epiſcopi.

Tract. 26. in Joan.

MAgna grátiæ commendátio. Nemo venit niſi tractus. Quem trahat, & quem non trahat ꟸ quare illum trahat, & illum non trahat ꟸ noli velle judicáre: ſi non vis erráre. Semel áccipe, & intéllige. Non tráheris? Ora ut traháris. Quid hîc dicimus, fratres? Si tráhimur ad Chriſtum: ergo invíti crédimus ꟸ ergo violéntia adhibétur: non volúntas excitátur.

Lectio ſecunda.

INtráre quiſquam Eccléſiam poteſt, nolens ꟸ accédere ad altáre poteſt, nolens ꟸ accípere poteſt ſacraméntum, nolens ꟸ crédere non poteſt, niſi volens: ſi córpore crederétur ꟸ fieret in noléntibus: ſed non córpore créditur ad juſtítiam. Apóſtolum audi dicéntem: Corde créditur ad juſtítiam. Et quid ſéquitur? Ore autem fit conféſſio ad ſalútem.

Lectio tertia.

DE radíce cordis ſurgit iſta conféſſio. Aliquándo audis confitén-tem, & neſcis credéntem ꟸ vocas confiténtem: & neſcis credéntem. Sed nec debes vocáre confiténtem: quem júdicas non credéntem. Hoc eſt enim confitéri: dícere quod habes in corde. Si autem áliud in corde habes ꟸ áliud dicis: lóqueris, non confitéris.

Ad Benedictus.

Antiph. Amen, amen dico vobis, * qui credit in me, habet vitam ætérnam, allelu-ia.

Oratio.

MEntes noſtras quæſumus Dómine, Paraclétus qui à te procédit, illúminet ꟸ & indúcat in omnem, ſicut tuus promíſit Filius veritátem: Qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúſdem.

Ad Magnificat.

Antiph. Ego ſum panis vivus, * dicit Dóminus, qui de cælo deſcéndi, allelu-ia, allelu-ia.

Oratio. Mentes noſtras. *pag.* 399.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

Léctio ſancti Evangélii : ſecúndùm Lucam. *Luc.* 9.

IN illo témpore : Convocátis Jeſus duódecim Apóſtolis † dedit illis virtútem, & poteſtátem ſuper ómnia dæmónia : & ut languóres curárent. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Ambróſii Epíſcopi.

Libr. 6. Comment. in Luc.

QUalis débeat eſſe qui evangelízat regnum Dei : præcéptis evangélicis deſignátur † ut ſine virga, ſine pera, ſine calceaménto, ſine pecúnia † hoc eſt, ſubsídii ſeculáris adminícula non requírens : fidéque tutus, putet ſibi, quò minus ea requírat, magis poſſe ſuppétere.

Lectio ſecunda.

QUæ poſſunt qui volunt ad eum deriváre tractátum † ut ſpiritálem tantúmmodo locus iſte formáre videátur affectum : qui velut induméntum quoddam videátur córporis exuiſſe † non ſolùm poteſtáte rejécta, contemptíſque divítiis : ſed étiam carnis ipsíus illécebris abdicátis.

Lectio tertia.

QUibus primò ómnium datur pacis atque conſtántiæ generále mandátum : ut pacem ferant † conſtántiam ſervent † hoſpitális neceſſitúdinis jura cuſtódiant † aliénum à prædicatóre regni cæléſtis áſtruens, curſitáre per domos : & inviolábilis hoſpítii jura mutáre. Sed ut hoſpítii grátia deferénda cenſétur † ita étiam, ſi non recipiántur : excutiéndum púlverem, & egrediéndum de civitáte mandátur.

Ad Benedictus.

Antiph. Convocátis * Jeſus duódec[...] diſcípulis, dedit illis virtútem, & [...] teſtátem ſuper ómnia dæmónia, & [...] languóres curárent : & miſit illos p[...] dicáre verbum Dei, & ſanáre infirm[...] allelu-ia.

Oratio.

COncéde quæſumus omnípot[...] Deus † ut qui ſolennitátem d[...] Spíritus ſancti cólimus : cæléſtibus [...] ſidériis accénſi † fontem vitæ ſiti[...] Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum [...] lium tuum : Qui tecum vivit & re[...] in unitáte ejúſdem.

Ad Magnificat.

Antiph. Egréſſi autem * circuib[...] per caſtélla, evangelizántes, & cur[...] ubíque, allel. allel. allel.

Oratio. Concéde quæſumus. *ut ſu[...]*

FERIA SEXT[...]

Lectio prima.

Léctio ſancti Evangélii : ſecún[...] Lucam. *Luc.* 5.

IN illo témpore : Factum eſt in [...] diérum : & ipſe Jeſus ſedébat [...] cens. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : b[...] Ambróſii Epíſcopi.

Libr. 5. Comment. in Luc.

NOn otióſa hujus paralytici, [...] angúſta medicína eſt : quand[...] Dóminus oráſſe præmíttitur † non [...] que propter ſuffrágium : ſed pro[...] exémplum. Imitándi enim ſpéciem [...] dit : non precándi ámbitum requiſi[...] Et conveniéntibus ex omni Galilæ[...] Judæa, & Jerúſalem legis doctórib[...] inter cæterórum remédia debílium [...] ralytici iſtíus medicína deſcríbitur,

Lectio secunda.

..imùm ómnium quod ante díxi-
..ius, unusquísque æger peténdæ
..tóres salútis debet adhibére ꝰ per
.. vitæ nostræ compágo resolúta,
..mque nostrórum clauda vestígia:
.. cæléstis remédio reforméntur. Sint
.. áliqui monitóres mentis ꝰ qui
..m hóminis, quamvis exterióris
..ris debilitáte torpéntem: ad supe-
..érigant.

Lectio tertia.

..Uorum rursus adminículis & at-
..tóllere, & humiliáre se fácilis an-
..ùm locétur: Domínico vidéri di-
..aspéctu. Humilitátem enim réspi-
..ominus: quia respéxit humilitátem
..æ suæ. Quorum fidem (inquit)
..it. Magnus Dóminus, qui aliórum
..o ignóscit áliis ꝰ & dum álios pro-
..liis reláxat erráta. Cur apud te
..a homo non váleat ꝰ cùm apud
.. servus, & interveniéndi méritum,
.. hábeat impetrándi.

Ad Benedictus.

..tiph. Qui díligit me * sermónem
.. servábit: & Pater meus díliget
.. & ad eum veniémus, & mansió-
..pud eum faciémus, allelu-ia.

Oratio.

..A, quæsumus, Ecclésiæ tuæ mi-
..séricors Deus: ut sancto Spíritu
..egáta ꝰ hostíli nullátenus incur-
..turbétur: Per Dóminum nostrum
.. Christum Fílium tuum ꝰ Qui te-
..ivit & regnat in unitáte ejúsdem
..is sancti Deus: per.

Ad Magnificat.

..tiph. Cháritas Dei * diffúsa est in
..us nostris per Spíritum sanctum,
..tus est nobis, allelu-ia.

..tio. Da, quæsumus. *ut suprà.*

S A B B A T O.

Lectio prima.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 4.

IN illo témpore: Surgens Jesus de synagóga: introívit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebátur magnis fébribus: & rogavérunt illum pro ea. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Ambrósii Epíscopi.

Libr. 4. Comment. in Luc.

VIde cleméntiam Dómini Salvatóris. Nec indignatióne commótus, nec injúria violátus, Judæam déserit ꝰ quin étiam ímmemor injúriæ, memor cleméntiæ: nunc docéndo, nunc liberándo, nunc sanándo, infídæ plebis corda demúlcet. Et bene sanctus Lucas virum à spíritu nequítiæ liberátum ante præmísit: & subdit fœminæ sanitátem.

Lectio secunda.

UTrúmque enim sexum Dóminus curatúrus advénerat ꝰ & prior sanári débuit, qui prior creátus est: nec prætermítti illa, quæ mobilitáte magis ánimi, quàm pravitáte peccáverat. Sábbato medicínæ Domínicæ ópera cœpta signíficat ꝰ ut inde nova creatúra cœperit: ubi vetus creatúra ante desívit ꝰ nec sub lege esse Dei Fílium, sed supra legem in ipso princípio designáret: nec solvi legem, sed impléri.

Lectio tertia.

NEque enim per legem, sed verbo factus est mundus: sicut légimus, Verbo Dómini cæli firmáti sunt. Non sólvitur ergo lex, sed implétur: ut fiat renovátio hóminis jam labéntis. Unde & Apóstolus ait ꝰ Expoliántes vos véterem hóminem, indúite novum: qui

secúndùm Deum creátus est. Et bene Sábbato cœpit ✝ ut ipsum se osténderet Creatórem, qui ópera opéribus intéxeret : & prosequerétur opus, quod ipse jam cœperat.

Ad Benedictus.

Antiph. Cùm sol autem occidísset, * omnes qui habébant infírmos váriis languóribus, ducébant illos ad Jesum, & curabántur, allelu-ía.

Oratio.

MEntibus nostris, quæsumus D[...]ne, Spíritum sanctum beni[...] infúnde : cujus & sapiéntia cóndi[...]mus ✝ & providéntia gubernámur [...] Dóminum nostrum Jesum Chr[...] Fílium tuum ✝ qui tecum vivit [...] gnat in unitáte ejúsdem Spíritus [...] Deus : per ómnia sǽcula sæculór[...]

℟. Amen.

IN FESTO ANCTISSIMÆ TRINITATIS.

Ad primas Vesperas.

ntiph. Glória tibi Trínitas,* æquális Déitas,& ante ómnia sécula,& nunc perpétuum. *Psal.* Confiteán. *p.* 105.

Capitulum. *Rom.* 11.

O ALTITUDO divitiárum sapiéntiæ & sciéntiæ Dei ✠ quàm incomprehensibília sunt judícia : & investigábiles viæ ejus.

Deo grátias.

agnum ℟. Benedíctus. *pag.* 404.

Hymnus.

Lux beáta Trínitas,
Et principális Unitas,
sol recédit ígneus,
ıde lumen córdibus.
manè laudum cármine
leprecémur véspere,
ıostra supplex glória
cuncta laudet sécula.
o Patri sit glória,
que soli Filio,
Spíritu Paracléto,
unc & in perpétuum. Amen.

Benedicámus Patrem & Fílium sancto Spíritu.

Laudémus & superexaltémus eum cula, allelu-ia, allel.

Ad Magnificat.

ntiph. Grátias tibi Deus,* grátias era, & una Trínitas: una & sumDéitas: sancta & una Unitas.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis, in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere ✠ & in poténtia majestátis adoráre Unitátem: quæsumus, ut ejúsdem fídei firmitáte ✠ ab ómnibus semper muniámur advérsis: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Deum verum unum in Trinitáte, & Trinitátem in Unitáte: Veníte adorémus. *Psal.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus.

SUmmæ Deus cleméntiæ,
Mundíque factor máchinæ,
Unus potentiáliter,
Trinúsque persónaliter.
Da déxteram surgéntibus,
Exúrgat ut mens sóbria,
Flagrans & in laudem Dei,
Grates repéndat débitas.
Glória Patri Dómino,
Glória Unigénito,
Unà cum sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

In primo Nocturno.

Antiph. Adésto Deus* unus omnípotens, Pater, & Fílius, & Spíritus sanctus. *Psalm.* Dómine Dóminus. *pag.* 8.

Antiph. Te unum* in substántia: Trinitátem in persónis confitémur. *Psalm.* Cæli enárrant. *pag.* 14.

Antiph. Te semper idem esse,* vívere, & intellígere profitémur. *Psal.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Una ígitur Pater,* Logos, Paracletúsque substántia est, ô beáta Trínitas. *Psalm.* Benedicam. *pag.* 30.

Antiph. Te invocámus,* te adorámus, te laudámus, ô beáta Trínitas. *Psalm.* Omnes gentes. *pag.* 40.

Antiph. Spes nostra,* salus nostra, honor noster, ô beáta Trínitas. *Psalm.* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

℣. Benedicámus Patrem. *pag.* 403.

Lectio prima. *Isaiæ. cap. 6.*

IN anno, quo mórtuus est rex Ozías ˥ vidi Dóminum sedéntem super sólium excélsum & elevátum: & ea quæ sub ipso erant, replébant templum. Séraphim stabant super illud: sex alæ uni, & sex alæ álteri. Duábus velábant fáciem ejus ˥ & duábus velábant pedes ejus: & duábus volábant. Et clamábant alter ad álterum, & dicébant ˥ Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus exercítuum: plena est omnis terra glória ejus. Hæc dicit Dóminus.

℟. Vidi Dóminum sedéntem super sólium excélsum & elevátum: & plena erat omnis terra majestáte ejus. † Et ea quæ sub ipso erant, replébant templum.

℣. Séraphim stabant super illud, sex alæ uni, & sex alæ álteri. Et ea.

Lectio secunda.

ET commóta sunt superliminária cárdinum à voce clamántis: & domus repléta est fumo. Et dixi, Væ mihi, quia tácui ˥ quia vir pollútus lábiis ego sum: & in médio pópuli pollúta lábia habéntis ego hábito: & Regem Dóminum exercítuum vidi óculis meis. Et volávit ad me unus de Séraphim: & in manu ejus cálculus, quem fórcipe túlerat de altári. Et tétigit os meum dixit. Ecce tétigit hoc lábia tua auferétur iníquitas tua: & pecc tuum mundábitur.

℟. Benedíctus Dóminus Deus I qui facit mirabília magna solus. benedíctum nomen majestátis eju ætérnum.

℣. Replébitur majestáte ejus o terra: fiat, fiat. Et benedíctum.

Lectio tertia.

ET audívi vocem Dómini dicé Quem mittam? Et quis ibit no Et dixi. Ecce ego: mitte me. Et d Vade, & dices pópulo huic: A audiéntes, & nolíte intellígere vidéte visiónem: & nolíte cognós Excæca cor pópuli hujus, & aures ággrava ˥ & óculos ejus claude fortè vídeat óculis suis, & áuribus áudiat, & corde suo intélligat ˥ & vertátur: & sanem eum.

℟. Benedícat nos Deus, Deus no benedícat nos Deus. † Et métuant omnes fines terræ.

℣. Deus misereátur nostri, & b dícat nos Deus. Et métuant.

Lectio quarta.

ET dixi. Usquequo Dómine dixit. Donec desoléntur civit absque habitatóre ˥ & domus sine mine: & terra relinquétur desérta, longè fáciet Dóminus hómines: & n tiplicábitur quæ derelícta fúerat in dio terræ. Cui assimilástis me, & a quástis, dicit Sanctus? Leváte in ex sum óculos vestros, & vidéte quis c vit hæc. Qui edúcit in número milit eórum ˥ & omnes ex nómine vocat, multitúdine fortitúdinis, & róboris, tutísque ejus: neque unum réliq fuit.

℟. Quis Deus magnus ſicut Deus noſter. † Tu es Deus qui facis mirabília.

℣. Notam fecíſti in pópulis virtútem tuam, redemíſti in bráchio tuo pópulum tuum. Tu es Deus.

℣. Glória Patri. mirabília.

In ſecundo Nocturno.

Antiph. Líbera nos, * ſalva nos, juſtífica nos, ô beáta Trínitas. *Pſal.* Deus judicium. *pag.* 53.

Antiph. Cháritas Pater eſt, * grátia Chriſtus, communicátio Spíritus, ô beáta Trínitas. *Pſalm.* Cantáte Dómino. *i. pag.* 69.

Antiph. Verax eſt Pater, * véritas Fílius, véritas Spíritus ſanctus, ô beáta Trínitas. *Pſalm.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Pater, & Fílius, * & Spíritus ſanctus una ſubſtántia eſt, ô beáta Trínitas. *Pſalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

Antiph. O beáta, * & benedícta, & glorióſa Trínitas, Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus. *Pſal.* Dóminus regnávit iraſcántur. *pag.* 70.

Antiph. O vera, ſumma, * ſempitérna Trínitas, Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus. *Pſal.* Miſericórdiam. *p.* 71.

℣. Verbo Dómini cæli firmáti ſunt.

℟. Et ſpíritu oris ejus omnis virtus eórum, allel. allel.

Lectio quinta.

Ex tractátu beáti Auguſtíni Epíſcopi: de fide ad Petrum.

Tom. 3. *libr.* 1. *cap.* 1.

FIdes, quam ſancti Patriárchæ atque Prophétæ ante incarnatiónem Filii Dei divínitus accepérunt ⁊ quam étiam ſancti Apóſtoli ab ipſo Dómino in carne pósito audiérunt: & Spíritus ſancti magiſtério inſtrúcti, non ſolùm ſermóne prædicavérunt ⁊ verùm étiam ad inſtructiónem ſalubérrimam poſterórum ſcriptis ſuis índitam reliquérunt: unum Deum prædicat Trinitátem, id eſt, Patrem, & Fílium, & Spíritum ſanctum. Tu autem.

℟. O beáta Trínitas: te laudámus, te benedícimus, te adorámus: auge in nobis fidem, auge ſpem, auge charitátem. † O beáta Trínitas.

℣. Tibi laus, tibi glória, tibi gratiárum áctio in ſécula ſempitérna. O beáta.

Lectio ſexta.

SEd Trínitas vera non eſſet: ſi una eadémque perſóna dicerétur Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus. Si enim ſicut eſt Patris, & Fílii, & Spíritus ſancti una ſubſtántia ⁊ ſic eſſet una perſóna: nihil omníno eſſet, in quo veráciter Trínitas dicerétur.

℟. Tibi laus, tibi glória, tibi gratiárum áctio in ſécula ſempitérna. † O beáta Trínitas.

℣. Et benedíctum nomen glóriæ tuæ ſanctum, & laudábile, & ſuperexaltátum in ſécula. O beáta.

Lectio ſeptima.

RUrſus quidem Trínitas eſſet vera, ſed unus Deus Trínitas ipſa non eſſet ⁊ ſi quemádmodum Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus, perſonárum ſunt ab ínvicem proprietáte diſtíncti: ſic fuiſſent naturárum quoque diverſitáte diſcréti. Sed quia in illo uno vero Deo Trinitáte, non ſolùm quòd unus Deus eſt, ſed étiam quòd Trínitas eſt naturáliter verum eſt: proptérea ipſe verus Deus in perſónis Trínitas eſt, & in una natúra unus eſt.

℟. Magnus Dóminus, & magna virtus ejus. † Et ſapiéntiæ ejus non eſt númerus.

℣. Magnus Dóminus & laudábilis nimis, & magnitúdinis ejus non eſt finis. Et.

Lectio octava.

PEr hanc unitátem naturálem totus Pater in Fílio, & Spíritu sancto est: totus Fílius in Patre, & Spíritu sancto: totus quoque Spíritus sanctus in Patre, & Fílio. Nullus horum extra quémlibet ipsórum est: quia nemo álium aut præcédit æternitáte ꝯ aut excédit magnitúdine: aut súperat potestáte.

℞. Glória Patri, genitæque Proli, & tibi compar utriúsque semper, Spíritus alme Deus unus. † Omni témpore secli.

℣. Da gaudiórum præmia, da gratiárum múnera, dissólve litis víncula, astrínge pacis fœdera. Omni.

℣. Glória Patri. témpore secli.

In tertio Nocturno.

Antiph. Te jure laudant,* te adórant, te glorificant omnes creatúræ tuæ, ô beáta Trínitas. *Cantic.* Quis est iste. *pag.* 115.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.

℞. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sécula, allel. allel.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 28.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Data est mihi omnis potéstas: in cælo & in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes: baptizántes eos in nómine Patris, & Fílii, & Spíritus sancti. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Nazianzéni. *Tract. de fide.*

QUis Catholicórum ignórat Patrem verè esse Patrem ꝯ Fílium verè esse Fílium ꝯ & Spíritum sanctum verè esse Spíritum sanctum? Sicut ipse Dóminus ad Apóstolos suos dicit. Eúntes baptizáte omnes gentes: in nómine Patris, & Fílii, & Spíritus sancti. Hæc est perfécta Trínitas in Unitáte consístens scílicet uníus substántiæ profitén[...]

℞. Benedicámus Patrem, & [...] cum sancto Spíritu, laudémus [...] perexaltémus. † In sécula.

℣. Benedíctus es Dómine i[...] ménto cæli, & laudábilis & gl[...] In sécula.

Lectio decima.

NOn enim nos secúndùm có[...] conditiónem, divisiónem fácimus ꝯ sed secúndùm Divín[...] ræ poténtiam, quæ in matéria r[...] & nóminum persónas verè const[...] dimus, & Unitátem, Diviníta[...] testámur. Nec extensiónem parti[...] jus ex parte, ut quidam puta[...] Dei Fílium dícimus ꝯ nec verbu[...] re, velut sonum vocis accípimus[...] nómina, & tres persónas uníus es[...] tiæ ꝯ uníus majestátis: atque p[...] crédimus.

℞. Duo Séraphim clamábant [...] álterum, Sanctus, Sanctus, Sanct[...] minus Deus Sabbáoth. † Plena es[...] terra glória ejus.

℣. Tres sunt qui testimónium [...] cælo, Pater, Verbum, & Spírit[...] ctus: & hi tres unum sunt. Ple[...]

Lectio undecima.

ET ídeo unum Deum confit[...] quia Unitas majestátis: plúri[...] cábulo, deos próhibet appellári[...] que Patrem, & Fílium cathólicè[...] námus: duos autem deos díce[...] póssumus, nec debémus ꝯ non q[...] lius Dei, Deus non sit: immo D[...] rus de Deo vero. Sed quia non [...] quàm de ipso uno Patre, Dei Fíli[...] vimus: períndé unum Deum dic[...]

℞. Honor, virtus, & potéstas [...] périum sit Trinitáti in Unitáte, [...]

initáte. † In perénni seculórum
ore.
Trinitáti lux perénnis, Unitáti sit
pérpetim. In perénni.

Lectio duodecima.

Oc enim Prophétæ, hoc Apóstoli
tradidérunt ꝟ hoc ipse Dóminus
t, cùm dicit: Ego & Pater unum
. Unum ad unitátem divinitátis,
i, refert. Sumus autem, persónis
iat. Sic Apóstolus ait ꝟ Unus est
iit) Deus Pater, ex quo ómnia:
s in ipso. Et unus Dóminus Jesus
tus, per quem ómnia: & nos per
. Sed non in ómnibus est sciéntia.
Summæ Trinitáti, símplici Deo
ivínitas, æquális glória, coætérna
tas, Patri, Prolíque, sanctóque
ni. † Qui totum subdit suis orbem
is.
Præstet nobis grátiam Déitas beá-
tris, ac Nati, paritérque Spíritus
Qui totum.
Glória Patri. légibus.
quéntia sancti Evangélii: secún-
Matthæum. *Matth.* 28.
illo témpore: Dixit Jesus discípu-
suis. Data est mihi omnis potéstas:
lo, & in terra. Eúntes ergo docé-
nes gentes ꝟ baptizántes eos in
ne Patris, & Fílii, & Spíritus san-
docéntes eos serváre ómnia quæ-
ue mandávi vobis. Et ecce ego
cum sum ómnibus diébus usque ad
mmatiônem séculi. Amen.
atio. Omnípotens. *pag.* 403.

Ad Laudes. *Antiph.*

Lória tibi Trínitas, * æquális una
Déitas, & ante ómnia sécula, & nunc
perpétuum. *Ps.* Dóminus reg. *p.* 68.
tiph. Laus & perénnis glória * Deo
, & Fílio, sancto simul Paracléto,
in sécula seculórum. *Psal.* Jubiláte. *p.* 71.

Antiph. Glória laudis * résonet in ore ómnium, Patri, genitæque Proli, Spirítui sancto páriter resúltet, laude perénni. *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Laus Deo Patri, * parilíque Proli, & tibi sancte stúdio perénni Spíritus, nostro résonet ab ore omne per ævum. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Ex quo ómnia, * per quem ómnia, in quo ómnia, ipsi glória in sécula. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitul. O altitúdo. *pag.* 403.

℟. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli, allel. allel. Benedíctus.

℣. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sécula, allel. allel. Bene.

℣. Glória Patri. Benedíctus.

Hymnus.

TU Trinitátis Unitas,
Orbem poténter qui regis,
Atténde laudum cántica,
Quæ excubántes psállimus.
Ortus refúlget lúcifer,
Sparsámque lucem núntiat:
Cadit calígo nóctium,
Lux sancta nos illúminet.
Deo Patri sit glória, &c.

℣. Benedicámus Patrem. *pag.* 403.

Ad Benedictus.

Antiph. Benedícta sit * sancta creátrix, & gubernátrix ómnium sancta & indivídua Trínitas, & nunc, & semper, & per infiníta sécula seculórum.

Oratio. Omnípotens. *pag.* 403.

Ad Primam.

Antiph. Glória tibi Trín. *ut suprà.*

Ad Tertiam.

Ant. Laus & perénnis glór. *ut suprà.*

Capitul. O altitúdo. *pag.* 403.

℣. Benedicámus Patrem. *pag.* 403.

Oratio. Omnípotens. *pag.* 403.

Ad Sextam.

Antiph. Glória laudis. *pag.* 407.

Capitulum. 2. *Corinth.* 13.

GRátia Dómini nostri Jesu Christi, & cháritas Dei, & communicátio sancti Spíritus: sit semper cum ómnibus nobis, Amen.

℟. Deo grátias.

℣. Verbo Dómini. *pag.* 405.

Oratio.

DOmine Deus Pater omnípotens, nos fámulos majestáti tuæ subjéctos, per únicum Filium tuum in virtúte sancti Spíritus bénedic, & prótege ꝰ ut ab omni hoste secúri: in tua júgiter laude lætémur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ꝰ qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem.

Ad Nonam.

Antiph. Ex quo ómnia. *pag.* 407.

Capitulum. 1. *Joan.* 5.

TRes sunt qui testimónium dant in cælo ꝰ Pater, Verbum, & Spíritus sanctus: & hi tres unum sunt.

℟. Deo grátias.

℣. Benedíctus es Dómine. *pag.* 406.

Oratio. Dómine Deus Pater. *ut suprà.*

Ad Vesperas.

Antiph. quatuor primæ de Laudibus, cum Psalmis. Dixit Dóminus. Confitébor. Beátus vir. Laudáte. *pag.* 94. & 95.

Capitulum. O altitúdo. *pag.* 403.

℟. Benedicámus Patrem, & Fílium cum sancto Spíritu, allel. allel. Bened.

℣. Laudémus, & superexaltémus eum in sécula, allel. allel. Benedicámus.

℣. Glória Patri. Benedicámus.

Hymn. O lux beáta. *pag.* 403.

℣. Benedíctus es Dómine. *pag.* 406.

Ad Magnificat.

Antiph. Te Deum * Patrem ingénitum, te Fílium Unigénitum, te Sp[iritum] tum sanctum Paraclétum, sanctam individuam Trinitátem, toto cord[e] ore profitémur, laudámus, atque b[ene]dícimus, tibi glória in sécula.

Oratio. Omnípotens. *pag.* 403.

FERIA SECUNDA

Post festum SS. Trinitatis usum feri[ale] & omnes commemor. communes repeti[ntur] & sic facimus sicut habetur in Psalt[erio] Hac hebdomada & sequenti dicitur [Ora]tio sequens.

Oratio.

DEus in te sperántium fortitú[do] adésto propítius invocatión[ibus] nostris: & quia sine te nihil p[otest] mortális infírmitas ꝰ præsta auxi[lium] grátiæ tuæ: ut in exequéndis mand[atis] tuis ꝰ & voluntáte tibi & actióne [pla]ceámus: Per Dóminum.

Sciendum autem quòd in posterum u[sque] ad Adventum infra hebdomad. ad La[udes] & Vesperas, Dominicalis Oratio dicit[ur]. Ad Sabbati autem Vesperas semper di[citur] Oratio Dominicæ subsequentis.

Si tribus diebus post festum SS. T[rini]tatis & duobus post Octavas Corp[oris] Christi, unum vel duo occurrant [...] lection. festa, sequentes dicentur lectio[nes].

IN PRIMO FEST[O]

Lectio prima.

Incipit liber Regum primus.

FUit vir unus de Ramathaimsop[him] de monte Ephráim: & nomen [ejus] Elcána, filius Jeróhan, filii Eliu, Thohu, filii Suph, Ephratæus ꝰ & [ha]buit duas uxóres, nomen uni Anna[,] nomen secúndæ Phenénna. Fuérunt Phenénnæ filii: Annæ autem non e[rant] líberi. Tu autem.

Lectio secunda.

ascendébat vir ille de civitáte
a statútis diébus : ut adoráret, &
cáret Dómino exercítuum in Silo.
autem ibi duo filii Heli, Ophni
nees, sacerdótes Dómini. Venit
dies, & immolávit Elcána : dedít-
henénnæ uxóri suæ, & cunctis fi-
us, & filiábus partes. Annæ au-
dedit partem unam tristis : quia
n diligébat. Dóminus autem con-
at vulvam ejus.

Lectio tertia.

ffligébat quoque eam æmula ejus,
t veheménter angébat ♈ in tantum
robráret quòd Dóminus conclu-
vulvam ejus : sicque faciébat per
os annos ♈ cùm redeúnte témpo-
énderent ad templum Dómini :
provocábat eam. Porrò illa fle-
t non capiébat cibum.

N ALIO FESTO.

Lectio prima.

xit ergo ei Elcána vir suus ♈ An-
a cur fles ? & quare non cóme-
quamóbrem affligitur cor tuum?
id non ego mélior tibi sum quàm
filii ? Surréxit autem Anna post-
coméderat & bíberat in Silo.

Lectio secunda.

Heli sacerdóte sedénte super sel-
n ante postes templi Dómini ♈
cùm esset Anna amáro ánimo, orávit ad
Dóminum, flens lárgiter : & votum vo-
vit, dicens.

Lectio tertia.

DOmine exercítuum, si respíciens
víderis afflictiónem fámulæ tuæ ♈
& recordátus mei fúeris, nec oblítus
ancíllæ tuæ : dederísque servæ tuæ se-
xum virílem ♈ dabo eum Dómino óm-
nibus diébus vitæ ejus : & novácula non
ascéndet super caput ejus.

FERIA QUINTA

*Post festum SS. Trinitatis celebratur fe-
stum Corporis Christi. Infra Octav. hujus
festi dicitur in fine cujuslibet Hymni.* Gló-
ria tibi Dómine, Qui natus es de Vírgi-
ne. *Exceptis tribus propriis Hymn. festi,
& Hymnis propriis festi S. Joannis Bapti-
stæ, si infra Octavas occurrat.*

*Cùm ejusdem S. Joannis festum unà cum
hac solennitate eodem die contingit, trans-
ferendum est in feriam sextam sequen-
tem. Quòd si festum SS. Mart. Joan-
nis & Pauli evenerit Dominica infra has
Octav. in secundam feriam transferetur.*

*Infra Oct. de festo 3. lection. fit tantùm
commemoratio. Intra quas etiam genua
non flectimus. Sed & Psalm.* Miserére
mei Deus. *tacemus.*

*De commemor. faciendis in concurrentia
horum festorum consule rubricam genera-
lem de concurrentia festorum.*

IN FESTO
CORPORIS
CHRISTI.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Cœnántibus autem illis * ac-
Jesus panem, & benedíxit: ac fre-
deditque discípulis suis. *Psal.* Lau-
nomen. *pag.* 100.

Capitulum. 1. *Corinth.* 11.

DOMINUS noster Jesus Chri-
stus in qua nocte tradebátur, ac-
cépit panem ✠ & grátias agens,
, & dixit: Accípite, & manducá-
hoc est corpus meum, quod pro
tradétur: hoc fácite in meam
memoratiónem.
Deo grátias.

Magnum ℟. Homo quidam fecit
m magnam, & misit servum suum
cœnæ dicere invitátis ut venírent.
ia paráta sunt ómnia.
Veníte, comédite panem meum, &
vinum quod míscui vobis. Quia.
Glória Patri. ómnia.

Hymnus.

Pange lingua gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
n in mundi prétium
us ventris generósi
effúdit géntium.
Nobis datus, nobis natus
Intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro clausit órdine.
In suprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Observáta lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.
Verbum caro, panem verum,
Verbo carnem éfficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.

Hic accipimus veniam.

Tantum ergo sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Præstet fides suppleméntum
Sénsuum deféctui.
Genitóri, Genitóque
Laus, & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque,
Sit & benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio. Amen.

℣. Panem de cælo præstitísti eis.

℟. Omne delectaméntum in se habéntem.

Ad Magnificat.

Antiph. O quàm * suávis est Dómine, Spíritus tuus, qui ut dulcédinem tuam in fílios demonstráres, pane suavíssimo de cælo præstito esuriéntes reples bonis fastidiósos dívites dimíttens inánes.

Oratio.

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili, Passiónis tuæ memóriam reliquísti ꟓ tríbue quæsumus: ita nos Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria venerári ꟓ ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis.

Ad Matutinas.

Invitator. Christum Regem adorémus, dominántem géntibus: Qui se manducántibus dat Spíritus pinguédinem. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus.

Sacris solénniis juncta sint gaudia:
Et ex præcórdiis sonent præcónia:
Recédant vétera, nova sint ómnia,
Corda, voces, & ópera.

Noctis recólitur cœna novíssima,
Qua Christus créditur agnum & ázima
Dedísse frátribus, juxta legítima
Priscis indúlta pátribus.

Post agnum typicum explétis épulis,
Corpus Domínicum datum discípulis,
Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,
Ejus fatémur mánibus.

Dedit fragílibus córporis férculum,
Dedit & trístibus sanguinis póculum,
Dicens, Accípite quod trado vásculum,
Omnes ex eo bíbite.

Sic sacrifícium istud instítuit,
Cujus offícium commítti vóluit
Solis Presbyteris, quibus sic cóngruit,
Ut sumant, & dent cæteris.

Panis Angélicus fit panis hóminum:
Dat panis cælicus figúris términum:
O res mirábilis! mandúcat Dóminum
Pauper servus & húmilis.

Te summa Déitas, unáque póscimus,
Sic ut nos vísites, sicut te cólimus:
Per tuas sémitas duc nos, quò téndimus
Ad lucem quam inhábitas. Amen.

In primo Nocturno.

Antiph. Fructum salutíferum * gustándum dedit Dóminus mortis suæ témpore. *Psalm.* Beátus vir. *pag.* 2.

Antiph. A fructu * fruménti, & vini multiplicáti fidéles in pace Christi requiéscunt. *Ps.* Cùm invocárem. *p.* 106.

Antiph. Communióne cálicis, * quo Deus ipse súmitur, non vitulórum sanguine congregávit nos Dóminus. *Psal.* Consérva me. *pag.* 12.

Antiph. Memor sit Dóminus * sacrifícii nostri, & holocaústum nostrum pingue fiat. *Psalm.* Exaúdiat te. *pag.* 15.

Antiph. Parátur nobis * mensa Dómini advérsùs omnes qui tribulant nos. *Psalm.* Dóminus regit me. *pag.* 18.

Antiph. Lavábo * inter innocéntes manus meas, & circúmdabo altáre tuum Dómine, ut aúdiam vocem laudis. *Ps.* Júdica me Dómine. *pag.* 19.

℣. Panem cæli dedit eis.

℟. Panem Angelórum manducávit homo.

Lectio prima.

Sermo beáti Thomæ Aquinátis.

Opusc. 57.

Imménsa Divínæ largitátis benefícia exhíbita pópulo Christiáno: inæstimábilem ei cónferunt dignitátem. Neque enim est, aut fuit aliquándo tam grandis nátio ꟓ quæ hábeat deos appropinquántes sibi: sicut adest nobis Deus

:r. Unigénitus síquidem Dei Fílius
Divinitátis volens nos esse partíci-
naturam nostram assúmpsit: ut
ines deos fáceret factus homo.
Immolábit hœdum multitúdo fi-
m Israël ad vésperum Paschæ. † Et
carnes & ázymos panes.
Pascha nostrum immolátus est
stus, ítaque epulémur in ázymis
citátis & veritátis. Et edent.

Lectio secunda.

hoc ínsuper quod de nostro as-
úmpsit: totum nobis cóntulit ad
:m. Corpus namque suum pro no-
:conciliatióne in ara crucis hóstiam
it Deo Patri: sánguinem suum fu-
prétium simul, & lavácrum ut
npti à miserábili servitúte: à pec-
ómnibus mundarémur.
Panis quem ego dabo, caro mea
ro mundi vita: litigábant ergo Ju-
icéntes. † Quómodo potest hic no-
re carnem suam ad manducándum.
Locútus est pópulus contra Dó-
n: Anima nostra naúseat super ci-
o levíssimo. Quómodo.

Lectio tertia.

T autem tanti beneficii jugis in
nobis manéret memória: corpus
in cibum, & sánguinem suum in
, sub spécie panis & vini sumén-
idélibus derelíquit. O pretiósum
nirándum convívium: salutífe-
& omni suavitáte replétum. Quid
hoc convívio pretiósius esse po-
in quo non carnes vitulórum &
um, ut olim in lege sed nobis
dus propónitur Christus verus
Respéxit Elías ad caput suum
erícium panem: qui surgens, co-
& bibit. † Et ambulávit in forti-
túdine cibi illíus usque ad montem Dei.
℣. Si quis manducáverit ex hoc pane
vivet in ætérnum. Et ambulávit.

Lectio quarta.

QUid hoc sacraménto mirabílius?
In ipso namque panis & vinum in
Christi corpus & sánguinem substantiá-
liter convertúntur. Ideóque Christus
Deus, & homo perféctus: sub módici
panis & vini spécie continétur. Man-
ducátur útique à fidélibus, sed mínimè
lacerátur quinímmo divíso sacramén-
to: sub quálibet divisiónis partícula ín-
teger persevérat.
℟. Comedétis carnes & saturabímini
pánibus. † Iste est panis, quem dedit
vobis Dóminus ad vescéndum.
℣. Non Moyses dedit vobis panem
de cælo, sed Pater meus dat vobis pa-
nem de cælo verum. Iste est.
℣. Glória Patri. ad vescéndum.

In secundo Nocturno.

Antiph. Gustáte * & vidéte, quóniam
suávis est Dóminus, & ídeo beátus vir
qui sperat in eo. *Psalm.* Benedícam Dó-
minum. *pag.* 30.
Antiph. In voce * exultatiónis réso-
nent epulántes in mensa Dómini. *Psal.*
Quemádmodum. *pag.* 36.
Antiph. Introíbo * ad altáre Dei, su-
mam Christum, qui rénovat juventú-
tem meam. *Psalm.* Júdica me. *pag.* 46.
Antiph. Paráfti * cibum justórum Dó-
mine, nam dulcis est præparátio tua,
qua repléntur fidéles ánimæ. *Psalmus.*
Te decet. *pag.* 55.
Antiph. Cibávit * nos Dóminus ex
ádipe fruménti, & de petra melle sa-
turávit. *Psalm.* Exultáte Deo. *pag.* 61.
Antiph. Ex altári tuo Dómine * Chri-
stum súmimus, in quem cor & caro no-
stra exultávit. *Psal.* Quàm dilécta. *p.* 62.

[illegible]

Tract. 26. in Joann.

[illegible]

Lectio decima.

[illegible]

... cimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? † Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?

℣. Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus: nam omnes de uno pane, & de uno calice participamus. Et panis.

Lectio duodecima.

AC per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritaliter carnem ejus, nec bibit ejus sanguinem: licet carnaliter & visibiliter premat dentibus Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi. [illegible]

[illegible]

cut manducavérunt patres vestri manna: & mórtui sunt. Qui mandúcât hunc panem, vivet in ætérnum. Amen.

Oratio. Deus, qui nobis. *pag.* 412.

Ad Laudes, *Antiph.*

SApiéntia * ædificâvit sibi domum, miscuit vinum, & pósuit mensam, allel. *Psalm.* Dóminus reg. *pag.* 68.

Antiph. Angelórum * esca nutrivísti pópulum tuum, & panem de cælo præstitísti eis, allel. *Psal.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Pinguis est * panis Christi, & præbébit delícias régibus, allel *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Sacerdótes * sancti incénsum & panes ófferunt Deo, allel. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Vincénti dabo manna * abscónditum, & nomen novum, allelu-ia. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitul. Dóminus noster. *pag.* 411.

℟. Panem de cælo præstitísti eis. Panem de cælo.

℣. Omne delectaméntum in se habéntem. Panem.

℣. Glória Patri. Panem.

Hymnus.

VErbum supérnum pródiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus suum éxiens,
Venit ad vitæ vésperam.
In mortem à discípulo
Suis tradéndus æmulis,
Priùs in vitæ férculo
Se trádidit discípulis,
Quibus sub bina spécie
Carnem dedit & sánguinem,
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.
Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium:
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.
Hic accipimus veniam.
O salutáris Hóstia,
Quæ cæli pandis óstium:
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.
Uni Trinóque Dómino
Sit sempitérna glória:
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

℣. Sicut novéllæ olivárum Ecc[lesiæ] filii.

℟. Sunt in circúitu mensæ Dóm[ini].

Ad Benedictus.

Antiph. Ego sum * panis vivus [qui] de cælo descéndi: si quis manduc[áverit] ex hoc pane, vivet in ætérnum, a[llel.]

Oratio. Deus, qui nobis. *pag.* 4[12.]

Ad Primam.

Antiph. Sapiéntia. *ut suprà.*

Ad Tertiam.

Antiph. Angelórum. *ut suprà,*

Capitul. Dóminus noster. *pag.* 4[11.]

℣. Panem cæli. *pag.* 412.

Oratio. Deus, qui nobis. *pag.* 4[12.]

Ad Sextam.

Antiph. Pinguis est. *ut suprà.*

Capitulum. 1. *Corinth.* 11.

QUicúmque manducáverit p[anem] hunc, vel bíberit cálicem Dó[mini] indignè: reus erit córporis & sang[uinis] Dómini. ℟. Deo grátias.

℣. Cibávit eos. *pag.* 414.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens D[eus] ut præséntis festivitátis mirábi[lis sa]craméntum ✠ temporálem nobis [tran]quillitátem tríbuat: & vitam có[nferat] sempitérnam. Per Dóminum no[strum] Jesum Christum.

Ad Nonam.

Antiph. Vincénti dabo man. *ut [suprà.]*

Capi[tul.]

Capitulum. 1. *Corinth.* 11.

Probet autem seípsum homo ꝉ & sic de pane illo edat: & de cálice bibat. ℟. Deo grátias.

℣. Edúcas panem. *pag.* 415.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus ꝉ ut qui Córporis & Sánguinis Fílii tui solénnia cólimus: in tua semper dilectióne maneámus. Per eúmd.

Ad Vesperas.

Antiphona. Sacérdos in ætérnum * Christus Dóminus secúndùm órdinem Melchísedec, panem & vinum óbtulit. *Psalm.* Dixit Dóminus. *pag.* 94.

Antiph. Miserátor * Dóminus escam dedit timéntibus se, in memóriam suórum mirabílium. *Psalmus.* Confitébor. *pag.* 95.

Antiph. Cálicem * salutáris accípiam, & sacrificábo hóstiam laudis. *Psalmus.* Crédidi. *pag.* 98.

Antiph. Qui pacem ponit * fines Ecclésiæ, fruménti ádipe sátiat nos Dóminus. *Psalm.* Lauda Jerús. *pag.* 106.

Capit. Dóminus noster. *pag.* 411.

℟. Sicut novéllæ olivárum Ecclésiæ fílii. Sicut.

℣. Sunt in circúitu mensæ Dómini. Sicut.

℣. Glória Patri. Sicut.

Hymn. Pange lingua. *pag.* 411.

℣. Panem de cælo præstitísti eis.

℟. Omne delectaméntum in se habéntem.

Ad Magnificat.

Antiph. O Sacrum * convívium, in quo Christus súmitur, recólitur memória passiónis ejus, mens implétur grátia, & futúræ glóriæ nobis pignus datur, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui nobis sub. *pag.* 412.

PRIVATIS DIEBUS

Infra Octavas.

Ad Matutinas.

Invitator. Dóminum, qui pascit nos: Veníte adorémus. *Psal.* Veníte *pag.* 16.

Hymnus. Sacris solénniis. *pag.* 412.

In primo Nocturno.

Antiph. Fructum salutíferum * gustándum dedit Dóminus mortis suæ témpore. *Psalmi feriales.*

℣. Panem cæli. *pag.* 412.

In secundo Nocturno.

Antiph. Memor sit Dóminus * sacrifícii nostri, & holocaústum nostrum pingue fiat. *Psalmi feriales.*

Capitul. Quicùmque man. *pag.* 416.

℣. Cibávit eos. *pag.* 414.

Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* 416.

Ad Laudes.

Antiph. Sapiéntia. *Psalmi festivales.*

Capitul. Probet autem. *ut suprà.*

℟. Panem de cælo. *pag.* 416.

Hymn. Verbum supérnum. *pag.* 416.

℣. Sicut novéllæ. *pag.* 416.

Ad Benedictus.

Antiph. Ego sum. *pag.* 416.

Oratio. Deus, qui nobis. *pag.* 412.

Ad Horas.

Omnia sicut in die, excepto quòd ad Primam dicitur. Capitul. Pacem. *& Orat.* Dómine Deus Pater. *pag.* 7.

Ad Vesperas.

Antiph. Sacérdos in ætérnum. *ut sup.*

Cætera sicut in die.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

Ex Epístola Urbáni Papæ quarti: de institutióne festi Córporis Christi.

TRansitúrus de mundo ad Patrem Salvátor noster Dóminus Jesus

Christus ✠ cùm tempus suæ passiónis instáret, sumpta cœna, in memóriam mortis suæ instítuit summum, & magníficum sui córporis & sánguinis Sacraméntum: corpus in cibum, & sánguinem in póculum tribuéndo. Nam quotiescúmque hunc panem manducámus, & cálicem bíbimus: mortem Dómini annuntiámus.

Respónsoria sunt de solennitate.

Lectio secunda.

IN institutióne quidem hujus salutíferi Sacraménti, dixit ipse Apóstolis. Hoc fácite in meam commemoratiónem: ut præcípuum & insígne memoriále sui amóris, quo nos diléxit, esset nobis hoc præcélsum & venerábile Sacraméntum ✠ memoriále (inquam) mirábile, ac stupéndum: delectábile, ac suáve ✠ tutíssimum, ac sitibúndum: charíssimum, & super ómnia pretiósum.

Lectio tertia.

IN quo innováta sunt signa, & mirabília immutáta ✠ in quo habétur omne delectaméntum, & omnis sapóris suávitas, ipsáque dulcédo Dómini degustátur: in quo útique vitæ suffrágium conséquimur, & salútis. Hoc est memoriále dulcíssimum ✠ memoriále sanctíssimum ✠ memoriále salvíficum: in quo gratam redemptiónis nostræ recensémus memóriam. In quo à malo retráhimur, confortámur in bono ✠ & ad virtútum & gratiárum profícimus increménta: & in quo profécto refícimur ipsíus corporáli præséntia Salvatóris.

S A B B A T O.

Lectio prima.

ALia namque, quorum memóriam ágimus, spíritu mentéque compléctimur: sed non propter hoc, reálem eórum præséntiam obtinémus. In hac verò Sacraménti Christi commemoratióne ✠ ipse Christus præsens sub ália quidem forma, in própria verò substántia, corporáliter, & veráciter est nobíscum. Ascensúrus enim in cælum, dixit Apóstolis, eorúmque sequácibus: Ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus usque ad consummatiónem sǽculi ✠ benígna ipsos promissióne confórtans: quòd remanéret, & esset cum eis, étiam per præséntiam corporálem.

Lectio secunda.

O Digna, & nunquam intermitténda memória ✠ in qua mortem nostram recólimus mórtuam, nostrúmque intéritum interiísse: ac lignum vivíficum ligno crucis affixum, fructum nobis attulísse salútis. Hæc est commemorátio gloriósa ✠ quæ fidélium ánimos replet gaúdio salutári: & cum infusióne lætítiæ, devotiónis lácrymas subminístrat.

Lectio tertia.

EXultámus nimírum nostram rememorándo liberatiónem: & recoléndo passiónem Domínicam, per quam liberáti sumus, vix lácrymas continémus. In hac ítaque commemoratióne sanctíssima adsunt nobis suavitátis gaúdium simul, & lácrymæ ✠ quia & in ea congaudémus piè lacrymántes, & lacrymámur devótè gaudéntes: lætas habéndo lácrymas, & lætítiam lacrymántem. Nam & cor ingénti perfúsum gaúdio: dulces per óculos stillat guttas.

Sabbato infra Octavas ad Vesperas sola Antiphona, Sacérdos. *pag.* 417. *Psalmi feriales. Cætera sicut in die: & fit commemoratio de Dominica.*

Antiph. Lóquere Dómine quia audit servus tuus.

℣. Elevátio. *pag.* 106.
Oratio. Deus in te sperántium. *p.* 408.

DOMINICA INFRA OCTAVAS.

Ad Matutinas.

Invitator. Hymn. ℟. *&* ℣. *sicut in die.*

In primo Nocturno.

Sola Antiph. Fructum salutíf. *pag.* 412.
℣. Panem cæli. *pag.* 412.

Lectio prima.

Ex Epístola Urbáni Papæ quarti : de institutióne festi Córporis Christi.

O Divíni amóris imménsitas ꟸ Divínæ pietátis superabundántia : Divínæ affluéntia largitátis. Dedit enim nobis Dóminus ómnia ꟸ quia subjécit Dóminus ómnia sub pédibus nostris : & super univérsas terræ creatúras cóntulit nobis domínii principátum. Ex ministériis étiam Spirituum supernórum : nobílitat, & sublímat hóminis dignitátem. Administratórii namque sunt omnes in ministérium propter eos qui hæreditátem salútis cápiunt, destináti.

Lectio secunda.

ET cùm tam copiósa fúerit erga nos ejus munificéntia ꟸ volens adhuc ipse in nobis suam exuberántem charitátem præcípua liberalitáte monstráre : semetipsum nobis exhíbuit ꟸ & transcéndens omnem plenitúdinem liberalitátis, omnémque modum dilectiónis : tríbuit se in cibum. Quàm singuláris & admiránda liberálitas ꟸ ubi donátor venit in donum : & datum idem est pénitus cum datóre.

Lectio tertia.

QUàm larga & pródiga lárgitas : cùm tríbuit quis seipsum. Dedit igitur se nobis Salvátor in pábulum ꟸ ut quia per cibum in mortem homo corrúerat : & per cibum ipse relevarétur ad vitam. Cécidit homo per cibum ligni mortíferi : relevátus est per cibum ligni vitális. In illo pepéndit esca mortis : in isto vitæ aliméntum. Illíus esus íntulit læsiónem : istíus gustus áttulit sanitátem.

Lectio quarta.

GUstus sauciávit, & gustus curávit. Et unde vulnus est ortum : pródiit & medéla. Et unde mors súbiit : exínde vita evénit. De illo síquidem gustu dícitur ꟸ Quacúmque die coméderis : morte moriéris. De isto légitur ꟸ Si quis manducáverit ex hoc pane : vivet in ætérnum. Hic est cibus qui plenè réficit ꟸ verè nutrit ꟸ summéque impínguat ꟸ non corpus, sed cor, non carnem, sed ánimam : non ventrem, sed mentem.

In secundo Nocturno.

Antiph. Memor sit Dómin. *pag.* 412.
Psalmi Dominicales. pag. 20.
℣. Cibávit eos. *pag.* 414.

Lectio quinta.

HOmini ergo, qui spiritáli alimónia indigébat ꟸ Salvátor ipse misericors nobilióri & potióri hujus mundi aliménto pro ánimæ refectióne : pia dispensatióne provídit. Decens quoque veritátis liberálitas éxtitit : & conveniens operátio pietátis ꟸ ut Verbum Dei ætérnum, quod rationális creatúræ cibus est & reféctio : factum caro se rationábili creatúræ carni & córpori hóminis, vidélicet, in edúlium largirétur.

Lectio sexta.

PAnem enim Angelórum manducávit homo. Et ídeo Salvátor ipse ait. Caro mea verè est cibus : & sanguis meus verè est potus. Hic cibus súmitur : sed non consúmitur. Manducátur : sed mínimè transmutátur ꟸ quia in

edéntem mínimè transformátur : sed si dignè recípitur, sibi recípiens confor-mátur.

Lectio septima.

O Excellentíssimum Sacraméntum † adorándum, coléndum, glorificándum † amándum, amplecténdum † præcípuis magnificándum laúdibus † summis præcóniis exaltándum † cunctis honorándum stúdiis † divínis prosequéndum obséquiis : & sincéris méntibus retinéndum. O memoriále nobilíssimum † íntimis commendándum præcórdiis † fírmiter ánimo alligándum † diligénter in cordis reservándum útero : & meditatióne & celebratióne sédula recenséndum.

Lectio octava.

HUjus memoriális contínuam debémus celebráre memóriam † ut illíus, cujus ipsum fore memoriále verè cognóscimus : semper mémores existámus. Quia cujus donum, vel munus frequéntiùs aspícitur : hoc in ventre memóriæ stríctiùs retinétur.

In tertio Nocturno.

Omnia ut in die.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann. 6.*

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum. Caro mea verè est cibus : & sanguis meus verè est potus. Et réliqua.

Homilia Lectiónis ejúsdem : beáti Augustíni Epíscopi.

Tract. 26. in Joan.

NOs hódie accípimus visíbilem cibum † sed áliud est sacraméntum : áliud est virtus sacraménti. Quàm multi de altári accípiunt, & moriúntur † & accipiéndo moriúntur ? Unde dicit Apóstolus : Judícium sibi mandúcat, & bibit. Nonne buccélla Domínica venénum fuit Judæ ? Et tamen accépit : & cùm accépit, in eum inimícus intrávit † non quia malum accépit : sed quia bonum malè malus recépit.

Lectio decima.

VIdéte ergo (fratres †) panem cæléstem spirituáliter manducáte : innocéntiam ad altáre apportáte. Peccáta etsi sint quotidiána : vel non sint mortífera. Antequam ad altáre accedátis : atténdite quid dicátis † Dimítte nobis débita nostra : sicut & nos dimíttimus debitóribus nostris. Si dimíttis, dimittétur tibi † secúrus accéde : panis est, non venénum.

Lectio undecima.

SEd vide si dimíttis. Nam si non dimíttis, mentíris : & ei mentíris, quem non fallis. Mentíri Deo potes : Deum fállere non potes. Novit ille quid agas † intus te videt † intus te exáminat † intus ínspicit † intus júdicat : intus aut damnat, aut corónat. Patres ergo istórum, id est, mali patres malórum † infidéles patres infidélium : murmuratóres patres murmuratórum. Nam de nulla re magis Dóminum offendisse ille pópulus dictus est : quàm contra Deum murmurándo.

Lectio duodecima.

IDeo Dóminus volens osténdere eos tálium filios : hinc ad eos cœpit. Quid murmurátis ínvicem † murmuratóres filii murmuratórum ? Patres vestri manna manducavérunt, & mórtui sunt, non quia malum erat manna : sed quia malè manducavérunt. Hic est panis qui de cælo descéndit. Hunc panem significávit manna : hunc panem significávit altáre Dei.

Evangelium & Oratio sicut in die.

Ad Laudes.

Antiph. Sapiéntia. *pag.* 416. *Psalmi festivales. Cætera ut in die.*

Et fit commemor. de Dominica per Antiph. Factum est autem ut morerétur mendicus, & portarétur ab Angelis in sinum Abrahæ.

℣. Dóminus regnávit.

℟. Decórem indútus est.

Oratio. Deus in te sperántium. *pag.* 408.

Ad Horas, omnia sicut in die.

Ad Vesperas.

Antiph. Sacérdos in ætérnum. *pag.* 417. *Psalmi Dominicales. pag.* 94.

Cætera sicut in die. Et fit commemoratio de Dominica per Antiph. Rogo te pater, ut mittas Lázarum in domum patris mei: hábeo enim quinque fratres: ut testétur illis, ne & ipsi véniant in hunc locum tormentórum.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.

℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Oratio. Deus in te sperántium. *pag.* 408.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

LIcèt ígitur memoriále hoc sacraméntum in quotidiánis Missárum solénniis frequentétur: convéniens tamen arbitrámur, & dignum dúcimus: ut de ipso semel saltem in anno ad confundéndam speciáliter hæreticórum perfídiam & insániam: memória celébrior, & solénnior habeátur.

Lectio secunda.

IN die namque Cœnæ Dómini, quo die ipse Christus hoc instítuit sacraméntum: universális Ecclésia étiam pro pœniténtium reconciliatióne: sacri confectióne Chrísmatis: adimpletióne mandáti, circa pedum lotiónem: & áliis plúrimùm occupáta: plenè vacáre non potest celebratióni hujus Sacraménti máximi. Hoc enim circa sanctos, quos per anni círculum venerámur: ipsa obsérvat Ecclésia.

Lectio tertia.

UT quamvis in Litániis, & in Missis, ac áliis étiam, ipsórum memória sæpius renovétur: nihilóminus tamen eórum natalítia certis diébus per annum solénniùs récolat: festa propter hoc eísdem diébus speciáliter celebrándo. Potíssimè ígitur illud exequéndum est circa hoc miríficum Sacraméntum Córporis & Sánguinis Jesu Christi: qui est Sanctórum ómnium glória, & coróna.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

Ex verbis beáti Ambrósii.

Lib. 4. *de Sacram. cap.* 4.

PAnis est in altári usitátus ante verba sacramentórum: ubi accésserit consecrátio: de pane fit caro Christi. Hoc ígitur astruámus. Quómodo autem potest quod panis est, esse Corpus Christi? Consecratióne. Consecrátio ígitur quibus verbis est, & cujus sermónibus? Dómini Jesu. Nam per réliqua ómnia quæ dicúntur: laus Deo refértur. Oratióne pétitur pro pópulo: pro régibus: & pro cæteris.

Lectio secunda.

UBi autem sacrifícium confícitur: jam non suis sermónibus Sacérdos: sed útitur sermónibus Christi. Ergo sermóne Christi hoc confícitur Sacraméntum. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt ómnia. Jussit Dóminus: & factum est cælum. Jussit Dóminus: & facta est terra. Jussit Dómi-

nus : & facta sunt mária. Jussit Dóminus : & omnis creatúra generáta est.

Lectio tertia.

QUàm ergo operatórius est sermo Christi, vides. Si ergo tanta vis est in sermóne Dómini Jesu, ut incíperent esse quæ non erant ˀ quantò magis operatórius est,ut sint quæ erant, & in áliud commuténtur ˀ Cælum non erat ˀ mare non erat : terra non erat. Sed audi dicéntem. Ipse dixit, & facta sunt : ipse mandávit, & creáta sunt. Et sic quod erat panis ante consecratiónem ˀ jam Corpus Christi est post consecratiónem : quia sermo Christi creatúram mutat.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

Ex verbis beáti Augustini Epíscopi. *Tom. 2. Epist. ad Iren. Ex Decr. de Consecr. dist. 2. cap. 57.*

CHristus panis est : de quo qui mandúcat, vivit in ætérnum. De quo ípsemet dicit. Et panis quem ego dabo : caro mea est pro mundi vita. Detérminat quómodo sit panis, non sólùm secúndùm verbum, quo vivunt ómnia : sed secúndùm carnem assúmptam pro mundi vita. Humána enim caro, quæ erat peccáto mórtua : carni mundæ uníta, incorporáta, unum cum illa efféćta ˀ vivit de Spíritu ejus : sicut vivit corpus de suo spíritu.

Lectio secunda.

QUi verò non est de córpore Christi: non vivit de Spíritu Christi. Corpus & Sánguinem Christi dícimus, illud quod ex frúctibus terræ accéptum, & prece mystica consecrátum ˀ rectè súmimus ad salútem spirituálem, in memóriam Domínicæ Passiónis : quod cùm per manus hóminis ad illam visi[bilem] spéciem perducátur ˀ non sanctifi[catur] ut sit tam magnum Sacraméntum [nisi] operánte invisibíliter Spíritu Dei : [cùm] per hæc ómnia, quæ per corpo[ris] motus in illo ópere fiunt, Deus [ope]rétur.

Lectio tertia.

HOc Sacraméntum pietátis es[t] signum unitátis : vínculum c[ari]tátis. Qui vult vívere, accédat, & [cre]dat : & incorporétur. Hunc cibu[m &] potum societátem vult intélligi cor[poris] & membrórum suórum : quod e[st Ec]clésia in prædestinátis.

IN OCTAVIS festi Corporis Christi.

Ad primas Vesperas.

Sola Antiphona. Sacérdos in ætér[num] *pag.* 417. *Psalmi feriales.*

Capitul. ℟. *Hymn. &* ℣. *sicut i[n]* *Antiphona ad Magnificat.* O quam [sua]vis. *pag.* 412.

Oratio. Deus qui nobis, sub [Sacra]ménto. *pag.* 412.

Si hæ Octavæ in die sancti Joannis [...] *Apost. Petri evenerint, non eo die* [cele]*brantur, sed feria quarta præcedenti.*

Si festum SS. Joannis & Pauli [...] *in die Octavarum evenerit, eorum f*[...] *ad sequentem feriam sextam trans*[...] *celebrandum.*

Ad Matutinas, Laudes, Hor[...] *Vesperas, per omnia sicut in die, ex*[...] *Lectionibus se uentibus.*

Lectio prima.

Ex verbis beáti Gregórii Papæ *Lib. 4. Dial. cap. 58.*

HÆc salutáris víctima illam [...] mortem Unigéniti per myst[...] réparat ˀ qui licèt resúrgens à mó[rtuis]

ion móritur, & mors illi ultrà non
ınábitur: tamen in seípso immortá-
, & incorruptibiliter vivens, íterum
oc mystério móritur. Ejus quippe
orpus súmitur ꝛ ejus caro in salú-
pópuli partítur ꝛ ejus sanguis non
n manus infidélium: sed in fidé-
ora profúnditur.

Lectio secunda.

Inc ergo pensémus quale sit hoc
sacraméntum: quod pro absolu-
nostra passiónem Unigéniti Fílii
er imitátur. Quis enim fidélium
re dúbium possit ꝛ in ipsa immo-
ıis hora ad sacerdótis vocem, cæ-
periri ꝛ in illo Jesu Christi mysté-
ngelórum choros adésse ꝛ summa
a sociári ꝛ terréna cæléstibus jun-
unum quoque ex invisibílibus at-
visibílibus fieri?

Lectio tertia.

De consecr. distinct. 2. cap. 73.

No eodémque témpore ac mo-
ménto in cælo rápitur ministério
lórum, córpori Christi sociándus:
te óculos sacerdótis in altári vidé-
Tanta est Ecclésiæ únitas in Chri-
ut unus ubíque sit panis córporis
ti: & unus sit calix sánguinis ejus.
enim, quem sacérdos Cathólicus
icat: non est álius, nisi ipse, quem
inus Apóstolis trádidit.

Lectio quarta.

Uia sicut Divínitas Verbi Dei una
est, quæ totum implet mundum ꝛ
cèt multis locis, & innumerabílibus
is, illud consecrétur corpus: non
tamen multa córpora Christi, ne-
multi cálices ꝛ sed unum corpus
ti, & unus sanguis cum illo, quod
sit in útero Vírginis: & quod de-
póstolis.

Lectio quinta.

Divínitas enim Verbi replet illud quod ubíque est, & conjúngit ꝛ & facit ut sicut ipsa una est: ita & unum ejus corpus sit in veritáte. Hinc animadverténdum est: quia sive plus, sive minùs quis inde percípiat ꝛ omnes æquáliter corpus Christi integérrimè sumunt: & generáliter omnes, & speciáliter unusquísque.

Lectio sexta.

MYstérium fídei dícitur, quod crédere debes: quòd ibi salus nostra consístat. Próvidens enim Dóminus nobis dedit hoc sacraméntum salútis ꝛ ut quia nos quotídie peccámus, & ille jam mori non potest: per istud sacraméntum, peccatórum remissiónem consequámur. Quotídie enim ipse comréditur, & bíbitur in veritáte: sed íntegér, & vivus, atque immaculátus manet.

Lectio septima.

ET ídeo magnum & pavéndum est mystérium ꝛ quia áliud vidétur, & áliud intellígitur. Sed cùm mystérium sit unum: corpus & sanguis dícitur ꝛ figúram panis & vini habet, faciénte Dómino: quia non habémus in usu carnem crudam comédere, & bíbere sánguinem.

Lectio octava.

Hilárius Epíscopus.

De consecr. distinct. 2.

UBi pars est córporis: est & totum. Eadem rátio est in córpore Dómini, quæ in manna: quod in ejus figúra præcéssit, de quo dícitur ꝛ Qui plus collégerat, non habébat ámpliùs: neque qui minùs paráverat ꝛ hábuit minùs. Non enim est quántitas visíbilis in hoc æstimánda mystério: sed virtus sacraménti spiritális.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii : ſecúndùm Joánnem. *Joann. 6.*

IN illo témpore : Dixit Jeſus turbis Judæórum. Caro mea verè eſt cibus : & ſanguis meus verè eſt potus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Auguſtini Epíſcopi.

Tract. 27. in Joann.

VErba Dómini ex Evangélio, quæ ſermónem príſtinum conſequúntur, audivimus † hinc ſermo debétur áuribus & méntibus veſtris : & hodiérna die non importúnus eſt. Eſt enim de córpore Dómini : quod dicébat ſe dare ad manducándum propter vitam ætérnam. Expóſuit autem modum attributiónis hujus, & doni ſui : & quómodo daret carnem ſuam manducáre, dicens. Qui mandúcat carnem meam, & bibit ſánguinem meum : in me manet, & ego in illo.

Lectio decima.

SIgnum, quia manducávit & bibit, hoc eſt : ſi manet, & manétur † ſi hábitat, & habitátur : ſi hæret, ut non deſerátur. Hoc ergo nos dócuit, & admónuit myſticis verbis † ut ſimus in ejus córpore ſub ipſo cápite in membris ejus : edéntes carnem ejus, non derelinquéntes unitátem ejus.

Lectio undecima.

SEd qui áderant plures, non intelligéndo ſcandalizáti ſunt. Non enim cogitábant hæc audiéndo : niſi carnem, quod ipſi erant. Apóſtolus autem dicit, & verum dicit † Sápere ſecúndùm carnem : mors eſt. Carnem dat nobis ſuam manducáre Dóminus : & ſápere ſecúndùm carnem mors eſt. Cùm de carne ſua dicat, quia ibi eſt vita ætérna † ergo nec carnem debémus ſápere ſecúndùm carnem : ſicut in his verbis.

Lectio duodecima.

MUlti ítaque audiéntes non ex inimícis, ſed ex diſcípulis ejus, dixérunt. Durus eſt hic ſermo † & quis poteſt eum audire ? Si diſcípuli durum habuérunt iſtum ſermónem † quid inimíci ? Et tamen ſic oportébat ut dicerétur : quod non ab ómnibus intelligerétur. Secrétum Dei inténtos debet fácere, non avérſos : iſti autem citò defecérunt.

Evangel. & cætera omnia ſicut in die.

Si in feria ſexta vel Sabbato poſt Oct. Euchariſtiæ unum vel duo occurrant trium lection. feſta, lectiones require pag. 408.

ANTIPH. DE LIBRIS REGUM Dicendæ in Sabbatis ad Magnificat, ab Oct. Pentecoſt. uſque ad Calend. Auguſti.

Antiph. 1. Lóquere Dómine, * quia audit ſervus tuus.

Antiph. 2. Cognovérunt omnes * à Dan uſque Berſábee, quòd fidélis Samuël prophéta eſſet Dómini.

Antiph. 3. Irátus rex Saül dixit, * Mihi mille dedérunt, & filio Iſai dedérunt decem míllia.

Antiph. 4. Nonne iſte eſt David, * de quo canébant in choro, dicéntes : Saül percúſſit mille, & David decem míllia in míllibus ſuis ?

Antiph. 5. Quis enim * in ómnibus ſicut David fidélis invéntus eſt in regno tuo : egrédiens, & regrédiens, & pergens ad impérium regis ?

Antiph. 6. Obſecro Dómine, * aufer iniquitátem ſervi tui : quia inſipiénter egi.

Si plures fuerint Dominicæ, reincipiuntur.

DOMINICA SECUNDA
Post Octavas Pentecostes.

Ad primas Vesperas, ut in psalterio.
Magnum ℟. Planxit autem. *ut infrà.*
Ad Magnif. Antiph. 1. *de supradictis.*
Oratio Dominicæ currentis.

Nota quòd si Dominicalia Responsoria usque ad Calendas Novembris non possint suis Sabbatis propter occurrens festum inchoari: transferuntur ad Sabbatum sequens si vacet. Verùm si in Sabbato occurrit solennitas, & in crastino incipiantur nova Responsoria Dominicalia, in ipso Sabbato non dicitur magnum ℟. *nec in futuro.*

Ad Matutinas.

Invitatorium. In manu tua Dómine: Omnes fines terræ. *Psal.* Veníte. *p.* 16.

Hymn. Antiph. Psalm. Cantic. & ℣. *ut in psalterio. Lectiones sunt de libris Regum ut infrà.*

Lectio prima.

FActum est autem cùm illa multiplicáret preces coram Dómino: ut Heli obsérváret os ejus. Porrò Anna loquebátur in corde suo ꟸ tantúmque lábia illíus movebantur: & vox pénitus non audiebátur. Æstimávit ergo eam Heli temuléntam: dixítque ei. Usquequo ébria eris? dígere paulísper vinum, quo mades.

℟. Præparáte corda vestra Dómino, & servíte illi soli. † Et liberábit vos de mánibus inimicórum vestrórum.

℣. Convertímini ad eum in toto corde vestro, & auférte deos aliénos de médio vestri. Et liberábit.

Lectio secunda.

REspóndens Anna ꟸ Nequáquam (inquit) dómine mi: nam múlier infélix nimis ego sum, vinúmque & omne quod inebriáre potest, non bibi: sed effúdi ánimam meam in conspéctu Dómini. Ne répures ancíllam tuam quasi unam de filiábus Bélial: quia ex multitúdine dolóris, & mœróris mei, locúta sum usque in præsens.

℟. Planxit autem David planctum magnum super Saül, & Jónathan filium ejus, & dixit, Quómodo cecidérunt fortes Israël. † Et periérunt arma béllica?

℣. Montes Gelbóë nec ros nec plúvia véniant super vos, ubi cecidérunt robústi. Et periérunt.

Lectio tertia.

TUnc Heli ait ei. Vade in pace: & Deus Israël det tibi petitiónem tuam, quam rogásti eum. Et illa dixit: Utinam invéniat ancilla tua grátiam in óculis tuis. Et ábiit múlier in viam suam, & comédit: vultúsque illíus non sunt ámpliùs in divérsa mutáti. Et surrexérunt manè, & adoravérunt coram Dómino ꟸ reversíque sunt: & venérunt in domum suam Ramátha.

℟. Montes Gelbóë nec ros nec plúvia véniant super vos. † Ubi cecidérunt fortes Israël.

℣. Neque sint ibi agri primitiárum, quia ibi abjéctus est clypeus fórtium. Ubi cecidérunt.

Lectio quarta.

COgnóvit autem Elcána Annam uxórem suam: & recordátus est ejus Dóminus. Et factum est post círculum diérum concépit Anna, & péperit fílium ꟸ vocavítque nomen ejus Sámuël: eò quòd à Dómino postulásset eum. Ascéndit autem vir ejus Elcána, & omnis domus ejus: ut immoláret Dómino hóstiam solénnem & votum suum.

℟. Dómini est terra, & plenitúdo ejus. † Orbis terrárum, & univérsi qui hábitant in eo.

℣. In manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipsíus sunt. Orbis.

℣. Glória Patri. in eo.

Lectio quinta.

ET Anna non ascéndit ꟸ dixit enim viro suo: Non vadam, donec ablactétur infans ꟸ & ducam eum, ut appáreat ante conspéctum Dómini: & máneat ibi júgiter. Et ait ei Elcána vir suus: Fac quod bonum tibi vidétur ꟸ & mane donec abláctes eum: precórque ut ímpleat Dóminus verbum suum.

℟. Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dóminus, & pósui te páscere gregem pópuli mei. † Et fui tecum in ómnibus ubicúmque ambulásti.

℣. Fecíque tibi nomen grande juxta nomen magnórum qui sunt in terra. Et.

Lectio sexta.

MAnsit ergo múlier, & lactávit filium suum, donec amovéret eum à lacte. Et addúxit eum secum, postquam ablactáverat ꟸ in vítulis tribus, & tribus módiis farínæ, & ámphora vini: & addúxit eum ad domum Dómini in Silo.

℟. Dómine Deus verbum quod locútus es super servum tuum, & super domum ejus súscita. † In sempitérnum.

℣. Et fac sicut locútus es, ut magnificétur nomen tuum. In sempitérnum.

Lectio septima.

PUer autem erat adhuc infántulus ꟸ & immolavérunt vítulum: & obtulérunt púerum Heli. Et ait Anna: Obsecro mi dómine ꟸ vivit ánima tua dómine: ego sum illa múlier, quæ steti coram te hic orans Dóminum. Pro púero isto orávi: & dedit mihi Dóminus petitiónem meam, quam postulávi eum.

℟. Factum est autem, cùm exíssent sacerdótes de sanctuário, nébula i[...] vit domum Dómini. † Et non pót[...] sacerdótes stare, & ministráre pr[...] nébulam.

℣. Impléverat enim glória Dó[...] domum Dómini. Et non.

Lectio octava.

IDcírco & ego commodávi eum [...] mino: cunctis diébus, quibus f[...] commodátus Dómino. Et adoravé[...] ibi Dóminum. Et orávit Anna, &[...] Exultávit cor meum in Dómino: &[...] altátum est cornu meum in Deo [...] Dilatátum est os meum super inim[...] meos: quia lætáta sum in salutári [...]

℟. Ad te Dómine levávi áni[...] meam. † Deus meus in te confido[...] erubéscam.

℣. Custódi ánimam meam, &[...] me. Deus meus.

℣. Glória Patri. non erubéscam[...]

Evangelium cum suis Homiliis [...] suo loco, scilicet post historias.

℟. 9. Dómine Deus Israël no[...] símilis tui Deus in cælo désuper, [...] per terram deórsum. † Qui custódi[...] ctum & misericórdiam servis tuis [...] ámbulant coram te in toto corde [...]

℣. Et nunc Dómine Deus Isra[...] méntur verba tua, quæ locútus es I[...] servo tuo, patri meo. Qui custód[...]

℟. 10. Audi Dómine hymnu[...] oratiónem, quam servus tuus ora[...] ram te hódie. † Ut sint óculi tui [...] ti, & aures tuæ inténtæ super do[...] istam die ac nocte.

℣. Réspice ad oratiónem servi [...] & ad preces ejus, Dómine. Ut si[...]

℟. 11. Factum est dum tólleret [...] minus Elíam per túrbinem in cælu[...] Elisæus clamábat, dicens: Pater mi[...] ter mi, currus Israël & auriga ejus[...]

℣. Cùmque pérgerent, & incedéntes sermocinaréntur, ecce currus ígneus, & equi ígnei divisérunt utrúmque, & ascéndit Elías per túrbinem in cælum. Elisæus.

℟. 12. Aúdiam Dómine vocem laudis tuæ. † Et enárrem univérsa mirabília tua.

℣. Benedíctus es Dómine, doce me justificatiónes tuas. Et enárrem.

℣. Glória Patri. mirabília tua.

Ad Laudes, Horas & Vesper. omnia *ut in psalterio, exceptis Antiphonis ad Benedictus & Magnificat, & Oratione, quæ sunt de Dominicis post historias annotatis.*

Super hebdomadam verò ferialibus diebus usque ad Adventum Domini, omnia ut in Psalterio, præter orationem Dominicalem, quæ dicitur ad Laudes, & Vesperas.

SUPER HEBDOMADAM, *si festum trium Lectionum occurrat,*

Lectio prima.

ET ábiit Elcána Rámatha, in domum suam: puer autem erat miníster in conspéctu Dómini, ante fáciem Heli sacerdótis. Porrò fílii Heli, fílii Bélial, nesciéntes Dóminum ꟸ neque offícium sacerdótum ad pópulum: sed quicúmque immolásset víctimam ꟸ veniébat puer sacerdótis, dum coqueréntur carnes: & habébat fuscínulam tridéntem in manu sua ꟸ & mittébat eam in lebétem, vel in caldáriam, aut in ollam, sive in cácabum ꟸ & omne quod levábat fuscínula: tollébat sacérdos sibi.

Lectio secunda.

SIc faciébant univérso Israéli veniéntium in Silo. Etiam ántequam adolérent ádipem: veniébat puer sacerdótis, & dicébat immolánti. Da mihi carnem, ut coquam sacerdóti: non enim accípiam à te carnem coctam, sed crudam.

Lectio tertia.

DIcebátque illi ímmolans ꟸ Incendátur primùm juxta morem hódie adeps: & tolle tibi quantuncúmque desiderat ánima tua. Qui respóndens, aiébat ei ꟸ Nequáquam, nunc enim dabis: alióquin tollam vi. Erat ergo peccátum puerórum grande nimis coram Dómino: quia retrahébant hómines à sacrifício Dómini.

IN ALIO FESTO, *si occurrat.*

Lectio prima.

SAmuel autem ministrábat ante fáciem Dómini: puer accínctus ephod líneo. Et túnicam parvam faciébat ei mater sua ꟸ quam afferébat statútis diébus: ascéndens cum viro suo, ut immoláret hóstiam solénnem. Et benedíxit Heli Elcánæ & uxóri ejus. Dixítque ei. Reddat tibi Dóminus semen de muliere hac: pro fœnore quod commodásti Dómino. Et abiérunt in locum suum.

Lectio secunda.

VIsitávit ergo Dóminus Annam, & concépit, & péperit tres fílios, & duas fílias: & magnificátus est puer Sámuël apud Dóminum. Heli autem erat senex valde ꟸ & audívit ómnia quæ faciébant fílii sui univérso Israéli ꟸ & quómodo dormiébant cum muliéribus, quæ observábant ad óstium tabernáculi, & dixit eis. Quare fácitis res hujuscémodi, quas ego aúdio, res péssimas, ab omni pópulo?

Lectio tertia.

NOlíte filii mei ˥ non enim est bona fama, quam ego aúdio: ut tránsgredi faciátis pópulum Dómini. Si peccáverit vir in virum: placári ei potest Deus. Si autem in Dóminum peccáverit vir, quis orábit pro eo? Et non audiérunt vocem patris sui: quia vóluit Dóminus occídere eos.

DOMINICA TERTIA

Lectio prima.

PUer autem Sámuel proficiébat, atque crescébat: & placébat tàm Dómino, quàm homínibus. Venit autem vir Dei ad Heli: & ait ad eum. Hæc dicit Dóminus. Nunquid non apértè revelátus sum dómui patris tui, cùm esset in Ægypto in domo Pharaónis? Et elégi eum ex ómnibus tríbubus Israël mihi in sacerdótem ˥ ut ascénderet ad altáre meum, & adoléret mihi incénsum, & portáret Ephod coram me: & dedi dómui patris tui ómnia de sacrifíciis filiórum Israël.

Lectio secunda.

QUare calce abjecístis víctimam meam, & múnera mea, quæ præcépi ut offerréntur in templo ˥ & magis honorásti filios tuos quam me, ut comederétis primítias omnis sacrifícii Israël pópuli mei? Proptérea ait Dóminus Deus Israël. Loquens locútus sum: ut domus tua, & domus patris tui, ministráret in conspéctu meo usque in sempitérnum.

Lectio tertia.

NUnc autem dicit Dóminus. Absit hoc à me: sed quicúmque glorificáverit me: glorificábo eum ˥ qui autem contémnunt me: erunt ignóbiles. Ecce dies véniunt ˥ & præcídam bráchium tuum, & bráchium domus [...] tui: ut non sit senex in domo tu[...] vidébis æmulum tuum in templ[...] univérsis prósperis Israël: & no[...] senex in domo tua ómnibus diébu[...]

Lectio quarta.

VErúmtamen non aúferam p[...] virum ex te ab altári meo [...] ut deficiant óculi tui, & tabéscat [...] tua: & pars magna domus tuæ [...] tur cum ad virílem ætátem véneri[...] autem erit tibi signum, quod ven[...] est duóbus filiis tuis, Ophni & Ph[...] In die uno moriéntur ambo.

Lectio quinta.

ET suscitábo mihi sacerdótem [...] lem: qui juxta cor meum [...] mam meam fáciet ˥ & ædificábo [...] mum fidélem: & ambulábit [...] Christo meo cunctis diébus. Fu[...] est autem ˥ ut quicúmque rem[...] in domo tua, véniat, ut orétur pr[...] & ófferat nummum argénteum, [...] tam panis: dicátque. Dimítte me [...] cro ad unam partem sacerdotále[...] cómedam buccéllam panis.

Lectio sexta.

PUer autem Sámuel ministráb[...] mino coram Heli, & sermo D[...] erat pretiósus in diébus illis: no[...] vísio manifésta. Factum est ergo [...] quadam, Heli jacébat in loco su[...] óculi ejus caligáverant: nec póte[...] dére ˥ lucérna Dei ántequam ext[...] rétur: Sámuel dormiébat in templ[...] mini, ubi erat arca Dei.

Lectio septima.

ET vocávit Dóminus, Sámue[...] respóndens, ait: Ecce ego. [...] cúrrit ad Heli: & dixit ˥ Ecce [...] vocásti enim me. Qui dixit. N[...] cávi te: revértere, & dormi. Et

ivit. Et adjécit Dóminus rursum Samuélem. Consurgénsque Sá- biit ad Heli : & dixit ꝛ Ecce ego: ocásti me. Qui respóndit. Non te fili mi : revértere & dormi. Sámuel necdum sciébat Dómi- neque revelátus fúerat ei sermo .

Lectio octava.

adjécit Dóminus , & vocávit uc Samuélem tértiò. Qui con- , ábiit ad Heli , & ait ꝛ Ecce ia vocásti me. Intelléxit ergo quia Dóminus vocáret púerum : Samuélem. Vade, & dormi : & eps vocáverit te , dices. Lóquere : quia audit servus tuus.

ER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

it ergo Sámuel : & dormívit in co suo. Et venit Dóminus , & & vocávit , sicut vocáverat se- Sámuel, Sámuel. Et ait Sámuel. e Dómine : quia audit servus t dixit Dóminus ad Samuélem. o fácio verbum in Israël : quod que audíerit , tínnient ambæ jus.

Lectio secunda.

e illa suscitábo advérsùm Heli, ia quæ locútus sum super do- jus : incípiam , & complébo. enim ei, quòd judicatúrus essem ejus in ætérnum propter iniqui- eò quòd nóverat indígnè ágere os : & non corripúerit eos.

Lectio tertia.

co jurávi dómui Heli : quòd expiétur iníquitas domus ejus , & munéribus usque in ætér- Dormívit autem Sámuël usque manè ꝛ aperuítque óstia domus Dómi- ni : & Sámuël timébat indicáre visió- nem Heli.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

VOcávit ergo Heli Samuélem , & dixit. Sámuël fili mi ? Qui respon- dens ait : Præsto sum. Et interrogávit eum. Quis est sermo , quem locútus est Dóminus ad te ? oro te , ne celáveris me. Hæc fáciat tibi Deus , & hæc ad- dat ꝛ si abscónderis à me sermónem : ex ómnibus verbis quæ dicta sunt tibi.

Lectio secunda.

INdicávit ítaque ei Sámuël univérsos sermónes : & non abscóndit ab eo. Et ille respóndit. Dóminus est : quod bonum est in óculis suis fáciat. Crevit autem Sámuël , & Dóminus erat cum eo : & non cécidit ex ómnibus verbis ejus in terram.

Lectio tertia.

ET cognóvit univérsus Israël à Dan usque Bersábee : quòd fidélis Sá- muël prophéta esset Dómini. Et áddidit Dóminus , ut apparéret in Silo : quo- niam revelátus fuerat Dóminus Samuéli in Silo juxta verbum Dómini. Et evénit sermo Samuélis univérso Israéli.

DOMINICA QUARTA.

Lectio prima.

ET factum est in diébus illis : conve- nérunt Philísthiim in pugnam. Et egréssus est Israël óbviam Philísthiim in prælium : & castrametátus est juxta lá- pidem Adjutórii. Porrò Philísthiim ve- nérunt in Aphec : & instruxérunt áciem contra Israël. Inito autem certámine ꝛ terga vertit Israël Philísthæis : & cæsa sunt in illo certámine passim per agros

quasi quátuor míllia virórum.

Lectio secunda.

ET revérsus est pópulus ad castra: dixerúntque majóres natu de Israël. Quare percússit nos Dóminus hódie coram Philísthiim? Afferámus ad nos de Silo arcam fœderis Dómini ꟸ & véniat in médium nostri: ut salvet nos de manu inimicórum nostrórum. Misit ergo pópulus in Silo, & tulérunt inde arcam fœderis Dómini exercítuum sedéntis super Chérubim: erántque duo filii Heli cum arca fœderis Dei, Ophni & Phínees.

Lectio tertia.

CUmque venísset arca fœderis Dómini in castra ꟸ vociferátus est omnis Israël clamóre grandi: & persónuit terra. Et audiérunt Philísthiim vocem clamóris, dixerúntque ꟸ Quænam est hæc vox clamóris magni in castris Hæbræórum? Et cognovérunt quòd arca Dómini venísset in castra.

Lectio quarta.

TImuerúntque Philísthiim dicéntes. Venit Deus in castra: & ingemuérunt dicéntes. Væ nobis, non enim fuit tanta exultátio heri & nudiustértius: væ nobis. Quis nos servábit de manu deórum sublímium istórum? Hi sunt dii, qui percussérunt Ægyptum omni plaga in desérto. Confortámini, & estóte viri, Philísthiim: ne serviátis Hæbræis ꟸ sicut & illi serviérunt vobis: confortámini, & belláte.

Lectio quinta.

PUgnavérunt ergo Philísthiim, & cæsus est Israël: & fugit unusquísque in tabernáculum suum ꟸ & facta est plaga magna nimis: & cecidérunt de Israël trigínta míllia péditum, & arca Dei capta est: duo quoque fílii Heli mórtui sunt, Ophni & Phínees. Currens autem vir de Bénjamin ex ácie ꟸ venit in Silo, in die illa, scissa veste: & conspérsus cínere caput.

Lectio sexta.

CUmque ille venísset: Heli sedébat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor ejus pavens pro arca Dei. Vir autem ille postquam ingréssus est, nuntiávit urbi: & ululávit omnis cívitas. Et audívit Heli sónitum clamóris, dixítque. Quis est hic sónitus tumúltus hujus? At ille festinávit, & venit: & nuntiávit Heli.

Lectio septima.

HEli autem erat nonagínta & octo annórum: & óculi ejus caligáverant, & vidére non póterat. Et dixit ad Heli. Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de ácie fugi hódie. Cui ille ait. Quid actum est fili mi? Respóndens autem ille, qui nuntiábat ꟸ fugit (inquit) Israël coram Philísthiim: & ruína magna facta est in pópulo ꟸ insuper & duo fílii tui mórtui sunt, Ophni & Phínees: & arca Dei capta est.

Lectio octava.

CUmque ille nominásset arcam Dei ꟸ cécidit de sella retrórsum juxta óstium: & fractis cervícibus: mórtuus est. Senex enim erat vir, & grandævus: & ipse judicávit Israël quadragínta annis.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

PHilísthiim autem tulérunt arcam Dei: & asportavérunt eam à Lápide Adjutórii in Azótum. Tulerúntque Philísthiim arcam Dei, & intulérunt eam in templum Dagon: & statuérunt eam juxta Dagon. Cùmque surrexíssent dilúculo Azótii áltera die ꟸ ecce Dagon

t pronus in terra ante arcam
ni : & tulérunt Dagon, & restitué-
um in locum suum.

Lectio secunda.

Jrsúmque manè, die áltera con-
urgéntes ꝰ invenérunt Dagon ja-
n super fáciem suam in terra co-
ca Dómini : caput autem Dagon,
e palmæ mánuum ejus abscíssæ
super limen. Porrò Dagon solus
is remánserat in loco suo. Propter
causam non calcant sacerdótes
i : & omnes qui ingrediúntur tem-
jus, super limen Dagon in Azóto,
in hodiérnum diem.

Lectio tertia.

graváta est autem manus Dómi-
i super Azótios ꝰ & demolítus est
percússit in secretióri parte ná-
zótum, & fines ejus. Et ebullié-
llæ & agri in médio regiónis il-
& nati sunt mures : & facta est
io mortis magnæ in civitáte.

N ALIO FESTO.

Lectio prima.

déntes autem viri Azótii hujuscé-
nodi plagam, dixérunt. Non má-
ca Dei Israël apud nos : quóniam
st manus ejus super nos, & super
deum nostrum. Et mitténtes
gavérunt omnes sátrapas Philisti-
ad se, & dixérunt. Quid facié-
arca Dei Israël ? Respondérunt-
ethæi : circumducátur arca Dei
Et circumduxérunt arcam Dei

Lectio secunda.

autem circumducéntibus eam :
it manus Dómini per síngulas
es interfectiónis magnæ nimis ꝰ
utiébat viros uniuscujúsque ur-
bis, à parvo usque ad majórem : &
computrescébant prominéntes extáles
eórum. Iniérúntque Gethæi consílium :
& fecérunt sibi sedes pellíceas.

Lectio tertia.

MIsérunt ergo arcam Dei in Acca-
ron. Cùmque venísset arca Dei
in Accaron, exclamavérunt Accarónitæ,
dicéntes. Adduxérunt ad nos arcam
Dei Israël : ut interfíciat nos, & pópulum
nostrum. Misérunt ítaque & congrega-
vérunt omnes sátrapas Philistinórum :
qui dixérunt. Dimíttite arcam Dei Is-
raël, & revertátur in locum suum : &
non interfíciat nos cum pópulo nostro.

DOMINICA QVINTA.

Lectio prima.

Incipit Liber Regum, secúndus.

FActum est autem postquam mórtuus
est Saül : ut David reverterétur à
cæde Amalec : & manéret in Síceleg
duos dies. In die autem tértia appáruit
homo véniens de castris Saül : veste
conscíssa, & púlvere conspérsus caput.
Et ut venit ad David : cécidit super fá-
ciem suam, & adorávit.

Lectio secunda.

DIxítque ad eum David. Unde ve-
nis ? Qui ait ad eum : De castris
Israël fugi. Et dixit ad eum David. Quod
est verbum quod factum est ? índica
mihi. Qui ait ꝰ Fugit pópulus ex prælio :
& multi corruéntes è pópulo mórtui
sunt. Sed & Saül & Jónathas fílius ejus
interiérunt.

Lectio tertia.

DIxítque David ad adolescéntem,
qui nuntiábat ei ꝰ Unde scis quia
mórtuus est Saül, & Jónathas fílius ejus ?
Et ait adoléscens, qui nuntiábat ei. Casu
veni in montem Gelbóë, & Saül incum-

bébat ſuper haſtam ſuam : porrò currus & équites appropinquábant ei. Et convérſus poſt tergum ſuum : vidénſque me, vocávit. Cui cùm reſpondiſſem, Adſum : dixit mihi. Quiſnam es tu ? Et aio ad eum : Amalecites ego ſum.

Lectio quarta.

ET locútus eſt mihi. Sta ſuper me, & intérfice me : quóniam tenent me angúſtiæ, & adhuc tota ánima mea in me eſt. Stanſque ſuper eum, occídi illum : ſciébam enim quòd vívere non póterat poſt ruínam † & tuli diadéma quod erat in cápite ejus, & armíllam de bráchio illíus : & áttuli ad te dóminum meum huc.

Lectio quinta.

APprehéndens autem David veſtiménta ſua ſcidit † omnéſque viri qui erant cum eo : & planxérunt, & flevérunt, & jejunavérunt uſque ad véſperam: ſuper Saül, & ſuper Jónathan filium ejus † & ſuper pópulum Dómini, & ſuper domum Iſraël : eò quòd corruiſſent gládio.

Lectio ſexta.

DIxítque David ad júvenem qui nuntiáverat ei. Unde es tu ? Qui reſpóndit : Fílius hóminis ádvenæ Amalecitæ ego ſum. Et ait ad eum David. Quare non timuíſti míttere manum tuam, ut occíderes chriſtum Dómini ? Vocánſque David unum de púeris ſuis, ait : Accédens írrue in eum. Qui percúſſit illum : & mórtuus eſt.

Lectio ſeptima.

ET ait ad eum David : Sanguis tuus ſuper caput tuum † os enim tuum locútum eſt advérsùm te, dicens : Ego interféci chriſtum Dómini. Planxit autem David planctum hujuſcémodi ſuper Saül, & ſuper Jónathan fílium ejus † & præcépit ut docérent fílios Juda arcum: ſicut ſcriptum eſt in libro juſtórum.

Lectio octava.

ET ait : Consídera Iſraël, pro his, qui mórtui ſunt ſuper excélſa tu vulneráti. Inclyti, Iſraël, ſuper monte tuos interfécti ſunt. Quómodo cecidé runt fortes ? Nolíte annuntiáre in Geth neque annuntiétis in cómpitis Aſcalo nis † ne fortè læténtur fíliæ Philiſthiim ne exúltent filiæ incircumciſórum.

SUPER HEBDOMADAM

Lectio prima.

MOntes Gelbóë, nec ros nec pluvi véniant ſuper vos, neque ſu agri primitiárum : quia ibi abjéctus e clypeus fórtium, clypeus Saül, qua non eſſet unctus óleo. A ſánguine in terfectórum, ab ádipe fórtium, ſagitt Jónathæ nunquam rédiit retrórſum : & gládius Saül non eſt revérſus inánis.

Lectio ſecunda.

SAül & Jónathas, amábiles, & decór in vita ſua † in morte quoque no ſunt divíſi : áquilis velocióres, leónibu fortióres. Fíliæ Iſraël ſuper Saül flete qui veſtiébat vos cóccino in delítiis : qu præbébat ornaménta aúrea cúltui veſtro

Lectio tertia.

QUómodo cecidérunt fortes in præ lio † Jónathas in excélſis tuis oc cíſus eſt ? Dóleo ſuper te, frater mi Jo natha, decóre nimis : & amábilis ſupe amórem mulíerum. Sicut mater únicum amat fílium ſuum, ita ego te diligébam Quómodo cecidérunt robúſti, & peri runt arma béllica ?

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

IGitur poſt hæc conſúluit David Do minum, dicens. Num aſcéndam

de civitátibus Juda? Et ait Dó-
ad eum: Ascénde. Dixítque Da-
uo ascéndam? Et respóndit ei: In
n. Ascéndit ergo David: & duæ
ejus, Achinóam Jezrahelítes, &
il uxor Nabal Carméli. Sed & vi-
i erant cum eo, duxit David sín-
um domo sua: & mansérunt in
s Hebron.

Lectio secunda.

nerúntque viri Juda, & unxé-
unt ibi David: ut regnáret super
n Juda. Et nuntiátum est David:
iri Jabes Gálaad sepelíssent Saül.
rgo David núntios ad viros Jabes
: dixítque ad eos. Benedícti vos
o qui fecístis misericórdiam hanc
ómino vestro Saül: & sepelístis

Lectio tertia.

nunc retríbuet vobis quidem Dó-
nus misericórdiam & veritátem ꟸ
ego reddam grátiam: eò quòd fe-
erbum istud. Confortentur ma-
stræ, & estóte filii fortitúdinis ꟸ
nim mórtuus sit dóminus vester
tamen me unxit domus Juda in
sibi.

MINICA SEXTA.

Lectio prima.

ta est ergo longa concertátio in-
domum Saül: & inter domum
David profícíscens ꟸ & semper
robústior: domus autem Saül de-
s quotídie. Natíque sunt filii Da-
Hebron. Cùm ergo esset prælium
lomum Saül & domum David:
filius Ner regébat domum Saül.

Lectio secunda.

rat autem Saúli concubína nó-
e Respha, filia Aia. Dixítque
Isboseth ad Abner. Quare ingréssus es
ad concubínam patris mei? Qui irátus
nimis propter verba Isboseth, ait. Nun-
quid caput canis ego sum advérsùm Ju-
dam hódie ꟸ qui fécerim misericórdiam
super domum Saül patris tui, & super
fratres, & próximos ejus, & non trádi-
di te in manus David, & tu requisísti in
me quòd argúeres pro mulíere hódie?

Lectio tertia.

HÆc fáciat Deus Abner, & hæc ad-
dat ei ꟸ nisi quómodo jurávit Dó-
minus David: sic fáciam cum eo ꟸ ut
transferátur regnum de domo Saül: &
elevétur thronus David super Isräel, &
super Judam à Dan usque Bersabee. Et
non pótuit respondére ei quidquam:
quia metuébat illum.

Lectio quarta.

MIsit ergo Abner núntios ad David
pro se, dicéntes. Cujus est terra?
Et ut loqueréntur. Fac mecum amicí-
tias ꟸ & erit manus mea tecum: & re-
dúcam ad te univérsum Isräel. Qui ait:
Optimè ꟸ ego fáciam tecum amicítias:
sed unam rem peto à te, dicens. Non
vidébis fáciem meam, ántequam addú-
xeris Michol filiam Saül: & sic vénies,
& vidébis me.

Lectio quinta.

MIsit autem David núntios ad Isbo-
seth filium Saül, dicens. Redde
uxórem meam Michol: quam despóndi
mihi centum præpútiis Philisthiim. Mi-
sit ergo Isboseth, & tulit eam à viro
suo Pháltiël, filio Laïs. Sequebatúrque
eam vir suus, plorans usque Bahúrim:
& dixit ad eum Abner. Vade & revér-
tere: qui revérsus est.

Lectio sexta.

SErmónem quoque íntulit Abner ad
senióres Isräel, dicens. Tam heri

quàm nudiustértius quærebátis David, ut regnáret super vos. Nunc ergo facite quóniam Dóminus locútus est ad David dicens. In manu servi mei David salvábo pópulum meum Israël de manu Philísthiim: & ómnium inimicórum ejus.

Lectio septima.

LOcútus est autem Abner étiam ad Bénjamin. Et ábiit ut loquerétur ad David in Hebron: ómnia quæ placúerant Israéli, & univérso Bénjamin. Venítque ad David in Hebron cum vigínti viris. Et fecit David Abner, & viris ejus qui vénerant cum eo, convívium. Et dixit Abner ad David. Surgam † ut cóngregem ad te dóminum meum regem, omnem Israël: & íneam tecum fœdus † & ímperes ómnibus: sicut desíderat ánima tua.

Lectio octava.

CUm ergo deduxísset David Abner: & ille isset in pace † statim púeri David & Joab venérunt, cæsis latrónibus: cum præda magna nimis. Abner autem non erat cum David in Hebron: quia jam dimíserat eum, & proféctus fúerat in pace. Et Joab, & omnis exércitus qui erant cum eo póstea venérunt. Nuntiátum est ítaque Joab à narrántibus † Venit Abner fílius Ner ad regem: & dimísit eum, & ábiit in pace.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

ET ingréssus est Joab ad regem, & ait. Quid fecísti? Ecce venit Abner ad te, quare dimisísti eum † & ábiit, & recéssit? Ignóras Abner fílium Ner, quóniam ad hoc venit ad te, ut decíperet te, & sciret éxitum tuum & intróitum tuum † & nosset ómnia quæ agis?

Lectio secunda.

EGréssus ítaque Joab à David, misit núntios post Abner: & redúxit eum à cistérna Sira, ignoránte David. Cùmque rediisset Abner in Hebron, seórsum addúxit eum Joab ad médium portæ: ut loquerétur ei in dolo † & percússit illum ibi in ínguine: & mórtuus est in ultiónem sánguinis Asaël fratris ejus.

Lectio tertia.

QUod cùm audísset David rem jam gestam, ait. Mundus ego sum, & regnum meum, apud Dóminum usque in sempitérnum, à sánguine Abner filii Ner: & véniat super caput Joab, & super omnem domum patris ejus † nec defíciat de domo Joab fluxum séminis sústinens: & leprósus, & tenens fusum, & cadens gládio, & índigens pane. Igitur Joab & Abísaï frater ejus interfecérunt Abner: eò quòd occidísset Asaël fratrem eórum in Gábaon, in prælio.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

DIxit autem David ad Joab, & ad omnem pópulum, qui erat cum eo † Scíndite vestiménta vestra, & accingímini saccis, & plángite ante exéquias Abner: porrò rex David sequebátur féretrum.

Lectio secunda.

CUmque sepelíssent Abner in Hebron, levávit rex David vocem suam, & flevit super túmulum Abner: flevit autem & omnis pópulus. Plangénsque rex & lugens Abner, ait. Nequáquam ut mori solent ignávi, mórtuus est Abner. Manus tuæ ligátæ non sunt: & pedes tui non sunt compédibus aggraváti: sed sicut solent cádere

m filiis iniquitátis, sic corruísti. geminánsque omnis pópulus flevit r eum.

Lectio tertia.

Umque venísset univérsa multitúdo cibum cápere cum David clara ıc die, jurávit David, dicens. Hæc at mihi Deus, & hæc addat: si ante ısum solis gustávero panem, vel d quidquam. Omnísque pópulus aut ⁊ & placuérunt eis cuncta quæ ferex in conspéctu totíus pópuli: & nóvit omne vulgus, & univérsus el in die illa, quóniam non actum set à rege ut occiderétur Abner fi- Ner.

MINICA SEPTIMA.

Lectio prima.

Incipit liber Regum, tértius.

T rex David senúerat ⁊ habebátque ætátis plúrimos dies: cùmque opeur véstibus, non calefiébat. Dixé- ergo ei servi sui. Quærámus dóo nostro regi adolescéntulam vírgi- ⁊ & stet coram rege, & fóveat ı, dormiátque in sinu suo: & caleat dóminum nostrum regem.

Lectio secunda.

Uæsiérunt ígitur adolescéntulam speciósam in ómnibus fínibus Is- : & invenérunt Abísag Sunamíti- ı, & adduxérunt eam ad regem. Erat em puélla pulchra nimis ⁊ dormieque cum rege, & ministrábat ei: rex ò non cognóvit eam.

Lectio tertia.

Donías autem filius Haggith elevabátur, dicens: Ego regnábo. Feque sibi currus & équites: & quingínta viros qui cúrrerent ante eum. corrípuit eum pater suus aliquándo, dicens ⁊ Quare hoc fecísti? Erat autem & ipse pulcher valde: secúndus natu post Absalom. Et sermo ei cum Joab fílio Sarvíæ ⁊ & cum Abiáthar sacerdóte: qui adjuvábat partes Adoníæ.

Lectio quarta.

SAdoc verò sacérdos, & Banaías fílius Jójadæ, & Nathan prophéta, & Séměi, & Reï, & robur exércitus David non erat cum Adonía. Immolátis ergo Adonías ariétibus & vítulis, & univérsis pínguibus, juxta lápidem Zohéleth, qui erat vicínus fonti Rogel: vocávit univérsos fratres suos filios regis, & omnes viros Juda servos regis.

Lectio quinta.

NAthan autem prophétam, & Banaíam, & robústos quosque: & Salomónem fratrem suum non vocávit. Dixit ítaque Nathan ad Bethsabée matrem Salomónis. Num audísti, quòd regnáverit Adonías fílius Haggith, & dóminus noster David hoc ignórat? Nunc ergo veni ⁊ áccipe consílium à me: & salva ánimam tuam filiíque tui Salomónis.

Lectio sexta.

VAde, & ingrédere ad regem David, & dic ei. Nonne tu dómine mi rex jurásti mihi ancíllæ tuæ, dicens ⁊ Sálomon fílius tuus regnábit post me, & ipse sedébit in sólio meo? Quare ergo regnat Adonías? Et ahduc te loquénte cum rege, ego véniam post te: & complébo sermónes tuos.

Lectio septima.

INgréssa est ítaque Bethsabée ad regem in cubículum ⁊ rex autem senúerat nimis: & Abísag Sunamítis ministrábat ei. Inclinávit se Bethsabée: & adorávit regem. Ad quam rex. Quid tibi (inquit) vis? Quæ respóndens, ait.

Dómine mi, tu jurásti per Dóminum Deum tuum ancíllæ tuæ, Sálomon filius tuus regnábit post me: & ipse sedébit in sólio meo. Et ecce nunc Adonías regnat: te, dómine mi rex, ignoránte.

Lectio octava.

MActávit boves, & pínguia quæque, & aríetes plúrimos ꝉ & vocávit omnes filios regis: Abíathar quoque sacerdótem, & Joab príncipem milítiæ. Salomónem autem servum tuum non vocávit. Verúmtamen, dómine mi rex, in te óculi respíciunt totíus Isráël: ut índices eis, quis sedére débeat in sólio tuo, dómine mi rex, post te. Erítque, cùm dormíerit dóminus meus rex cum pátribus suis: érimus ego & filius meus Sálomon peccatóres.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

ADhuc illa loquénte cum rege: Nathan prophéta venit. Et nuntiavérunt regi, dicéntes: Adest Nathan prophéta. Cùmque introísset in conspéctu regis, & adorásset eum pronus in terram: dixit Nathan. Dómine mi rex, tu dixísti ꝉ Adonías regnet post me, & ipse sédeat super thronum meum? Quia descéndit hódie, & immolávit boves, & pínguia, & aríetes plúrimos ꝉ & vocávit univérsos filios regis: & príncipes exércitus. Abíathar quoque sacerdótem ꝉ illísque vescéntibus, & bibéntibus coram eo, & dicéntibus: Vivat rex Adonías.

Lectio secunda.

ME servum tuum, & Sadoc sacerdótem: & Banaíam filium Jójadæ, & Salomónem fámulum tuum non vocávit. Nunquid à dómino meo rege exívit hoc verbum? & mihi non indicásti servo tuo, quis sessúrus esset super thronum dómini mei regis post eum? Et respóndit rex David, dicens: Vocáte ad me Bethsabée.

Lectio tertia.

QUæ cùm fuisset ingréssa coram rege: & stetísset ante eum, jurávit rex, & ait ꝉ Vivit Dóminus, qui éruit ánimam meam de omni angústia: quia sicut jurávi tibi per Dóminum Deum Isráël, dicens ꝉ Sálomon filius tuus regnábit post me: & ipse sedébit super sólium meum pro me: sic fáciam hódie. Summissóque Bethsabée in terram vultu, adorávit regem, dicens. Vivat dóminus meus David in ætérnum.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

DIxit quoque rex David. Vocáte mihi Sadoc sacerdótem, & Nathan prophétam, & Banaíam filium Jójadæ. Qui cùm ingréssi fuíssent coram rege: dixit ad eos. Tóllite vobíscum servos dómini vestri, & impónite Salomónem filium meum super mulam meam ꝉ & dúcite eum in Gihon: & ungat eum ibi Sadoc sacérdos, & Nathan prophéta, in regem super Isráël: & canétis búccina ꝉ atque dicétis: Vivat rex Sálomon.

Lectio secunda.

ET ascendétis post eum, & véniet: & sedébit super sólium meum ꝉ & ipse regnábit pro me: illíque præcípiam, ut sit dux super Isráël, & super Judam. Et respóndit Banaías filius Jójadæ regi, dicens ꝉ Amen: sic loquátur Dóminus Deus dómini mei regis. Quómodo fuit Dóminus cum dómino meo rege ꝉ sic sit cum Salomóne: & sublímius fáciat sólium ejus à sólio dómini

egis David.

Lectio tertia.

Escéndit ergo Sadoc sacérdos, & Nathan prophéta, & Banaías fi-ójadæ, & Cceréthi, & Phieléthi: & uérunt Salomónem super mulam David, & adduxérunt eum in Gi-Sumpsítque Sadoc sacérdos cornu e tabernáculo, & unxit Salomó-! & cecinérunt búccina, & dixit pópulus: Vivat rex Sálomon. Et lit univérsa multitúdo post eum ! pulus canéntium tíbiis, & lætán-gaúdio magno: & insónuit terra nóre eórum.

)MINICA OCTAVA.

Lectio prima.

Jdívit autem Adonías, & omnes qui invitáti fúerant ab eo: jam-onvívium finítum erat. Sed & Jo-líta voce tubæ, ait ! Quid sibi vult r civitátis tumultuántis? Adhuc oquénte ! Jónathas fílius Abía-acerdótis venit ! cui dixit Ado-Ingrédere: quia vir fortis es, & núntians.

Lectio secunda.

Espondítque Jónathas Adoníæ: Nequáquam, dóminus enim noster vid regem constítuit Salomónem ! ue cum eo Sadoc sacerdótem, & n prophétam, & Banaíam fílium :, & Ceréthi, & Pheléthi: & impo-it eum super mulam regis. Unxe-ie eum Sadoc sacérdos, & Nathan éta regem in Gihon: & ascendé-ide lætántes ! & insónuit cívitas: t vox, quam audístis.

Lectio tertia.

l & Sálomon sedet super sólium gni. Et ingréssi servi regis bene-dixérunt dómino nostro regi David, di-céntes. Amplíficet Deus nomen Salomó-nis super nomen tuum: & magníficet thronum ejus super thronum tuum. Et adorávit rex in léctulo suo: & locútus est. Benedíctus Dóminus Deus Israël: qui dedit hódie sedéntem in sólio meo, vidéntibus óculis meis.

Lectio quarta.

TErriti sunt ergo, & surrexérunt omnes qui invitáti fúerant ab Adonía ! & ivit unusquísque in viam suam: Adonías autem timens Salomó-nem ! surréxit, & ábiit: tenuítque cornu altáris. Et nuntiavérunt Salomó-ni, dicéntes. Ecce Adonías timens regem Salomónem, ténuit cornu al-táris, dicens. Juret mihi rex Sálomon hódie: quòd non interfíciat servum suum gládio.

Lectio quinta.

DIxítque Sálomon: Si fúerit vir bonus ! non cadet ne unus qui-dem capíllus ejus in terram: sin autem malum invéntum fúerit in eo, moriétur. Misit ergo rex Sálomon, & edúxit eum ab altári ! & ingréssus adorávit regem Salomónem ! dixítque ei Sálomon: Va-de in domum tuam.

Lectio sexta.

APpropinquavérunt autem dies Da-vid ut morerétur: præcepítque Salomóni fílio suo, dicens. Ego ingré-dior viam univérsæ terræ: confortáre, & esto vir. Et obsérva custódias Dómini Dei tui ! ut ámbules in viis ejus: ut custódias cæremónias ejus, & præcépta ejus, & judícia, & testimónia ! sicut scriptum est in lege Moysi: ut intélli-gas univérsa quæ facis, & quocúmque te vérteris.

Lectio septima.

UT confirmet Dóminus sermónes suos, quos locútus est de me, dicens. Si custodíerint filii tui vias suas, & ambuláverint coram me in veritáte, in omni corde suo, & in omni ánima sua: non auferétur tibi vir de sólio Israël. Tu quoque nosti quæ fécerit mihi Joab filius Sarvíæ † quæ fécerit duóbus princípibus exércitus Israël, Abner filio Ner, & Amasæ filio Jether: quos occídit, & effúdit sánguinem belli in pace † & pósuit cruórem prælii in báltheo suo, qui erat circa lumbos ejus: & in calceaménto suo, quod erat in pédibus ejus. Fácies ergo juxta sapiéntiam tuam: & non dedúces canítiem ejus pacíficè ad ínferos.

Lectio octava.

SEd & filiis Berzellái Galaadítis reddes grátiam † erúntque comedéntes in mensa tua: occurrérunt enim mihi, quando fugiébam à fácie Absalom fratris tui. Habes quoque apud te Séměi filium Gera filii Jémini de Bahúrim, qui maledíxit mihi maledictióne péssima, quando ibam ad Castra † sed quia descéndit mihi in occúrsum cùm transírem Jordánem: & jurávi ei per Dóminum: dicens † Non te interfíciam gládio: tu noli pati eum esse innóxium.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

MIsit quoque rex, & vocávit Séměi: dixítque ei. Ædífica tibi domum in Jerúsalem, & hábita ibi: & non egrediéris inde huc atque illuc. Quacúmque autem die egréssus fúeris, & transíeris Torréntem Cedron, scito te interficiéndum: sanguis tuus erit super caput tuum.

Lectio secunda.

DIxítque Séměi regi † Bonus sermo: sicut locútus est dóminus meus rex, sic fáciet servus tuus. Habitávit ítaque Séměi in Jerúsalem diébus multis. Factum est autem post annos tres, ut fúgerent servi Séměi ad Achis filium Maácha regem Geth: nuntiatúmque est Séměi, quòd servi ejus issent in Geth.

Lectio tertia.

ET surréxit Séměi, & stravit ásinum suum: ivítque ad Achis in Geth ad requiréndum servos suos, & addúxit eos de Geth. Nuntiátum est autem Salomóni, quòd isset Séměi in Geth de Jerúsalem, & rediísset.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

ET mittens vocávit eum: dixítque illi. Nonne testificátus sum tibi per Dóminum, & prædíxi tibi † Quacúmque die egréssus íeris huc, & illuc, scito te esse moritúrum? Et respondísti mihi: Bonus sermo, quem audívi.

Lectio secunda.

QUare ergo non custodísti jusjurándum Dómini, & præcéptum quod præcéperam tibi? Dixítque rex ad Séměi: Tu nosti omne malum, cujus tibi cónscium est cor tuum, quod fecísti David patri meo.

Lectio tertia.

REddidit Dóminus malítiam tuam in caput tuum. Et rex Sálomon benedíctus, & thronus David erit stábilis coram Dómino usque in sempitérnum. Jussit ítaque rex Banaíæ filio Jójadæ: qui egréssus, percússit eum, & mórtuus est.

)MINICA NONA.

Lectio prima.

ıcipit liber Regum, quartus.
ævaricátus eſt autem Moab in Iſ-
ël: poſtquam mórtuus eſt Achab.
itque Ochozías per cancéllos cœ-
ſui, quod habébat in Samaría,
otávit: misítque núntios, dicens
. Ite, conſúlite Beelzébub, deum
on: utrum vívere queam de in-
ıte mea hac.

Lectio ſecunda.

Ngelus autem Dómini locútus eſt
d Elíam Theſbíten, dicens. Sur-
aſcénde in occúrſum nuntiórum
Samaríæ: & dices ad eos. Nun-
ıon eſt Deus in Iſraël, ut eátis ad
léndum Beelzébub deum Acca-
Quamóbrem hæc dicit Dóminus.
ctulo, ſuper quem aſcendíſti, non
ıdes: ſed morte moriéris.

Lectio tertia.

ábiit Elías. Reversíque ſunt nún-
ı ad Ochozíam. Qui dixit eis †
: revérſi eſtis? At illi reſpondé-
i † Vir occúrrit nobis, & dixit ad
Ite, & revertímini ad regem, qui
vos: & dicétis ei, Hæc dicit Dó-
: † Nunquid, quia non erat Deus
aël, mittis ut conſulátur Beelzé-
eus Accaron? Idcírco de léctulo
quem aſcendíſti, non deſcéndes:
orte moriéris.

Lectio quarta.

Ui dixit eis. Cujus figúræ & há-
bitus eſt vir ille, qui occúrrit vo-
& locútus eſt verba hæc? At illi
ınt: Vir pilóſus, & zona pellícea
ctus rénibus. Qui ait: Elías Theſ-
eſt. Misítque ad eum quinquage-
n príncipem: & quinquagínta qui
erant ſub eo. Qui aſcéndit ad eum †
ſedentíque in vértice montis, ait: Ho-
mo Dei, rex præcépit ut deſcéndas.

Lectio quinta.

RESpondénſque Elías, dixit quin-
quagenário † Si homo Dei ſum,
deſcéndat ignis de cælo: & dévoret te,
& quinquagínta tuos. Deſcéndit ítaque
ignis de cælo: & devorávit eum, &
quinquagínta qui erant cum eo. Rur-
ſúmque miſit ad eum príncipem quin-
quagenárium álterum: & quinquagín-
ta cum eo. Qui locútus eſt illi. Homo
Dei † hæc dicit rex: Feſtína, deſcénde.
Reſpóndens Elías, ait. Si homo Dei
ego ſum: deſcéndat ignis de cælo, &
dévoret te, & quinquagínta tuos. Deſ-
céndit ergo ignis de cælo: & devorávit
illum, & quinquagínta ejus.

Lectio ſexta.

ITerum miſit príncipem quinquage-
nárium tértium: & quinquagínta qui
erant cum eo. Qui cùm veníſſet † cur-
vávit génua contra Elíam: & precátus
eſt eum, & ait † Homo Dei, noli deſ-
pícere ánimam meam: & ánimas ſervó-
rum tuórum, qui mecum ſunt. Ecce
deſcéndit ignis de cælo: & devorávit
duos príncipes quinquagenários pri-
mos † & quinquagénos qui cum eis
erant: ſed nunc óbſecro, ut miſereáris
ánimæ meæ.

Lectio ſeptima.

LOcútus eſt autem Angelus Dómini
ad Elíam, dicens † Deſcénde cum
eo: ne tímeas. Surréxit ígitur, & deſ-
céndit cum eo ad regem: & locútus eſt
ei. Hæc dicit Dóminus † quia misíſti nún-
tios ad conſuléndum Beelzébub deum
Accaron: quaſi non eſſet Deus in Iſraël,
à quo poſſes interrogáre ſermónem †
ídeo de léctulo, ſuper quem aſcendíſti,

non descéndes : sed morte moriéris.

Lectio octava.

MOrtuus est ergo juxta sermónem Dómini, quem locútus est Elías ℣ & regnávit Joram frater ejus pro eo, anno secúndo Joram filii Jósaphat regis Judæ : non enim habébat filium. Réliqua autem verbórum Ochozíæ, quæ operátus est, nonne hæc scripta sunt in libro sermónum diérum regum Israël ?

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

FActum est autem, cùm leváre vellet Dóminus Elíam per túrbinem in cælum, ibant Elías & Elisæus de Gálgalis. Dixítque Elías ad Elisæum ℣ Sede hìc : quia Dóminus misit me usque in Bethel. Cui ait Elisæus ℣ Vivit Dóminus, & vivit ánima tua : quia non derelínquam te. Cùmque descendíssent Bethel : egréssi sunt filii prophetárum, qui erant in Bethel, ad Elisæum, & dixérunt ei ℣ Nunquid nosti, quia Dóminus tollet dóminum tuum à te ? Qui respóndit ℣ Et ego novi : siléte.

Lectio secunda.

DIxit autem Elías ad Elisæum ℣ Sede hìc : quia Dóminus misit me in Jerícho. Et ille ait ℣ Vivit Dóminus & vivit ánima tua : quia non derelínquam te. Cùmque veníssent Jerícho, accessérunt filii prophetárum, qui erant in Jerícho, ad Elisæum, & dixérunt ei ℣ Nunquid nosti, quia Dóminus hódie tollet dóminum tuum à te ? Et ait ℣ Et ego novi : siléte.

Lectio tertia.

DIxit autem ei Elías ℣ Sede hìc : quia Dóminus misit me usque ad Jordánem. Qui ait ℣ Vivit Dóm[inus] & vivit ánima tua : quia non de[relínquam] te. Iérunt igitur ambo pa[riter,] & quinquagínta viri de filiis pr[ophe]tárum secúti sunt eos ℣ qui & ste[terunt] è contra, longè : illi autem amb[o sta]bant super Jordánem.

IN ALIO FESTO

Lectio prima.

TUlítque Elías pállium suum, [et in]vólvit illud ℣ & percússit a[quas,] quæ divísæ sunt in utrámque pa[rtem,] & transiérunt ambo per siccum. [Cúm]que transíssent : Elías dixit ad Eli[sæum] Póstula quod vis ut fáciam tibi : [ante]quam tollar à te. Dixítque Eli[sæus] Obsecro, ut fiat in me duplex sp[íritus] tuus. Qui respóndit : Rem diffi[cilem] postulásti ℣ áttamen si víderis me [quan]do tollar à te : erit tibi quod pe[tísti :] si autem non víderis : non erit.

Lectio secunda.

CUmque pérgerent, & inc[edén]tes sermocinaréntur : ecce c[urrus] ígneus, & equi ígnei divisérunt u[trúm]que. Et ascéndit Elías per túrbin[em in] cælum. Elisæus autem vidébat, & [cla]mábat. Pater mi, pater mi : curru[s Is]raël, & auriga ejus. Et non vidi[t eum] ámpliùs ℣ apprehendítque vesti[menta] sua : & scidit illa in duas partes.

Lectio tertia.

ET levávit pállium Elíæ, quo[d ce]cíderat ei : reversúsque stetit [super] ripam Jordánis ℣ & pállio Elíæ, [quod] cecíderat ei, percússit aquas, & [non] sunt divísæ : & dixit. Ubi est Deu[s Elíæ] étiam nunc ? Percussítque aquas [et] divísæ sunt huc atque illuc : & tr[ansiit] Elisæus.

MINICA DECIMA.

Lectio prima.

Idéntes autem filii prophetárum, qui erant in Jerícho, è contra ✠ unt: Requiévit spíritus Elíæ super um. Et veniéntes in occúrsum ejus, avérunt eum proni in terram: dintque illi. Ecce, cum servis tuis quinquagínta viri fortes, qui posire, & quærere dóminum tuum: rtè túlerit eum Spíritus Dómini ✠ ojécerit eum in unum móntium: n unam vállium. Qui ait: Nolíte re.

Lectio secunda.

Oègerúntque eum, donec acquiésceret, & díceret: Míttite. Et misé- quinquagínta viros ✠ qui cùm issent tribus diébus: non invené- Et revérsi sunt ad eum ✠ at ille haat in Jerícho: & dixit eis. Nunnon dixi vobis ✠ nolíte míttere?

Lectio tertia.

Ixérunt quoque viri civitátis ad Elisæum. Ecce habitátio civitátis s óptima est, sicut tu ipse dómine icis ✠ sed aquæ péssimæ sunt: & stérilis. At ille ait. Afférte mihi novum: & míttite in illud sal. d cùm attulissent ✠ egréssus ad fonaquárum: misit in illum sal, & ait. dicit Dóminus ✠ Sanávi aquas has: on erit ultrà in eis mors, neque stes. Sanátæ sunt ergo aquæ usque in hanc: juxta verbum Elisæi, quod tus est.

Lectio quarta.

Scéndit autem inde in Bethel: cùmque ascénderet per viam ✠ púeri i egréssi sunt de civitáte: & illudéei, dicéntes. Ascénde calve: ascénde calve. Qui cùm respexísset, vidit eos ✠ & maledíxit eis in nómine Dómini: egressíque sunt duo ursi de saltu, & laceravérunt ex eis quadragínta duos púeros. Abiit autem inde in montem Carméli: & inde revérsus est in Samaríam.

Lectio quinta.

Joram verò fílius Achab regnávit super Israël in Samaría anno décimo octávo Jósaphat regis Judæ. Regnavítque duódecim annis. Et fecit malum coram Dómino ✠ sed non sicut pater suus & mater: tulit enim státuas Baal, quas fécerat pater ejus. Verúmtamen in peccátis Jeroboám filii Nabat, qui peccáre fecit Israël, adhæsit: nec recéssit ab eis.

Lectio sexta.

Porrò Mesa rex Moab, nutriébat pécora multa: & solvébat regi Israël centum míllia agnórum, & centum míllia aríetum, cum velléribus suis. Cùmque mórtuus esset Achab, prævaricátus est fœdus, quod habébat cum rege Israël.

Lectio septima.

Egréssus est ígitur rex Joram in die illa de Samaría: & recénsuit univérsum Israël. Misítque ad Jósaphat regem Juda, dicens ✠ Rex Moab recéssit à me: veni mecum contra eum ad prælium. Qui respóndit: Ascéndam ✠ qui meus est, tuus est: pópulus meus, pópulus tuus, & equi mei, equi tui.

Lectio octava.

Dixítque ✠ Per quam viam ascendémus? At ille respóndit: Per desértum Iduméæ. Perrexérunt ígitur, rex Israël, & rex Juda, & rex Edom, & circuiérunt per viam septem diérum: nec erat aqua exercítui, & juméntis, quæ sequebántur eos.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

DIxítque rex Israël. Heu, heu, heu, congregávit nos Dóminus tres reges: ut tráderet in manus Moab. Et ait Jósaphat. Estne hic prophéta Dómini, ut deprecémur Dóminum per eum? Et respóndit unus de servis regis Israël, Est hic Elisæus filius Saphat: qui fundébat aquam super manus Elíæ. Et ait Jósaphat: Est apud eum sermo Dómini.

Lectio secunda.

DEscendítque ad eum rex Israël: & Jósaphat rex Juda, & rex Edom. Dixit autem Elisæus ad regem Israël. Quid mihi & tibi est? Vade ad prophétas patris tui, & matris tuæ.

Lectio tertia.

ET ait illi rex Israël. Quare congregávit Dóminus tres reges hos, ut tráderet eos in manus moab? Dixítque ad eum Elisæus. Vivit Dóminus exercítuum, in cujus conspéctu sto: quòd si non vultum Jósaphat regis Judæ erubéscerem ℣ non attendíssem quidem te, nec respexíssem.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

MUlier autem quædam de uxóribus prophetárum clamábat ad Elisæum, dicens. Servus tuus vir meus mórtuus est: & tu nosti quia servus tuus fuit timens Dóminum ℣ & ecce créditor venit ut tollat duos filios meos ad serviéndum sibi. Cui dixit Elisæus ℣ Quid vis ut fáciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respóndit ℣ Non hábeo ancílla tua quidquam in domo mea: nisi parum ólei, quo ungar.

Lectio secunda.

CUi ait ℣ Vade: pete mútuò ab ómnibus vicínis tuis vasa vácua non pauca. Et ingrédere, & claude óstium tuum cùm intrinsecus fúeris tu & filii tui ℣ & mitte inde in ómnia vasa hæc: & cùm plena fúerint, tolles.

Lectio tertia.

IVit ítaque múlier, & clausit óstium super se, & super filios suos ℣ illi offerébant vasa: & illa infundébat. Cùmque plena fuíssent vasa ℣ dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respóndit: non hábeo. Stetítque óleum. Venit autem illa: & indicávit hómini Dei. Et ille. Vade (inquit) vende óleum, & redde creditóri tuo: tu autem, & filii tui vívite de relíquo.

ANTIPHONÆ DE LIBRIS Salomonis dicendæ in Sabbatis ad Magnificat à Calendis Augusti usque ad Calendas Septembris.

Dominica autem Calendis proximior dicitur, ita ut si Calendæ fuerint 2. 3. & 4. feria, tunc prima Dominica in qua liber Scripturæ inchoandus ponitur, est ea quæ præcedit Calendas. Sin autem 5. & 6. feria, vel Sabbato, est ea quæ sequitur.

Antiph. 1. Obsérva * fili mi præcépta patris tui, & ne dimíttas legem matris tuæ, liga ea in corde tuo júgiter.

Antiph. 2. Dóminus possédit me * inítio viárum suárum ántequam quidquam fáceret à princípio, necdum erant abyssi, & ego parturiébar: quando præparábat cælos, áderam cum eo compónens ómnia.

Antiph. 3. Omnis * sapiéntia à Dómino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ævum.

Antiph. 4. Fili à juventúte tua * éx-

cipe doctrínam, & usque ad canos invénies sapiéntiam.

Antiph. 5. Attingit * sapiéntia ubíque propter suam mundítiam, & nihil inquinátum in illam incúrrit: candor est enim lucis ætérnæ, & spéculum sine mácula.

DOMINICA PROPINQUIORI Calendis Augusti.

Ad primas Vesperas.

Capitul. Benedíctus Deus. *pag.* 96.

Magnum ℟. Avérsio. *ut infrà.*

Hymnus. Deus creátor. *pag.* 96.

℣. Elevátio. *pag.* 106.

Ad Magnificat. Antiph. prima de supradictis. Oratio Dominicæ subsequenter currentis.

Ad Matutinas ut in psalterio præter Lectiones & Responsoria quæ hic habentur.

Lectio prima.

Incipit liber Proverbiórum.

PArábolæ Salomónis, filii David regis Israël: ad sciéndam sapiéntiam, & disciplínam: ad intelligénda verba prudéntiæ ✠ & suscipiéndam eruditiónem doctrínæ, justítiam, & judícium, & æquitátem: ut detur párvulis astútia, adolescénti sciéntia, & intelléctus. Tu autem.

℟. Audi fili mi disciplínam patris tui, & ne dimíttas legem matris tuæ. † Ut multiplicéntur tibi anni vitæ.

℣. Fili mi ne obliviscáris legis meæ, & præcépta mea custódiat cor tuum. Ut.

Lectio secunda.

AUdiens sapiens, sapiéntior erit: & intélligens gubernácula possidébit. Animadvértet parábolam, & interpretatiónem: verba sapiéntum, & ænígmata eórum. Timor Dómini, princípium sapiéntiæ. Sapiéntiam, atque doctrínam stulti despíciunt. Audi fili mi, disciplínam patris tui ✠ & ne dimíttas legem matris tuæ: ut addátur grátia cápiti tuo, & torques collo tuo.

℟. Avérsio parvulórum interfíciet eos, & prospéritas stultórum perdet eos. † Qui autem me audíerit, absque terróre quiéscet.

℣. O viri ad vos clámito, & vox mea ad filios hóminum. Qui autem.

Lectio tertia.

FIli mi, si te lactáverint peccatóres: ne acquiéscas eis. Si díxerint ✠ Veni nobíscum: insidiémur sánguini ✠ abscondámus tendículas contra insóntem frustra ✠ deglutiámus eum sicut inférnus vivéntem: & íntegrum quasi descendéntem in lacum. Omnem pretiósam substántiam reperiémus: implébimus domos nostras spóliis. Sortem mitte nobíscum: marsúpium unum sit ómnium nostrûm.

℟. Præbe fili cor tuum mihi, & óculi tui vias meas custódiant. † Ut addátur grátia cápiti tuo.

℣. Atténde fili mi sapiéntiam meam, & prudéntiæ meæ inclina aurem tuam. Ut addátur.

Lectio quarta.

FIli mi, ne ámbules cum eis: próhibe pedem tuum à sémitis eórum. Pedes enim illórum ad malum currunt: & festinant ut effúndant sánguinem. Frustra autem jácitur rete ante óculos pennatórum. Ipsi quoque contra sánguinem suum insidiántur: & moliúntur fraudes contra ánimas suas. Sic sémitæ omnis avári, ánimas possidéntium rápiunt.

℟. Dómini est terra. *pag.* 425.

Lectio quinta.

SApiéntia foris prædicat, in platéis dat vocem suam ✠ in cápite turbá-

rum clámitat : in fóribus portárum urbis profert verba sua, dicens. Usquequo párvuli dilígitis infántiam ✠ & stulti ea, quæ sibi sunt nóxia, cúpient, & imprudéntes odíbunt sciéntiam ? Convertímini ad correptiónem meam ✠ en próferam vobis spíritum meum : & osténdam vobis verba mea.

℟. Verbum iníquum & dolósum longè fac à me Dómine. † Divítias & paupertátem ne déderis mihi : sed tantùm víctui meo tríbue necessária.

℣. Duo rogávi te, ne déneges mihi ántequam móriar. Divítias.

Lectio sexta.

QUia vocávi, & renuístis ✠ exténdi manum meam : & non fuit qui aspíceret. Despexístis omne consílium meum : & increpatiónes meas neglexístis. Ego quoque in intéritu vestro ridébo : & subsannábo, cùm vobis id, quod timebátis, advénerit.

℟. Ne derelínquas me Dómine Pater, & dominátor vitæ meæ, ut non córruam in conspéctu adversariórum meórum. † Ne gaúdeat de me inimícus meus.

℣. Extolléntiam oculórum meórum ne déderis mihi, & omne desidérium pravum avérte à me. Ne gaúdeat.

Lectio septima.

CUm irrúerit repentína calámitas ✠ & intéritus quasi tempéstas ingrúerit : quando vénerit super vos tribulátio, & angústia. Tunc invocábunt me, & non exaúdiam ✠ manè consúrgent, & non invénient me : eò quòd exósam habúerint disciplínam, & timórem Dómini non suscéperint ✠ nec acquiéverint consílio meo : & detráxerint univérsæ correptióni meæ.

℟. Gyrum cæli circuívi sola, & in flúctibus maris ambulávi, in omni [...] & in omni pópulo primátum tén[...] Superbórum & sublímium colla pr[...] virtúte calcávi.

℣. Ego in altíssimis habitávi, & [...]nus meus in colúmna nubis. S[...]bórum.

Lectio octava.

COmédent ígitur fructus viæ [...] suísque consíliis saturabúntu[...] vérsio parvulórum interfíciet eo[...] prospéritas stultórum perdet illos. [...] autem me audíerit, absque terró[...] quiéscet : & abundántia perfructu[...] móre malórum subláto.

℟. Ad te Dómine. *pag.* 426.

Reliquæ 4. Lectiones sunt de ho[...] Dominicæ occurrentis.

℟. 9. Da mihi Dómine sédium [...]rum assistrícem sapiéntiam, & noli m[...] probáre à púeris tuis. † Quóniam s[...] tuus sum ego, & fílius ancíllæ tuæ.

℣. Mitte illam à sede magnitú[...] tuæ, ut mecum sit, & mecum lab[...] Quóniam.

℟. 10. Emítte Dómine sapién[...] de sede magnitúdinis tuæ, ut mecum [...] & mecum labóret. † Ut sciam qui[...] céptum sit coram te omni témpore.

℣. Scit enim illa ómnia & intéll[...] & dedúcet me in opéribus meis s[...] Ut sciam.

℟. 11. Aúdiam Dómine. *pag.* 4[...]

℟. 12. Inítium sapiéntiæ timor [...]mini. † Intelléctus bonus ómnibu[...] ciéntibus eum, laudátio ejus man[...] séculum séculi.

℣. Lex Dómini immaculáta co[...]tens ánimas, testimónium Dómi[...]déle, sapiéntiam præstans párvulis [...]telléctus.

℣. Glória Patri. In séculum sé[...]

PER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

li mi, si suscéperis sermónes meos, & mandáta mea abscónderis penes t aúdiat sapiéntiam auris tua: in- cor tuum ad cognoscéndam pru- iam. Si enim sapiéntiam invocáve- & inclináveris cor tuum prudéntiæ: æsieris eam quasi pecúniam, & si- hesaúros effóderis illam ♱ tunc in- es timórem Dómini, & sciéntiam nvénies: quia Dóminus dat sapién- , & ex ore ejus prudéntia & sciéntia.

Lectio secunda.

Ustódiet rectórum salútem ♱ & próteget gradiéntes simplíciter: ns sémitas justítiæ, & vias sanctó- custódiens. Tunc intélliges justí- , & judícium, & æquitátem: & m sémitam bonam. Si intráverit ntia cor tuum ♱ & sciéntia ánimæ placúerit: consílium custódiet te, udéntia servábit te.

Lectio tertia.

T eruáris à via mala: & ab hó- mine, qui pervérsa lóquitur. Qui quunt iter rectum, & ámbulant per tenebrósas ♱ qui lætántur cùm ma- erint, & exúltant in rebus péssi- quorum viæ pervérsæ sunt: & in- s gressus eórum. Ut eruáris à mu- aliéna, & ab extránea, quæ mollit ónes suos ♱ & relínquit ducem pu- tis suæ: & pacti Dei sui oblíta est.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

i mi, ne oblivíscáris legis meæ ♱ præcépta mea cor tuum custó- longitúdinem enim diérum, & an- itæ, & pacem appónent tibi. Mi- sericórdia & véritas te non déserant: circúmda eas gútturi tuo ♱ & describe in tábulis cordis tui: & invénies grá- tiam, & disciplínam bonam coram Deo, & homínibus.

Lectio secunda.

HAbe fidúciam in Dómino ex toto corde tuo: & ne innitáris pru- déntiæ tuæ. In ómnibus viis tuis cógita illum: & ipse díriget gressus tuos. Ne sis sápiens apud temetípsum ♱ time Deum: & recéde à malo. Sánitas quippe erit um- bilíco tuo: & irrigátio óssium tuórum.

Lectio tertia.

HOnóra Dóminum de tua substán- tia, & de primítiis ómnium fru- gum tuárum da ei ♱ & implebúntur hórrea tua saturitáte: & vino torculá- ria tua redundábunt. Disciplínam Dó- mini, fili mi, ne abjícias: nec defícias cùm ab eo corríperis. Quem enim dí- ligit Dóminus, córripit: & quasi pater in fílio cómplacet sibi.

DOMINICA SECUNDA.

Lectio prima.

BEátus homo, qui invénit sapién- tiam, & qui áffluit prudéntia ♱ mé- lior est acquisítio ejus negotiatióne ar- génti, & auri: primi & puríssimi fru- ctus ejus. Pretiósior est cunctis ópibus: & ómnia, quæ desiderántur, huic non valent comparári ♱ longitúdo diérum in déxtera ejus: & in sinístra illíus di- vítiæ, & glória.

Lectio secunda.

VIæ ejus, viæ pulchræ: & omnes sémitæ illíus pacíficæ. Lignum vi- tæ est his, qui apprehénderint eam: & qui tenúerit eam, beátus. Dóminus sa- piéntia fundávit terram: stabilívit cæ- los prudéntia. Sapiéntia illíus erupérunt

abyssi : & nubes rore concréscunt. Fili mi, ne éffluant hæc ab óculis tuis.

Lectio tertia.

CUstódi legem atque consílium : & erit vita ánimæ tuæ, & grátia faúcibus tuis. Tunc ambulábis fiduciáliter in via tua : & pes tuus non impínget. Si dormíeris, non timébis : quiésces, & suávis erit somnus tuus † ne páveas repentíno terróre : & irruéntes tibi poténtias impiórum. Dóminus enim erit in látere tuo : & custódiet pedem tuum, ne capiáris.

Lectio quarta.

NOli prohibére benefácere eum, qui potest : si vales, & ipse bénefac. Ne dicas amíco tuo : Vade, & revértere † cras dabo tibi : cùm statim possis dare. Ne moliáris amíco tuo malum : cùm ille in te hábeat fidúciam. Ne conténdas advérsùs hóminem frustra : cùm ipse tibi nihil mali fécerit.

Lectio quinta.

NE æmuléris hóminem injústum, nec imitéris vias ejus † quia abominátio Dómini est omnis illúsor : & cum simplícibus sermocinátio ejus. Egéstas à Dómino in domo ímpii : habitácula autem justórum benedicéntur. Ipse delúdet illusóres : & mansuétis dabit grátiam. Glóriam sapiéntes possidébunt : stultórum exaltátio, ignomínia.

Lectio sexta.

AUdíte filii disciplínam patris : & atténdite ut sciátis prudéntiam. Donum bonum tríbuam vobis : legem meam ne derelinquátis. Nam & ego filius fui patris mei : tenéllus, & unigénitus coram matre mea : & docébat me, atque dicébat † Suscípiat verba mea cor tuum : custódi præcépta mea, & vives. Pósside sapiéntiam, pósside prudéntiam: ne obliviscáris, neque declínes à verbis oris mei.

Lectio septima.

NE dimíttas eam, & custódiet te : dílige eam, & conservábit te. Princípium sapiéntiæ, pósside sapiéntiam † & in omni possessióne tua acquíre prudéntiam. Arrípe illam, & exaltábit te : glorificáberis ab ea, cùm eam fúeris amplexátus. Dabit cápiti tuo augménta gratiárum : & coróna ínclyta próteget te. Audi fili mi, & súscipe verba mea : ut multiplicéntur tibi anni vitæ.

Lectio octava.

VIam sapiéntiæ monstrábo tibi : ducam te per sémitas æquitátis † quas cùm ingréssus fúeris, non arctabúntur gressus tui : & currens non habébis offendículum. Tene disciplínam, ne dimíttas eam : custódi illam, quia ipsa est vita tua. Ne delectéris in sémitis impiórum : nec tibi pláceat malórum via.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

JUstórum autem sémita, quasi lux splendens : procédit, & crescit usque ad perféctam diem. Via impiórum tenebrósa : nésciunt ubi córruant. Fili mi, auscúlta sermónes meos † & ad elóquia mea inclína aurem tuam : ne recédant ab óculis tuis, custódi ea in médio cordis tui. Vita enim sunt inveniéntibus ea : & univérsæ carnis sánitas.

Lectio secunda.

OMni custódia serva cor tuum : quia ex ipso vita procédit. Rémove à te os pravum : & detrahéntia lábia sint procul à te. Oculi tui recta vídeant : & pálpebræ tuæ præcédant gressus tuos. Dírige sémitam pédibus tuis : & omnes viæ tuæ stabiliéntur. Ne

ines ad déxteram, neque ad síni-
n: avérte pedem tuum à malo ꟸ
enim quæ à dextris sunt, novit Dó-
us: pervérsæ verò sunt, quæ à síni-
sunt. Ipse autem rectos fáciet cur-
tuos: itínera autem tua in pace
úcet.

Lectio tertia.

li mi, atténde ad sapiéntiam meam,
t prudéntiæ meæ inclína aurem
ꟸ ut custódias cogitatiónes: &
plínam lábia tua consérvent. Ne
das falláciæ mulíeris. Favus enim
lans lábia meretrícis: & nitídius
guttur ejus ꟸ novíssima autem il-
amára quasi absynthium: & acúta
gládius biceps. Pedes ejus descén-
in mortem: & ad ínferos gressus
pénetrant.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

Unc ergo fili mi, audi me: & ne
recédas à verbis oris mei. Longè
ea viam tuam: & ne appropín-
fóribus domus ejus. Ne des alié-
onórem tuum ꟸ & annos tuos cru-
ne fortè impleántur extránei víri-
uis ꟸ & labóres tui sint in domo
: & gemas in novíssimis, quando
umpseris carnes tuas, & corpus

Lectio secunda.

dicas ꟸ Cur detestátus sum disci-
línam, & increpatiónibus non ac-
it cor meum ꟸ nec audívi vocem
tium me, & magístris non incli-
aurem meam? Penè fui in omni
: in médio ecclésiæ & synagógæ.
aquam de cistérna tua: & fluénta
tui. Derivéntur fontes tui foras:
platéis aquas tuas dívide.

Lectio tertia.

RESpicit Dóminus vias hóminis: & omnes gressus ejus consíderat. Iniquitátes suæ cápiunt ímpium: & fúnibus peccatórum suórum constríngitur. Ipse moriétur, quia non hábuit disciplínam: & in multitúdine stultítiæ suæ decipiétur.

DOMINICA TERTIA.

Lectio prima.

Incipit Liber Ecclesiástes.

VErba Ecclesiástæ, filii David, regis Jerúsalem. Vánitas vanitátum, dixit Ecclesiástes: vánitas vanitátum, & ómnia vánitas. Quid habet ámplius homo de univérso labóre suo, quo labórat sub sole? Generátio prǽterit, & generátio ádvenit: terra autem in ætérnum stat.

Lectio secunda.

ORitur sol & óccidit, & ad locum suum revértitur ꟸ ibíque renáscens, gyrat per merídiem, & fléctitur ad Aquilónem ꟸ lustrans univérsa in circúitu pergit spíritus: & in círculos suos revértitur. Omnia flúmina intrant in mare: & mare non redúndat ꟸ ad locum, unde éxeunt flúmina, revertúntur: ut íterum fluant.

Lectio tertia.

CUnctæ res difficiles: non potest eas homo explicáre sermóne. Non saturátur óculus visu: nec auris audítu implétur. Quid est quod fuit? Ipsum quod futúrum est. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciéndum est. Nihil sub sole novum: nec valet quisquam dícere ꟸ Ecce hoc recens est: jam enim præcéssit in sǽculis quæ fuérunt ante nos.

Lectio quarta.

NOn est priórum memória: sed nec eórum quidem, quæ póstea futú-

ra sunt, erit recordátio apud eos, qui futúri sunt in novíssimo. Ego Ecclesiástes fui rex Israël in Jerúsalem: & propósui in ánimo meo quærere & investigáre sapiénter de ómnibus, quæ fiunt sub sole. Hanc occupatiónem péssimam dedit Deus filiis hóminum: ut occuparéntur in ea.

Lectio quinta.

VIdi cuncta, quæ fiunt sub sole: & ecce univérsa vánitas, & afflíctio spíritus. Pervérsi difficilè corrigúntur: & stultórum infinítus est númerus. Locútus sum in corde meo, dicens ꟷ Ecce magnus efféctus sum, & præcéssi omnes sapiéntia, qui fuérunt ante me in Jerúsalem: & mens mea contempláta est multa sapiénter, & dídici.

Lectio sexta.

DEdíque cor meum ut scirem prudéntiam, atque doctrínam, erroréſque, & stultítiam: & agnóvi quòd in his quoque esset labor, & afflíctio spíritus ꟷ eò quòd in multa sapiéntia, multa sit indignátio: & qui addit sciéntiam, addit & labórem. Dixi ego in corde meo ꟷ Vadam, & áffluam delíciis: & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset vánitas.

Lectio septima.

RIsum reputávi errórem, & gaúdio dixi ꟷ Quid frustra decíperis? Cogitávi in corde meo abstráhere à vino carnem meam: ut ánimum meum transférrem ad sapiéntiam, devitarémque stultítiam ꟷ donec vidérem quid esset útile filiis hóminum: quo facto opus est sub sole número diérum vitæ suæ.

Lectio octava.

MAgnificávi ópera mea: ædificávi mihi domos, & plantávi víneas ꟷ feci hortos, & pomária: & conſévi ea cuncti géneris arbóribus. Et extru[...] mihi piscínas aquárum: ut irrigáre[...] silvam lignórum germinántium. Poss[...] di servos & ancillas ꟷ multámque fam[...] liam hábui: arménta quoque, & m[...] gnos óvium greges, ultra omnes, q[...] fuérunt ante me in Jerúsalem. Coac[...] vávi mihi argéntum, & aurum: & su[...] stántias regum, ac provinciárum.

SUPER HEBDOMADA[...]

Lectio prima.

FEci mihi cantóres & cantatríces & delícias filiórum hóminum: sc[...] phos & úrceos in ministério ad vi[...] fundénda. Et supergréssus sum ópib[...] omnes, qui ante me fuérunt in Jerú[...] lem: sapiéntia quoque perseverávit m[...] cum. Et ómnia, quæ desideravéru[...] óculi mei non negávi eis: nec prohib[...] cor meum quin omni voluptáte fru[...] rétur ꟷ & oblectárer se in his, q[...] præparáveram: & hanc ratus sum pa[...] tem meam, si úterer labóre meo.

Lectio secunda.

CUmque me convertíssem ad un[...] vérsa ópera, quæ fécerant man[...] meæ, & ad labóres, in quibus frust[...] sudáveram ꟷ vidi in ómnibus vanit[...] tem, & afflictiónem ánimi: & nihil pe[...] manére sub sole. Transívi ad conte[...] plándam sapiéntiam, erroréſque & st[...] títiam ꟷ (quid est, inquam homo, [...] sequi possit Regem Factórem suum[...] Et vidi quòd tantùm præcéderet sapi[...] tia stultítiam: quantùm differt lux à t[...] nebris.

Lectio tertia.

SApiéntis óculi in cápite ejus ꟷ st[...] tus in ténebris ámbulat: & di[...] quòd unus utriúsque esset intéritus. [...] dixi in corde meo ꟷ Si unus & stult[...]

occáſus erit ꝰ quid mihi prodeſt majórem ſapiéntiæ dedi óperam? túſque cum mente mea: animad- quòd hoc quoque eſſet vánitas.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

E témere quid loquáris: neque cor tuum ſit velox ad proferén- ſermónem coram Deo. Deus enim lo ꝰ & tu ſuper terram: idcírco pauci ſermónes tui. Multas curas úntur ſómnia: & in multis ſermó- s inveniétur ſtultítia.

Lectio ſecunda.

quid vovíſti Deo, ne moréris réd- ere: diſplicet enim ei infidélis & promíſſio ꝰ ſed quodcúmque vó- , redde: multóque mélius eſt non re, quàm poſt votum promíſſa réddere.

Lectio tertia.

E déderis os tuum, ut peccáre fácias carnem tuam ꝰ neque dicas n Angelo: Non eſt providéntia ꝰ rtè irátus Deus contra ſermónes : díſſipet cuncta ópera mánuum m. Ubi multa ſunt ſómnia, plú- ſunt vanitátes, & ſermónes innú- : tu verò Deum time.

MINICA QUARTA.

Lectio prima.

Incipit liber Sapiéntiæ.

lligite juſtítiam: qui judicátis ter- ram. Sentíte de Dómino in bo- : & in ſimplicitáte cordis quærite . Quóniam invenítur ab his, qui tentant illum: appáret autem eis, idem habent in illum. Pervérſæ cogitati nes ſéparant à Deo: pro- utem virtus corripit inſipiéntes.

Lectio ſecunda.

QUóniam in malévolam ánimam non introíbit ſapiéntia: nec habi- tábit in córpore ſúbdito peccátis. Spí- ritus enim ſanctus diſciplínæ effúgiet fictum ꝰ & aúferet ſe à cogitatiónibus, quæ ſunt ſine intelléctu: & corripiétur à ſuperveniénte iniquitáte.

Lectio tertia.

BEnígnus eſt enim Spíritus ſapiéntiæ: & non liberábit malédicum à lábiis ſuis: quóniam renum illíus teſtis eſt Deus ꝰ & cordis illíus ſcrutátor eſt ve- rus: & linguæ ejus audítor. Quóniam Spíritus Dómini replévit orbem terrá- rum: & hoc quod cóntinet ómnia, ſciéntiam habet vocis.

Lectio quarta.

PRopter hoc qui lóquitur iníqua, non poteſt latére: nec prætériet il- lum corrípiens judícium. In cogitatió- nibus enim ímpii interrogátio erit ꝰ ſer- mónum autem illíus audítio ad Deum véniet: ad correptiónem iniquitátis illíus.

Lectio quinta.

QUóniam auris zeli audit ómnia: & tumúltus murmuratiónum non abſcondétur. Cuſtodíte ergo vos à mur- muratióne, quæ nihil prodeſt: & à de- tractióne párcite linguæ ꝰ quóniam ſer- mo obſcúrus in vácuum non ibit: os autem, quod mentítur, occídit ánimam.

Lectio ſexta.

NOlíte zeláre mortem in erróre vitæ veſtræ: neque acquirátis perditiónem in opéribus mánuum veſtrá- rum. Quóniam Deus mortem non fecit: nec lætátur in perditióne vivórum.

Lectio ſeptima.

CReávit enim, ut eſſent ómnia ꝰ & ſanábiles fecit natiónes orbis

terrárum: & non est illis medicaméntum extermínii, nec inferórum regnum in terra. Justítia enim perpétua est, & immortális.

Lectio octava.

IMpii autem mánibus & verbis accersiérunt illam: & æstimántes illam amícam, defluxérunt ✠ & sponsiónes posuérunt ad illam: quóniam digni sunt qui sint ex parte illíus. Dixérunt enim cogitántes apud se non rectè. Exíguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ: & non est refrigérium in fine hóminis.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

MElior est sapiéntia quàm vires: & vir prudens quàm fortis. Audíte ergo reges, & intellígite: díscite júdices fínium terræ. Præbéte aures vos, qui continétis multitúdines ✠ & placétis vobis in turbis natiónum: quóniam data est à Dómino potéstas vobis ✠ & virtus ab Altíssimo: qui interrogábit ópera vestra, & cogitatiónes scrutábitur.

Lectio secunda.

QUóniam cùm essétis minístri regni illíus, non rectè judicástis ✠ nec custodístis legem justítiæ: neque secúndùm voluntátem Dei ambulástis. Horréndè & citò apparébit vobis: quóniam judícium duríssimum his qui præsunt, fiet. Exíguo enim concéditur misericórdia: poténtes autem poténter torménta patiéntur.

Lectio tertia.

NOn enim súbtrahet persónam cujúsquam Deus: nec verébitur magnitúdinem cujúsquam ✠ quóniam pusíllum & magnum ipse fecit: & æquáliter cura est illi de ómnibus. Fortióribus autem fortior instat cruciátio. Ad vos ergo reges sunt hi sermónes ut discátis sapiéntiam, & non exci

DOMINICA QUIN

Lectio prima.

Incipit Liber Ecclesiásticus.

OMnis sapiéntia à Dómino D & cum illo fuit semper, & e ævum. Arénam maris, & plúviæ g & dies séculi quis dinumerávit? A dinem cæli, & latitúdinem terræ, & fúndum abyssi, quis dimensus est piéntiam Dei præcedéntem ómnia investigávit?

Lectio secunda.

PRior ómnium creáta est sapién intelléctus prudéntiæ ab ævo. sapiéntiæ, verbum Dei in excéls ingréssus illíus, mandáta ætérna. sapiéntiæ cui reveláta est, & astútias quis agnóvit? Disciplína sapiénti reveláta est, & manifestáta? & n plicatiónem ingréssus illíus quis i léxit?

Lectio tertia.

UNus est altíssimus Creátor o potens ✠ & Rex potens, & tuéndus nimis: sedens super thr illíus & dóminans Deus. Ipse cr illam in Spíritu sancto: & vidit, numerávit, & mensus est. Et e illam super ómnia ópera sua ✠ & omnem carnem secúndùm datum s & præbuit illam diligéntibus se.

Lectio quarta.

TImor Dómini glória, & glori & lætítia: & coróna exultati Timor Dómini delectábit cor: & lætítiam, & gáudium, & longitúd diérum. Timénti Dóminum bene in extrémis: & in die defunctiónis benedicétur. Diléctio Dei honor

[…]ntia. Quibus autem apparúerit in[…], díligunt eam in visióne : & in[…]ióne magnálium suórum.

Lectio quinta.

[…]itium sapiéntiæ, timor Dómini ꟸ […] cum fidélibus in vulva concreátus […]um eléctis fœminis gráditur : & […] justis & fidélibus agnóscitur. Ti[…] Dómini, sciéntiæ religiósitas. Re[…]sitas custódiet & justificábit cor : […]ditátem atque gaúdium dabit. Ti[…] Dóminum bene erit : & in diébus […]mmatiónis illíus benedicétur.

Lectio sexta.

[…]enitúdo sapiéntiæ est timére Deum: […] plenitúdo à frúctibus illíus. Om[…] domum illíus implébit à genera[…]bus : & receptácula à thesaúris il[…] Coróna sapiéntiæ, timor Dómini : […]ns pacem, & salútis fructum ꟸ & […], & dinumerávit eam : útraque au[…]sunt dona Dei.

Lectio septima.

[…]iéntiam, & intelléctum prudéntiæ […]piéntia compartiétur : & glóriam […]tium se, exáltat. Radix sapiéntiæ […]mére Dóminum, & rami illíus lon[…]. In thesaúris sapiéntiæ intelléctus, […]éntiæ religiósitas : execrátio autem […]tóribus sapiéntia. Timor Dómini […]lit peccátum ꟸ nam qui sine timó[…], non póterit justificári : iracúndia […] animositátis illíus, subvérsio il[…]est.

Lectio octava.

[…]Sque in tempus sustinébit pátiens: […] & póstea reddítio jucunditátis. […]s sensus usque in tempus abscón[…]verba illíus : & lábia multórum […]ábunt sensum illíus. In thesaúris […]ntiæ significátio disciplínæ : execrá[…]utem peccatóri, cultúra Dei.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

FIli concupíscens sapiéntiam, consérva justítiam : & Deus præbébit illam tibi. Sapiéntia enim & disciplína timor Dómini ꟸ & quod beneplácitum est illi, fides, & mansuetúdo : & adimplébit thesaúros illíus. Ne sis incredíbilis timóri Dómini : & ne accésseris ad illum dúplici corde.

Lectio secunda.

NE fúeris hypócrita in conspéctu hóminum : & non scandalizéris in lábiis tuis. Atténde in illis, ne fortè cadas : & addúcas ánimæ tuæ inhonoratiónem ꟸ & revélet Deus abscónsa tua, & in médio synagógæ elídat te : quóniam accessísti malígnè ad Dóminum : & cor tuum plenum est dolo & fallácia.

Lectio tertia.

FIli accédens ad servitútem Dei ꟸ sta in justítia, & timóre : & præpara ánimam tuam ad tentatiónem. Déprime cor tuum, & sústine ꟸ inclína aurem tuam, & súscipe verba intelléctus : & ne festínes in témpore obductiónis. Sústine sustentatiónes Dei ꟸ conjúngere Deo, & sústine : ut crescat in novíssimo vita tua.

ANTIPHONÆ DE LIBRO JOB Dicendæ in Sabbatis ad Magnificat, à Calendis Septembris per tres hebdomadas quando ipsæ Calendæ feria tertia vel quarta eveniunt : aliàs per duas tantùm.

Antiph. 1. Dóminus dedit, * Dóminus ábstulit, sicut Dómino plácuit, ita factum est, sit nomen Dómini benedíctum.

Antiph. 2. In ómnibus * his non peccávit Job lábiis suis, neque stultum quid contra Deum locútus est.

Antiph. 3. Scio* quia ómnia potes, & nulla te latet cogitátio : idcírco ipse me reprehéndo, & ago pœniténtiam in favílla & cínere.

DOMINICA PROPINQUIORI Calendis Septembris.

Ad primas Vesperas.

Capitul. Benedíctus Deus. *pag.* 96.

Magnum ℟. Antequam cómedam. *ut infrà.*

Hymnus. Deus creátor *pag.* 96.

℣. Elevátio mánuum. *pag.* 106.

Ad Magnificat. Antiph. prima de supradictis.

Oratio Dominicæ subsequenter currentis.

Ad Matutinas ut in psalterio præter Lectiones & Responsoria quæ hìc habentur.

Lectio prima.

Incipit liber Job.

VIr erat in terra Hus, nómine Job : & erat vir ille simplex, & rectus, ac tímens Deum, & recédens à malo. Natíque sunt ei septem filii : & tres filiæ Et fuit posséssio ejus, septem míllia óvium, & tria míllia camelórum ˥ quingénta quoque juga boüm : & quingéntæ ásinæ ˥ ac família multa nimis : erátque vir ille magnus inter omnes Orientáles. Tu autem.

℟. Si bona suscépimus de manu Dómini, mala autem quare non sustineámus ? † Dóminus dedit, Dóminus abstulit, sicut Dómino plácuit, ita factum est, sit nomen Dómini benedíctum.

℣. Nudus egréssus sum de útero matris meæ, nudus revértar illuc. Dóminus.

Lectio secunda.

ET ibant filii ejus, & faciébant convívium per domos : unusquísque in die suo. Et mitténtes, vocábant tres sorores suas : ut comédérent, & bíberent cum eis. Cùmque in transíssent dies convívii ˥ mitté eos Job, & sanctificábat illos : c génsque dilúculo, offerébat hol pro síngulis. Dicébat enim ˥ N peccáverint filii mei : & bened Deo in córdibus suis. Sic faciéb cunctis diébus.

℟. Antequam cómedam susp tanquam inundántes aquæ sic meus : quia timor quem timébam mihi, & quod verébar áccidit : dissimulávi, nonne sílui, nonne † Et venit super me indignátio.

℣. Ecce non est auxílium mihi & necessárii quoque mei recess me. Et venit.

Lectio tertia.

QUadam autem die, cùm ve filii Dei ˥ ut assísterent Dómino : áffuit inter eos étiam Cui dixit Dóminus ˥ Unde veni respóndens, ait ˥ Circuívi terr perambulávi eam. Dixítque D ad eum. Nunquid considerásti meum Job, quòd non sit ei si terra ˥ homo simplex, & rectus mens Deum, & recédens à malo

℟. Utinam appenderéntur mea, quibus iram mérui, & cal quam pátior. † In statéra.

℣. Quasi aréna maris hæc apparéret. In statéra.

Lectio quarta.

CUi respóndens Satan, ait ˥ quid Job frustra timet D Nonne tu vallásti eum, ac domu universámque substántiam per tum ˥ opéribus mánuum ejus xísti ˥ & posséssio ejus crevit in Sed exténde paululùm manum & tange cuncta quæ póssidet :

n benedíxerit tibi. Dixit ergo Dó-
s ad Satan. Ecce univérsa quæ ha-
1 manu tua sunt : tantùm in eum
téndas manum tuam. Egressúsque
tan à fácie Dómini.
Dómini est terra. *pag.* 425.

Lectio quinta.

Um autem quadam die filii & filiæ
ejus coméderent, & bíberent vi-
in domo fratris sui primogéniti :
us venit ad Job : qui díceret. Bo-
abant, & ásinæ pascebántur juxta
& irruérunt Sabæi ꝟ tulerúntque
1, & púeros percussérunt gládio :
isi ego solus ut nuntiárem tibi.
ue adhuc ille loquerétur : venit
& dixit. Ignis Dei cécidit è cælo,
as oves pueróśque consúmpsit : &
ego solus ut nuntiárem tibi.
Indúta est caro mea putrédine, &
us púlveris : cutis mea áruit, &
acta est. † Meménto mei Dómine,
ventus est vita mea.
Dies mei velóciùs transiérunt,
à texénte tela succíditur, & con-
i sunt absque ulla spe. Meménto.

Lectio sexta.

& illo adhuc loquénte, venit
us : & dixit. Chaldæi fecérunt
urmas, & invasérunt camélos, &
unt eos ꝟ necnon & púeros percussé-
gládio : & ego fugi solus ut nun-
1 tibi. Adhuc loquebátur ille, &
alius intrávit, & dixit. Filiis tuis,
ibus vescéntibus & bibéntibus vi-
in domo fratris sui primogéniti :
tè ventus véhemens írruit à re-
desérti, & concússit quátuor án-
domus ꝟ quæ córruens, oppréssit
s tuos, & mórtui sunt : & effúgi
olus ut nuntiárem tibi.
Meménto mei Deus : quia ventus
est vita mea. † Nec aspíciet me visus
hóminis.

℟. Cutis mea áruit & contrácta est,
& non revertétur óculus meus ut ví-
deat bona. Nec aspíciet.

Lectio septima.

TUnc surréxit Job : & scidit vesti-
ménta sua ꝟ & tonso cápite cór-
ruens in terram, adorávit : & dixit.
Nudus egréssus sum de útero matris
meæ : & nudus revértar illuc. Dóminus
dedit, Dóminus ábstulit ꝟ sicut Dó-
mino plácuit, ita factum est : sit nomen
Dómini benedíctum. In ómnibus his
non peccávit Job lábiis suis : neque
stultum quid contra Deum locútus est.

℟. Paúcitas diérum meórum finiétur
brevi, dimítte me Dómine, ut plangam
paúlulùm dolórem meum. † Antequam
vadam ad terram tenebrósam, & opér-
tam mortis calígine.

℣. Manus tuæ fecérunt me, & plasma-
vérunt me totum in circúitu, & sic re-
pénte præcípitas me ? Antequam.

Lectio octava.

FActum est autem cùm quadam die
venissent filii Dei, & starent coram
Dómino ꝟ venísset quoque Satan inter
eos, & staret in conspéctu ejus : ut
díceret Dóminus ad Satan. Unde venis?
Qui respóndens, ait. Circuívi terram,
& perambulávi eam. Et dixit Dóminus
ad Satan. Nunquid considerásti servum
meum Job, quòd non sit ei símilis in
terra ꝟ vir simplex, & rectus, ac timens
Deum, & recédens à malo, & adhuc
rétinens innocéntiam ? Tu autem com-
movísti me advérsùs eum : ut afflíge-
rem eum frustra.

℟. Ad te Dómine. *pag.* 426.

Reliquæ 4. Lectiones sunt de homilia Dominicæ currentis.

℟. 9. Ne abſcóndas me Dómine à fácie tua, manum tuam longè fac à me. † Et formído tua non me térreat.

℣. Parce mihi Dómine, nihil enim ſunt dies mei. Et formído.

℟. 10. Quis mihi tríbuat ut in inférno prótegas me, & abſcóndas me donec pertránſeat furor tuus, Dómine? † Niſi tu qui ſolus es, & conſtítuas tempus in quo recordéris mei?

℣. Quis det ut véniat petítio mea, & quod expécto tríbuat mihi Deus? Niſi tu qui.

℟. 11. Verſa eſt in luctum cíthara mea, & órganum meum in vocem fléntium. † Parce mihi Dómine, nihil enim ſunt dies mei.

℣. Cutis mea denigráta eſt ſuper me, & oſſa mea aruérunt. Parce mihi.

℟. 12. Aúdiam Dómine. *pag.* 427.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

CUi reſpóndens Satan, ait, Pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro ánima ſua: alióquin mitte manum tuam ✠ & tange os ejus, & carnem: & tunc vidébis quòd in fáciem benedícat tibi. Dixit ergo Dóminus ad Satan. Ecce in manu tua eſt: verúmtamen ánimam illíus ſerva. Egréſſus igitur Satan à fácie Dómini ✠ percúſſit Job úlcere péſſimo à planta pedis uſque ad vérticem ejus: qui teſta ſániem radébat, ſedens in ſterquilínio.

Lectio ſecunda.

DIxit autem illi uxor ſua ✠ Adhuc tu pérmanes in ſimplicitáte tua? Bénedic Deo: & mórere. Qui ait ad illam: Quaſi una de ſtultis muliéribus locúta es. Si bona ſuſcépimus de manu Dei ✠ mala quare non ſuſcipiámus? In ómnibus his non peccávit Job lábiis [...] Igitur audiéntes tres amici Job [...] malum, quod accidíſſet ei ✠ venérun[t ſin]guli de loco ſuo: Eliphaz Thema[nites] & Baldad Suhítes, & Sophar Na[ama]thítes.

Lectio tertia.

COndíxerant enim, ut páriter [ve]niéntes viſitárent eum: & c[onſo]laréntur. Cùmque eleváſſent p[rocul] óculos ſuos, non cognovérunt eum [&] exclamántes ploravérunt: ſciſ[ſiſque] véſtibus, ſparſérunt púlverem ſup[er ca]put ſuum in cælum. Et ſedérunt cu[m eo] in terra ſeptem diébus & ſeptem n[octi]bus ✠ & nemo loquebátur ei verb[um:] vidébant enim dolórem eſſe vehe[men]tem.

DOMINICA SECUN[DA]

Lectio prima.

POſt hæc apéruit Job os ſuum [&] maledíxit diéi ſuo: & locútu[s eſt:] Péreat dies in qua natus ſum, & n[ox in] qua dictum eſt: Concéptus eſt h[omo.] Dies ille vertátur in ténebras ✠ no[n re]quírat eum Deus déſuper: & non ill[uſtre]tur lúmine. Obſcúrent eum téne[bræ] & umbra mortis ✠ óccupet eum c[aligo] & involvátur amaritúdine. Noct[em il]lam tenebróſus turbo poſſídeat ✠ [non] computétur in diébus anni: nec n[ume]rétur in ménſibus.

Lectio ſecunda.

SIt nox illa ſolitária, nec laude di[gna:] maledícant ei qui maledícunt [diei,] qui paráti ſunt ſuſcitáre Levia[than.] Obtenebréntur ſtellæ calígine [ejus:] expéctet lucem, & non vídeat: ne[c or]tum ſurgéntis auróræ. Quia non [con]clúſit óſtia ventris, qui portávit [me,] nec ábſtulit mala ab óculis meis.

Lectio tertia.

Uare non in vulva mórtuus sum, egréssus ex útero non statim périi? te excéptus génibus? Cur lactátus ibus? Nunc enim dórmiens silérem ꟷ mno meo requiéscerem: Cum régi- & consúlibus terræ, qui ædíficant olitúdines. Aut cum princípibus, óssident aurum: & replent domos rgénto.

Lectio quarta.

Ut sicut abortívum abscónditum non subsísterem: vel qui concépti idérunt lucem. Ibi ímpii cessavé- à tumúltu: & ibi requievérunt fessi re. Et quondam vincti páriter sine stia non audiérunt vocem exactó- Parvus & magnus ibi sunt: & ser- iber à dómino suo. Quare místero est lux, & vita his, qui in ama- ine ánimæ sunt?

Lectio quinta.

Ui expéctant mortem, & non ve- nit: quasi effodiéntes thesaúrum. éntque vehementer cùm invéne- epúlchrum. Viro cujus abscóndita aꟷ & circúmdedit eum Deus téne- Antequam cómedam suspíro: & am inundántes aquæ, sic rugítus . Quia timor, quem timébam, t mihi: & quod verébar, ácci- Nonne dissimulávi? Nonne sílui? e quiévi? Et venit super me in- tio.

Lectio sexta.

Espóndens autem Eliphaz Thema- ites, dixit. Si cœpérimus loqui forsitan moléstè accípies ꟷ sed ptum sermónem tenére quis pó- ecce docuísti multos: & manus roboràsti. Vacillántes confirmavé- ermónes tui: & génua treméntia confortásti. Nunc autem venit super te plaga, & defecísti ꟷ tétigit te: & con- turbátus es.

Lectio septima.

UBi est timor tuus, fortitúdo tua, patiéntia tua, & perféctio viárum tuárum? Recordáre óbsecro te, quis unquam ínnocens périit? Aut quando recti deléti sunt? Quin pótiùs vidi eos, qui operántur iniquitátem, & séminant dolóres, & metunt eos ꟷ flante Deo periísse: & spíritu iræ ejus esse con- súmptos. Rugítus leónis, & vox leænæ: & dentes catulórum leónum contríti sunt. Tigris périit, eò quòd non habéret prædam: & cátuli leónis dissipáti sunt.

Lectio octava.

POrrò ad me dictum est verbum abs- cónditum: & quasi furtívè suscépit auris mea venas susúrri ejus. In horró- re visiónis noctúrnæ: quando solet so- por occupáre hómines. Pavor ténuit me, & tremor: & ómnia ossa mea per- térrita sunt. Et cùm spíritus me præ- sente transíret: inhorruérunt pili carnis meæ. Stetit quidam, cujus non agno- scébam vultum ꟷ imágo coram óculis meis: & vocem quasi auræ lenis audívi.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

NUnquid homo Dei comparatióne justificábitur ꟷ aut factóre suo pú- rior erit vir? Ecce qui sérviunt ei, non sunt stábiles: & in ángelis suis réperit pravitátem. Quantò magis hi qui há- bitant domos lúteas, qui terrénum ha- bent fundaméntum ꟷ consuméntur ve- lut à tínea? De manè usque ad véspe- ram succidéntur: & quia nullus intélli- git, in ætérnum períbunt. Qui au- tem réliqui fúerint, auferéntur ex eis:

moriéntur, & non in sapiéntia.

Lectio secunda.

VOca ergò, si est qui tibi respóndeat: & ad áliquem sanctórum convértere. Verè stultum intérficit iracúndia: & párvulum occídit invídia. Ego vidi stultum firma radíce: & maledixi pulchritúdini ejus statim. Longè fient filii ejus à salúte ꟸ & conteréntur in porta: & non erit qui éruat. Cujus messem famélicus cómedet ꟸ & ipsum rápiet armátus: & bibent sitiéntes divítias ejus.

Lectio tertia.

NIhil in terra sine causa fit: & de humo non oritur dolor. Homo náscitur ad labórem: & avis ad volátum. Quamóbrem ego deprecábor Dóminum: & ad eum ponam elóquium meum. Qui facit magna & inscrutabília: & mirabília absque número. Qui dat plúviam super fáciem terræ: & írrigat aquis univérsa. Qui ponit húmiles in sublíme: & mœréntes érigit sospitáte.

Quando liber Job per tres hebdomadas dicitur, Dominica 3. semper accidit infra Octavas Nativitatis B. V. Mariæ, & tunc in festo trium lectionum post dictas Octavas occurrente dicuntur lectiones sequentes.

Lectio prima.

REspóndens autem Sophar Naamathites, dixit. Nunquid qui multa lóquitur, non & áudiet? Aut vir verbósus justificábitur? Tibi soli tacébunt hómines? Et cùm cæteros irríseris, à nullo confutáberis? Dixísti enim ꟸ Purus est sermo meus: & mundus sum in conspéctu tuo. Atque útinam Deus loquerétur tecum, & aperíret lábia sua tibi ꟸ ut osténderet tibi secréta sapiéntiæ: & quòd múltiplex esset lex ejus ꟸ & intelligeres quòd multò majóra exigíris ab eo: quàm merétur iníquitas tua.

Lectio secunda.

FOrsitan vestígia Dei comprehéndes ꟸ & usque ad perféctum Omnipoténtem repéries? Excélsior cælo est, & quid fácies? Profúndior inférno ꟸ & unde cognósces? Lóngior terra mensúra ejus, & látior mari. Si subvérterit ómnia, vel in unum coarctáverit ꟸ quis contradícet ei?

Lectio tertia.

IPse enim novit hóminum vanitátem ꟸ & videns iniquitátem nonne considerat? Vir vanus in supérbiam erígitur: & tanquam pullum ónagri se líberum natum putat. Tu autem firmásti cor tuum: & expandísti ad eum manus tuas.

ANTIPHONÆ DE LIBRO TOBIÆ Dicendæ in Sabbatis ad Magnificat per duas ultimas hebdomadas Septembris.

Antiph. 1. Ne reminiscáris * Dómine delícta mea, vel paréntum meórum, neque vindíctam sumas de peccátis meis.

Antiph. 2. Omni témpore * bénedic Deo: & pete ab eo ut vias tuas dírigat.

DOMINICA PRIMA Post Octavas Nativitatis B. V. Mariæ.

Ad primas Vesperas.

Capitul. Benedictus Deus. *pag.* 96.

Magnum ℟. Noli timére. *pag.* 457.

Hymnus. Deus creátor. *pag.* 96.

℣. Elevátio mánuum. *pag.* 106.

Ad Magnificat Antiph. prima de supradictis.

Oratio Dominicæ subsequenter currentis.

Ad Matutinas.

Omnia ut in psalterio præter lectiones & Responsoria quæ hic habentur.

Lectio prima.

Incipit liber Tobíæ.

TObías ex tribu, & civitáte Nephtali, quæ est in superióribus Galilææ supra Naásson post viam quæ ducit ad Occidéntem, in sinístro habens civitátem Sephet: cùm captus esset in diébus Salmánasar regis Assyriórum ꟸ in captivitáte tamen pósitus, viam veritátis non deséruit: ita ut ómnia, quæ habére póterat, quotídie concaptívis frátribus, qui erant ex ejus génere, impertíret. Tu autem.

℟. Omni témpore bénedic Deo, & pete ab eo ut vias tuas dírigat. † Et omni témpore consília tua in ipso permáneant.

℣. Omnibus diébus vitæ tuæ in mente habéto Dóminum. Et omni.

Lectio secunda.

CUmque esset júnior ómnibus in tribu Néphtali: nihil tamen pueríle gessit in ópere. Dénique cùm irent omnes ad vítulos áureos, quos Jeroboam fécerat rex Israël: hic solus fugiébat consórtia ómnium, sed pergébat in Jerúsalem, ad templum Dómini ꟸ & ibi adorábat Dóminum Deum Israël: ómnia primitíva sua, & décimas suas fidéliter ófferens. Ita ut in tértio anno prosélytis & ádvenis ministráret omnem decimatiónem.

℟. Noli timére fili. † Paúperem quidem vitam gérimus, sed habébimus multa bona si timuérimus Deum.

℣. Filii sanctórum sumus, & vitam illam expectámus, quam Deus datúrus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Paúperem quidem.

Lectio tertia.

HÆc & his simília secúndùm legem Dei, puérulus observábat. Cùm verò factus esset vir: accépit uxórem Annam de tribu sua ꟸ genuítque ex ea filium, nomen suum impónens ei: quem ab infántia timére Deum dócuit, & abstinére ab omni peccáto. Igitur cùm per captivitátem devenísset cum uxóre sua, & filio, in civitátem Níniven cum omni tribu sua ꟸ cùm omnes éderent ex cibis Gentílium: iste custodívit ánimam suam, & nunquam contaminátus est in escis eórum.

℟. Sufficiébat nobis paupértas nostra, ut divítiæ computaréntur: nunquam fuisset pecúnia ipsa, pro qua misísti filium nostrum. † Báculum senectútis nostræ.

℣. Heu me fili mi, ut quid te mísimus peregrinári lumen oculórum nostrórum? Báculum.

Lectio quarta.

ET quóniam memor fuit Dómini in toto corde suo ꟸ dedit illi Deus grátiam in conspéctu Salmánasar regis: & dedit illi potestátem quocúmque vellet ire, habens libertátem quæcúmque fácere voluísset. Pergébat ergo ad omnes, qui erant in capivitáte: & mónita salútis dabat eis.

℟. Dómini est terra. *pag.* 425.

Lectio quinta.

CUm autem venísset in Rages civitátem Medórum: & ex his, quibus honorátus fúerat à rege, habuísset decem talénta argénti ꟸ & cùm in multa turba géneris sui Gabélum egéntem vidéret, qui erat ex tribu ejus: sub chirógrapho dedit illi memorátum pondus argénti. Post multum verò témporis, mórtuo Salmánasar rege, cùm regnáret Sennácherib filius ejus pro eo: & filios Israël exósos habéret in conspéctu suo.

℟. Benedícite Deum cæli, & coram ómnibus vivéntibus confitémini ei. †

Quia fecit vobíscum misericórdiam suam.

℣. Tempus est ut revértar ad eum qui me misit, vos autem benedícite Deum. Quia fecit.

Lectio sexta.

TObías quotídie pergébat per omnem cognatiónem suam,& consolabátur eos : dividebátque unicuíque, proüt póterat, de facultátibus suis. Esuriéntes alébat ꟸ nudísque vestiménta præbébat: & mórtuis atque occísis sepultúram sollícitus exhibébat. Dénique cum revérsus esset rex Sennácherib, fugiens à Judæa plagam, quam circa eum fécerat Deus propter blasphémiam suam ꟸ & irátus multos occíderet ex fíliis Isräel : Tobías sepeliébat córpora eórum.

℟. Tempus est ut revértar ad eum qui me misit : vos autem benedícite Deum. † Et enarráte ómnia mirabília ejus.

℣. Confitémini ei coram ómnibus vivéntibus, quia fecit vobíscum misericórdiam suam. Et enarráte.

Lectio septima.

AT ubi nuntiátum est regi, jussit eum occídi : & tulit omnem substántiam ejus. Tobías verò cum filio suo, & cum uxóre sua fúgiens, nudus látuit : quia multi diligébant eum. Post dies verò quadragínta quinque : occidérunt regem filii ipsíus ꟸ & revérsus est Tobías in domum suam : omnísque facúltas ejus restitúta est ei.

℟. Laudáte Dóminum Deum nostrum, qui non deséruit sperántes in se, & in me adimplévit misericórdiam suam. † Quam promísit dómui Isräel.

℣. Confitémini ei quóniam bonus : quóniam in séculum misericórdia ejus. Quam promísit.

Lectio octava.

POst hæc verò, cùm esset dies festus Dómini ꟸ & factum esset prándium bonum in domo Tobíæ : dixit filio suo. Vade, & adduc áliquos de tribu nostra timéntes Deum : ut epuléntur nobíscum. Cùmque abiísset, revérsus nuntiávit ei, unum ex filiis Isräel jugulátum jacére in platéa. Statímque exíliens de accúbitu suo ꟸ relínquens prándium, jejúnus pervénit ad corpus : tollénsque illud portávit ad domum suam occúltè ꟸ ut dum sol occubuísset : cautè sepelíret eum.

℟. Ad te Dómine. *pag.* 426.

Reliquæ 4. *Lectiones sunt de homilia Dominicæ occurrentis.*

℟. 9. Benedixit te Dóminus in virtúte sua, qui per te ad níhilum redégit inimícos nostros. † Ut non deficiat laus tua de ore hóminum.

℣. Benedíctus Dóminus, qui creávit cælum & terram : qui hódie nomen tuum ita magnificávit. Ut non.

℟. 10. Dómine Rex omnípotens, in ditióne tua cuncta sunt pósita, & non est qui possit resístere voluntáti tuæ. † Si decréveris salváre nos, contínuò liberábimur.

℣. Tu enim Dómine fecísti cælum & terram, & quidquid cæli ámbitu continétur. Si decréveris.

℟. 11. Miserére Dómine pópulo tuo, quia volunt nos inimíci nostri pérdere, & hæreditátem tuam delére de terra : ne despícias partem tuam, quam redemísti ex Ægypto, sed convérte luctum nostrum in gaúdium. † Ut vivéntes laudémus nomen tuum Dómine.

℣. Exaúdi deprecatiónem nostram & propítius esto sorti & funículo hæreditátis tuæ. Ut vivéntes.

℟. 12. Aúdiam Dómine. *pag.* 427.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

CОntigit autem ut quadam die fatigátus à sepultúra, véniens in domum suam, jactásset se juxta paríetem, & obdormísset ꟸ & ex nido hirúndinum dormiénti illi cálida stércora incíderent super óculos ejus: fierétque cæcus. Hanc autem tentatiónem ídeo permísit Dóminus evenire illi ꟸ ut pósteris darétur exémplum patiéntiæ ejus: sicut & sancti Job.

Lectio secunda.

NAm cùm ab infántia sua semper Deum timúerit, & mandáta ejus custodíerit: non est contristátus contra Deum, quòd plaga cæcitátis evénerit ei ꟸ sed immóbilis in Dei timóre permánsit: agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ suæ. Nam sicut beáto Job insultábant reges: ita isti paréntes & cognáti ejus irridébant vitam ejus, dicéntes ꟸ Ubi est spes tua, pro qua eleemósynas & sepultúras faciébas?

Lectio tertia.

TObías verò increpábat eos, dicens. Nolíte ita loqui ꟸ quóniam filii sanctórum sumus: & vitam illam expectámus, quam Deus datúrus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna verò uxor ejus ibat ad opus textrínum quotídie: & de labóre mánuum suárum victum, quem cónsequi póterat, deferébat.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

UNde factum est: ut hœdum caprárum accípiens detulísset domi. Cujus cùm vocem balántis vir ejus audísset, dixit. Vidéte, ne fortè furtívus sit: réddite eum dóminis suis ꟸ quia non licet nobis aut édere ex furto áliquid: aut contíngere. Ad hæc uxor ejus iráta, respóndit. Maniféstè vana facta est spes tua: & eleemósynæ tuæ modò apparuérunt.

Lectio secunda.

TUnc Tobías ingémuit: & cœpit oráre cum lácrymis, dicens. Justus es Dómine, & ómnia judícia tua justa sunt: & omnes viæ tuæ, misericórdia, & véritas, & judícium. Et nunc Dómine memor esto mei ꟸ & ne vindíctam sumas de peccátis meis: neque reminiscáris delícta mea, vel paréntum meórum.

Lectio tertia.

QUóniam non obedívimus præcéptis tuis ꟸ ídeo tráditi sumus in direptiónem & captivitátem, & mortem: & in fábulam, & in impropérium ómnibus natiónibus, in quibus dispersísti nos. Et nunc Dómine secúndùm voluntátem tuam fac mecum ꟸ & præcipe in pace récipi spíritum meum: éxpedit enim mihi mori magis, quàm vívere.

DOMINICA SECUNDA post Octavas Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ.

Lectio prima.

Ex Libro Judith. *cap.* 8.

ET factum est, cùm audísset hæc verba Judith vidua, quæ erat filia Merári: filii Idox, filii Joseph, filii Ozíæ, filii Eláï, filii Jamnor, filii Gédeon, filii Rapháïm, filii Achítob, filii Melchíæ, filii Enan, filii Nathaníæ, filii Saláthiel, filii Símeon, filii Ruben, & vir ejus fuit Manásses: qui mórtuus est in diébus messis hordeáceæ. Instábat enim super alligántes manípulos in

campo, & venit æstus super caput ejus ✠ & mórtuus est in Bethúlia civitáte sua: & sepúltus est illic cum pátribus suis.

℟. Omni témpore. *cum cæteris. p. 457.*

Lectio secunda.

Erat autem Judith relícta ejus vídua jam annis tribus, & ménsibus sex. Et in superióribus domus suæ fecit sibi secrétum cubículum ✠ in quo cum puéllis suis clausa morabátur: & habens super lumbos suos cilícium ✠ jejunábat ómnibus diébus vitæ suæ: præter Sábbata, & neoménias, & festa domus Israël.

Lectio tertia.

Erat autem elegánti aspéctu nimis ✠ cui vir suus relíquerat divítias multas, & famíliam copiósam: ac possessiónes arméntis boüm, & grégibus óvium plenas. Et erat hæc in ómnibus famosíssima ✠ quóniam timébat Dóminum valde: nec erat qui loquerétur de illa verbum malum.

Lectio quarta.

Hæc ítaque cùm audísset, quóniam Ozías promisísset, quòd transácto quinto die tráderet civitátem: misit ad presbyteros Chabri, & Charmi. Et venérunt ad illam, & dixit illis. Quod est hoc verbum, in quo consénsit Ozías, ut tradat civitátem Assyriis, si intra quinque dies non vénerit vobis adjutórium? Et qui estis vos, qui tentátis Dóminum?

Lectio quinta.

Non est iste sermo, qui misericórdiam próvocet: sed pótiùs qui iram éxcitet, & furórem accéndat. Posuístis vos tempus miseratiónis Dómini: & in arbítrium vestrum, diem constituístis ei. Sed quia pátiens Dóminus est: in hoc ipso pœniteámus, & indulgéntiam ejus fusis lácrymis postulémus. Non enim quasi homo, sic Deus comminábitur: neque sicut fílius hóminis ad iracúndiam inflammábitur.

Lectio sexta.

Et ideo humiliémus illi ánimas nostras ✠ & in spíritu constitúti humiliáto, serviéntes illi: dicámus flentes Dómino ✠ Ut secúndùm voluntátem suam sic fáciat nobíscum misericórdiam suam ✠ ut sicut conturbátum est cor nostrum in supérbia eórum: ita étiam de nostra humilitáte gloriémur ✠ quóniam non sumus secúti peccáta patrum nostrórum: qui dereliquérunt Deum suum, & adoravérunt deos aliénos ✠ pro quo scélere dati sunt in gládium: & in rapínam, & in confusiónem inimícis suis. Nos autem álterum Deum nescímus præter ipsum.

Lectio septima.

Expectémus húmiles consolatiónem ejus ✠ & exquíret sánguinem nostrum de afflictiónibus inimicórum nostrórum: & humiliábit omnes Gentes, quæcúmque insúrgunt contra nos, & fáciet illas sine honóre Dóminus Deus noster. Et nunc fratres, quóniam vos estis presbyteri in pópulo Dei ✠ & ex vobis pendet ánima illórum, ad elóquium vestrum corda eórum erígite: ut mémores sint, quia tentáti sunt patres nostri ut probaréntur, si verè cólerent Deum suum.

Lectio octava.

Memores esse debent, quómodo pater noster Abraham tentátus est: & per multas tribulatiónes probátus, Dei amícus effé͡ctus est. Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses, & omnes qui placuérunt Deo: per multas tribulatiónes transiérunt fidéles. Illi autem, qui tentatiónes non suscepérunt cum timó-

Dómini ⁊ & impatiéntiam suam, & ropérium murmuratiónis suæ con- Dóminum protulérunt: exterminati t ab exterminatóre, & à serpéntibus iérunt.

PER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

T nos ergo non ulciscámur nos pro his quæ pátimur ⁊ sed reputántes cátis nostris hæc ipsa supplicia mi- a esse flagélla Dómini ⁊ quibus quasi i corrípimur ad emendatiónem, & ad perditiónem nostram, evenísse ámus. Et dixérunt illi Ozías, & pres- ri. Omnia quæ locúta es vera sunt: on est in sermónibus tuis ulla repre- sio. Nunc ergo ora pro nobis quó- n múlier sancta es, & timens Deum.

Lectio secunda.

T dixit illis Judith. Sicut quod pótui loqui, Dei esse cognóscitis ⁊ ita quod te dispósui, probáte si ex Deo est: & e ut firmum fáciat Deus consílium m. Stábitis vos ad portam nocte ⁊ & ego éxeam cum Abra mea: & e, ut sicut dixístis, in diébus quinque ciat Dóminus pópulum suum Israël.

Lectio tertia.

Os autem nolo ut scrutémini ac- tum meum: & usque dum renún- vobis, nihil áliud fiat, nisi orátio me ad Dóminum Deum nostrum. ixit ad eam Ozías princeps Juda ⁊ in pace: & Dóminus sit tecum, in nem inimicórum nostrórum. Et re- ntes, abiérunt.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

Uibus ascendéntibus, Judith in- gréssa est oratórium suum, & ín- duens se cilício, pósuit cínerem super caput suum ⁊ & prostérnens se Dómi- no, clamábat ad Dóminum, dicens. Súbveni quæso te Dómine Deus meus mihi víduæ.

Lectio secunda.

DEus cælórum, creátor aquárum, & Dóminus totíus creatúræ ⁊ exáu- di me míseram deprecántem: & de tua misericórdia præsuméntem. Meménto Dómine testaménti tui: & da verbum in ore meo, & in corde meo consílium corróbora: ut domus tua in sanctifica- tióne tua permáneat ⁊ & omnes gentes agnóscant, quia tu es Deus: & non est álius præter te.

Lectio tertia.

FActum est autem, cùm cessásset cla- máre ad Dóminum: surréxit de lo- co, in quo jacúerat prostráta ad Dómi- num. Vocavítque Abram suam: & des- céndens in domum suam, ábstulit à se cilícium ⁊ & éxuit se vestiméntis vidui- tátis suæ: & índuit se vestiméntis ju- cunditátis suæ ⁊ induítque sandália pé- dibus suis: & ómnibus ornaméntis suis ornávit se. Cui étiam Dóminus céntu- lit splendórem ⁊ quóniam omnis ista compositio, non ex libídine: sed ex virtúte pendébat.

ANTIPHONÆ DE LIBRIS Machabæorum dicendæ in Sabbatis ad Magnificat à Calendis Octobris usque ad Calendas Novembris.

Antiph. 1. Adapériat * Dóminus cor vestrum in lege sua, & in præcéptis suis, & fáciat pacem.

Antiph. 2. Exaúdiat * Dóminus ora- tiónes vestras, & reconciliétur vobis, nec vos déserat in témpore malo.

Antiph. 3. Accingímini, * & estóte

filii poténtes: quóniam méliùs est nobis mori in bello, quàm vidére mala gentis nostræ, & sanctórum: sicut fúerit volúntas in cælo, sic fiat.

Antiph. 4. Adapériat Dóm. *ut suprà.*

Antiph. 5. Exaúdiat Dóm. *ut suprà.*

DOMINICA PROPINQUIORI *Calendis Octobris.*

Ad primas Vesperas.

Capitul. Benedíctus Deus. *pag.* 96.

Magnum ℟. Exaúdiat Deus. *ut infrà.*

Hymnus. Deus creátor, *pag.* 96.

℣. Elevátio mánuum. *pag.* 106.

Ad Magnificat Antiph. prima de supradictis.

Oratio Dominicæ subsequenter currentis.

Ad Matutinas ut in psalterio præter Lectiones & Responsoria quæ hìc habentur.

Lectio prima.

Incipit liber Machabæórum primus.

ET factum est, postquam percússit Alexánder Philíppi Mácedo, qui primus regnávit in Græcia, egréssus de terra Cethim, Dárium regem Persárum & Medórum ꟸ constítuit prælia multa, & obtínuit ómnium munitiónes & interfécit reges terræ, & pertránsiit usque ad fines terræ ꟸ & accépit spólia multitúdinis Géntium: & síluit terra in conspéctu ejus. Tu autem.

℟. Adapériat Dóminus cor vestrum in lege sua, & in præcéptis suis: & fáciat pacem in diébus vestris. † Concédat vobis salútem, & rédimat vos à malis.

℣. Exaúdiat Dóminus oratiónes vestras, & reconciliétur vobis, nec vos déserat in témpore malo. Concédat.

Lectio secunda.

ET congregávit virtútem, & exércitum fortem nimis: & exaltátum est & elevátum cor ejus ꟸ & obtínuit [...]nes Géntium, & tyránnos: & fact[...] illi in tribútum. Et post hæc déci[...] lectum: & cognóvit quia moreré[...] vocávit púeros suos nóbiles ꟸ qui erant nutríti à juventúte: & divi[...] regnum suum, cùm adhuc víver[...]

℟. Exaúdiat Dóminus oratión[...]stras. † Et reconciliétur vobis, n[...] déserat in témpore malo.

℣. Det vobis cor ómnibus ut [...] eum, & faciátis ejus voluntátem[...]

Lectio tertia.

ET regnávit Alexánder annis [...] decim: & mórtuus est. Et ob[...]runt púeri ejus regnum, unusq[...] in loco suo ꟸ & imposuérunt omn[...] diadémata post mortem ejus, & fi[...]rum post eos annis multis: & mu[...]cáta sunt mala in terra. Et éxiit [...] radix peccátrix, Antíochus illústris [...] Antíochi regis, qui fúerat Romæ [...] & regnávit in anno centésimo trig[...] séptimo regni Græcórum.

℟. In hymnis & confessiónib[...]nedicébant Dómino. † Qui magn[...] in Israël & victóriam dedit illis.

℣. Ornavérunt fáciem templi [...]nis aúreis, & dedicavérunt altár[...]mino. Qui magna.

Lectio quarta.

IN diébus illis exiérunt ex Isra[...] iníqui, & suasérunt multis, [...]tes ꟸ Eámus, & disponámus test[...]tum cum Géntibus, quæ circa nos [...] quia ex quo recéssimus ab eis, in[...]runt nos multa mala. Et bonus [...] est sermo, in óculis eórum. Et d[...]vérunt áliqui de pópulo, & ab[...] ad regem ꟸ & dedit illis potest[...] ut fácerent justítiam Géntium.

℟. Dómini est terra. *pag.* 415.

Lectio quinta.

ædificavérunt gymnásium in Je-
sólymis secúndùm leges Natió-
& fecérunt sibi præpútia, & re-
nt à testaménto sancto : & juncti
atiónibus, & venúndati sunt, ut
ıt malum. Et parátum est regnum
spéctu Antiochi ꟸ & cœpit regná-
erra Ægypti : ut regnáret super
gna. Et intrávit in Ægyptum in
idine gravi : in cúrribus, & ele-
, & equítibus, & copiósa ná-
nultitúdine.

Tu Dómine universórum, qui
habes indigéntiam, voluísti tem-
uum fieri in nobis. † Consérva
i istam immaculátam in ætérnum.
ui regis Israël, inténde, qui de-
ëlut ovem Joseph. Consérva.

Lectio sexta.

constítuit bellum advérsùs Pto-
ıæum regem Ægypti ꟸ & véritus
emæus à facie ejus, & fugit : &
unt vulneráti multi. Et com-
dit civitátes munítas in terra
: & accépit spólia terræ Ægypti.
értit Antíochus, postquam per-
gyptum in centésimo & quadra-
tértio anno ꟸ & ascéndit ad
& ascéndit Jerosólymam in
dine gravi.

ominátor cælórum mitte Ange-
um bonum ante nos in timóre,
óre magnitúdinis bráchii tui. †
uant, qui cum blasphémia vé-
dvérsùs sanctum pópulum tuum.
fflige oppriméntes nos, & con-
m faciéntes in supérbiam, &
partem tuam. Ut métuant.

Lectio septima.

ntrávit in sanctificatiónem cum
érbia ꟸ & accépit altáre aúreum,
& candelábrum lúminis, & univérsa
vasa ejus, & mensam propositiónis, &
libatória, & phíalas, & mortaríola aúrea,
& velum, & corónas, & ornaméntum
aúreum, quod in fácie templi erat : &
commínuit ómnia. Et accépit argéntum,
& aurum, & vasa concupiscibília, &
accépit thesaúros occúltos, quos invé-
nit : & sublátis ómnibus ábiit in terram
suam.

℟. Impetum inimicórum ne timuéri-
tis, mémores estóte quómodo salvi
facti sunt patres nostri. † Et nunc cla-
mémus in cælum, & miserébitur nostri
Deus noster.

℣. Mementóte mirabílium ejus, quæ
fecit, prodígia ejus, & judícia oris
ejus. Et nunc.

Lectio octava.

ET fecit cædem hóminum : & locú-
tus est in supérbia magna. Et factus
est planctus magnus in Israël, & in om-
ni loco eórum : & ingemuérunt prín-
cipes & senióres ꟸ vírgines, & júvenes
infirmáti sunt : & speciósitas mulierum
immutáta est. Omnis marítus sumpsit
laméntum : & quæ sedébant in thoro
maritáli, lugébant ꟸ & commóta est
terra super habitántes in ea : & univérsa
domus Jacob índuit confusiónem.

℟. Ad te Dómine. *pag.* 426.

*Reliquæ quatuor Lectiones sunt de ho-
milia Dominicæ occurrentis.*

℟. 9. Dixit autem Judas, & fratres
eius, Ecce contríti sunt inimíci nostri :
ascendámus nunc. † Mundáre sancta &
renováre.

℣. Et congregátus est omnis exérci-
tus, & ascendérunt in montem Sion.
Mundáre sancta.

℟. 10. Ornavérunt fáciem templi co-
rónis aúreis, & dedicavérunt altáre Dómi-

no. † Et facta est lætítia magna in pópulo.

℣. In hymnis & confessiónibus benedicébant Dómino. Et facta.

℟. 11. Dixit Judas Simóni fratri suo Elige tibi viros, & vade líbera fratres tuos in Galilæa, ego autem & Jónathas frater meus íbimus in Galaadítim. † Sicut fúerit volúntas in cælo, sic fiat.

℣. Accingímini, & estóte filii poténtes: quóniam méliùs est nobis mori in bello, quàm vidére mala gentis nostræ & sanctórum. Sicut fúerit.

℟. 12. Aúdiam Dómine. *pag.* 427.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

ET post duos annos diérum, misit rex príncipem tributórum in civitátes Juda: & venit Jerúsalem cum turba magna. Et locútus est ad eos verba pacífica in dolo: & credidérunt ei. Et írruit super civitátem repéntè, & percússit eam plaga magna: & pérdidit pópulum multum ex Israël. Et accépit spólia civitátis, & succéndit eam igni ✠ & destrúxit domos ejus, & muros ejus in circúitu: & captívas duxit mulíeres, & natos, & pécora possedérunt.

Lectio secunda.

ET ædificavérunt civitátem David muro magno, & firmo, & túrribus firmis ✠ & facta est illis in arcem: & posuérunt illic gentem peccatrícem, viros iníquos, & convaluérunt in ea ✠ & posuérunt arma, & escas, & congregavérunt spólia Jerúsalem: & reposuérunt illic, & facti sunt in láqueum magnum. Et factum est hoc ad insídias sanctificatióni: & in diábolum malum in Israël.

Lectio tertia.

ET fugérunt habitatóres Jerúsalem propter eos ✠ & facta est habitátio exterórum, & facta est éxtera sémini suo: & nati ejus reliquérunt eam. Sanctificátio ejus desoláta est sicut solitúdo: dies festi ejus convérsi sunt in luctum ✠ Sábbata ejus in oppróbrium: honóres ejus in níhilum. Secúndùm glóriam ejus, multiplicáta est ignomínia ejus: & sublímitas ejus convérsa est in luctum.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

ET scripsit rex Antíochus omni regno suo ✠ ut esset omnis pópulus unus: & relínqueret unusquísque legem suam. Et consensérunt omnes gentes secúndùm verbum regis Antíochi ✠ & multi ex Israël consensérunt servitúti ejus ✠ & sacrificavérunt idólis: & coinquinavérunt Sábbatum. Et misit rex libros per manus nuntiórum in Jerúsalem, & in omnes civitátes Juda ✠ ut sequeréntur leges Géntium terræ, & prohibérent holocaústa, & sacrifícia, & placatiónes fíeri in templo Dei: & prohibérent celebrári Sábbatum, & dies solénnes.

Lectio secunda.

ET jussit coinquinári sancta: & sanctum pópulum Israël. Et jussit ædificári aras, & templa, & idóla: & immolári carnes suíllas, & pécora commúnia ✠ & relínquere fílios suos incircumcísos: & coinquinári ánimas eórum in ómnibus immúndis, & abominatiónibus ✠ ita ut oblivisceréntur legem, & immutárent omnes justificatiónes Dei. Et quicúmque non fecíssent secúndùm verbum regis Antíochi: moreréntur.

Lectio tertia.

SEcúndùm ómnia verba hæc, scripsit omni regno suo ✠ & præpósuit prin-

pópulo : qui hæc fieri cógerent, ſſérunt civitátibus Juda ſacrificáre. ongregáti ſunt multi de pópulo ɔs qui dereliquerant legem Dómi- & fecérunt mala ſuper terram ꟸ & avérunt pópulum Iſraël in ábditis: abſcónditis fugitivórum locis.

MINICA SECUNDA.

Lectio prima.

diébus illis ſurréxit Mathathías ius Joánnis, filii Simeónis, ſacér- x filiis Jóarib ab Jerúſalem: & dit in monte Modin. Et habébat quinque ꟸ Joánnem, qui cogno- bátur Gaddis : & Simónem, qui ominabátur Thaſi, & Judam, qui bátur Machabæus ꟸ & Eleázarum, ognominabátur Abaron : & Jóna- , qui cognominabátur Apphus. Hi unt mala, quæ fiébant in pópulo : & in Jerúſalem.

Lectio secunda.

T dixit Mathathías. Væ mihi, ut uid natus ſum vidére contritió- pópuli mei ꟸ & contritiónem ci- s ſanctæ ꟸ & ſedére illic, cùm da- manibus inimicórum ? Sancta in extraneórum facta ſunt: templum ſicut homo ignóbilis. Vaſa glóriæ aptíva abdúcta ſunt: trucidáti ſunt ejus in platéis : & júvenes ejus érunt in gládio inimicórum.

Lectio tertia.

Uæ gens non hæreditávit regnum ejus ꟸ & non obtinuit ſpólia ejus? is compoſitio ejus abláta eſt. Quæ líbera : facta eſt ancilla. Et ecce a noſtra, & pulchritúdo noſtra, & as noſtra deſoláta eſt : & coinqui- unt ea Gentes. Quò ergo nobis vívere ? Et ſcidit veſtiménta ſua Mathathías, & filii ejus : & operuérunt ſe cilíciis, & planxérunt valde.

Lectio quarta.

ET venérunt illuc qui miſſi erant à rege Antíocho, ut cógerent eos, qui confúgerant in civitátem Modin : im- moláre, & accéndere thura, & à lege Dei diſcédere. Et multi de pópulo Iſraël conſentiéntes acceſſérunt ad eos : ſed Mathathías, & filii ejus conſtánter ſte- térunt. Et reſpondéntes qui miſſi erant ab Antíocho, dixérunt Mathathíæ: Prin- ceps & clariſſimus, & magnus es in hac civitáte : & ornátus filiis & frátribus.

Lectio quinta.

ERgo accéde prior, & fac juſſum re- gis: ſicut fecérunt omnes gentes ꟸ & viri Juda, & qui remanſérunt in Je- rúſalem : & eris tu, & filii tui inter amícos regis, & amplificátus auro, & argénto, & munéribus multis. Et reſ- póndit Mathathías: & dixit magna voce. Etſi omnes gentes regi Antíocho obé- diunt ꟸ ut diſcédat unuſquiſque à servi- túte legis patrum ſuórum, & conſéntiat mandátis ejus : ego, & filii mei, & fratres mei obediémus legi patrum noſtrórum.

Lectio sexta.

PRopítius ſit nobis Deus ꟸ non eſt nobis útile relínquere legem & juſtí- tias Dei : non audiémus verba regis An- tíochi ꟸ nec ſacrificábimus tranſgre- diéntes legis noſtræ mandáta : ut eámus áltera via. Et ut ceſſávit loqui verba hæc : accéſſit quidam Judæus in óm- nium óculis ſacrificáre idólis ſuper aram in civitáte Modin, ſecúndùm juſſum regis. Et vidit Mathathías, & dóluit ꟸ & contremuérunt renes ejus, & ac- cénſus eſt furor ejus, ſecúndùm judí- cium legis : & insíliens trucidávit eum ſuper aram.

Lectio ſeptima.

SEd & virum, quem rex Antíochus míſerat, qui cogébat immoláre, occídit in ipſo témpore * & aram deſtrúxit: & zelátus eſt legem, ſicut fecit Phínees Zamri filio Salómi. Et exclamávit Mathathías voce magna in civitáte, dicens. Omnis qui zelum habet legis ſtátuens teſtaméntum: éxeat poſt me. Et fugit ipſe, & filii ejus in montes: & reliquérunt quæcúmque habébant in civitáte.

Lectio octava.

TUnc deſcendérunt multi quæréntes judícium, & juſtítiam in deſértum * & ſedérunt ibi ipſi, & filii eórum, & mulíeres eórum, & pécora eórum: quóniam inundavérunt ſuper eos mala. Et renuntiátum eſt viris regis, & exercítui, qui erat in Jerúſalem civitáte David: quóniam diſceſsiſſent viri quidam, qui diſſipavérunt mandátum regis, in loca occúlta in deſérto: & abiiſſent poſt eos multi.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

ET appropinquavérunt dies Mathathíæ moriéndi: & dixit filiis ſuis. Nunc confortáta eſt ſupérbia, & caſtigátio, & tempus everſiónis: & ira indignatiónis. Nunc ergo, ô filii, æmulatóres eſtóte legis: & date ánimas veſtras pro teſtaménto patrum veſtrórum * & mementóte óperum patrum, quæ fecérunt in generatiónibus ſuis: & accipiétis glóriam magnam, & nomen ætérnum.

Lectio ſecunda.

ET à verbis viri peccatóris ne timuéritis * quia glória ejus, ſtercus & vermis eſt: hódie extóllitur, & cras non inveniétur. Vos ergo filii confortámini, & viríliter ágite in lege: quia in ipſa glorióſi éritis. Retribúite retributiónem géntibus: & inténdite in præcéptum legis * & benedixit eos: & appóſitus eſt ad patres ſuos. Et planxérunt eum omnis Iſraël planctu magno.

Lectio tertia.

ET ſurréxit Judas, qui vocabátur Machabæus, filius ejus pro eo: & adjuvábant eum omnes fratres ejus * & univérſi, qui ſe conjúnxerant patri ejus: & præliabántur prælium Iſraël cum lætítia. Et cécidit timor Judæ, ac fratrum ejus, & formído ſuper omnes gentes in circúitu eórum * & pervénit ad regem nomen ejus: & de præliis Judæ narrábant omnes gentes.

IN ALIO FESTO.

Lectio prima.

UT audívit autem rex Antíochus ſermónes iſtos * irátus eſt ánimo: & miſit, & congregávit exércitum univérſi regni ſui, caſtra fórtia valde. Et apéruit ærárium ſuum, & dedit ſtipéndia exercítui in annum: & mandávit illis, ut eſſent paráti ad ómnia.

Lectio ſecunda.

ET vidit quòd defécit pecúnia de theſaúris ſuis: & tribúta regiónis módica propter diſſenſiónem, & plagam, quam fecit in terra, ut tólleret legítima quæ erant à primis diébus. Et tímuit ne non habéret ut ſemel & bis, in ſumptus & donária, quæ déderat antè larga manu: & abundáverat ſuper reges qui ante eum fúerant.

Lectio tertia.

ET conſternátus erat ánimo valde, & cogitávit ire in Péiſidem: & ac-

e tribúta regiónum, & congregá-
géntum multum. Et relíquit Ly-
hóminem nóbilem de génere re-
ſuper negótia régia, à flúmine
ráte uſque ad flumen Ægypti: &
utríret Antíochum fílium ſuum,
redíret.

MINICA TERTIA.

Lectio prima.

it Liber Machabæórum ſecúndus.
átribus, qui ſunt per Ægyptum,
udæis, ſalútem dicunt fratres qui
in Jeroſolymis, Judæi, & qui in
ne Judææ: & pacem bonam. Be-
iat vobis Deus: & memínerit teſta-
ſui, quod locútus eſt ad Abraham,
& Jacob, ſervórum ſuórum fidé-
† & det vobis cor ómnibus, ut
s eum: & faciátis ejus voluntátem
magno, & ánimo voléntí.

Lectio ſecunda.

Dapériat cor veſtrum in lege ſua†
& in præcéptis ſuis: & fáciat pa-
Exaúdiat oratiónes veſtras † & re-
liétur vobis: nec vos déſerat in
ore malo. Et nunc hìc ſumus orán-
ro vobis. Regnánte Demétrio,
centéſimo ſexagéſimo nono, nos
ſcripſimus vobis in tribulatióne,
petu, qui ſupervénit nobis in
nnis † ex quo recéſſit Jaſon à
terra: & à regno.

Lectio tertia.

rtam ſuccendérunt, & effudérunt
nguinem innocéntem: & orávi-
d Dóminum, & exaudíti ſumus†
túlimus ſacrifícium, & ſimilági-
& accéndimus lucérnas, & pro-
mus panes. Et nunc frequentáte
cenopégiæ menſis Caſleü. De ma-
perículis à Deo liberáti, magnífice
grátias ágimus ipſi: útpote qui advér-
ſùs talem regem dimicávimus.

Lectio quarta.

Ipſe enim ebullíre fecit de Pérſide eos, qui pugnavérunt contra nos: & ſanctam civitátem. Nam cùm in Pérſide eſſet dux ipſe, & cum ipſo imménſus exércitus † cécidit in templo Náneæ: consílio decéptus ſacerdótum Náneæ. Etenim cum ea habitatúrus venit ad locum Antíochus, & amíci ejus: & ut accíperet pecúnias multas dotis nómine.

Lectio quinta.

Cumque propoſuiſſent eas ſacerdótes Náneæ: & ipſe cum paucis ingréſſus eſſet intra ámbitum fani† clauſérunt templum, cùm intráſſet Antíochus: apertóque occúlto áditu templi, mitténtes lápides percuſſérunt ducem, & eos qui cum eo erant † & diviſérunt membrátim: & capítibus amputátis foras projecérunt. Per ómnia benedíctus Deus: qui trádidit ímpios.

Lectio ſexta.

Factúri ígitur quinta & vigéſima die menſis Caſleü purificatiónem templi † neceſſárium dúximus ſignificáre vobis: ut & vos quoque agátis diem ſcenopégiæ, & diem ignis, qui datus eſt quando Nehemías ædificáto templo & altári, óbtulit ſacrifícia. Nam cùm in Pérſidem duceréntur patres noſtri, ſacerdótes qui tunc cultóres Dei erant† accéptum ignem de altári occúlte abſcondérunt in valle, ubi erat púteus altus & ſiccus: & in eo contutáti ſunt eum, ita ut ómnibus ignótus eſſet locus.

Lectio ſeptima.

Cum autem præteríſſent anni multi† & plácuit Deo ut mitterétur Nehe-

mías à rege Pérſidis : nepótes ſacerdótum illórum, qui abſcónderant, miſit ad requiréndum ignem † & ſicut narravérunt nobis : non invenérunt ignem, ſed aquam craſſam. Et juſſit eos hauríre, & afférre ſibi † & ſacrifícia, quæ impóſita erant, juſſit ſacérdos Nehemías aſpérgi ipſa aqua : & ligna, & quæ erant ſuperpóſita.

Lectio octava.

UTque hoc factum eſt, & tempus áffuit, quo Sol refúlſit, qui priùs erat in núbilo † accénſus eſt ignis magnus : ita ut omnes miraréntur. Oratiónem autem faciébant omnes ſacerdótes dum conſummarétur ſacrifícium : Jónatha inchoánte, cæteris autem reſpondéntibus.

SUPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

ET Nehemíæ erat orátio hunc habens modum. Dómine Deus ómnium creátor, terríbilis & fortis, juſtus & miséricors † qui ſolus es bonus Rex, ſolus præſtans, ſolus juſtus, & omnípotens, & ætérnus † qui líberas Iſraël de omni malo † qui feciſti patres eléctos, & ſanctificáſti eos † áccipe ſacrifícium pro univérſo pópulo tuo Iſraël : & cuſtódi partem tuam, & ſanctífica.

Lectio ſecunda.

COngrega diſperſiónem noſtram † líbera eos qui ſérviunt Géntibus, & contémptos, & abominátos réſpice : ut ſciant Gentes quia tu es Deus noſter. Afflíge oppriméntes nos : & contuméliam faciéntes in ſupérbia. Conſtítue pópulum tuum in loco ſancto tuo : ſicut dixit Moyſes. Sacerdótes autem pſallébant hymnos : úſquequo conſúmptum eſſet ſacrifícium.

Lectio tertia.

CUm autem conſúmptum eſſet ſacrifícium : ex resídua aqua Nehemías juſſit lápides majóres perfúndi. Quod ut factum eſt, ex eis flamma accénſa eſt : ſed ex lúmine quod refúlſit ab altári, conſúmpta eſt. Ut verò manifeſtáta eſt res : renuntiátum eſt regi Perſárum, quòd in loco, in quo ignem abſcónderant hi qui tranſláti fúerant ſacerdótes, aqua appáruit : de qua Nehemías, & qui cum eo erant, purificavérunt ſacrifícia.

IN ALIO FESTO.

Lectio tertia.

COnsíderans autem rex, & rem diligénter exáminans : fecit ei templum, ut probáret quod factum erat. Et cùm probáſſet † ſacerdótibus donávit multa bona, & ália atque ália múnera : & accípiens manu ſua tribuébat eis. Appellávit autem Nehemías hunc locum Nephthar : quod interpretátur purificátio. Vocátur autem apud plures Nephi.

Lectio ſecunda.

INvenítur autem in deſcriptiónibus Jeremíæ prophétæ, quòd juſſit eos ignem accípere qui tranſmigrábant : ut ſignificátum eſt, & ut mandávit tranſmigrátis. Et dedit illis legem ne oblivíſceréntur præcépta Dómini : & ut non exerrárent méntibus, vidéntes ſimuláchra aúrea & argéntea, & ornaménta eórum. Et ália hujúſmodi dicens : hortabátur ne legem amovérent à corde ſuo.

Lectio tertia.

ERat autem in ipſa ſcriptúra, quómodo tabernáculum & arcam juſſit prophéta divíno reſpónſo ad ſe facto

itári ſecum, úſquequo éxiit in mon-
, in quo Moyſes aſcéndit, & vidit
hæreditátem. Et véniens ibi Jere-
s invénit locum ſpelúncæ: & taber-
ulum & arcam, & altáre incénſi ín-
t illuc, & óſtium obſtrúxit.

OMINICA QUARTA.

Lectio prima.

Gitur cùm ſancta cívitas habitarétur
omni pace ˥ leges étiam adhuc ópti-
cuſtodiréntur propter Oníæ pontí-
pietátem, & ánimos ódio habéntes
a ˥ fiébat ut & ipſi reges & prínci-
locum ſummo honóre dignum dú-
ent, & templum máximis munéri-
illuſtrárent: ita ut Seleúcus Aſiæ
de redditibus ſuis præſtáret omnes
ptus ad miniſtérium ſacrificiórum
inéntes.

Lectio ſecunda.

Imon autem de tribu Bénjamin præ-
pófitus templi conſtitútus, conten-
at, obſiſténte ſibi príncipe ſacerdó-
, iníquum áliquid in civitáte molí-
Sed cùm víncere Oníam non poſſet:
it ad Apollónium Tharſææ filium,
eo témpore erat dux Cœleſyriæ &
enícis, & nuntiávit ei pecúniis in-
ıerabílibus plenum eſſe ærárium Je-
lymis ˥ & commúnes cópias im-
ſas eſſe, quæ non pértinent ad ra-
em ſacrificiórum: eſſe autem poſſí-
ſub poteſtáte regis cádere univérſa.

Lectio tertia.

Umque retuliſſet ad regem Apol-
lónius de pecúniis, quæ delátæ
t ˥ ille accítum Heliodórum, qui
ſuper negótia ejus: miſit cum man-
s, ut prædíctam pecúniam tranſpor-
t. Statímque Heliodórus iter eſt ag-
ſus ˥ ſpécie quidem quaſi per Cœ-
leſyriam & Phœnícem civitátes eſſet pe-
ragratúrus: re vera autem regis propó-
ſitum perfectúrus. Sed cùm veníſſet Je-
roſólymam, & benígnè à ſummo ſacer-
dóte in civitáte eſſet excéptus ˥ narrá-
vit de dato indício pecuniárum, & cujus
rei grátia adéſſet, apéruit: interrogábat
autem ſi verè hæc ita eſſent.

Lectio quarta.

TUnc ſummus ſacérdos oſténdit de-
póſita eſſe hæc, & victuália vi-
duárum & pupillórum ˥ quædam verò
eſſe Hircáni Tobíæ viri valdè eminéntis,
in his quæ detúlerat ímpius Simon:
univérſa autem argénti taléntа eſſe qua-
dringénta, & auri ducénta. Décipi verò
eos, qui credidiſſent loco & templo,
quod per univérſum mundum honorá-
tur: pro ſui veneratióne & ſanctitáte
omníno impoſsíbile eſſe. At ille pro his
quæ habébat in mandátis à rege, dicébat
omni génere regi ea eſſe deferénda.

Lectio quinta.

COnſtitúta autem die: intrábat de
his Heliodórus ordinatúrus. Non
módica verò per univérſam civitátem
erat trepidátio. Sacerdótes autem ante
altáre cum ſtolis ſacerdotálibus jactavé-
runt ſe: & invocábant de cælo eum,
qui de depóſitis legem póſuit: ut his,
qui depoſuerant ea, ſalva cuſtodíret.
Jam verò qui vidébat ſummi ſacerdótis
vultum: mente vulnerabátur. Fácies
enim & color immutátus: declarábat
intérnum ánimi dolórem.

Lectio ſexta.

CIrcumfúſa enim erat mœſtítia quæ-
dam viro, & horror córporis: per
quem maniféſtus aſpiciéntibus dolor
cordis ejus efficiebátur. Alii étiam gre-
gátim de dómibus confluébant ˥ pública
ſupplicatióne obſecrántes: pro eo quòd

in contémptum locus esset ventúrus. Accinctæque mulieres ciliciis pectus, per platéas confluébant * sed & vírgines, quæ conclúsæ erant, procurrébant ad Oníam * áliæ autem ad muros: quædam verò per fenéstras aspiciébant.

Lectio septima.

UNivérsæ autem protendéntes manus in cælum, deprecabántur. Erat enim mísera commístæ multitúdinis, & magni sacerdótis in agóne constitúti expectátio. Et hi quidem invocábant omnipoténtem Deum: ut crédita sibi, his qui credíderant, cum omni intcgritáte conservaréntur. Heliodórus autem quod decréverat perficiébat: eódem loco ipse cum satellítibus circa ærárium præsens.

Lectio octava.

SEd Spíritus omnipoténtis Dei magnam fecit suæ ostensiónis evidéntiam * ita ut omnes, qui ausi fúerant parére ei: ruéntes Dei virtúte, in dissolutiónem, & formídinem converteréntur. Appáruit enim illis quidam equus terríbilem habens sessórem, óptimis operiméntis adornátus * isque cum ímpetu Heliodóro prióres calces elísit: qui autem ei sedébat, videbátur arma habére aúrea.

SVPER HEBDOMADAM.

Lectio prima.

ALii étiam apparuérunt duo júvenes virtúte decóri, óptimi glória, speciosíque amíctu * qui circumstetérunt eum: & ex utráque parte flagellábant, sine intermissióne multis plagis verberántes. Súbitò autem Heliodórus cóncidit in terram * cúmque multa calígine circumfúsum rapuérunt: atque in sella gestatória pósitum ejecérunt. Et is, qui cum multis cursóribus & satell[...] bus prædíctum ingréssus est ærári[...] portabátur nullo sibi auxílium ferén[...] maniféſta Dei cógnita virtúte.

Lectio secunda.

ET ille quidem per divínam virtú[...] jacébat mutus: atque omni sp[...] salúte privátus. Hi autem Dómin[...] benedicébant: quia magnificábat loc[...] suum * & templum, quod paulò a[...] timóre ac tumúltu erat plenum: ap[...] rénte omnipoténte Dómino, gaúdio[...] lætítia implétum est. Tunc verò ex a[...] cis Heliodóri quidam rogábant con[...] stim Oníam, ut invocáret Altíssimu[...] ut vitam donáret ei, qui in supré[...] spíritu erat constitútus.

Lectio tertia.

COnsíderans autem summus sac[...] dos, ne fortè rex suspicarétur [...] lítiam áliquam ex Judæis circa Helio[...] rum consummátam: óbtulit pro sal[...] viri hóstiam salutárem. Cùmque su[...] mus sacérdos exoráret: iídem júve[...] eísdem véstibus amícti, adstántes Hel[...] dóro, dixérunt. Oníæ sacerdóti grát[...] age: nam propter eum Dóminus t[...] vitam donávit. Tu autem à Deo flage[...] tus: núntia ómnibus magnália Dei, potestátem. Et his dictis, non com[...] ruérunt.

DOMINICA QVINT[...]

Lectio prima.

COntigit autem & septem frat[...] unà cum matre sua apprehéns[...] compélli à rege édere contra fas car[...] pórcinas: flagris & taúreis cruciát[...] Unus autem ex illis, qui erat primus[...] ait. Quid quæris, & quid vis disc[...] à nobis? Paráti, sumus mori, ma[...] quàm pátrias Dei leges prævaricári.

Lectio secunda.

us itaque rex, jussit sartágines & s æneas succéndi ꟷ quibus statim ſis, jussit ei, qui prior fuerat lo- amputári linguam: & cute cápitis ta ꟷ summas quoque manus & ei præscíndi: cæteris ejus frátri- matre inspiciéntibus.

Lectio tertia.

cùm jam per ómnia inútilis fa- us esset ꟷ jussit ignem admovéri, uc spirántem torréri in sartágine: cùm diu cruciarétur ꟷ cæteri unà natre ínvicem se hortabántur mo- iter, dicéntes: Dóminus Deus as- veritátem ꟷ & consolábitur in , quemádmodum in protestatióne i declarávit Moyses: Et in servis onsolábitur.

Lectio quarta.

Ortuo ítaque illo primo, hoc modo, sequéntem deducébant ad ndum ꟷ & cute cápitis cum capíl- stráctа, interrogábant: si mandu- priùs, quàm toto córpore per ra síngula puniréntur. At ille, res- ns pátria voce, dixit: Non fá- Propter quod & iste, sequénti lo- rimi torménta suscépit.

Lectio quinta.

st hunc tértius illúditur ꟷ & lin- uam postulátus, citò prótulit, & s constánter exténdit: & cum fi- , ait. E cælo ista possídeo ꟷ sed er Dei leges nunc hæc ipsa despí- quóniam ab ipso me ea receptú- pero ꟷ ita ut rex, & qui cum ipso , miraréntur adolescéntis ánimum: táquam nihilum dúceret cruciátus.

Lectio sexta.

hoc ita defúncto: quartum vexá- ant símiliter torquéntes. Et cùm jam esset ad mortem, sic ait. Pótiùs est ab homínibus morti datos spem expe- ctáre à Deo, íterum ab ipso resuscitándos: tibi enim resurréctio ad vitam non erit.

Lectio septima.

ET cùm admovíssent quintum: vexá- bant eum. At ille respíciens in eum, dixit ꟷ Potestátem inter hómines ha- bens, cùm sis corruptíbilis, facis quod vis: noli autem putáre genus nostrum à Deo esse derelíctum ꟷ tu autem pa- tiénter sústine, & vidébis magnam po- testátem ipsius: quáliter te, & semen tuum torquébit.

Lectio octava.

POst hunc ducébant sextum: & is mori incípiens, sic ait. Noli frustra erráre: nos enim propter nosmetípsos hæc pátimur ꟷ peccántes in Deum no- strum: & digna admiratióne facta sunt in nobis. Tu autem ne exístimes tibi impúnè futúrum: quod contra Deum pugnáre tentáveris.

ANTIPHONÆ DE LIBRIS Prophetarum dicendæ in Sabbatis ad Magnificat à Calendis Novembris usque ad Adventum Domini.

Antiph. 1. Vidi Dóminum * sedén- tem super sólium excélsum, & plena erat omnis terra majestáte ejus, & ea quæ sub ipso erant, replébant templum.

Antiph. 2. Super muros * tuos Jerú- salem constítui custódes: tota die & to- ta nocte non tacébunt laudántes no- men Dómini.

Antiph. 3. Aspice Dómine * quia fa- cta est desoláta cívitas plena divítiis, se- det in tristítia dómina Géntium, non est qui consolétur eam, nisi tu Deus noster.

Antiph. 4. Vidi Dóminum. *ut suprà.*

Antiph. 5. Super muros. *ut suprà.*

DOMINICA PRIMA
Poſt Octavas Nativitatis B. V. Mariæ.

Ad primas Veſperas.

Capitul. Benedictus Deus. *pag.* 96.

Magnum ℟. Super muros. *ut infrà.*

Hymnus. Deus creátor. *pag.* 96.

℣. Elevátio mánuum. *pag.* 106.

Ad Magnificat Antiph. prima de ſupradictis.

Oratio Dominicæ ſubſequenter currentis.

Ad Matutinas.

Omnia ut in pſalterio præter lectiones & Reſponſoria quæ hìc habentur.

Lectio prima.

Incipit Ezéchiel Prophéta.

ET factum eſt in trigéſimo anno, in quarto, in quinta menſis, cùm eſſem in médio captivórum juxta flúvium Chobar: apérti ſunt cæli, & vidi viſiónes Dei. In quinta menſis, ipſe eſt annus quintus tranſmigratiónis regis Joáchin: factum eſt verbum Dómini ad Ezechiélem filium Buzi, ſacerdótem in terra Chaldæórum, ſecus flumen Chobar: & facta eſt ſuper eum ibi manus Dómini. Hæc dicit Dóminus. Convertímini ad me: & ſalvi éritis.

Et infraſcriptæ omnes lectiones Prophetarum ſic terminantur. Hæc dicit.

℟. Vidi Dóminum ſedéntem ſuper ſólium excélſum & elevátum: & plena erat omnis terra majeſtáte ejus. † Et ea quæ ſub ipſo erant replébant templum.

℣. Séraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ álteri. Et ea.

Lectio ſecunda.

ET vidi ꟸ & ecce ventus túrbinis veniébat ab Aquilóne, & nubes magna, & ignis invólvens: & ſplendor in circúitu ejus, & de médio ejus quaſi ſpécies eléctri, id eſt, de médio ignis. Et in médio ejus ſimilitúdo qu animálium: & hic aſpéctus eó ſimilitúdo hóminis in eis. Quátu cies uni: & quátuor pennæ uni.

℟. Super muros tuos Jerúſalem ſtítui cuſtódes, tota die & noct tacébunt. † Laudántes nomen D

℣. Qui reminiſcímini Dómin taceátis, & ne detis ſiléntium ei. dántes.

Lectio tertia.

PEdes eórum pedes recti ꟸ & pedis eórum quaſi planta pe tuli: & ſcintíllæ quaſi aſpéctu candéntis. Et manus hóminis ſu nis eórum in quátuor pártibus. cies, & pennas per quatuor part bébant. Junctæque erant pennæ altérius ad álterum. Non rever tur cùm incéderent: ſed unumqu ante fáciem ſuam gradiebátur.

℟. Fluctus tui ſuper me tranſ & ego dixi, Expúlſus ſum ab tuis. † Verúmtamen rurſus vidéb plum ſanctum tuum.

℣. Circumdedérunt me aquæ ad ánimam, abyſſus vallávit me rúmtamen.

Lectio quarta.

SImilitúdo autem vultus eórum cies hóminis, & fácies leónis tris ipſórum quátuor ꟸ fácies bovis à ſiniſtris ipſórum quátu fácies áquilæ déſuper ipſórum qu Fácies eórum, & pennæ eórum e déſuper ꟸ duæ pennæ ſingulórum gebántur: & duæ tegébant córpo rum. Et unumquódque eórum fácie ſua ambulábat ꟸ ubi erat i ſpíritus, illuc gradiebántur: nec tebántur cùm ambulárent.

℟. Dómini eſt terra. *pag.* 42

Lectio quinta.

T similitúdo animálium, aspéctus
órum quasi carbónum ignis ardén-
: & quasi aspéctus lampadárum.
erat vísio discúrrens in médio ani-
um ✠ splendor ignis: & de igne
r egrédiens. Et animália ibant: &
tebántur in similitúdinem fúlguris
scántis.
. Indicábo tibi homo quid sit bo-
, aut quid Dóminus requírat à te:
e judícium & justítiam. † Et solí-
n ambuláre cum Deo tuo.
. Abstinére à carnálibus desidériis,
militant advérsùs ánimam. Et.

Lectio sexta.

Umque aspícerem animália, appá-
ruit rota una super terram juxta
ália: habens quatuor fácies ✠ &
ctus rotárum, & opus eárum, quasi
maris: & una similitúdo ipsárum
uor ✠ & aspéctus eárum, & ópera:
i sit rota in médio rotæ. Per quá-
partes eárum eúntes ibant: & non
rtebántur cùm ambulárent.
. Sustinúimus pacem, & non venit:
ivímus bona, & ecce turbátio. †
nóvimus Dómine peccáta nostra,
in perpétuum oblivíscáris nos.
. Sólii glóriæ tuæ recordáre, ne
um fácias fœdus tuum nobíscum.
nóvimus.

Lectio septima.

Statúra quoque erat rotis, & altitúdo,
k horríbilis aspéctus: & totum cor-
óculis plenum in circúitu ipsárum
uor. Cùmque ambulárent animália,
ulábant páriter, & rotæ juxta ea ✠
um elevaréntur animália de terra:
ábantur simul & rotæ. Quocúmque
spíritus: illuc eúnte spíritu & rotæ
ter elevabántur, sequéntes eum.
Spíritus enim vitæ erat in rotis.

℟. Rédimet Dóminus pópulum suum, & liberábit eos: & vénient & exultábunt in monte Sion, & gaudébunt de bonis Dómini super fruménto, vino & óleo. † Et ultrà non esúrient.

℣. Erítque ánima eórum quasi hortus irríguus. Et ultrà.

Lectio octava.

Cum eúntibus ibant, & cum stántibus stabant ✠ & cum elevátis à terra páriter elevabántur & rotæ, sequéntes ea: quia spíritus vitæ erat in rotis. Et similitúdo super cápita animálium firmaménti ✠ quasi aspéctus crystálli horríbilis: & exténti super cápita eórum désuper. Sub firmaménto autem pennæ eórum rectæ altérius ad álterum ✠ unumquódque duábus alis velábat corpus suum: & álterum simíliter velabátur.

℣. Ad te Dómine. *pag.* 426.

Reliquæ quatuor Lectiones sunt de Homilia Dominicæ occurrentis.

℟. 9. Aspice Dómine, quia facta est desoláta cívitas plena divítiis, sedet in tristítia dómina géntium. † Non est qui consolétur eam, nisi tu Deus.

℣. Omnes amíci ejus sprevérunt illam, persecutóres ejus apprehendérunt eam inter angústias. Non est.

℟. 10. Misit Dóminus Angelum suum, & conclúsit ora leónum. † Et non me contaminavérunt, quia coram eo justítia invénta est in me.

℣. Misit Deus misericórdiam suam, & veritátem suam: ánimam meam erípuit de médio catulórum leónum. Et non.

℟. 11. Angústiæ mihi sunt úndique. † Sed mélius est mihi incídere in manus hóminum, quàm peccáre in conspéctu Dómini.

℣. Si enim hoc égero mors mihi eſt : ſi autem non égero,non effúgiam manus veſtras. Sed.

℟. 12. Aúdiam Dómine. *pag.* 427.

Reſponſória Dominicalia à Calendis Novembris uſque ad Octavas Pentec. dicuntur intra hebdom. nullo occurrente feſto, de quo fiat Officium ; paucis exceptis quæ non dicuntur intra hebdomadam, ſcilicet, Dominicarum inter Epiph. & Septuageſimam.

Reſponſória verò 4. 8. *&* 12. *ſuper hebdomadam tacentur, quia mutuata ſunt.*

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

ET audiébam ſonum alárum, quaſi ſonum aquárum multárum ꟸ quaſi ſonum ſublímis Dei : cùm ambulárent quaſi ſonus erat multitúdinis, ut ſonus caſtrórum. Cùmque ſtarent: dimittebántur pennæ eórum.

Lectio ſecunda.

NAm cùm fieret vox ſuper firmaméntum, quod erat ſuper caput eórum : ſtabant, & ſubmittébant alas ſuas. Et ſuper firmaméntum, quod erat ímminens cápiti eórum, quaſi aſpéctus lápidis ſapphíri ſimilitúdo throni ꟸ & ſuper ſimilitúdinem throni : ſimilitúdo quaſi aſpéctus hóminis déſuper.

Lectio tertia.

ET vidi quaſi ſpéciem eléctri, velut aſpéctum ignis, intrínſecus ejus per circúitum ꟸ à lumbis ejus & déſuper, & à lumbis ejus uſque deórſum : vidi quaſi ſpéciem ignis ſplendéntis in circúitu. Velut aſpéctum arcus cùm fúerit in nube in die plúviæ : hic erat aſpéctus ſplendóris per gyrum.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

HÆc víſio ſimilitúdinis glóriæ Dómini. Et vidi, & cécidi in fáciem meam : & audívi vocem loquéntis. Et dixit ad me. Fili hóminis ſta ſuper pedes tuos : & loquar tecum. Et ingréſſus eſt in me ſpíritus poſtquam locútus eſt mihi : & ſtátuit me ſupra pedes meos.

Lectio ſecunda.

ET audívi loquéntem ad me, & dicéntem. Fili hóminis ꟸ mitto ego te ad fílios Iſraël, ad Gentes apoſtatríces, quæ receſſérunt à me : ipſi & patres eórum prævaricáti ſunt pactum meum uſque ad diem hanc. Et fílii dura fácie, & indomábili corde ſunt : ad quos ego mitto te.

Lectio tertia.

ET dices ad eos. Hæc dicit Dóminus Deus : Si fortè vel ipſi aúdiant, & ſi fortè quiéſcant ꟸ quóniam domus exaſperans eſt : & ſcient quia prophéta fúerit in médio eórum. Tu ergo fili hóminis, ne tímeas eos, neque ſermónes eórum métuas quóniam incréduli & ſubverſóres ſunt tecum : & cum ſcorpiónibus hábitas.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

VErba eórum ne tímeas ꟸ & vultus eórum ne formídes : quia domus exáſperans eſt. Loquéris ergo verba mea ad eos, ſi fortè aúdiant, & quieſcant : quóniam irritatóres ſunt. Tu autem fili hóminis, audi quæcúmque loquor ad te : & noli eſſe exáſperans, ſicut domus exaſperátrix eſt : áperi os tuum, & cómede quæcúmque ego do tibi.

Lectio secunda.

vidi ꟷ & ecce manus missa ad me, qua erat involútus liber ꟷ & ex- illum coram me, qui erat scriptus & foris : & scriptæ erant in eo la- tiónes, & carmen, & væ. Et dixit . Fili hóminis, quodcúmque in- s cómede ꟷ cómede volúmen istud: ens lóquere ad filios Israël.

Lectio tertia.

apérui os meum ꟷ & cibávit me lúmine illo : & dixit ad me. Fili is ꟷ venter tuus cómedet : & vís- ua complebúntur volúmine isto, ego do tibi. Et comédi illud : & est in ore meo sicut mel dulce.

RIA QUINTA.

Lectio tertia.

dixit ad me, Fili hóminis ꟷ vade domum Israël : & loquéris verba d eos. Non enim ad pópulum di sermónis, & ignótæ linguæ tu is, ad domum Israël : neque ad os multos profúndi sermónis, & linguæ ꟷ quorum non possis au- rmónes : & si ad illos mitteréris, dírent te. Domus autem Israël audíre te : quia nolunt audíre mnis quippe domus Israël attríta est, & duro corde.

Lectio secunda.

e dedi fáciem tuam valentiórem iébus eórum : & frontem tuam em fróntibus eórum. Ut adamán- t ut sílicem dedi fáciem tuam ꟷ ne eos, neque métuas à fácie eó- quia domus exásperans est.

Lectio tertia.

dixit ad me : Fili hóminis ꟷ om- s sermónes meos, quos ego lo- d te, assúme in corde tuo, & aú- ribus tuis audi ꟷ & vade, ingrédere ad transmigratiónem, ad filios pópuli tui : & loquéris ad eos, & dices eis. Hæc dicit Dóminus Deus : si fortè aúdiant, & quiéscant.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

ET assúmpsit me spíritus : & audívi post me vocem commotiónis ma- gnæ. Benedícta glória Dómini de loco suo ꟷ & vocem alárum animálium per- cutiéntium álteram ad álteram : & vo- cem rotárum sequéntium animália, & vocem commotiónis magnæ.

Lectio secunda.

SPíritus quoque levávit me, & as- súmpsit me : & ábii amárus in indi- gnatióne spíritus mei : manus enim Dó- mini erat mecum, confortans me. Et veni ad transmigratiónem, ad acérvum novárum frugum ꟷ ad eos, qui habi- tábant juxta flumen Chobar : & sedi ubi illi sedébant : & mansi ibi septem diébus in médio eórum.

Lectio tertia.

CUm autem permansíssent septem dies ꟷ factum est verbum Dómini ad me, dicens. Fili hóminis ꟷ speculató- rem dedi te dómui Israël : & aúdies de ore meo verbum, & annuntiábis eis ex me. Si dicénte me ad ímpium : Morte moriéris ꟷ non annuntiáveris ei, neque locútus fúeris : ut avertátur à via sua ímpia, & vivat ꟷ ipse ímpius in iniqui- táte sua moriétur : sánguinem autem ejus de manu tua requíram.

SABBATO.

Lectio prima.

SI autem tu annuntiáveris ímpio : & ille non fúerit convérsus ab impie-

táte ſua, & à via ſua ímpia † ipſe quidem in iniquitáte ſua moriétur: tu autem ánimam tuam liberáſti.

Lectio ſecunda.

SEd & ſi convérſus juſtus à juſtítia ſua fúerit, & fécerit iniquitátem † ponam offendículum coram eo: ipſe moriétur, quia non annuntiáſti ei † in peccáto ſuo moriétur, & non erunt in memória juſtitiæ ejus, quas fecit: ſánguinem verò ejus de manu tua requíram.

Lectio tertia.

SI autem tu annuntiáveris juſto, ut non peccet juſtus: & ille non peccáverit † vivens vivet quia annuntiáſti ei: & tu ánimam tuam liberáſti. Et facta eſt ſuper me manus Dómini: & dixit ad me. Surgens egrédere in campum: & ibi loquar tecum.

DOMINICA SECUNDA.

Lectio prima.

ET ſurgens egréſſus ſum in campum † & ecce ibi glória Dómini ſtabat, quaſi glória, quam vidi juxta flúvium Chobar: & cécidi in fáciem meam. Et ingréſſus eſt in me ſpíritus † & ſtátuit me ſuper pedes meos: & locútus eſt mihi, & dixit ad me. Ingrédere: & inclúdere in médio domus tuæ. Hæc dicit.

Lectio ſecunda.

ET tu fili hóminis † ecce data ſunt ſuper te víncula: & ligábunt te in eis, & non egrediéris de médio eórum. Et linguam tuam adhærére fáciam paláto tuo † & eris mutus, nec quaſi vir objúrgans: quia domus exáſperans eſt. Cùm autem locútus fúero tibi: apériam os tuum, & dices ad eos † Hæc dicit Dóminus Deus. Qui audit aúdiat † & qui quiéſcit, quiéſcat: quia domus exáſperans eſt.

Lectio tertia.

ET tu fili hóminis ſume tibi láterem † & pones eum coram te: & deſcribes in eo civitátem Jerúſalem. Et ordinábis advérsùs eam obſidiónem † & ædificábis munitiónes, & comportábis ággerem: & dabis contra eam caſtra, & pones aríetes in gyro.

Lectio quarta.

ET tu ſume tibi ſartáginem férream, & pones eam in murum férreum inter te, & inter civitátem: & obfirmábis fáciem tuam ad eam, & erit in obſidiónem † & circúmdabis eam: ſignum eſt dómui Iſraël. Et tu dórmies ſuper latus tuum ſiníſtrum † & pones iniquitátes domus Iſraël ſuper eo, número diérum quibus dórmies ſuper illud: & aſſúmes iniquitátem eórum.

Lectio quinta.

EGo autem dedi tibi annos iniquitátis eórum, número diérum trecéntos & nonagínta dies: & portábis iniquitátem domus Iſrael. Et cùm compléveris hæc, dórmies ſuper latus tuum déxterum ſecúndò † & aſſúmes iniquitátem domus Juda quadragínta diébus: diem pro anno, diem (inquam) pro anno dedi tibi.

Lectio ſexta.

ET ad obſidiónem Jerúſalem convértes fáciem tuam † & bráchium tuum erit exténtum: & prophetábis advérsùs eam. Ecce, circúmdedi te vínculis † & non te convértes à látere tuo in latus áliud: donec cómpleas dies obſidiónis tuæ.

Lectio ſeptima.

ET tu ſume tibi fruméntum, & hórdeum, & fabam, & lentem, & mílium, & víciam † & mittes ea in vas unum, & fácies tibi panes número dié-

quibus dórmies super latus tuum: ntis & nonagínta diébus cómedes . Cibus autem tuus quo vescéris, n póndere vigínti statéres in die: à ore usque ad tempus cómedes illud.

Lectio octava.

[E]T aquam in mensúra bibes, sex- am partem hin: à témpore usque mpus bibes illud. Et quasi subci- ium hordeáceum cómedes illud: rcore, quod egréditur de hómine, es illud in óculis eórum.

[FE]RIA SECUNDA.

Lectio prima.

[E]T dixit Dóminus. Sic cómedent filii sraël panem suum pollútum inter es, ad quas ejíciam eos. Et dixi ꟸ , a, Dómine Deus: ecce ánima non est pollúta ꟸ & morticínum, cerátum à béstiis non comédi ab tia mea usque nunc: & non est in- in os meum omnis caro immún- dixit ad me. Ecce dedi tibi fimum pro stercóribus humánis: & fá- anem tuum in eo.

Lectio secunda.

[E]T dixit ad me: Fili hóminis ꟸ Ec- e ego cónteram báculum panis in lem: & cómedent panem in pón- & in solicitúdine ꟸ & aquam in ira: & in angústia bibent. Ut de- tibus pane & aqua, córruat unus- ue ad fratrem suum: & contabés- n iniquitátibus suis.

Lectio tertia.

[E]T tu fili hóminis, sume tibi glá- ium acútum radéntem pilos ꟸ & es eum, & duces per caput tuum, barbam tuam: & assúmes tibi sta- pónderis, & divides eos. Tértiam n igni combúres in médio civitá- tis, juxta completiónem diérum obsi- diónis: & assúmes tértiam partem, & concídes gládio in circúitu ejus ꟸ tér- tiam verò áliam dispérdes in ventum: & gládium nudábo post eos.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

ET sumes inde parvum númerum: & ligábis eos in summitáte pállii tui. Et ex eis rursum tolles ꟸ & projícies eos in médio ignis, & combúres eos igni: & ex eo egrediétur ignis in omnem do- mum Israël.

Lectio secunda.

HÆc dicit Dóminus Deus ꟸ Ista est Jerúsalem, in médio Géntium pó- sui eam: & in circúitu ejus terras. Et contémpsit judícia mea, ut plus esset ímpia quàm Gentes ꟸ & præcépta mea: ultrà quàm terræ quæ in circúitu ejus sunt. Judícia enim mea projecérunt: & in præcéptis meis non ambulavérunt.

Lectio tertia.

IDcírco, hæc dicit Dóminus Deus. Quia superástis Gentes, quæ in cir- cúitu vestro sunt: & in præcéptis meis non ambulástis ꟸ & judícia mea non fe- cístis: & juxta judícia Géntium, quæ in circúitu vestro sunt, non estis operáti. Ideo hæc dicit Dóminus Deus ꟸ Ecce ego ad te: & ipse ego fáciam in médio tui judícia in óculis Géntium.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

ET fáciam in te quod non feci ꟸ & quibus simília ultrà non fáciam: propter omnes abominatiónes tuas. Ideo patres cómedent filios in médio tui, & filii cómedent patres suos ꟸ & fáciam in te judícia: & ventilábo uni

vérſas relíquias tuas in omnem ventum.

Lectio ſecunda.

IDcírco vivo ego, dicit Dóminus Deus. Niſi pro eo quod ſanctum meum violáſti in ómnibus offenſiónibus tuis * & in cunctis abominatiónibus tuis: ego quoque confríngam, & non parcet óculus meus, & non miſerébor.

Lectio tertia.

TErtia pars tui peſte moriétur * & fame conſumétur in médio tui: & tértia pars tui in gládio cadet in circúitu tuo * tértiam verò partem tuam in omnem ventum diſpérgam: & gládium evaginábo poſt eos. Et complébo furórem meum, & quiéſcere fáciam indignatiónem meam in eis, & conſolábor * & ſcient quia ego Dóminus locútus ſum in zelo meo: cùm implévero indignatiónem meam in eis.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

ET dabo te in deſértum, & in oppróbrium Géntibus, quæ in circúitu tuo ſunt: in conſpéctu omnis prætereúntis. Et eris oppróbrium, & blaſphémia, exémplum, & ſtupor in Géntibus, quæ in circúitu tuo ſunt: cùm fécero in te judícia in furóre, & in indignatióne, & in increpatiónibus iræ. Ego Dóminus locútus ſum.

Lectio ſecunda.

QUando míſero ſagíttas famis péſſimas in eos, quæ erunt mortíferæ * & quas mittam ut diſpérdam vos: & famem congregábo ſuper vos, & cónteram in vobis báculum panis. Et immíttam in vos famem, & béſtias péſſimas uſque ad interneciónem * & peſtiléntia, & ſanguis transíbunt per te: & gládium indúcam ſuper te. Ego Dóminus locútus ſum.

Lectio tertia.

ET factus eſt ſermo Dómini ad dicens. Fili hóminis, pone fa tuam ad montes Iſraël: & prophet ad eos, & dices. Montes Iſraël au verbum Dómini Dei. Hæc dicit Dómi Deus móntibus, & cóllibus, rúpi & vállibus * Ecce ego indúcam ſuper gládium: & diſpérdam excélſa veſt

FERIA SEXT

Lectio prima.

ET demóliar aras veſtras * & fringéntur ſimuláchra veſtra: & jíciam interféctos veſtros ante idóla ſtra. Et dabo cadávera filiórum I ante fáciem ſimulachrórum veſtrór & diſpérgam oſſa veſtra circa aras ſtras: in ómnibus habitatiónibus ve

Lectio ſecunda.

URbes deſértæ erunt, & excélſ moliéntur, & diſſipabúntur interíbunt aræ veſtræ, & confrin tur * & ceſſábunt idóla veſtra, & co réntur delúbra veſtra: & delebúntur ra veſtra. Et cadet interféctus in m veſtri: & ſciétis quia ego ſum Dómi

Lectio tertia.

ET relínquam in vobis eos, qui gerint gládium in Géntibus: diſpérſero vos in terris. Et recordabún mei liberáti veſtri in Géntibus, ad captívi ducti ſunt quia contrívi cor rum fórnicans, & recédens à me: & ó los eórum fornicántes poſt idóla ſua diſplicébunt ſibímet ſuper malis: qu cérunt in univérſis abominatiónibus

SABBATO.

Lectio prima.

HÆc dicit Dóminus Deus * Pér manum tuam, & allíde pe

, & dic : Heu, ad omnes abomi-
nes malórum domus Iſraël : quia
, fame, & peſte ruitúri ſunt. Qui
eſt, peſte moriétur ꟾ qui autem
, gládio córruet ꟾ & qui relíctus
, & obſéſſus, fame moriétur : &
lébo indignatiónem meam in eis.

Lectio ſecunda.

ſciétis quia ego Dóminus ꟾ cùm
ierint interféċti veſtri in médio
rum veſtrórum, in circúitu arárum
rum : in omni colle excélſo ꟾ & in
is ſummitátibus móntium : & ſub-
nne lignum nemoróſum ꟾ & ſubtus
rſam quercum frondóſam : locum
ccendérunt thura redoléntia uni-
idólis ſuis. Et exténdam manum
ſuper eos ꟾ & fáciam terram de-
m, & deſtitútam, à deſérto Debláta
nnibus habitatiónibus eórum : &
quia ego Dóminus.

Lectio tertia.

factus eſt ſermo Dómini ad me,
cens. Et tu fili hóminis ꟾ Hæc
Dóminus Deus terræ Iſraël : Finis
ꟾ venit finis : ſuper quátuor pla-
rræ. Nunc finis ſuper te, & im-
m furórem meum in te : & judi-
te juxta vias tuas, & ponam con-
omnes abominatiónes tuas. Et non
t óculus tuus ſuper te : & non mi-
or ꟾ ſed vias tuas ponam ſuper te :
minatiónes tuæ in médio tui erunt,
étis quia ego Dóminus.

OMINICA TERTIA.

Lectio prima.

Incipit Oſee Prophéta.

Erbum Dómini, quod factum eſt
ad Oſee filium Beéri, in diébus
, & Jóathan, Achaz, Ezechíæ, re-
Juda : & in diébus Jeróboam filii
Joas regis Iſraël. Princípium loquéndi
Dómino in Oſee. Et dixit Dóminus ad
Oſee : Vade ſume tibi uxórem fornica-
tiónum ꟾ & fac tibi filios fornicatió-
num : quia fórnicans fornicábitur terra
à Dómino. Hæc dicit Dóminus.

Lectio ſecunda.

ET ábiit, & accépit Gomer filiam
Debeláim : & concépit : & péperit ei
filium. Et dixit Dóminus ad eum ꟾ Vo-
ca nomen ejus Jezráhel : quóniam ad-
huc módicùm, & viſitábo ſánguinem
Jezráhel, ſuper domum Jehu : & quiéſ-
cere fáciam regnum domus Iſraël. Et
in illa die cónteram arcum Iſraël in
valle Jezráhel.

Lectio tertia.

ET concépit adhuc, & péperit filiam.
Et dixit ei : Voca nomen ejus, Abſ-
que miſericórdia ꟾ quia non addam ul-
trà miſeréri dómui Iſraël : ſed oblivióne
oblivíſcar eórum. Et dómui Juda mi-
ſerébor ꟾ & ſalvábo eos in Dómino
Deo ſuo : & non ſalvábo eos in arcu,
& gládio, & in bello, & in equis, &
in equítibus.

Lectio quarta.

ET ablactávit eam, quæ erat Abſque
miſericórdia. Et concépit, & pépe-
rit filium. Et dixit ꟾ Voca nomen ejus,
Non pópulus meus ꟾ quia vos non pó-
pulus meus : & ego non ero veſter. Et
erit númerus filiórum Iſraël quaſi aréna
maris, quæ ſine menſura eſt : & non
numerábitur.

Lectio quinta.

ET erit, in loco ubi dicétur eis ꟾ
Non pópulus meus vos : dicétur eis,
Filii Dei vivéntis. Et congregabúntur
filii Juda, & filii Iſraël páriter ꟾ & po-
nent ſibímet caput unum, & aſcéndent
de terra : quia magnus dies Jezráhel.

Lectio sexta.

DIcite frátribus vestris , Pópulus meus * & foróri vestræ : Misericórdiam consecúta. Judicáte matrem vestram , judicáte * quóniam ipsa non uxor mea : & ego non vir ejus. Aúferat fornicatiónes suas à facie sua : & adultéria sua de médio úberum suórum.

Lectio septima.

NE fortè expóliem eam nudam * & státuam eam secúndùm diem nativitátis suæ : & ponam eam quasi solitúdinem * & státuam eam , velut terram ínviam : & interficiam eam siti. Et filiórum illíus non miserébor : quóniam filii fornicatiónum sunt.

Lectio octava.

QUia fornicáta est mater eórum * confúsa est quæ concépit eos : quia dixit. Vadam post amatóres meos * qui dant panes mihi , & aquas meas : lanam meam , & linum meum , óleum meum , & potum meum. Propter hoc ecce ego sépiam viam tuam spinis , & sépiam eam macéria : & sémitas suas non invéniet.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

ET sequétur amatóres suos , & non apprehéndet eos * & quæret eos , & non invéniet , & dicet. Vadam , & revértar ad virum meum priórem : quia bene mihi erat tunc , magis quàm nunc. Et hæc nescívit , quia ego dedi ei fruméntum , & vinum , & óleum * & argéntum multiplicávi ei , & aurum : quæ fecérunt Baal.

Lectio secunda.

IDcirco convértar , & sumam fruméntum meum in témpore suo : & vinum meum in témpore suo * & liberábo lanam meam , & linum meum : qu[...] riébant ignomíniam ejus. Et nu[...] velábo stultítiam ejus in óculis a[...] rum ejus : & vir non éruet eam [...] nu mea.

Lectio tertia.

ET cessáre faciam omne ga[...] ejus , solennitátem ejus , n[...] niam ejus , Sábbatum ejus : & [...] festa témpora ejus. Et corrúmpa[...] neam ejus , & ficum ejus : de [...] dixit. Mercédes hæ , meæ sunt [...] dedérunt mihi amatóres mei. [...] nam eam in saltum : & cómede[...] béstia agri.

FERIA TERTI[...]

Lectio prima.

ET visitábo super eam dies Ba[...] quibus accendébat incénsu[...] ornabátur inaúre sua , & monili [...] & ibat post amatóres suos : & me[...] viscebátur , dicit Dóminus. Propte[...] ecce ego lactábo eam * & ducam[...] in solitúdinem : & loquar ad cor [...]

Lectio secunda.

ET dabo ei vinitóres ejus ex [...] loco * & vallem Achor ad ap[...] dam spem : & canet ibi juxta d[...] ventútis suæ , & juxta dies ascen[...] suæ de terra Ægypti. Et erit in di[...] ait Dóminus * vocábit me , Vir [...] & non vocábit me ultrà , Baáli. [...] feram nómina Baálim de ore ej[...] non recordábitur ultrà nóminis e[...]

Lectio tertia.

ET percútiam cum eis fœdus [...] illa : cum béstia agri , & cum [...] cre cæli , & cum réptili terræ * [...] cum , & gládium , & bellum con[...] de terra : & dormíre eos faciam fi[...] liter. Et sponsábo te mihi in sem[...]

: & sponsábo te mihi in justítia, & o, & in misericórdia, & misera-ius. Et sponsábo te mihi in fide : :s quia ego Dóminus.

ERIA QUARTA.

Lectio prima.

' erit in die illa : Exaúdiam (dicit óminus ꟾ) exaúdiam cælos : & aúdient terram. Et terra exaúdiet im, & vinum, & óleum : & hæc ient Jezráhel. Et seminábo eam in terra : & miserébor ejus, quæ ·sque misericórdia. Et dicam non o meo, Pópulus meus es tu : & icet, Deus meus es tu.

Lectio secunda.

dixit Dóminus ad me. Adhuc ide, & dilige mulíerem diléctam & adúlteram ꟾ sicut díligit Dó-filios Israël : & ipsi respíciunt ad aliénos : & díligunt vinácia uvá-Et fodi eam mihi quíndecim ar-is : & coro hórdei, & dimídio hórdei.

Lectio tertia.

' dixi ad eam. Dies multos expe-ábis me : non fornicáberis, & non iro ꟾ sed & ego expectábo te : quia nultos sedébunt filii Israël, sine & sine príncipe, & sine sacrifício, e altári, & sine ephod, & sine the-n : & post hæc reverténtur filii Is-& quærent Dóminum Deum suum, vid regem suum : & pavébunt ad num, & ad bonum ejus in novíssi-iérum.

ERIA QUINTA.

Lectio prima.

Jdíte verbum Dómini filii Israël : quia judícium Dómino cum habitatóribus terræ ꟾ non est enim véritas, & non est misericórdia : & non est sciéntia Dei in terra. Maledíctum, & mendácium, & homicídium, & furtum, & adultérium inundavérunt : & sanguis sanguinem tétigit.

Lectio secunda.

PRopter hoc lugébit terra, & infirmábitur omnis qui hábitat in ea, in béstia agri, & in vólucre cæli : sed & pisces maris congregabúntur. Verúmtamen unusquísque non júdicet ꟾ & non arguátur vir : pópulus enim tuus sicut hi, qui contradícunt sacerdóti.

Lectio tertia.

ET córrues hódie ꟾ & córruet étiam prophéta tecum : nocte tacére feci matrem tuam. Contícuit pópulus meus, eò quòd non habúerit sciéntiam ꟾ quia tu sciéntiam repulísti : repéllam te, ne sacerdótio fungáris mihi ꟾ & oblíta es legis Dei tui : oblivíscar filiórum tuórum & ego.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

SEcúndùm multitúdinem eórum sic peccavérunt mihi : glóriam eórum in ignomíniam commutábo. Peccáta pópuli mei cómedent : & ad iniquitátem eórum sublevábunt ánimas eórum. Et erit sicut pópulus, sic sacérdos ꟾ & visitábo super eum vias ejus : & cogitatiónes ejus reddam ei.

Lectio secunda.

ET cómedent, & non saturabúntur ꟾ fornicáti sunt, & non cessavérunt : quóniam Dóminum dereliquérunt, in non custodiéndo. Fornicátio, & vinum, & ebríetas aúferunt cor. Pópulus meus in ligno suo interrogávit, & báculus ejus annuntiávit ei ꟾ spíritus enim for-

nicatiónum decépit eos : & fornicáti ſunt à Deo ſuo.

Lectio tertia.

SUper cápita móntium ſacrificábant, & ſuper colles accendébant thymiáma † ſubtus quercum, & pópulum, & therebínthum : quia bona erat umbra ejus † ídeo fornicabúntur fíliæ veſtræ : & ſponſæ veſtræ adúlteræ erunt.

SABBATO.

Lectio prima.

NOn viſitábo ſuper fílias veſtras cùm fúerint fornicátæ, & ſuper ſponſas veſtras cùm adulteráverint † quóniam ipſi cum meretrícibus converſabántur, & cum effœminátis ſacrificábant : & pópulus non intélligens vapulábit. Si fornicáris tu Iſraël, non delínquat ſaltem Juda † & nolíte íngredi in Gálgala, & ne aſcendéritis in Betháven : neque juravéritis, Vivit Dóminus.

Lectio ſecunda.

QUóniam ſicut vacca laſcíviens declinávit Iſraël : nunc paſcet eos Dóminus quaſi agnum in latitúdine. Párticeps idolórum Ephráim : dimítte eum. Separátum eſt convívium eórum † fornicatióne fornicáti ſunt : dilexérunt afférre ignomíniam protectóres ejus. Ligávit eum ſpíritus in alis ſuis : & confundéntur à ſacrifíciis ſuis.

Lectio tertia.

AUdíte hoc ſacerdótes, & atténdite domus Iſraël, & domus regis auſcultáte † quia vobis judícium eſt : quóniam láqueus facti eſtis ſpeculatióni, & rete expánſum ſuper Thabor. Et víctimas declináſtis in profúndum : & ego erudítor ómnium eórum.

DOMINICA QUARTA.

Lectio prima.

Incipit Jonas Prophéta.

ET factum eſt verbum Dómini ad Jonam fílium Amáthi, dicens. Surge, & vade in Níniven civitátem grandem † & prædica in ea : quia aſcéndit malítia ejus coram me. Et ſurréxit Jonas, ut fúgeret in Tharſis à fácie Dómini † & deſcéndit in Joppen, & invénit navem eúntem in Tharſis : & dedit naulum ejus † & deſcéndit in eam : ut iret cum eis in Tharſis à fácie Dómini.

Lectio ſecunda.

DOminus autem miſit ventum magnum in mare † & facta eſt tempéſtas magna in mari : & navis periclitabátur cónteri. Et timuérunt nautæ, & clamavérunt viri ad Deum ſuum † & miſérunt vaſa, quæ erant in navi, in mare : ut alleviarétur ab eis.

Lectio tertia.

ET Jonas deſcéndit ad interióra navis : & dormiébat ſopóre gravi. Et accéſſit ad eum gubernátor, & dixit ei. Quid tu ſopóre deprímeris ? Surge, ínvoca Deum tuum † ſi fortè recógitet Deus de nobis : & non pereámus. Et dixit vir ad collégam ſuum. Veníte, & mittámus ſortes : & ſciámus quare hoc malum ſit nobis.

Lectio quarta.

ET miſérunt ſortes : & cécidit ſors ſuper Jonam. Et dixérunt ad eum. Indica nobis cujus cauſa malum iſtud ſit nobis † Quod eſt opus tuum ? Quæ terra tua ? Et quò vadis ? Vel ex quo pópulo es tu ? Et dixit ad eos. Hebræus ego ſum : & Dóminum Deum cæli ego tímeo, qui fecit mare & áridam.

Lectio quinta.

timuérunt viri timóre magno, & ixérunt ad eum ꟸ Quid hoc fecísti? ovérunt enim viri, quòd à fácie ni fúgeret: quia indicáverat eis. (érunt ad eum. Quid faciémus ti- & cessábit mare à nobis? Quia ibat, & intumescébat.

Lectio sexta.

dixit ad eos. Tóllite me, & mít- te in mare ꟸ & cessábit mare à vo- scio enim ego quóniam propter mpéstas hæc grandis venit super Et remigábant viri, ut reverte- r ad áridam, & non valébant: mare ibat, & intumescébat super

Lectio septima.

clamavérunt ad Dóminum, & ixérunt ꟸ Quæsumus Dómine, ne mus in ánima viri istius ꟸ & ne iper nos sánguinem innocéntem: tu Dómine, sicut voluísti, fecísti. lérunt Jonam, & misérunt in ma- stetit mare à fervóre suo.

Lectio octava.

timuérunt viri timóre magno Dóminum ꟸ & immolavérunt hó- Dómino: & vovérunt vota. Et rávit Dóminus piscem grandem, glutíret Jonam: & erat Jonas in e piscis tribus diébus, & tribus bus.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

orávit Jonas ad Dóminum Deum uum de ventre piscis, & dixit. ávi de tribulatióne mea ad Dó- m, & exaudívit me: de ventre i clamávi, & exaudísti vocem 1.

Lectio secunda.

ET projecísti me in profúndum in corde maris ꟸ & flumen circúmde- dit me: omnes gúrgites tui, & fluctus tui super me transiérunt. Et ego dixi ꟸ Abjéctus sum à conspéctu oculórum tuórum: verúmtamen rursus vidébo templum sanctum tuum.

Lectio tertia.

CIrcumdedérunt me aquæ usque ad ánimam ꟸ abyssus vallávit me: pé- lagus opéruit caput meum. Ad extréma móntium descéndi ꟸ terræ vectes con- clusérunt me in ætérnum: & sublevábis de corruptióne vitam meam, Dómine Deus meus.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

CUm angustiarétur in me ánima mea, Dómini recordátus sum: ut véniat ad te orátio mea ad templum sanctum tuum. Qui custódiunt vanitá- tes frustra: misericórdiam suam dere- línquunt. Ego autem in voce laudis immolábo tibi: quæcúmque vovi, red- dam pro salúte Dómino.

Lectio secunda.

ET dixit Dóminus pisci: & evómuit Jonam in áridam. Et factum est verbum Dómini ad Jonam secúndò, dicens. Surge, & vade in Níniven ci- vitátem magnam: & prǽdica in ea præ- dicatiónem, quam ego loquor ad te.

Lectio tertia.

ET surréxit Jonas, & ábiit in Níni- ven juxta verbum Dómini. Et Ní- nive erat cívitas magna: itínere trium diérum. Et cœpit Jonas introíre civi- tátem itínere diéi uníus ꟸ & clamávit, & dixit: Adhuc quadragínta dies, & Nínive subvertétur.

FERIA QUARTA.

Lectio prima.

ET crediderunt viri Ninivitæ in Deum ✠ & prædicavérunt jejúnium: & vestíti sunt saccis à majóre usque ad minórem. Et pervénit verbum ad regem Ninive: & surréxit de sólio suo.

Lectio secunda.

ET abjécit vestiméntum suum à se: & indútus est sacco, & sedit in cínere. Et clamávit, & dixit in Ninive ex ore regis & príncipum ejus, dicens ✠ Hómines, & juménta, & boves, & pécora non gustent quidquam: nec pascántur, & aquam non bibant.

Lectio prima.

ET operiántur saccis hómines, & juménta ✠ & clament ad Dóminum in fortitúdine: & convertátur vir à via sua mala, & ab iniquitáte quæ est in mánibus eórum.

FERIA QUINTA.

Lectio prima.

QUis scit si convertátur & ignóscat Deus ✠ & revertátur à furóre iræ suæ, & non períbimus? Et vidit Deus ópera eórum, quia convérsi sunt de via sua mala ✠ & misértus est Deus super malitiam, quam locútus fúerat ut fáceret eis: & non fecit.

Lectio secunda.

ET afflíctus est Jonas afflictióne magna, & irátus est: & orávit ad Dóminum, & dixit. Obsecro Dómine ✠ nunquid non hoc est verbum meum cùm adhuc essem in terra mea?

Lectio tertia.

PRopter hoc, præoccupávi ut fúgerem in Tharsis. Scio enim quia tu Deus clemens, & misericors es: patiens, & multæ miseratiónis, & ignóscens super malitia.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

ET nunc Dómine tolle quæso ánimam meam à me: quia mélior est mihi mors quàm vita. Et dixit Dóminus ✠ Putásne bene irásceris tu? Et egréssus est Jonas de civitáte: & sedit contra Oriéntem civitátis.

Lectio secunda.

ET fecit sibimet umbráculum ibi ✠ & sedébat subter illud in umbra: donec vidéret quid accideret civitáti. Et præparávit Dóminus Deus héderam, & ascéndit super caput Jonæ: ut esset umbra super caput ejus, & protégeret eum: (laboráverat enim.)

Lectio tertia.

ET lætátus est Jonas super hédera, lætítia magna. Et parávit Deus vermem ascénsu dilúculi in crástinum: & percússit héderam, & exáruit.

SABBATO.

Lectio prima.

ET cùm ortus fuísset sol: præcépit Dóminus vento cálido & uréntí: & percússit sol super caput Jonæ, & æstuábat ✠ & petívit ánimæ suæ ut morerétur: & dixit. Méliùs est mihi mori quàm vívere.

Lectio secunda.

ET dixit Dóminus ad Jonam. Putásne bene irásceris tu super hédera? Et dixit: Bene iráscor ego usque ad mortem. Et dixit Dóminus. Tu doles super héderam, in qua non laborásti, neque fecísti ut crésceret ✠ quæ sub una nocte nata est: & sub una nocte périit.

Lectio tertia.

ego non parcam Ninive civitáti agnæ ˥ in qua sunt plusquam cen-vigínti míllia hóminum, qui né-quid sit inter déxteram & siní-suam, & juménta multa.

MINICA QVINTA.

Lectio prima.

Incipit Michæas Prophéta.

Erbum Dómini, quod factum est ad Michæam Morasthíten, in dié-oáthan, Achaz, & Ezechíæ regum : quod vidit super Samaríam, & ilem. Audíte pópuli omnes, & iat terra, & plenitúdo ejus ˥ & minus Deus vobis in testem : Dó-s de templo sancto suo. Quia ecce nus egrediétur de loco suo : & de-et, & calcábit super excélsa terræ.

Lectio secunda.

consuméntur montes subtus um ˥ & valles scindéntur sicut cera e ignis : & sicut aquæ, quæ decúr-n præceps. In scélere Jacob omne & in peccátis domus Israël. Quod Jacob ? Nonne Samaría ? Et quæ a Judæ ? Nonne Jerúsalem ?

Lectio tertia.

ponam Samaríam quasi acérvum pidum in agro cùm plantátur ví- & détraham in vallem lápides : & fundaménta ejus revelábo. nia sculptília ejus concidéntur ˥ nes mercédes ejus comburéntur : & ómnia idóla ejus ponam in iónem ˥ quia de mercédibus me-is congregáta sunt : & usque ad dem meretrícis reverténtur.

Lectio quarta.

per hoc plangam, & ululábo ˥ dam spoliátus, & nudus : fáciam planctum velut dracónum, & luctum quasi struthiónum. Quia despeáta est plaga ejus ˥ quia venit usque ad Judam : tétigit portam pópuli mei usque ad Jerúsalem. In Geth nolíte annuntiáre ˥ lácrymis ne plorétis : in domo púlveris, púlvere vos conspérgite.

Lectio quinta.

ET transíte vobis habitátio pulchra, confúsa ignomínia ˥ non est egréssa quæ hábitat in éxitu : planctum Domus vicína accípiet ex vobis, quæ stetit síbimet. Quia infirmáta est in bonum, quæ hábitat in amaritudínibus : quia descéndit malum à Dómino in portam Jerúsalem. Tumúltus quadrígæ stupóris habitánti Lachis : princípium peccáti est fíliæ Sion, quia in te invénta sunt scélera Israël.

Lectio sexta.

PRoptérea dabit emissários super hæreditátem Geth : domus mendácii in deceptiónem régibus Israël. Adhuc hærédem addúcam tibi quæ hábitas in Maréssa : usque ad Odóllam véniet glória Israël. Decalváre, & tóndere super fílios deliciárum tuárum ˥ dilára calvítium tuum sicut áquila : quóniam captívi ducti sunt ex te.

Lectio septima.

VÆ, qui cogitátis inútile, & operámini malum in cubílibus vestris ˥ in luce matutína fáciunt illud : quóniam contra Deum est manus eórum. Et concupiérunt agros, & violénter tulérunt, & rapuérunt domos ˥ & calumniabántur virum, & domum ejus : virum, & hæreditátem ejus.

Lectio octava.

IDcírco hæc dicit Dóminus. Ecce ego cógito super famíliam istam malum : unde non auferétis colla vestra ˥ & non ambulábitis supérbi : quóniam

tempus péssimum est. In die illa sumétur super vos parábola: & cantábitur cánticum cum suavitáte, dicéntium † Depopulatióne vastáti sumus: pars pópuli mei commutáta est.

FERIA SECUNDA.

Lectio prima.

Incipit Nahum Prophéta.

ONus Nínive. Liber visiónis Nahum Elcesæi. Deus æmulátor, & ulcíscens Dóminus, & habens furórem: ulcíscens Dóminus in hostes suos, & iráscens ipse inimícis suis. Dóminus pátiens, & magnus fortitúdine: & mundans non fáciet innocéntem. Dóminus in tempestáte, & túrbine viæ ejus, & nébulæ pulvis pedum ejus † íncrepans mare, & exíccans illud: & ómnia flúmina ad desértum dedúcens.

Lectio secunda.

INfirmátus est Basan, & Carmélus: & flos Líbani elánguit. Montes commóti sunt ab eo, & colles desoláti sunt: & contrémuit terra à fácie ejus, & orbis, & omnes habitántes in eo. Ante fáciem indignatiónis ejus quis stabit † & quis resístet in ira furóris ejus? Indignátio ejus effúsa est ut ignis: & petræ dissolútæ sunt ab eo.

Lectio tertia.

BOnus Dóminus, & confórtans in die tribulatiónis: & sciens sperántes in se. Et in dilúvio prætereúnte, consummatiónem fáciet loci ejus: & inimícos ejus persequéntur ténebræ. Quid cogitátis contra Dóminum? Consummatiónem ipse fáciet: non consúrget duplex tribulátio. Quia sicut spinæ se ínvicem compleçtúntur, sic convívium eórum páriter potántium: consuméntur quasi stípula ariditáte plena.

FERIA TERTIA.

Lectio prima.

Incipit Hábacuc Prophéta.

ONus, quod vidit Hábacuc Prophéta. Usquequo Dómine clamábo, & non exaúdies† vociferábor ad te vim pátiens, & non salvábis? Quare ostendísti mihi iniquitátem, & labórem, vidére prædam, & injustítiam contra me? Et factum est judícium: & contradíctio poténtior. Propter hoc lacerata est lex, & non pervénit usque ad finem judícium † quia ímpius prævalet advérsùs justum: proptérea egréditur judícium pervérsum.

Lectio secunda.

ASpícite in géntibus, & vidéte † admirámini, & obstupéscite: quia opus factum est in diébus vestris, quod nemo credet cùm narrábitur. Quia ecce ego suscitábo Chaldæos † gentem amaram & velócem, ambulántem super latitúdinem terræ: ut possídeat tabernácula non sua. Horríbilis, & terríbilis est: ex semetípsa judícium, & onus ejus egrediétur.

Lectio tertia.

LEvióres pardis equi ejus, & velocióres lupis vespertínis † & diffundéntur équites ejus: équites namque ejus de longè vénient, volábunt quasi áquila festínans ad comedéndum. Omnes ad prædam vénient † fácies eórum ventus urens: & congregábit quasi arénam, captivitátem. Et ipse de régibus triumphábit, & tyránni ridículi ejus erunt † ipse super omnem munitiónem ridébit: & comportábit ággerem, & cápiet eam.

ERIA QUARTA.

Lectio prima.

ncipit Sophonías Prophéta.

rbum Dómini, quod factum est d Sophoníam filium Chusi, filii æ, filii Amaríæ, filii Ezechíæ, in Josíæ filii Amon regis Judæ. egans congregábo ómnia à fácie dicit Dóminus ꟸ congregans hó- & pecus, cóngregans volatília písces maris: & ruínæ impiórum Et dispérdam hómines à fácie dicit Dóminus.

Lectio secunda.

exténdam manum meam super dam, & super omnes habitántes em: & dispérdam de loco hoc as Baal: & nómina æditüórum cerdótibus ꟸ & eos, qui adórant ecta milítiam cæli: & adórant & in Dómino, & jurant in Mel- Et qui avertúntur de post ter- ómini ꟸ & qui non quæsiérunt um: nec investigavérunt eum.

Lectio tertia.

te à fácie Dómini Dei, quia juxta dies Dómini ꟸ quia præparávit us hóstiam: sanctificávit vocátos t erit ꟸ in die hóstiæ Dómini, visi- per príncipes, & super fílios regis: r omnes, qui indúti sunt veste ína ꟸ & visitábo super omnem, rogánter ingréditur super limen illa: qui complent domum Dó- Dei sui iniquitáte, & dolo.

ERIA QUINTA.

Lectio prima.

Incipit Aggæus Prophéta.

anno secúndo Dárii regis, in se sexto, in die una mensis, factum est verbum Dómini in manu Aggæi Prophétæ ad Zorobábel, fílium Saláthiel, ducem Juda ꟸ & ad Jesum, fílium Josédec, sacerdótem magnum, dicens: Hæc ait Dóminus exercítuum, dicens. Pópulus iste dicit: Nondum venit tempus domus Dómini ædificándæ.

Lectio secunda.

ET factum est verbum Dómini in manu Aggæi prophétæ, dicens ꟸ Nunquid tempus vobis est ut habitétis in dómibus laqueátis, & domus ista desérta? Et nunc hæc dicit Dóminus exercítuum: pónite corda vestra super vias vestras. Semináſtis multum, & intulístis parum: comedístis, & non estis satiáti ꟸ bibístis, & non estis inebriáti ꟸ operuístis vos, & non estis calefácti: & qui mercédes congregávit, misit eas in sacculum pertúsum.

Lectio tertia.

HÆc dicit Dóminus exercítuum: Pónite corda vestra super vias vestras. Ascéndite in montem, portáte ligna, & ædificáte domum ꟸ & acceptábilis mihi erit: & glorificábor, dicit Dóminus. Quis in vobis est derelíctus, qui vidit domum istam in glória sua prima ꟸ & quid vos vidétis hanc nunc? Nunquid non ita est, quasi non sit in óculis vestris? Nolíte timére. Quia hæc dicit Dóminus exercítuum: Adhuc unum módicum est, & ego commovébo cælum, & terram, & mare, & áridam. Et movébo omnes Gentes ꟸ Et véniet Desiderátus cunctis Géntibus: & implébo domum istam glória, dicit Dóminus exercítuum.

FERIA SEXTA.

Lectio prima.

Incipit Zacharías Prophéta.

IN mense octávo, in anno secúndo Dárii regis, factum est verbum Dómini ad Zacharíam, filium Barachíæ filii Addo, prophétam, dicens: Irátus est Dóminus super patres vestros iracúndia. Et dices ad eos. Hæc dicit Dóminus exercítuum ℣ Convertímini ad me, ait Dóminus exercítuum: & convértar ad vos, dicit Dóminus exercítuum.

Lectio secunda.

ET osténdit mihi Dóminus Jesum sacerdótem magnum stantem coram Angelo Dómini: & Satan stabat à dextris ejus, ut adversarétur ei. Et dixit Dóminus ad Satan. Increpet Dóminus in te Satan: & íncrepet Dóminus in te, qui elégit Jerúsalem. Nunquid non iste torris est érutus de igne? Et Jesus erat indútus véstibus sórdidis, & stabat ante fáciem Angeli. Qui respóndit, & ait ad eos, qui stabant coram se, dicens. Auférte vestiménta sórdida ab eo. Et dixit ad eum ℣ Ecce ábstuli à te iniquitátem tuam: & índui te mutatóriis.

Lectio tertia.

ET contestabátur Angelus Dómini Jesum, dicens. Audi Jesu sacérdos magne ℣ tu, & amíci tui, qui hábitant coram te, quia viri portendéntes sunt: ecce enim ego addúcam servum meum Oriéntem. Quia ecce lapis, quem dedi coram Jesu: super lápidem unum septem óculi sunt: ecce ego cælábo sculptúram ejus ℣ ait Dóminus exercítuum: & aúferam iniquitátem terræ illíus in die una.

SABBATO.

Lectio prima.

Incipit Malachías Prophéta.

ONus verbi Dómini ad Israël in manu Malachíæ. Diléxi vos, dicit Dóminus, & dixístis ℣ In quo dilexísti nos? Nonne frater erat Esaü Jacob, dicit Dóminus ℣ & diléxi Jacob, Esaü autem ódio hábui? Et pósui montes ejus in solitúdinem: & hæreditátem ejus in dracónes desérti. Quòd si dixerit Idumæa: Destrúcti sumus ℣ sed revertentes ædificábimus quæ destrúcta sunt: Hæc dicit Dóminus exercítuum. Isti ædificábunt, & ego déstruam. Et óculi vestri vidébunt, & vos dicétis: Magnificétur Dóminus super términum Israël.

Lectio secunda.

MAledíctus dolósus, qui habet in grege suo másculum, & votum fáciens ímmolat débile Dómino. Et nunc ad vos mandátum hoc, ô sacerdótes. Si noluéritis audíre, & si nolueritis pónere super cor, ut detis glóriam nómini meo, ait Dóminus exercítuum: mittam in vos egestátem ℣ & maledicam benedictiónibus vestris, & maledicam illis: quóniam non posuístis super cor. Ecce ego projíciam vobis bráchium: & dispérgam super vultum vestrum stercus solennitátum vestrárum, & assumet vos secum.

Lectio tertia.

ECce ego mitto Angelum meum: & præparábit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum suum Dominátor, quem vos quæritis: & Angelus testaménti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercítuum ℣ & quis póterit cogitáre diem advéntus ejus, & quis stabit ad vidéndum eum?

Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullónum : & sedébit conflans, & emúndans argéntum, & purgábit fílios Levi : & colábit eos quasi aurum, & quasi argéntum : & erunt Dómino offeréntes sacrificia in justítia.

HOMILIÆ IN DOMINICIS Per ordinem disposita à Dominica prima post Festum SS. Trinitatis usque ad Adventum Domini.

Dominica prima post Festum SS. Trinitatis, quia semper occurrit infra Octavas Corporis Christi : idcirco de ea fit tantum ad utrasque Vesperas & Laudes commemoratio, quam ibidem reperies. pag. 421.

DOMINICA SECUNDA.
Post Festum SS. Trinitatis.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc. 14.*

IN illo témpore : Dixit Jesus Pharisæis parábolam hanc. Homo quidam fecit cœnam magnam : & vocávit multos. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ.

Homil. 36. in Evangel.

QUis iste homo est, nisi ille, de quo per Prophétam dícitur ꟸ Et homo est, & quis cognóvit eum ? Qui fecit cœnam magnam : quia satietátem nobis dulcédinis ætérnæ præparávit. Qui vocávit multos : sed pauci véniunt ꟸ quia nonnúnquam ipsi qui ei per fidem subjecti sunt : ætérno ejus convívio malè vivéndo contradícunt. Tu autem.

Lectio decima.

SEquitur. Misit autem servum suum hora cœnæ : dícere invitátis ut venirent. Quid hora cœnæ ꟸ nisi finis est mundi ? In quo nimírum nos sumus ꟸ sicut jamdúdum Paulus testátur, dicens : Nos sumus, in quos fines seculórum devenérunt. Si ergo jam hora cœnæ est cùm vocámur ꟸ tantò minùs nos debémus excusáre à convívio Dei : quantò propinquásse jam cérnimus finem séculi.

Lectio undecima.

IDcirco autem hoc convívium Dei non prándium, sed cœna vocátur ꟸ quia post prándium cœna restat : post cœnam verò convívium nullum restat. Et quia ætérnum Dei convívium nobis in extrémo præparábitur ꟸ rectum fuit ut hoc non prándium : sed cœna vocarétur. Sed quis per hunc servum, qui à Patrefamílias ad invitándum míttitur ꟸ nisi prædicatórum ordo designátur ?

Lectio duodecima.

DE quo órdine quamvis adhuc indigni exístimus ꟸ quamvis peccatórum nostrórum pondéribus graváur : & nos tamen in istis diébus sumus ꟸ & cùm de ædificatióne vestra áliquid vobis loquor : hoc est quod ago. Servus enim sum summi Patrisfamílias. Cùm vos admóneo ad contémptum séculi : invitáre vos vénio ad cœnam Dei.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc. 14.*

IN illo témpore : Dixit Jesus Pharisæis parábolam hanc. Homo quidam fecit cœnam magnam : & vocávit multos. Et misit servum suum hora cœnæ, dícere invitátis ut veníreut : quia jam paráta sunt ómnia. Et cœpérunt simul omnes excusáre. Primus dixit ei. Villam emi : & necésse hábeo exíre, & vidére illam. Rogo te : habe me excusátum. Et alter dixit. Juga boüm emi quinque : & eo probáre illa. Rogo te : habe me excusátum. Et álius dixit.

Uxórem duxi: & ídeo non possum veníre. Et revérsus servus: nuntiávit hæc dómino suo. Tunc irátus paterfamílias: dixit servo suo. Exi citò in platéas & vicos civitátis: & paúperes, ac débiles, & cæcos, & claudos intróduc huc. Et ait servus. Dómine ☩ factum est ut imperásti: & adhuc locus est. Et ait dóminus servo. Exi in vias & sepes ☩ & compélle intráre: ut impleátur domus mea. Dico autem vobis: quòd nemo virórum illórum qui vocáti sunt, gustábit cœnam meam. Amen.

Oratio.

SAncti nóminis tui, Dómine, timórem páriter & amórem fac nos habére perpétuum: quia nunquam tua gubernatióne destítuis ☩ quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis: Per Dóm.

Ad Benedictus.

Antiph. Homo quidam * fecit cœnam magnam, & vocávit multos: & misit servum suum hora cœnæ, dícere invitátis ut venírent, quia ómnia paráta sunt, dicit Dóminus.

Ad Magnificat.

Antiph. Exi citò * in platéas, & vicos civitátis, & paúperes ac débiles, cæcos, & claudos compélle intráre: ut impleátur domus mea, dicit Dóminus.

DOMINICA TERTIA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 15.

IN illo témpore: Erant appropinquántes ad Jesum publicáni & peccatóres: ut audírent illum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 34.

AUdistis in lectióne Evangélica (fratres mei) quia peccatóres & publicáni accessérunt ad Redemptórem nostrum ☩ & non solùm ad colloquéndum: sed étiam ad convescéndum recépti sunt. Quod vidéntes Pharisæi, dedignáti sunt. Ex qua re collígite: quia vera justítia compassiónem habet ☩ falsa justítia dedignatiónem: quamvis & justi sóleant rectè peccatóribus indignári.

Lectio decima.

SEd áliud est quod ágitur typho supérbiæ: áliud quod zelo disciplínæ. Dedignántur étenim, sed non dedignántes ☩ despérant sed non desperántes ☩ persecutiónem cómmovent, sed amántes ☩ quia etsi foris increpatiónes per disciplínam exággerant: intus tamen dulcédinem per charitátem servant.

Lectio undecima.

PRæpónunt sibi in ánimo ipsos plerúmque quos córrigunt: melióres exístimant eos quoque, quos júdicant. Quod vidélicet agéntes ☩ & per disciplínam súbditos: & per humilitátem custódiunt semetípsos. At contrà hi qui de falsa justítia superbíre solent ☩ céteros quoque despíciunt: nulla infirmántibus misericórdia condescéndunt. Quò se peccatóres esse non credunt: eò detérius peccatóres fiunt.

Lectio duodecima.

DE quorum profectò número Pharisæi extíterant ☩ qui dijudicántes Dóminum, quòd peccatóres susciperet: aréntí corde ipsum fontem misericórdiæ reprehendébant. Sed quia ægri erant, ita ut ægros se esse nescírent ☩ quátenus quod erant agnoscérent: cæléstis eos médicus blandis foméntis curat ☩ benígnum paradígma óbjicit: & in eórum corde vúlneris tumórem premit.

quéntia sancti Evangélii : secún-
Lucam. *Luc.* 15.
illo témpore : Erant appropin-
ántes ad Jesum publicáni, & pec-
es : ut audírent illum. Et murmu-
t Pharisæi, & Scribæ, dicéntes ꟸ
hic peccatóres récipit : & mandú-
um illis. Et ait ad illos parábolam
, dicens. Quis ex vobis homo,
abet centum oves, & si perdíderit
ex illis ꟸ nonne dimíttit nona-
novem in desérto, & vadit ad il-
quæ períerat, donec invéniat eam?
m invénerit eam : impónit in hú-
s suos gaudens. Et véniens do-
ꟸ cónvocat amícos & vicínos :
s illis. Congratulámini mihi : quia
i ovem meam, quæ períerat. Dico
, quòd ita gaúdium erit in cælo
uno peccatóre pœniténtiam agén-
iàm super nonagínta novem justis,
on índigent pœniténtia. Aut quæ
r habens drachmas decem, si per-
it drachmam unam ꟸ nonne ac-
t lucérnam, & evérrit domum, &
t diligénter, donec invéniat? Et
invénerit : cónvocat amícas & vi-
, dicens. Congratulámini mihi :
invéni drachmam, quam perdí-
. Ita dico vobis ꟸ gaúdium erit
Angelis Dei : super uno pécca-
pœniténtiâm agénte. Amen.

Oratio.

Eprecatiónem nostram quæsumus
Dómine, benígnus exaúdi : & qui-
applicándi præstas affectum ꟸ trí-
efensiónis auxílium: Per Dóminum.

Ad Benedictus.

tiph. Quis ex vobis * homo, qui
centum oves, & si perdíderit
ex illis : nonne dimíttit nonagínta
n in desérto, & vadit ad illam
quæ períerat, donec invéniat illam, di-
cit Dóminus?

Ad Magnificat.

Ant. Congratulámini mihi * quia invéni
ovem meam quæ períerat, dicit Dóminus.

DOMINICA QUARTA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm
Lucam. *Luc.* 6.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípu-
lis suis. Estóte misericórdes : sicut
& pater vester misericors est. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti
Augustíni Epíscopi.

Tom. 4. libr. 2. de serm. Domini in monte. cap. 18.

HOc loco nihil áliud nobis præcipi
exístimo ꟸ nisi ut ea facta, quæ
dúbium est quo ánimo fiant : in melió-
rem partem interpretémur. Quod enim
scriptum est, Ex frúctibus eórum co-
gnoscétis eos ꟸ de maniféstis dictum est:
quæ non possunt bono ánimo fieri ꟸ
sicut sunt stupra, vel blasphémiæ, vel
furta, vel ebriósitas, & si qua sunt ália ꟸ
de quibus nobis judicáre permíttitur:
dicénte Apóstolo. Quid enim mihi, de
his qui foris sunt, judicáre? Nonne de
his qui intus sunt, vos judicátis?

Lectio decima.

DE génere autem cibórum ꟸ quia
possunt bono ánimo & símplici
corde, sine vítio concupiscéntiæ qui-
cúmque humáni cibi indifferénter su-
mi ꟸ próhibet idem Apóstolus judicári
eos, qui cárnibus vescebántur, & vi-
num bibébant : ab eis qui se ab hujus-
cémodi aliméntis temperábant.

Lectio undecima.

DE tálibus enim rebus, quæ possunt
bono ánimo, & símplici, & ma-

gnánimo fíeri : quamvis étiam possint non bono ꟸ volébant illi, cùm hómines essent, in occúlta cordis ferre senténtiam : de quibus solus Deus júdicat. Ad hoc pértinet étiam illud, quod álio loco dicit. Nolíte ante tempus judicáre ꟸ quoúsque véniat Dóminus, qui & illuminábit abscóndita tenebrárum ꟸ & manifestábit cogitatiónes córdium : & tunc laus erit unicuíque à Deo.

Lectio duodecima.

SUnt ergo quædam facta média ꟸ quæ ignorámus quo ánimo fiant : quia & bono & malo fieri possunt ꟸ de quibus temerárium est judicáre : máximè ut condemnémus. Horum autem véniet tempus ut judicéntur ꟸ cùm Dóminus illuminábit abscóndita tenebrárum : & manifestábit cogitatiónes cordis.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc. 6.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Estóte misericórdes : sicut & Pater vester miséricors est. Nolíte judicáre : & non judicabímini. Nolíte condemnáre : & non condemnabímini. Dimíttite : & dimittémini. Date : & dábitur vobis. Mensúran bonam, & consértam, & coagitátam, & supereffluéntem : dabunt in sinum vestrum. Eádem quippe mensúra, qua mensi fuéritis : remetiétur vobis. Dicébat autem illis & similitúdinem. Nunquid potest cæcus cæcum dúcere ? Nonne ambo in fóveam cadunt ? Non est discípulus super magístrum. Perféctus autem omnis erit : si sit sicut magíster ejus. Quid autem vides festúcam in óculo fratris tui, trabem autem, quæ in óculo tuo est non consíderas ? Aut quómodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine ejíciam festúcam de óculo tuo, ipse in [...] lo tuo trabem non videns ? Hypó[...] ta ꟸ éjice primùm trabem de óculo [...] & tunc perspícies, ut edúcas festú[...] de óculo frâtris tui. Amen.

Oratio.

PRotéctor in te sperántium Deus, [...] quo nihil est válidum, nihil sanct[...] multíplica super nos misericórd[...] tuam : ut te rectóre, te duce, sic t[...] seámus per bona temporália ꟸ ut [...] amittámus ætérna : Per Dóminum [...]

Ad Benedictus.

Antiph. Estóte * misericórdes, [...] & Pater vester miséricors est, [...] Dóminus.

Ad Magnificat.

Antiph. Nolíte judicáre, * & [...] judicabímini : nolíte condemnáre [...] non condemnabímini.

DOMINICA QUIN[...]

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secún[...] Lucam. *Luc. 5.*

IN illo témpore : Cùm turbæ ir[...] rent in Jesum, ut audírent ver[...] Dei : & ipse stabat secus stagnum [...] nésareth. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : [...] Ambrósii Epíscopi.

Libr. 4. Comment. in Luc. cap.

UBi Dóminus multis impertívit [...] ria génera sanitátum : nec t[...] pore, nec loco pótuit ab stúdio [...] di turba cohibéri. Vesper incúbuit, [...] quebántur ꟸ stagnum occúrrit : u[...] bant. Et ídeo ascéndit in Petri na[...]

Lectio decima.

HÆc est illa navis, quæ adhu[...] cúndùm Matthæum flúctuat [...] cúndùm Lucam replétur píscibus : [...]

princípia Ecclésiæ fluctuántis, & posterióra exuberántis cognóscas. Pisces enim sunt: qui hanc enávigant vitam. Ibi adhuc discípulis Christus dormit: hic præcipit. Dormit enim tépidis: perféctis vígilat. Sed quemádmodum dórmiat Christus ✠ audísti dicéntem in prophéta: Ego dórmio, & cor meum vígilat.

Lectio undecima.

ET sanctus Matthæus rectè non prætermittendum putávit ætérnæ indícium potestátis: ubi ímperat ventis. Non est enim humána doctrína ✠ sicut audísti Judæos dícere, Verbo ímperat spirítibus: sed cæléstis majestátis insígne. Quòd turbátum sedátur mare: & divínæ vocis império obsequúntur eleménta ✠ atque insensibília sensum accípiunt obsequéndi: divínæ mystérium grátiæ revelátur.

Lectio duodecima.

QUòd fluctus mitéscunt séculi: verbo immúndus spíritus conquiéscit ✠ non álterum áltero refellitur: sed utrúmque celebrátur. Habes miráculum in eleméntis: habes documéntum in mystériis. Ergo quia sanctus Matthæus illa prælibáverat: sanctus Lucas eam sibi navim, in qua Petrus piscarétur, elégit. Non turbátur ista, quæ Petrum habet: turbátur illa, quæ Judam habet.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc. 5.*

IN illo témpore: Cùm turbæ irrúerent in Jesum, ut audírent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genésareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum. Piscatóres autem descénderant: & lavábant rétia. Ascéndens autem in unam navim, quæ erat Simónis: rogávit eum à terra redúcere pusillùm. Et sedens docébat de navícula turbas. Ut cessávit autem loqui: dixit ad Simónem. Duc in altum: & laxáte rétia vestra in captúram. Et respóndens Simon: dixit illi. Præcéptor ✠ per totam noctem laborántes, nihil cépimus: in verbo autem tuo laxábo rete. Et cùm hoc fecíssent: conclusérunt píscium multitúdinem copiósam. Rumpebátur autem rete eórum. Et annuérunt sóciis, qui erant in ália navi: ut veníreut, & adjuvárent eos. Et venérunt, & implevérunt ambas navículas: ita ut penè mergeréntur. Quod cùm vidéret Simon Petrus: prócidit ad génua Jesu, dicens. Exi à me: quia homo peccátor sum, Dómine. Stupor enim circumdéderat eum, & omnes qui cum illo erant: in captúra píscium, quam céperant. Simíliter autem Jacóbum & Joánnem, fílios Zebedæi: qui erant sócii Simónis. Et ait ad Simónem Jesus. Noli timére: ex hoc jam hómines eris cápiens. Et subdúctis ad terram návibus ✠ relíctis ómnibus secúti sunt eum. Amen.

Oratio.

DA nobis Dómine quæsumus: ut & mundi cursus pacíficè nobis tuo órdine dirigátur ✠ & Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur: Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ✠ qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus: per ómnia sécula seculórum: ℟. Amen.

Ad Benedictus.

Antiph. Ascéndit Jesus * in navim, & sedens docébat turbas, allelu-ia.

Ad Magnificat.

Antiph. Præcéptor * per totam noctem laborántes nihil cépimus, in verbo autem tuo laxábo rete.

DOMINICA SEXTA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 5.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Amen dico vobis ✠ nisi abundáverit justítia vestra plus quàm Scribárum & Pharisæórum : non intrábitis in regnum cælórum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Augustíni Epíscopi.

Tom. 4. *lib.* 1. *de serm. Domini in monte. cap.* 9.

NIsi non solùm illa mínima præcépta legis implevéritis, quæ ínchoant hóminem : sed étiam ista, quæ à me addúntur ✠ qui non veni sólvere legem, sed adimplére : non intrábitis in regnum cælórum.

Lectio decima.

SEd dicis mihi : Si de illis mandátis mínimis, cùm supériùs loquerétur, dixit ✠ mínimum vocári in regno cælórum quisquis unum eórum solverit, & secúndùm suam solutiónem docúerit : magnum autem vocári quisquis ea fécerit, & sic docúerit ✠ & ex eo jam in regno cælórum futúrum esse quia magnus est : quid opus est addi præcéptis legis mínimis, si jam in regno cælórum potest esse ✠ quia magnus est, quisquis ea fécerit, & sic docúerit ?

Lectio undecima.

QUaprópter sic est accipiénda illa senténtia ✠ qui autem fécerit, & docúerit sic, magnus vocábitur in regno cælórum : id est, non secúndùm illa mínima, sed secúndùm ea quæ ego dictúrus sum. Quæ sunt autem ista ? Ut abúndet (inquit) justítia vestra super Scribárum & Pharisæórum ✠ quia nisi abundáverit justítia : non intrábitis in regnum cælórum.

Lectio duodecima.

ERgo qui sólverit illa mínima, & sic docúerit : mínimus vocábitur ✠ qui autem fécerit illa mínima, & sic docúerit : non jam magnus vocándus est, & idóneus regno cælórum ✠ sed tamen non tam mínimus : quàm ille qui solvit. Ut autem sit magnus, atque illi regno aptus ✠ fácere debet & docére, sicut Christus nunc docet : id est, ut abúndet justítia ejus, super Scribárum, & Pharisæórum.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 5.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Amen dico vobis ✠ nisi abundáverit justítia vestra plus quàm Scribárum & Pharisæórum : non intrábitis in regnum cælórum. Audístis quia dictum est antíquis : Non occídes. Qui autem occíderit : reus erit judício. Ego autem dico vobis ✠ quia omnis qui iráscitur fratri suo : reus erit judício. Qui autem díxerit fratri suo, Raca : reus erit concílio. Qui autem díxerit, Fátue : reus erit gehénnæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altáre ✠ & ibi recordátus fúeris quia frater tuus habet áliquid advérsùm te : relínque ibi munus tuum ante altáre : & vade priùs reconciliári fratri tuo. Et tunc véniens ófferes mûnus tuum. Amen.

Oratio.

DEus, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti ✠ infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum : ut te in ómnibus, & super ómnia diligéntes ✠ promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur : Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Audístis * quia dictum est antiquis, Non occídes : qui autem occíderit, reus erit judício.

Ad Magníficat.

Antiph. Si offers * munus tuum ante altáre, & recordátus fúeris, quia frater tuus habet áliquid advérsùm te, relínque ibi munus tuum ante altáre, & vade priùs reconciliari fratri tuo : & tunc véniens ófferes munus tuum, dicit Dóminus.

DOMINICA SEPTIMA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Marcum. *Marc.* 8.

IN illo témpore : Cùm turba multa esset cum Jesu, nec habérent quod manducárent : convocátis discípulis, ait illis. Miséreor super turbam ✠ quia ecce jam tríduo sustinent me : nec habent quod mandúcent. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Augustíni Epíscopi.

Tom. 4. lib. 83. quæst. quæstione 61. post medium.

SEcúnda pópuli pástio, quæ de septem pánibus facta est : ad novi Testaménti prædicatiónem rectè intellígitur pertinére. Non enim ab áliquo Evangelísta dictum est, quòd isti panes hordeácei fúerint : sicut de illis quinque dixit Joánnes. Hæc ergo pástio de pánibus septem ad grátiam pértinet Ecclésiæ : quæ notíssima illa septenária sancti Spíritus operatióne cognóscitur.

Lectio decima.

ET ídeo non hìc duo pisces fuisse scribúntur ✠ sicut in véteri lege, ubi duo soli ungebántur, rex & sacérdos : sed pauci pisces, id est, qui primi Dómino Jesu Christo credidérunt ✠ & in ejus nómine uncti sunt : & missi ad prædicatiónem Evangélii, & ad sustinéndum turbuléntum mare hujus séculi ✠ ut pro ipso magno pisce, id est, pro Christo legatióne fungeréntur : sicut Apóstolus dicit.

Lectio undecima.

IN ipsa turba neque quinque míllia hóminum fuérunt : sicut illic, ubi carnáles legem accipiéntes ✠ id est, quinque carnis sénsibus déditi significántur : sed quátuor míllia pótiùs ✠ quo numero significántur spiritáles, propter quátuor ánimæ virtútes : quibus in hac vita spiritáliter vívitur ✠ prudéntiam, temperántiam, fortitúdinem : & justítiam.

Lectio duodecima.

QUarum prima est : cognítio rerum appetendárum, & fugiendárum. Secúnda ✠ refrænátio cupiditátis : ab his quæ temporáliter deléctant. Tértia ✠ fírmitas ánimi : advérsùs ea quæ temporáliter moléfta sunt. Quarta ✠ quæ per cæteras omnes diffúnditur : diléctio Dei, & próximi.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Marcum. *Marc.* 8.

IN illo témpore : Cùm turba multa esset cum Jesu, nec habérent quod manducárent : convocátis discípulis, ait illis. Miséreor super turbam ✠ quia ecce jam tríduo sustinent me : nec habent quod mandúcent. Et si dimísero eos jejúnos in domum suam : defícient in via. Quidam enim ex eis : de longè venérunt. Et respondérunt ei discípuli sui. Unde illos quis póterit hìc saturáre pánibus in solitúdine ? Et interrogávit eos. Quot panes habétis ? Qui dixérunt. Septem. Et præcépit turbæ discúmbere

ſuper terram. Et accípiens ſeptem panes † grátias agens, fregit: & dabat diſcípulis ſuis, ut appónerent. Et appoſuérunt turbæ. Et habébant piſcículos paucos † & ipſos benedíxit: & juſſit appóni. Et manducavérunt: & ſaturáti ſunt. Et ſuſtulérunt quod ſuperáverat de fragméntis: ſeptem ſportas. Erant autem qui manducáverant, quaſi quâtuor míllia, & dimîſit eos. Amen.

Oratio.

DEus virtútum, cujus eſt totum quod eſt óptimum: ínſere pectóribus noſtris amórem tui nóminis † & præſta in nobis religiónis augméntum: ut quæ ſunt bona nútrias † ac pietátis ſtúdio quæ ſunt nutríta cuſtódias: Per Dóm.

Ad Benedictus.

Antiph. Miſéreor * ſuper turbam, quia ecce jam tríduo ſúſtinent me, nec habent quod mandúcent: & ſi dimíſero eos jejúnos, deficient in via, dicit Dóminus.

Ad Magnificat.

Antiph. Si dimíſero * eos jejúnos in domum ſuam, deficient in via, quidam enim ex eis de longè venérunt.

DOMINICA OCTAVA.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii: ſecúndùm Matthæum. *Matth.* 7.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis. Atténdite à falſis prophétis † qui véniunt ad vos in veſtiméntis óvium: intrínſecus autem ſunt lupi rapáces. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: beáti Ambróſii Epíſcopi.

Tom. 4. libr. 2. de ſerm. Domini in monte. cap. 24.

ISti falſi prophétæ non fallunt óculum símplicem, qui árborem dignóſcere ex frúctibus novit. Ait eni[m] frúctibus eórum cognoſcétis eos. de ſimilitúdines adjúngit. Nunqui[d] ligunt de ſpinis uvas † aut de tr[ibulis] ficus? Sic omnis arbor bona f[ructus] bonos facit: mala autem arbor [malos] fructus facit.

Lectio decima.

QUo loco illórum error m[áxime] cavéndus eſt: qui de ipſis d[uabus] arbóribus duas natúras opinántur quarum una ſit Dei: áltera verò [non] Dei, neque ex Deo. De quo erró[re in] áliis libris diſputátum eſt ubériùs adhuc parum eſt, diſputábitur.

Lectio undecima.

NUnc autem non eos adjuvár[e] iſtas árbores docéndum eſt. mùm quia de homínibus eum [...] tam clarum eſt: ut quiſquis præc[edén]tia, & ſequéntia légerit: miréti[...] rum cæcitátem. Deínde atténdunt dictum eſt: Non poteſt arbor fructus malos fácere, neque arbor bonos fructus fácere.

Lectio duodecima.

ET ídeo putant neque ánimam [ma]lam fieri poſſe ut in mélius mutétur, neque in detérius bo[nam] quaſi dictum ſit. Non poteſt arbo[r bo]na mala fieri, neque arbor mala [bona] fieri † ſed dictum eſt: Non poteſt [arbor] bona malos fructus fácere, neque [arbor] mala bonos fructus fácere.

Sequéntia ſancti Evangélii: ſe[cún]dùm Matthæum. *Matth.* 7.

IN illo témpore: Dixit Jeſus [diſcí]pulis ſuis. Atténdite à falſis pr[ophé]tis † qui véniunt ad vos in veſtim[éntis] óvium: intrínſecus autem ſunt [lupi] rapáces. A frúctibus eórum cogno[ſcétis] eos. Nunquid cólligunt de ſpinis

aut de tribulis ficus ? Sic omnis arbor bona : fructus bonos facit. Mala autem arbor : malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus fácere : neque arbor mala bonos fructus fácere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum : excidétur, & in ignem mittétur. Igitur ex frúctibus eórum cognoscétis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Dómine, Dómine : intrábit in regnum cælórum. Sed qui facit voluntátem Patris mei, qui in cælis est : ipse intrábit in regnûm cælórum. Amen.

Oratio.

DEus, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur ꟸ te súpplices exorámus : ut nóxia cuncta submóveas ꟸ & ómnia nobis profutúra concédas : Per.

Ad Benedictus.

Antiph. Non potest arbor bona * fructus malos fácere, neque arbor mala fructus bonos fácere.

Ad Magnificat.

Antiph. Non omnis * qui dicit mihi, Dómine, Dómine, intrábit in regnum cælórum : sed qui facit voluntátem Patris mei qui in cælis est, ipse intrábit in regnum cælórum, dicit Dóminus.

DOMINICA NONA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 16.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Homo quidam erat dives, qui habébat víllicum ꟸ & hic diffamátus est apud illum : quasi dissipásset bona ipsíus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : B. Hierónymi Presbyteri. *Tom.* 3. *Epistolarum. Epistola ad Algasiam. quæst.* 6.

DIcébat (inquit) & ad discípulos suos ꟸ haud dúbium quin parábolam : sicut priùs ad Scribas, & Pharisæos ꟸ qua parábola ad clementiam discípulos hortarétur : & áliis díceret verbis ꟸ Dimíttite, & dimittétur vobis : ut in oratióne Domínica líbera fronte poscátis ꟸ Dimítte nobis débita nostra : sicut & nos dimíttimus debitóribus nostris.

Lectio decima.

QUæ est ergo parábola ad clementiam discípulos cohortántis ? Homo quidam erat dives : qui habébat víllicum sive dispensatórem, hoc enim Oicónomos significat ꟸ víllicus autem própriæ villæ gubernátor est : unde & à villa víllicus nomen accépit. Oicónomos autem tam pecúniæ, quàm frugum, & ómnium quæ dóminus póssidet : dispensátor est.

Lectio undecima.

ISte ígitur dispensátor accusátus est ad dóminum suum : quòd dissipáret substántiam ejus. Quo vocáto, dixit. Quid hoc aúdio de te ? Redde rationem dispensatiónis tuæ : neque enim ultrà, mea póteris dispensáre. Qui dixit intra semetípsum. Quid fáciam ꟸ quia dóminus meus aufert à me dispensatiónem ? fódere non váleo : mendicáre erubésco.

Lectio duodecima.

SCio quid fáciam ꟸ ut quando mihi subláta fúerit dispensátio : suscípiant me in domos suas. Vocávit ítaque síngulos debitóres dómini sui : & dixit primo. Quantum debes dómino meo ? Qui dixit ei. Centum batos ólei. Ait illi. Tolle cautiónem tuam : & sedens citò, scribe quinquagínta.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 16.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Homo

quidam erat dives : qui habébat víllicum. Et hic diffamátus est apud illum : quasi dissipásset bona ipsíus. Et vocávit illum : & ait illi. Quid hoc aúdio de te ? Redde ratiónem villicatiónis tuæ : jam enim non póteris villicáre. Ait autem víllicus intra se. Quid fáciam, quia dóminus meus aufert à me villicatiónem ? Fódere non váleo : mendicáre erubésco. Scio quid fáciam ꟸ ut cùm amótus fúero à villicatióne : recípiant me in domos suas. Convocátis ítaque síngulis debitóribus dómini sui : dicébat primo. Quantum debes dómino meo ? At ille dixit. Centum cados ólei. Dixítque illi. Accipe cautiónem tuam ꟸ & sede citò : scribe quinquagínta. Deínde álii dixit. Tu verò quantum debes ? Qui ait. Centum coros trítici. Ait illi. Accipe lítteras tuas : & scribe octogínta. Et laudávit Dóminus víllicum iniquitátis ꟸ quia prudénter fecísset : quia fílii hujus séculi prudentióres fíliis lucis in generatióne sua sunt. Et ego vobis dico. Fácite vobis amícos de mammóna iniquitátis ꟸ ut, cùm defecéritis, recípiant vos in ætérna tâbernácula. Amen.

Oratio.

LArgíre nobis, Dómine quæsumus, semper spíritum cogitándi quæ recta sunt, propítius, & agéndi : ut qui sine te esse non póssumus ꟸ secúndùm te vívere valeámus : Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Dixit dóminus víllico : * Quid hoc aúdio de te ? Redde ratiónem villicatiónis tuæ.

Ad Magnificat.

Antiph. Fácite * vobis amícos de mammóna iniquitátis, ut cùm defecéritis, recípiant vos in ætérna tabernácula.

DOMINICA DECIMA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc. 19.*

IN illo témpore : Cùm appropinquásset Jesus Jerúsalem : videns civitátem, flevit super illam, dicens. Quia si cognovísses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi : nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil. 39. in Evang.*

QUòd à flente Dómino, illa Jerosolymórum subvérsio describitur ꟸ quæ à Vespasiáno & Tito, Románis princípibus facta est : nullus qui históriam eversiónis ejus legit, ignórat. Románi enim príncipes denuntiántur, cùm dícitur ꟸ quia vénient dies in te : & circúmdabunt te inimíci tui vallo ꟸ & circúmdabunt te : & coangustábunt te úndique ꟸ & ad terram prostérnent te : & fílios tuos, qui in te sunt.

Lectio decima.

HOc quoque quod ádditur ꟸ Non relínquent in te lápidem super lápidem : étiam jam ipsa ejúsdem civitátis transmigrátio testátur ꟸ quia dum nunc in eo loco constrúcta est, ubi extra portam fúerat Dóminus crucifixus : prior illa Jerúsalem (ut dícitur) fúnditus est evérsa. Cui ex qua culpa eversiónis suæ pœna fúerit illáta, subjúngitur : Eò quòd non cognóveris tempus visitatiónis tuæ.

Lectio undecima.

CReátor quippe hóminum, per Incarnatiónis suæ mystérium, hanc visitáre dignátus est : sed ipsa timóris & amóris illíus recordáta non est. Unde

per prophétam in increpatióne humáni, aves cæli ad testimó- deducúntur: cùm dícitur. Milvus o cognóvit tempus suum ꝰ turtur, úndo, & cicónia, custodiérunt s advéntus sui: pópulus autem non cognóvit judícium Dómini.

Lectio duodecima.

quæréndum priùs est, quid sit od dícitur ꝰ Videns civitátem fle- per illam, dicens: Quia si cogno- & tu. Flevit enim pius Redémp- ínam pérfidæ civitátis: quam ipsa vitas non cognoscébat esse ventú- Cui à flente Dómino rectè díci- Quia si cognovísses, & tu, subaú- res: quæ modò, quia nescis quod iet, exúltas.

uéntia sancti Evangélii: secún- Lucam. *Luc.* 19.

illo témpore: Cùm appropin- sset Jesus Jerúsalem: videns civi- , flevit super illam, dicens. Quia novísses & tu, & quidem in hac , quæ ad pacem tibi: nunc autem ndita sunt ab óculis tuis. Quia vé- dies in te: & circúmdabunt te i tui vallo. Et circúmdabunt te: ngustábunt te úndiqueꝰ & ad ter- rostérnent te: & filios tuos qui in . Et non relínquent in te lápidem lápidem: eò quòd non cognóveris s visitatiónis tuæ. Et ingréssus in um ꝰ cœpit ejícere vendéntes in c eméntes: dicens illis. Scriptum uia domus mea, domus oratiónis os autem fecístis illam spelúncam um. Et erat docêns quotídiê in . Amen.

Oratio.

eant aures misericórdiæ tuæ, Dó- ine, précibus supplicántium: & ut peténtibus desideráta concédas ꝰ fac eos, quæ tibi sunt plácita postuláre: Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Videns Dóminus * civitátem Jerúsalem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovísses & tu, quæ ad pacem tibi sunt: nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis.

Ad Magnificat.

Antiph. Scriptum est, * Quia domus mea domus oratiónis est cunctis génti- bus: vos autem fecístis illam spelún- cam latrónum: & erat quotídie docens in templo.

DOMINICA UNDECIMA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 18.

IN illo témpore: Dixit Jesus ad quos- dam, qui in se confidébant tanquam justi ꝰ & aspernabántur cæteros: pará- bolam istam. Duo hómines ascendérunt in templum: ut orárent. Unus Phari- sæus: & alter Publicánus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Serm. 36. de verbis Domini: & Psal. 31.

ATténdite (fratres mei:) quale genus supérbiæ condémnet Deus. Verè quale potest subintráre justo hó- mini: quale potest subrépere étiam bo- næ spei viro. Pharisæus enim dicébat: Grátias tibi Deus. Ergo cùm dicébat, Grátias tibi: fatebátur se ab illo acce- písse quod habébat. Quid enim habesꝰ quod non accepísti?

Lectio decima.

ERgo, grátias tibi ago, dixit. Grá- tias tibi: quia non sum sicut cæteri hómines. Díceret saltem: sicut multi

hómines. Quid est cæteri hómines ✠ nisi omnes præter ipsum? Ego (inquit) justus sum: cæteri peccatóres. Non sum sicut cæteri hómines: raptóres, injústi, adúlteri. Et ecce tibi ex vicíno Publicáno: majóris tumóris occásio. Sicut (inquit) Publicánus iste. Ego inquit solus sum: iste de cæteris est.

Lectio undecima.

CObtémpsit de longè stantem: cui Deus confiténti propinquábat. Publicánus (inquam) de longè stabat: sed Deus ad illum de longínquo non stabat. Quare ab illo Deus de longínquo non stabat? Quia álio loco dícitur: Prope est Dóminus his, qui obtrivérunt cor. Vidéte si Publicánus iste obtríverat cor: & ibi vidébitis, quia prope est Dóminus his, qui obtrivérunt cor.

Lectio duodecima.

ADhuc audi humilitátem Publicáni. Parum est quia de longínquo stabat: sed nec óculos ad cælum levábat. Ut respicerétur, non aspiciébat ✠ premébat consciéntia: spes sublevábat. Adhuc audi. Sed percutiébat pectus suum: dicens. Dómine propítius esto mihi peccatóri. Túnsio péctoris: contrítio est cordis.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 18.

IN illo témpore: Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidébant tanquam justi ✠ & aspernabántur cæteros: parábolam istam. Duo hómines ascendérunt in templum: ut orárent. Unus Pharisæus: & alter Publicánus. Pharisæus stans: hæc apud se orábat. Deus, grátias ago tibi ✠ quia non sum sicut cæteri hóminum: raptóres ✠ injústi ✠ adúlteri: velut étiam hic Publicánus. Jejúno bis in Sábbato: décimas do ómnium, quæ possídeo. Et Publicánus à longè stans, nolébat nec óculos ad cælum leváre: sed percutiébat pectus suum, dicens. Deus propítius esto mihi peccatóri. Dico vobis: Descéndit hic justificátus in domum suam, ab illo, Quia omnis qui se exáltat, humiliábitur: & qui se humíliat, exaltábitur. Amen.

Oratio.

DEus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máximè, & miserándo manifestas ✠ multíplica super nos misericórdiam tuam: ut ad tua promíssa curréntes ✠ cæléstium bonórum fácias esse consórtes: Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Stans à longè Publicánus,* nolébat nec óculos ad cælum leváre, sed percutiébat pectus suum, dicens, Deus propítius esto mihi peccatóri.

Ad Magnificat.

Antiph. Omnis qui se exáltat * humiliábitur: & qui se humíliat exaltábitur.

DOMINICA DUODECIMA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Marcum. *Marc.* 7.

IN illo témpore: Exiens Jesus de fínibus Tyri ✠ venit per Sidónem ad mare Galilææ: inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum & mutum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ.

Homil. 10. *in Ezech.*

ADdúcunt ei surdum & mutum ✠ & deprecabántur eum: ut impónat illi manum. Cujus órdinem curatiónis insínuat, subdens: Misit dígitos suos in aurículas ejus ✠ expuénsque té-

guam ejus : & suspiciens in cæ-
gémuit, & ait illi ꟸ Ephphétha :
st, adaperíre. Et statim apértæ
res ejus ꟸ & solútum est víncu-
guæ ejus : & loquebátur rectè.

Lectio decima.

id est enim quòd Creátor óm-
um Deus, cùm surdum & mu-
náre voluísset ꟸ in aures illíus
gitos misit, & éxpuens, linguam
igit ? Quid per dígitos Redemp-
nisi dona sancti Spíritus desi-
? Unde cùm in álio loco eje-
æmónium, dixit. Si in dígito
io dæmónia : proféctò pervénit
regnum Dei.

Lectio undecima.

a de re per álium Evangelístam
xisse descríbitur. Si ego in Spí-
i ejício dæmones : ígitur pervé-
os regnum Dei. Ex quo utró-
o collígitur : quia dígitus Dei
sanctus vocátur. Dígitos ergo
ulas míttere : est per dona san-
itus mentem surdi ad obedién-
eríre.

Lectio duodecima.

id est verò, quòd éxpuens, lin-
am ejus tétigit ? Salíva nobis
ore Redemptóris : accépta sa-
in elóquio Divíno. Salíva quip-
cápite défluit in ore. Ea ergo
a, quæ ipse est, dum lingua
tángitur : mox ad prædicatiónis
ormátur.
éntia sancti Evangélii : secún-
arcum. *Marc.* 7.
lo témpore : Exiens Jesus de fi-
s Tyri ꟸ venit per Sidónem ad
alilææ : inter médios fines Deca-
Et addúcunt ei surdum & mu-
deprecabántur eum, ut impó-
nat illi manum. Et apprehéndens eum
de turba seórsum ꟸ misit dígitos suos
in aurículas ejus : & éxpuens, tétigit
linguam ejus. Et suspíciens in cælum,
ingémuit : & ait illi. Ephphétha : quod
est, adaperíre. Et statim apértæ sunt
aures ejus ꟸ & solútum est vínculum
linguæ ejus : & loquebátur rectè. Et
præcépit illis : ne cui dícerent. Quantò
autem eis præcipiébat ꟸ tantò magis
plus prædicábant : & eò ámpliùs admi-
rabántur, dicéntes. Bene ómnia fecit :
& surdos fecit audíre, & mûtos loqui.
Amen.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui
abundántia pietátis tuæ & mérita
súpplicum excédis & vota ꟸ effúnde su-
per nos misericórdiam tuam : ut dimít-
tas, quæ consciéntia métuit ꟸ & adjí-
cias, quod orátio non præsúmit : Per
Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Exiens Jesus* de fínibus Ty-
ri, venit per Sidónem ad mare Galilææ
inter médios fines Decapóleos : & ad-
dúcunt ei turbæ surdum & mutum, &
deprecabántur eum, ut impónat illi
manum.

Ad Magnificat.

Antiph. Bene ómnia fecit,* & sur-
dos fecit audíre, & mutos loqui.

DOMINICA TERTIADECIMA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm
Lucam. *Luc.* 10.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis
suis. Beáti óculi : qui vident quæ vos
vidétis. Dico enim vobis ꟸ quòd multi
prophétæ & reges voluérunt vidére quæ
vos vidétis : & non vidérunt. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Ambrósii Epíscopi.

Libr. 7. Comment. in Luc.

IN lectióne hac explodúntur hi, qui sibi legisperíti vidéntur † qui verba legis tenent, vim legis ignórant : & ex ipso primo legis capítulo, docet esse legis ignáros † probans quòd in princípio statim lex & Patrem & Fílium prædicáverit : Incarnatiónis quoque Domínicæ annuntiáverit sacraméntum, dicens. Díliges Dóminum Deum tuum : & díliges próximum tuum sicut teípsum.

Lectio decima.

UNde Dóminus ait ad legisperítum † Hoc fac : & vives. At ille qui nescíret próximum suum † quia non credébat in Christum : respóndit. Quis est meus próximus ? Ita qui Christum nescit : nescit & legem. Quómodo enim potest scire legem, cùm veritátem ignóret † cùm lex annúntiet veritátem ?

Lectio undecima.

HOmo quidam ex Jerúsalem descendébat in Jéricho. Jéricho figúra istíus mundi est : in quem de paradíso, id est de Jerúsalem illa cælésti ejéctus Adam, prævaricatiónis prolapsióne descéndit : hoc est, de vitálibus ad inférna demígrans † cui non loci, sed morum mutátio : natúræ suæ fecit exílium. Longè enim mutátus ab illo Adam, qui inoffénsa beatitúdine fruebátur † ubi in seculária peccáta defléxit : incídit in latrónes.

Lectio duodecima.

QUi sunt isti latrónes, nisi ángeli noctis atque tenebrárum † qui se nonnúnquam transfigúrant in Angelos lucis † sed perseveráre non possunt ? Hi antè despóliant quæ accépimus induménta grátiæ spirituális : & sic vúlnera inférre consuevérunt. Nam si inte[...] ráta quæ súmpsimus, induménta se[...] mus : plagas latrónum sentíre non [...] sumus.

Sequéntia sancti Evangélii : se[...] dùm Lucam. *Luc. 1[...]*

IN illo témpore : Dixit Jesus dis[...] lis suis. Beáti óculi : qui vident [...] vos vidétis. Dico enim vobis † [...] multi prophétæ & reges voluérun[...] dére quæ vos vidétis : & non vidér[...] & audíre quæ audítis : & non a[...] runt. Et ecce quidam legisperítus [...] réxit : tentans illum, & dicens. [...] gister † quid faciéndo vitam æté[...] possidébo ? At ille dixit ad eum. In [...] quid Scriptum est ? Quómodo l[...] Ille respóndens, dixit. Díliges D[...] num Deum tuum ex toto corde tu[...] ex tota ánima tua † & ex ómnibu[...] ribus tuis, & ex omni mente tu[...] próximum tuum sicut teípsum. D[...] que illi. Rectè respondísti. Hoc fa[...] vives. Ille autem volens justificáre [...] sum : dixit ad Jesum. Et quis est [...] próximus ? Suscípiens autem Jesus [...] xit. Homo quidam descendébat a[...] rúsalem in Jéricho : & incídit in l[...] nes † qui étiam despoliavérunt eu[...] plagis impósitis abiérunt, semiviv[...] licto. Accídit autem, ut sacérdos [...] dam descénderet eádem via : & vis[...] prætérivit. Simíliter & Levíta, cù[...] set secus locum, & vidéret eum : [...] tránsiit. Samaritánus autem quidam [...] fáciens † venit secus eum : & vi[...] eum, misericórdia motus est. Et ap[...] pians alligávit vúlnera ejus : infun[...] óleum, & vinum. Et impónens i[...] in juméntum suum † duxit in stabu[...] & curam ejus egit. Et áltera die pr[...] lit duos denários : & dedit stabul[...]

Curam illius habe ꟸ & quod-
supererogáveris : ego cùm re-
eddam tibi. Quis horum trium
tibi próximus fuísse illi , qui
n latrónes ? At ille dixit. Qui
ericórdiam in illum. Et ait illi
áde, & tu fac símiliter. Amen.

Oratio.

nípotens & miséricors Deus, de
jus múnere venit, ut tibi à fidé-
s dignè & laudabiliter serviátur:
uæsumus nobis ꟸ ut ad promis-
nas sine offensióne currámus :
minum.

Ad Benedictus.

Ꝟ. Beáti óculi, * qui vident quæ
tis : Dixit Jesus discípulis suis,

Ad Magnificat.

Ꝟ. Magíster , * quid faciéndo
érnam possidébo ? At ille dixit
: In lege quid scriptum est ?
o legis ? Díliges Dóminum
um ex toto corde tuo,allelu-ia.

NICA QUARTADECIMA.

Lectio nona.

sancti Evangélii : secúndùm *Luc. 17.*

témpore : Dum iret Jesus in
lem : transíbat per médiam Sa-
& Galilæam. Et cùm ingrede-
oddam castéllum : occurrérunt
viri leprósi. Et réliqua.
lia Lectiónis ejúsdem : beáti
i Epíscopi.
libr. 2. quæst. Evang. quæst. 40.
em leprósis, quos Dóminus ita
ivit , cùm ait : Ite , osténdite
rdótibus ꟸ multa quæri pos-
uæ méritò quæréntes movent.
um de número ꟸ quid sibi velit
quòd decem sunt : & quòd unus ex illis
solus grátias egit. Et cur eos ad sacer-
dótes míserit : ut cùm irent , munda-
réntur. Nullum enim eórum , quibus
hæc corporália benefícia præstitit ꟸ in-
venítur misísse ad sacerdótes : nisi le-
prósos.

Lectio decima.

NAm & illum à lepra mundáverat,
cui dixit ꟸ Vade, & osténde te sa-
cerdótibus : & offer pro te sacrifícium,
quod præcépit Moyses in testimónium
illis. Quæréndum est ígitur , quid ipsa
lepra signíficet ꟸ non enim sanáti , sed
mundáti dicúntur : qui ea caruérunt.
Colóris quippe vítium est : non vale-
túdinis , aut integritátis sénsuum , at-
que membrórum.

Lectio undecima.

LEprósi ergo non absúrdè intélligi
possunt ꟸ qui sciéntiam veræ fidei
non habéntes : várias doctrínas profi-
téntur erróris. Non enim vel abscón-
dunt imperítiam suam ꟸ sed pro summa
perítia próferunt in lucem : & jactántia
sermónis osténtant. Nulla porrò falsa
doctrína est : quæ non áliqua vera in-
termísceat.

Lectio duodecima.

VEra ergo falsis inordinátè permísta
in una disputatióne , vel narra-
tióne hóminis, tanquam in unius cór-
poris colóre apparéntia ꟸ signíficant
lepram : tanquam veris falsísque coló-
rum fucis, humána córpora variántem,
atque maculántem. Hi autem tam vi-
tándi sunt Ecclésiæ ꟸ ut si fieri potest,
lóngiùs remóti , magno clamóre Chri-
stum interpellent : sicut isti decem ste-
térunt à longè ꟸ & levavérunt vo-
cem, dicéntes: Jesu præcéptor miserére
nostri.

Sequéntia ſancti Evangélii : ſecúndùm Lucam. *Luc.* 17.

IN illo témpore : Dum iret Jeſus in Jerúſalem : transibat per médiam Samaríam & Galilæam. Et cùm ingrederétur quoddam caſtéllum : occurrérunt ei decem viri lepróſi. Qui ſtetérunt à longè : & levavérunt vocem, dicéntes. Jeſu præcéptor : miſerére noſtri. Quos ut vidit : dixit. Ite : oſténdite vos ſacerdótibus. Et factum eſt dum irent : mundáti ſunt. Unus autem ex illis, ut vidit, quia mundátus eſt : regréſſus eſt cum magna voce magníficans Deum. Et cécidit in fáciem ante pedes ejus : grátias agens. Et hic erat Samaritánus. Reſpóndens autem Jeſus : dixit. Nonne decem mundáti ſunt ? Et novem ubi ſunt ? Non eſt invéntus qui redíret, & daret glóriam Deo : niſi hic alienígena. Et ait illi. Surge, vade : quia fides tua te ſálvum fecit. Amen.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, da nobis fidei, ſpei, & charitátis augméntum : & ut mereámur áſſequi quod promíttis † fac nos amáre quod præcipis : Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Cùm ingrederétur Jeſus * quoddam caſtéllum, occurrérunt ei decem viri lepróſi : qui ſtetérunt à longè & levavérunt vocem, dicéntes : Jeſu præcéptor miſerére noſtri.

Ad Magnificat.

Antiph. Nonne decem * mundáti ſunt ? Et novem ubi ſunt ? Non eſt invéntus qui redíret, & daret glóriam Deo, niſi hic alienígena. Vade, quia fides tua te ſalvum fecit, dicit Dóminus. *

DOMINICA QUINTADECIMA.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii : ſecúndùm Matthæum. *Matth.* 6.

IN illo témpore : Dixit Jeſus diſcípulis ſuis. Nemo poteſt duóbus dóminis ſervíre. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Auguſtíni Epíſcopi.

Tom. 4. libr. 2. de ſerm. Domini in monte. cap. 14.

NEmo poteſt duóbus dóminis ſervíre. Ad hanc ipſam intentiónem referéndum eſt : quod conſequénter expónit, dicens. Aut enim unum ódio habébit, & álterum díliget : aut álterum patiétur, & álterum contémnet. Quæ verba diligénter conſideránda ſunt. Nam qui ſunt duo dómini † deínceps oſténdit, cùm dicit : Non potéſtis Deo ſervíre, & mammónæ.

Lectio decima.

MAmmóna apud Hebræos divítiæ appellári dicúntur. Cóngruit & púnicum nomen : nam lucrum púnicè mammon dícitur. Sed qui ſervit mammónæ : illi útique ſervit † qui rebus iſtis terrénis mérito ſuæ perverſitátis præpóſitus : magiſtrátus hujus ſǽculi à Dómino dícitur. Aut enim unum ódio habébit homo † & álterum díliget, id eſt, Deum : aut álterum patiétur, & álterum contémnet.

Lectio undecima.

PAtiétur enim durum & perniciósum dóminum : quiſquis ſervit mammónæ. Sua enim cupiditáte implicátus, ſúbditur diábolo : & non díligit eum. Quis eſt enim qui díligat diábolum ? Sed tamen pátitur † ſicut in majóre áliqua domo, qui ancíllæ aliénæ con-

júnctus

est : propter cupiditátem suam, pátitur servitútem ꟸ etiámsi non eum : cujus ancíllam díligit.

Lectio duodecima.

erum autem contémnet, dicit : on, ódio habébit. Nullíus enim nsciéntia Deum odísse potest ꟸ nit autem, id est, non timet ui quasi de ejus bonitáte secúrus hac negligéntia, & perniciósa te révocat nos Spíritus sanctus : r prophétam dicit. Fili, ne ad- eccátum super peccátum, & di- iserátio Dei magna est.

éntia sancti Evangélii : secún- atthæum. *Matth.* 6.

lo témpore : Dixit Jesus discí- suis. Nemo potest duóbus dó- servíre. Aut enim unum ódio , & álterum díliget : aut unum it, & álterum contémnet. Non Deo servíre : & mammónæ. co vobis ꟸ ne solíciti sitis áni- stræ, quid manducétis : neque vestro, quid induámini. Nonne plus est quàm esca, & corpus àm vestiméntum ? Respícite vo- æli : quóniam non serunt, neque ꟸ neque cóngregant in hórrea : vester cæléstis pascit illa. Non- magis pluris estis illis ? Quis au- trûm cógitans, potest adjícere ram suam cúbitum unum ? Et de nto quid solíciti estis ? Conside- agri : quómodo crescunt. Non t : neque nent. Dico autem vo- uóniam nec Sálomon in omni ua coopértus est : sicut unum Si autem fœnum agri, quod st, & cras in clíbanum mittitur, vestit ꟸ quantò magis vos mó- ei ? Nolite ergo solíciti esse, dicéntes ꟸ Quid manducábimus, aut quid bibémus : aut quo operiémur. Hæc enim ómnia gentes inquírunt. Scit enim Pater vester : quia his ómnibus in- digétis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & justítiam ejus : êt hæc ómnia adjiciéntur vobis. Amen.

Oratio.

CUstódi, quæsumus Dómine, Ecclé- siam tuam propitiatióne perpétua ꟸ & quia sine te lábitur humána mortáli- tas : tuis semper auxíliis & abstrahátur à nóxiis ꟸ & ad salutária dirigátur : Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Nolíte * solíciti esse, dicén- tes, quid manducábimus, aut quid bibémus ? Scit enim Pater vester cæ- léstis quid vobis necésse sit, dicit Dó- minus.

Ad Magnificat.

Antiph. Quærite primùm * regnum Dei & justítiam ejus, & hæc ómnia ad- jiciéntur vobis, dicit Dóminus.

DOMINICA SEXTADECIMA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 7.

IN illo témpore : ibat Jesus in civi- tátem quæ vocátur Naïm : & ibant cum eo discípuli ejus, & turba copiósa. Et réliqua,

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 5. Comment. in Lucam.

HIc locus ad utrámque redúndat grátiam ꟸ ut & citò flecti Diví- nam misericórdiam, matris víduæ la- mentatióne credámus : ejus præcípuè quæ únici filii, vel labóre, vel mor- te frangátur. Cui tamen víduæ : gra-

vitátis méritum exequiárum turba concíliet.

Lectio decima.

ET hanc víduam populórum turba ſeptam, plus vidéri eſſe, quàm fœminam: quæ reſurrectiónem adoleſcéntis únici fílii ſui lácrymis merúerit impetráre. Eò quòd ſancta Eccléſia pópulum juniórem à pompa fúneris, atque à ſuprémis ſepúlchri: ſuárum révocet ad vitam contemplatióne lacrymárum. Quæ flere prohibétur eum: cui reſurréctio debeátur.

Lectio undecima

QUi quidem mórtuus in lóculo, materiálibus quátuor ad ſepúlchrum ferebátur eleméntis. Sed ſpem reſurgéndi habébat: quia ferebátur in ligno. Quod etſi antè nobis non próderat ꟸ tamen poſteáquam Jeſus id tétigit: profícere cœpit ad vitam ꟸ ut eſſet indício: ſalútem pópulo per crucis patíbulum refundéndam.

Lectio duodecima.

AUdíto ígitur Dei verbo, ſtetérunt illi acérbi fúneris portitóres: qui corpus humánum letháli fluxu natúræ materiális urgébant. Quid enim áliud, niſi quaſi in quodam féretro, hoc eſt, ſuprémi fúneris inſtruménto jacémus exánimes ꟸ cùm vel ignis immódicæ cupiditátis exæſtuat ꟸ vel frígidus humor exúndat ꟸ vel pigra quadam córporis habitúdine vigor hebetátur animórum ꟸ vel concréta noſter ſpíritus labe, puræ lucis vácuus alit mentem? Hi ſunt noſtri fúneris portitóres.

Sequéntia ſancti Evangélii: ſecúndùm Lucam. *Luc.* 7.

IN illo témpore: Ibat Jeſus in civitátem, quæ vocátur Naïm: & ibant cum eo diſcípuli ejus, & turba copióſa. Cùm autem appropinquáret portæ civitátis: ecce, defúnctus efferebátur fílius únicus matris ſuæ. Et hæc vídua erat: & turba civitátis multa cum illa. Quam cùm vidíſſet Dóminus ꟸ miſericórdia motus ſuper eam: dixit illi. Noli flere. Et accéſſit: & tétigit lóculum. Hi autem qui portábant: ſtetérunt. Et ait. Adoléſcens: tibi dico, Surge. Et reſédit qui erat mórtuus ꟸ & cœpit loqui: & dedit illum matri ſuæ. Accépit autem omnes timor: & magnificábant Deum, dicéntes. Quia Prophéta magnus ſurréxit in nobis: & quia Deus viſitávit plebem ſuam. Amen.

Oratio.

ECcléſiam tuam Dómine, miſerátio continuáta mundet, & múniat: & quia ſine te non poteſt ſalva consiſtere ꟸ tuo ſemper múnere gubernétur: Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Ibat Jeſus * in civitátem quæ vocátur Naïm: & ecce, defúnctus efferebátur fílius únicus matris ſuæ.

Ad Magnificat.

Antiph. Accépit autem * omnes timor, & magnificábant Deum, dicéntes: Quia Prophéta magnus ſurréxit in nobis, & quia Deus viſitávit plebem ſuam.

DOMINICA SEPTIMADECIMA.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii: ſecúndùm Lucam. *Luc.* 14.

IN illo témpore: Cùm intráret Jeſus in domum cujúſdam príncipis Phariſæórum, Sabbato manducáre panem: & ipſi obſervábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Ambróſii Epíſcopi.

Libr. 7. Comment. in Luc. cap. 14.

CUrátur hydrópicus † in quo fluxus carnis exúberans, ánimæ gravábat officia : ſpíritus extinguébat ardórem. Deínde docétur humílitas † dum in illo convívio nuptiáli, appeténtia loci ſuperióris arcétur : cleménter tamen, ut perſuáſio humanitátis aſperitátem coercitiónis exclúderet † rátio proficeret ad perſuaſiónis efféctum : & corréctio emendáret afféctum.

Lectio decima.

HUic quaſi próximo límine humánitas copulátur † quæ ita Domínicæ ſenténtiæ definitióne diſtínguitur : ſi in paúperes & débiles conferátur. Nam hoſpitálem eſſe remuneratúris : afféctus avarítiæ eſt. Poſtrémò, quaſi eméritæ milítiæ viro, contemnendárum ſtipéndium facultátum præſcríbitur.

Lectio undecima.

QUod neque ille, qui ſtúdiis inténtus inferióribus, poſſeſſiónes ſibi terrénas coëmit, regnum cælórum poſſit adipíſci : cùm Dóminus dicat † Vende ómnia tua, & ſéquere me : Nec ille qui emit boves † cùm Eliſæus occíderit : & pópulo divíſerit quos habébat. Et ille qui duxit uxórem, cógitet quæ mundi ſunt, non quæ Dei : non quò conjúgium reprehendátur † ſed quia ad majórem honórem vocétur intégritas : quóniam múlier innúpta, & vídua cógitat quæ ſunt Dómini, ut ſit ſancta córpore & ſpíritu.

Lectio duodecima.

SEd ut in grátiam, ut ſuprà cum víduis † ita nunc étiam cum conjúgibus revertámur : non refúgimus opiniónem, quam ſequúntur pleríque † ut tria génera hóminum à conſórtio magnæ illíus cœnæ æſtimémus exclúdi : Gentílium, Judæórum, Hæreticórum. Et ídeo Apóſtolus avarítiam dicit eſſe fugiéndam † ne impedíti more Gentíli iniquitáte : ad regnum Chriſti perveníre nequeámus.

Sequéntia ſancti Evangélii : ſecúndùm Lucam. *Luc. 14.*

IN illo témpore : Cùm intráret Jeſus in domum cujúſdam príncipis Phariſæórum Sábbato manducáre panem : & ipſi obſervábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et reſpóndens Jeſus : dixit ad Legiſperítos, & Phariſæos, dicens. Si licet Sábbato curáre ? At illi tacuérunt. Ipſe verò apprehénſum ſanávit eum : ac dimíſit. Et reſpóndens ad illos, dixit. Cujus veſtrûm áſinus aut bos in púteum cadet, & non contínuò éxtrahet illum die Sábbati ? Et non póterant ad hæc reſpondére illi. Dicébat autem & ad invitátos parábolam † inténdens quómodo primos accúbitus elígerent : dicens ad illos. Cùm invitátus fúeris ad núptias † non diſcúmbas in primo loco : ne fortè honorátior te ſit invitátus ab illo † & véniens is, qui te & illum vocávit : dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incípias cum rubóre : noviſſimum locum tenére. Sed cùm vocátus fúeris † vade, recúmbe in noviſſimo loco : ut cùm vénerit qui te invitávit, dicat tibi. Amíce : aſcénde ſupériùs. Tunc erit tibi glória : coram ſimul diſcumbéntibus. Quia omnis qui ſe exáltat, humiliábitur : & qui ſê humíliat, êxaltábitur. Amen.

Oratio.

TUa nos, Dómine quæſumus, grátia ſemper & prævéniat, & ſequátur † ac bonis opéribus júgiter præſtet

& in tota ánima tua : & in tota mente tua. Hoc est máximum, & primum mandátum. Secúndum autem : símile est huic. Díliges próximum tuum : sicut teipsum. In his duóbus mandátis : univérsa lex pendet, & prophétæ. Congregátis autem Pharisǽis : interrogávit eos Jesus, dicens. Quid vobis vidétur de Christo ? Cujus filius est ? Dicunt ei. David. Ait illis. Quómodo ergo David in spíritu vocat eum Dóminum, dicens, Dixit Dóminus Dómino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimícos tuos, scabéllum pedum tuórum ? Si ergo David vocat eum Dóminum ✠ quómodo filius ejus est ? Et nemo póterat ei respondére verbum : neque ausus fuit quisquam ex illa die, eum ámpliùs interrogáre. Amen.

Oratio.

DA, quǽsumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitáre contágia ✠ & te solum Deum pura mente sectári : Per.

Ad Benedictus.

Antiph. Magíster, * quod est mandátum magnum in lege ? Ait illi Jesus : Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, allelu-ia.

Ad Magnificat.

Antiph. Quid vobis * vidétur de Christo ? Cujus filius est ? Dicunt ei omnes, David. Dicit eis Jesus. Quómodo David in spíritu vocat eum Dóminum dicens, Dixit Dóminus Dómino meo sede à dextris meis ?

DOMINICA NONADECIMA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth. 9.*

IN illo témpore : Ascéndens Jesus in navículam, transfretávit : & venit in civitátem suam. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Joánnis Chrysóstomi Epíscopi.

Homil. 30. in Matthæum.

PRópriam hìc civitátem ejus Capharnáüm appellávit. Béthlehem enim ipsum tulit ✠ Názareth educávit : sed Capharnáüm perpétuum ipsíus erat habitáculum. Paralyticus certè hic : non est ille de quo Joánnes fecit mentiónem. Nam ille apud piscínam Jerosólymis jacébat ✠ hic in Capharnáüm : & ille trigínta & octo annis laborávit : de hoc verò nihil tale adscríptum est.

Lectio decima.

PRætérea, nullos ille hábuit minístros : hunc afférri ad Jesum à minístris vidémus. Ad hæc, Confide fili, dixit huic, remittúntur tibi peccáta tua : illum verò interrogávit, an vellet sanus fieri. Accédit quòd in Sábbato illum curávit. hunc verò non in Sábbato. Nihil enim tale hìc accusáre Judæi vidéntur. Postrémò post hoc signum tacuérunt Judæi : post illud importúni persequebántur.

Lectio undecima.

TU verò, quàm clemens, quàmque húmilis sit Dóminus, consídera. Nam & ántea turbas miti ánimo remóvit ✠ & à Gadarénis pulsus non réstitit : sed recéssit, non procul tamen ✠ rursúsque cùm étiam posset pedes transíre : navigio conscénso trajécit. Non enim semper signa fácere volébat : ne humanitátis suæ mystério derogáret.

Lectio duodecima.

MAtthæus ígitur, attulérunt eum (inquit ✠) álii autem per tectum demíssum fuísse descripsérunt, ac ita Christo propósitum : ut nihil à minístris, qui fide addúcti rem totam ei credidé-

runt, dicerétur. Nam in princípio quidem prædicatiónis, & ipſe circuíbat: & non tantam ab adeúntibus fidem poſtulábat † hìc verò & acceſſérunt: & fides ab eis eſt requisíta.

Sequéntia ſancti Evangélii: ſecúndùm Matthæum. *Matth. 9.*

IN illo témpore: Aſcéndens Jeſus in navículam, transfretávit: & venit in civitátem ſuam. Et ecce, offerébant ei paralyticum jacéntem in lecto. Et videns Jeſus fidem illórum: dixit paralytico. Confíde fili: remittúntur tibi peccáta tua. Et ecce, quidam de Scribis dixérunt intra ſe: Hic blaſphémat. Et cùm vidíſſet Jeſus cogitatiónes eórum: dixit. Ut quid cogitátis mala in córdibus veſtris? Quid eſt facíliùs dícere, Dimittúntur tibi peccáta tua, an dícere, Surge & ámbula? Ut autem ſciátis quia Fílius hóminis habet poteſtátem in terra dimitttendi peccáta: tunc ait paralytico. Surge † tolle lectum tuum: & vade in domum tuam. Et ſurréxit: & ábiit in domum ſuam. Vidéntes autem turbæ † timuérunt, & glorificavérunt Deum: qui dedit poteſtâtem talêm homínibus. Amen.

Oratio.

DIrigat corda noſtra, Dómine quæſumus, tuæ miſeratiónis operátio † quia tibi ſine te placére non póſſumus: Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Dixit Dóminus * paralytico: Confíde fili, remittúntur tibi peccáta tua.

Ad Magnificat.

Antiph. Dixit Dóminus * Jeſus, Quid eſt facíliùs dícere, Dimittúntur tibi peccáta tua, an dícere, Surge & ámbula?

DOMINICA VIGESIMA.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii: ſecúndùm Matthæum. *Matth. 22.*

IN illo témpore: Locútus eſt Jeſus princípibus ſacerdótum, & Pharisæis: in parábolis, dicens. Símile factum eſt regnum cælórum hómini regi: qui fecit núptias fílio ſuo. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil. 38. in Evang.*

SÆpe jam me dixíſſe mémini: quòd plerúmque in ſancto Evangélio, regnum cælórum præſens Ecclésia nominátur. Congregátio quippe juſtórum regnum cælórum dícitur. Quia enim per Prophétam Dóminus dicit † Cælum mihi ſedes eſt: Et Sálomon ait † Anima juſti ſedes ſapiéntiæ: Paulus étiam dicit † Chriſtum Dei virtútem & Dei ſapiéntiam: líquidò collígere debémus † quia ſi Deus ſapiéntia, ánima autem juſti ſedes ſapiéntiæ † dum cælum dícitur ſedes Dei: cælum ergo eſt ánima juſti. Hinc per Pſalmíſtam dícitur de ſanctis prædicatóribus: Cæli enárrant glóriam Dei.

Lectio decima.

REgnum ergo cælórum, eſt ecclésia juſtórum † quia dum eórum corda in terra nil ámbiunt † per hoc quòd ad ſupérna ſuſpírant: jam in eis Dóminus quaſi in cæléſtibus regnat. Dicátur ergo † Símile eſt regnum cælórum hómini regi: qui fecit núptias fílio ſuo.

Lectio undecima.

JAm intélligit cháritas veſtra, quis eſt iſte rex: regis fílii pater. Ille nimírum, cui Pſalmíſta ait. Deus judícium tuum regi da: & juſtítiam tuam fílio regis. Qui fecit núptias fílio ſuo. Tunc

is Pater Deo Filio suo núptias
iando hunc in útero Vírginis,
natúræ conjúnxit : quando
te sécula, fíeri vóluit hómi-
fine seculórum.

Lectio duodecima.

uia ex duábus persónis fieri
ista nuptiális conjúnctio ✠ ab-
intelléctibus nostris : ut per-
ei & hóminis, Redemptóris
su Christi, ex duábus persónis
unítam. Ex duábus quippe,
duábus hunc natúris exístere
sed ex duábus persónis com-
credi, ut nefas, vitámus.
ntia sancti Evangélii : secún-
thæum. *Matth.* 22.
tempore : locútus est Jesus
pibus sacerdótum & Pharisæis :
olis dicens. Símile factum est
cælórum hómini regi : qui fecit
ilio suo. Et misit servos suos
nvitátos ad núptias : & nolé-
íre. Iterum misit álios servos,
Dícite invitátis. Ecce prándium
rávi ✠ tauri mei & altília occí-
omnia paráta : veníte ad núp-
autem neglexérunt ✠ & abié-
us in villam suam : álius verò
tiatiónem suam. Réliqui verò
t servos ejus : & contuméliis
occidérunt. Rex autem cùm au-
rátus est. Et missis exercítibus
didit homicídas illos : & civi-
órum succéndit. Tunc ait ser-
Núptiæ quidem parátæ sunt :
invitáti erant, non fuérunt
te ergo ad éxitus viárum : &
nque invenéritis, vocáte ad nú-
t egréssi servi ejus in vias ✠
avérunt omnes, quos invené-
alos & bonos : & implétæ sunt
núptiæ discumbéntium. Intrávit autem
rex, ut vidéret discumbéntes ✠ & vidit
ibi hóminem non vestítum veste nuptiá-
li : & ait illi. Amíce ✠ quómodo huc
intrásti non habens vestem nuptiálem ?
At ille obmútuit. Tunc dixit rex miní-
stris. Ligátis mánibus & pédibus ejus :
míttite eum in ténebras exterióres. Ibi
erit fletus : & stridor déntium. Multi
enim sunt vocáti, pauci verò elécti.
Amen.

Oratio.

Omnípotens & miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propi-
tiátus exclúde : ut mente & córpore pá-
riter expedíti ✠ quæ tua sunt líberis
méntibus exequámur : Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Dícite* invitátis, Ecce prán-
dium meum parávi : veníte ad núptias,
dicit Dóminus.

Ad Magnificat.

Antiph. Núptiæ* quidem parátæ sunt
sed qui invitáti erant, non fuérunt di-
gni. Ite ergo ad éxitus viárum, & quos-
cúmque invenéritis, vocáte eos ad nú-
ptias, dicit Dóminus.

DOMINICA VIGESIMA PRIMA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm
Joánnem. *Joann.* 4.

In illo témpore : Erat quidam régu-
lus : cujus fílius infirmabátur Ca-
pharnáüm. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti
Gregórii Papæ.

Homil. 28. *in Evangel.*

Léctio sancti Evangélii, quam mo-
dò (fratres) audístis, expositióne
non índiget ✠ sed ne hanc táciti præ-
teriísse videámur : exhortándo pótiùs

quàm exponéndo in ea áliquid loquámur. Hoc autem nobis solúmmodo de expositióne vídeo esse requiréndum: cur is, qui ad salútem filio peténdam vénerat, audívit † Nisi signa & prodígia vidéritis: non créditis.

Lectio decima.

QUi enim salútem quærébat filio: proculdúbio credébat. Neque enim ab eo quæreret salútem: quem non créderet Salvatórem. Quare ergo dícitur † Nisi signa & prodígia vidéritis, non créditis † qui antè crédidit, quàm signa vidéret? Sed mementóte, quid pétiit † & apértè cognoscétis: quia in fide dubitávit. Popóscit namque ut descénderet: & sanáret filium ejus. Corporálem ergo Dómini præséntiam quærébat: qui per Spíritum nusquam déerat.

Lectio undecima.

MInùs ítaque in illum crédidit † quem non putávit salútem posse dare: nisi præsens esset & córpore. Si enim perféctè credidísset † proculdúbio sciret: quia non esset locus, ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffisus est: quia virtútem non dedit majestáti, sed præséntiæ corporáli.

Lectio duodecima.

SAlútem ítaque filio pétiit, & tamen in fide dubitávit † quia eum ad quem vénerat, & poténtem ad curándum crédidit: & tamen moriénti fílio esse abséntem putávit. Sed Dóminus qui rogátur, ut vadat: quia non desit ubi invitátur, indicat. Solo jussu salútem réddidit: qui voluntáte ómnia creávit.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann. 4.*

IN illo témpore: Erat quidam régulus: cujus filius infirmabátur Capharnaüm. Hic cùm audísset quia Jesus adveníret à Judæa in Galilæam † ábiit ad eum: & rogábat eum ut descénderet, & sanáret filium ejus. Incipiébat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum. Nisi signa & prodígia vidéritis: non créditis. Dicit ad eum régulus. Dómine, descénde priúsquam moriátur filius meus. Dicit ei Jesus. Vade: filius tuus vivit. Crédidit homo sermóni, quem dixit ei Jesus: & ibat. Jam autem eo descendénte † servi occurrérunt ei: & nuntiavérunt, dicéntes, quia filius ejus víveret. Interrogábat ergo horam ab eis: in qua mélius habúerit. Et dixérunt ei: Quia heri hora séptima relíquit eum febris. Cognóvit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: Filius tuus vivit. Et crédidit ipse, & domus ejus tota. Amen.

Oratio.

LArgíre, quæsumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus & pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis † & secúra tibi mente desérviant: Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Dómine descénde, * ut sanet filium meum, priúsquam moriátur: dicit ei Jesus, Vade, filius tuus vivit.

Ad Magnificat.

Antiph. Cognóvit autem pater, * quia illa hora erat: in qua dixit Jesus, Filius tuus vivit: & crédidit ipse, & domus ejus tota.

DOMINICA VIGESIMA SECUNDA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth. 18.*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Assimilátum est regnum cælórum hómini regi: qui

tiónem pónere cum servis suis.
na.
lia Lectiónis ejúsdem : beáti
ni Epíscopi.
. *serm.* 15. *de verb. Domini.*
(fratres) res in apérto est :
onítio útilis & valde salúbris.
tia debétur, ut quod justum est
r ꟸ quia omnis homo & débitor
: & debitórem habet fratrem
uis est enim qui non sit débitor
i in quo nullum inveníri potest
n ? Quis est autem qui non há-
itórem fratrem ꟸ nisi in quem
ccávit ? Putásne quisquam in
umáno reperíri potest ꟸ qui non
áliquo peccáto obstríctus sit
) ?

Lectio decima.

tor est ergo omnis homo : ha-
s tamen & ipse debitórem.
s justus constítuit tibi régulam
ore tuo : quod fáciet & ipse
Duo sunt enim ópera miseri-
iæ nos líberant : quæ bréviter
inus pósuit in Evangélio. Di-
& dimittétur vobis : date , &
obis.

Lectio undecima.

ttite , & dimittétur vobis : ad
oscéndum pértinet. Date , &
obis : ad præstándum benefi-
tinet. Quod ait de ignoscén-
Deus tibi ignóscit quod peccas:
llium, cui tu potes ignóscere.
quod pértinet ad tribuéndum
m ꟸ petit te mendícus : & tu
endícus. Omnes enim quando
mendíci Dei sumus : ante j-
gni Patrisfamílias stamus. Im-
prostérnimur ꟸ súpplices inge-
, áliquid voléntes accípere :
& ipsum áliquid , ipse Deus est.

Lectio duodecima.

QUid autem à te petit mendícus ? Panem. Et tu quid petis à Deo, nisi Christum ꟸ qui dicit , Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi? Ignósci vobis vultis ? Ignóscite. Remíttite : & remittétur vobis. Accípere vultis ? Date, & dábitur vobis.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 18.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Assimilátum est regnum cælórum hómini regi : qui vóluit ratiónem pónere cum servis suis. Et cùm cœpisset ratiónem pónere : oblátus est ei unus , qui debébat ei decem míllia talénta. Cùm autem non habéret unde rédderet : jussit eum dóminus ejus venúmdari , & uxórem ejus, & fílios ꟸ & ómnia quæ habébat : & reddi. Prócidens autem servus ille : orábat eum , dicens. Patiéntiam habe in me : & ómnia reddam tibi. Misértus autem dóminus servi illíus ꟸ dimísit eum : & débitum dimísit ei. Egréssus autem servus ille ꟸ invénit unum de consérvis suis : qui debébat ei centum denários. Et tenens suffocábat eum : dicens. Redde quod debes. Et prócidens consérvus ejus : rogábat eum , dicens. Patiéntiam habe in me : & ómnia reddam tibi. Ille autem nóluit ꟸ sed ábiit, & misit eum in cárcerem : donec rédderet débitum. Vidéntes autem consérvi ejus quæ fiébant ꟸ contristáti sunt valde : & venérunt & narravérunt dómino suo ómnia , quæ facta fúerant. Tunc vocávit illum dóminus suus : & ait illi. Serve nequam ꟸ omne débitum dimísi tibi : quóniam rogásti me. Nonne ergo opórtuit & te miseréri consérvi tui

sicut & ego tui misértus sum? Et irátus dóminus ejus, trádidit eum tortóribus: quoadúsque rédderet univérsum débitum. Sic & Pater meus cæléstis fáciet vobis: si non remiséritis unusquísque frátri suo de córdibus vestris. Amen.

Oratio.

FAmíliam tuam, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi: ut à cunctis adversitátibus te protegénte sit líbera ✠ & in bonis áctibus tuo nómini sit devóta: Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Dixit autem dóminus servo * Redde quod debes: prócidens autem servus ille rogábat eum, dicens: Patiéntiam habe in me: & ómnia reddam tibi.

Ad Magnificat.

Antiph. Serve nequam, * omne débitum dimísi tibi, quóniam rogásti me. Nonne ergo opórtuit & te miseréri consérvi tui, sicut & ego tui misértus sum, dicit Dóminus.

DOMINICA VIGESIMA TERTIA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 22.

IN illo témpore: Abeúntes Pharisæi consílium iniérunt: ut cáperent Jesum in sermóne. Et mittunt ei discípulos cum Herodiánis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Hierónymi Presbyteri.

Libr. 3. *Comment. in Matthæum.*

NUper sub Cæsare Augústo Judæa subjécta Románis, quando in toto orbe est celebráta descríptio, stipendiária fúerat: & erat in pópulo magna sedítio ✠ dicéntibus áliis, pro securitáte & quiéte, qua Románi pro ómnibus militárent: debére tribúta persólvi. Pharisæis verò, qui sibi applaudébant de justítia, è contrário dicéntibus ✠ non debére pópulum Dei, qui décimas sólveret, & primitíva daret, & cætera quæ in lege scripta sunt, fáceret: humánis légibus subjacére.

Lectio decima.

CÆsar Augústus Heródem filium Antípatri alienígenam & prosélytum, regem Judæis constitúerat ✠ qui tribútis præésset: & Románo paréret império. Mittunt ígitur Pharisæi discípulos suos cum Herodiánis, id est, milítibus Heródis ✠ seu quos illudéntes Pharisæi (quia Románis tribúta solvébant) Herodiános vocábant: & non divíno cúltui déditos.

Lectio undecima.

MAgíster, scimus quia verax es, & viam Dei in veritáte doces ✠ & non est tibi cura de áliquo: non enim réspicis persónam hóminum. Dic ergo nobis: Quid tibi vidétur. Licet censum dare Cæsari, an non? Blanda & fraudulénta interrogátio ✠ illuc próvocat respondéntem, ut magis Deum, quàm Cæsarem tímeat: & dicat non debére tribúta solvi ✠ ut statim audiéntes Herodiáni: seditiónis contra Romános príncipem téneant.

Lectio duodecima.

COgnita autem Jesus nequítia eórum, ait. Quid me tentátis hypócrytæ? Prima virtus est respondéntis ✠ interrogántium mentem cognóscere: & non discípulos, sed tentatóres vocáre. Hypócryta ergo appellátur ✠ qui áliud est, & áliud símulat: id est, áliud ópere agit, & áliud voce præténdit.

iéntia sancti Evangélii : secún-
atthæum. *Matth.* 22.
lo témpore : Abeúntes Pharisæi
ilium iniérunt : ut cáperent
in sermóne. Et mittunt ei discí-
suos cum Herodiánis : dicéntes.
er ꟸ scimus quia verax es, &
ei in veritáte doces : & non est
a de áliquo. Non enim réspi-
sónam hóminum. Dic ergo no-
uid tibi vidétur. Licet censum
æsari, an non ? Cógnita autem
equítia eórum : ait. Quid me
hypócrytæ ? Osténdite mihi nu-
censús. At illi obtulérunt ei de-
. Et ait illis Jesus. Cujus est imá-
, & superscríptio ? Dicunt ei.
. Tunc ait illis. Réddite ergo
nt Cǽsaris, Cæsari, & quæ sunt
eo. Amen.

Oratio.

us refúgium nostrum, & virtusꟸ
désto piis Ecclésiæ tuæ précibus
pse pietátis : & præsta, ut quod
r pétimus ꟸ efficáciter consequá-
er Dóminum.

Ad Benedictus.

iph. Magíster, * scimus quia verax
am Dei in veritáte doces, allelu-ia.

Ad Magnificat.

iph. Réddite ergo * quæ sunt Cæ-
Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo :
óminus.

MINICA VIGESIMA QVARTA.

Lectio nona.

io sancti Evangélii : secúndùm
eum. *Matth.* 9.
llo témpore : Loquénte Jesu ad
as ꟸ ecce, princeps unus accéssit :
ábat eum, dicens. Dómine, filia
mea modò defúncta est. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 1. *Comment. in Matthæum.*

OCtávum signum est, in quo princeps suscitári póstulat fíliam suam: nolens de mystério veræ circumcisiónis exclúdi. Sed subíntrat múlier sánguine fluensꟸ & octavo sanátur loco : ut príncipis filia de hoc exclúsa número, véniat ad nonumꟸ juxta illud quod in Psalmis légitur : Æthiópia prævéniet manus ejus Deo. Et, Cùm intráverit plenitúdo Géntium : tunc omnis Israël salvus erit.

Lectio decima.

ET ecce, múlier quæ sánguinis fluxum patiebátur duódecim annis, accéssit. In Evangélio secúndùm Lucam scríbitur : quòd príncipis fília duódecim annos habéret ætátis. Nota ergo, quòd eo témpore hæc múlier, id est, Géntium pópulus cœperit ægrotáre : quo genus Judæórum credíderat. Nisi enim ex comparatióne virtútum, vítium non osténditur.

Lectio undecima.

HÆc autem múlier sánguine fluensꟸ non in domo, non in urbe accédit ad Dóminum : quia juxta legem, úrbibus excludebáturꟸ sed in itínere, ambulánte Dómino : ut dum pergit ad áliam, ália curarétur. Unde dicunt & Apóstoli : Vobis quidem oportébat prædicári verbum Dei ꟸ sed quóniam vos judicástis indígnos salúte : transgrédimur ad Gentes.

Lectio duodecima.

DIcébat enim intra se. Si tetígero tantùm fímbriam vestiménti ejus : salva ero. Juxta legem, Qui mulíerem menstruátam, aut fluéntem sánguine tetígerit : immúndus est. Ista ídeo tangit

Dóminum : ut sanguinis vítio étiam ipsa curarétur. Confide filia : fides tua te salvam fecit. Ideo filia : quia fides tua te salvam fecit. Nec dixit, fides tua te salvam factúra est : sed, salvam te fecit. In eo enim quòd credidísti : jam salva facta es.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth. 9.*

IN illo témpore : Loquénte Jesu ad turbas † ecce, princeps unus accéssit : & adorábat eum, dicens. Dómine † fília mea modò defúncta est : sed veni, impóne manum tuam super eam, & vivet. Et surgens Jesus sequebátur eum : & discípuli ejus. Et ecce múlier, quæ sanguinis fluxum patiebátur duódecim annis † accéssit retro : & tétigit fimbriam vestiménti ejus. Dicébat enim intra se. Si tetígero tantùm vestiméntum ejus : salva ero. At Jesus convérsus, & videns eam, dixit. Confide filia : fides tua te salvam fecit. Et salva facta est múlier : ex illa hora. Et cùm venísset Jesus in domum príncipis † & vidísset tibícines, & turbam tumultuántem : dicébat. Recédite : non est enim mórtua puélla, sed dormit. Et deridébant eum. Et cùm ejécta esset turba intrávit : & ténuit manum ejus. Et surréxit puélla. Et éxiit fama hæc in univérsam terram illam. Amen.

Oratio.

EXcita, Dómine quæsumus tuórum fidélium voluntátes : ut divíni óperis fructum propénsiùs exequéntes † pietátis tuæ remédia majóra percípiant: Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Antiph. Dicébat * enim intra se, si tetígero fimbriam vestiménti ejus tantùm, salva ero.

Ad Magnificat.

Antiph. Confide * filia, fides tua te salvam fecit : & salva facta est múlier ex illa hora.

DOMINICA VIGESIMA QUINTA.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann. 6.*

IN illo témpore : Cùm sublevásset óculos Jesus, & vidisset quia multitúdo máxima venit ad eum : dixit ad Philíppum. Unde emémus panes, ut mandúcent hi ? Hoc autem dicébat : tentans eum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Augustíni Epíscopi.

Tom. 4. libr. 83. quæstion. quæst. 61.

QUinque panes hordeácei, quibus in monte Dóminus turbas pavit † signíficant véterem legem, sive quia nondum spirituálibus, sed adhuc carnálibus data est, id est quinque córporis sénsibus déditis † nam & ipsæ turbæ quinque hóminum míllia fuérunt † sive quia per Moysen lex data est : Moyses enim quinque libros scripsit.

Lectio decima.

ET quòd hordeácei erant panes † bene signíficant vel ipsam legem : quæ ita data erat † ut in ea vitále ánimæ aliméntum corporálibus sacraméntis obtegerétur : hórdei enim medúlla tenacíssima pálea tégitur. Vel ipsum pópulum nondum expoliátum carnáli desidério : quod tanquam pálea cordi ejus inhærébat † nondum corde circumcísum : ita ut nec trituratióne tribulatiónum, cùm per desérta quadragínta annis ducerétur † intelléctu revelláto carnália integuménta depóneret :

:c hórdeum áreæ tritúra illo pa-
gmine exúitur.

Lectio undecima.

ıe illi pópulo congruénter lex
data est. Duo autem pisces, qui
ı suávem pani dabant ꟸ duas il-
sónas vidéntur significáre, qui-
ɔulus ille regebátur: ut per eas
rum moderámen acciperet ꟸ
scílicet, & sacerdotálem: ad
iam sacrosáncta illa únctio per-

Lectio duodecima.

arum offícium erat, procéllis
: flúctibus populáribus nunquam
atque corrúmpi: & violéntas
ım contradictiónes tanquam ad-
es undas sæpe dirúmpere ꟸ in-
eis, custodita sua integritáte,
: prorsus more píscium, tan-
n procellóso mari, sic in tur-
pópuli administratióne versári.
ımen duæ persónæ Dóminum
ı præfigurábant.
iéntia sancti Evangélii: secún-
ɔánnem. *Joann. 6.*
lo témpore: Cùm sublevásset
ɔs Jesus, & vidísset quia multi-
áxima venit ad eum: dixit ad
um. Unde emémus panes, ut
ent hi? Hoc autem dicébat:
eum. Ipse enim sciébat: quid
ctúrus. Respóndit ei Philíppus.
órum denariórum panes non
nt eis: ut unusquísque módi-
ıid accípiat. Dicit ei unus ex
lis ejus: Andréas frater Simó-
ri. Est puer unus hìc, qui habet
quinque panes hordeáceos: & duos
pisces. Sed hæc quid sunt inter tan-
tos? Dixit ergo Jesus. Fácite hómines
discúmbere. Erat autem fœnum mul-
tum in loco. Discubuérunt ergo viri:
número quasi quinque míllia. Accépit
ergo Jesus panes ꟸ & cùm grátias egís-
set: distríbuit discumbéntibus. Simíli-
ter & ex píscibus: quantum volébant.
Ut autem impléti sunt: dixit discípu-
lis suis. Collígite quæ superavérunt
fragménta: ne péreant. Collegérunt er-
go ꟸ & implevérunt duódecim cóphi-
nos fragmentórum, ex quinque pánibus
hordeáceis: quæ superfuérunt his, qui
manducáverant. Illi ergo hómines cùm
vidíssent quod Jesus fécerat signum: di-
cébant. Quia hic est verè Prophéta, qui
ventúrus èst in mundum. Amen.

Oratio.

Excita, Dómine quæsumus. *ut in præcedenti Dominica. pag. 516.*

Ad Benedictus.

Antiph. Cùm sublevásset * óculos Je-
sus, & vidísset máximam multitúdinem
veniéntem ad se, dicit ad Philíppum:
Unde emémus panes, ut mandúcent hi?
Hoc autem dicébat, tentans eum: ipse
enim sciébat quid esset factúrus.

Ad Magnificat.

Antiph. Accépit * ergo Jesus panes,
& cùm grátias egísset, distríbuit dis-
cumbéntibus.

Si post Festum SS. Trinitatis usque ad Adventum Domini plures Dominicæ fuerint quàm 25. consulenda erit Rubrica generalis superiùs posita de Dominicis vacantibus numero octavo.

EXPLICIT OFFICIUM DE TEMPORE.

ROPRIUM SANCTORUM.

A NOVEMBRIS.

XIX. *NOVEMBRIS.*

o S. SATURNINI MARTYRIS.

Oratio.

: u s, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui concédis natalítio érfrui ꟸ ejus nos tríbue méri- vári : Per Dóminum.

'um S. Andreæ in Dominica con- d secundam transfertur feriam, tulo celebrandum.

XXX. *NOVEMBRIS.*

TO S. ANDREÆ APOSTOLI.

Ad primas Vesperas.

pitulum. *Eccl.* 44.

lictio Dómini super caput ju- ídeo dedit illi hæreditátem, & partem in tribubus duódecim: it grátiam in conspéctu omnis ℞. Deo grátias.

ymn. ℣. *& Antiph. ad Magni- pe ex Communi Apostol. pag.* i. *ad primas Vesper. tantùm.* Quæ- mnípotens. *pag.* i.

Ad Matutinas.

Lectio prima.

o beáti Augustíni Epíscopi. o. *serm.* 9. *de verbis Domini.* um quibúsdam vidétur (fratres aríssimi) cùm aúdiunt Dóminum dicéntem ꟸ Veníte ad me omnes qui laborátis, & oneráti estis: & ego refíciam vos. Tóllite jugum meum super vos, & díscite à me quia mitis sum & húmilis corde: & inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suáve est: & onus meum leve. Tu autem.

℞. Ecce ego. *cum cæteris de Communi Apostolorum. pag.* ii.

Lectio secunda.

ET considerant eos, qui jugum ipsum intrépida cervíce subiérunt ꟸ & illam sarcinam mansuetíssimis húmeris accepérunt ꟸ tantis agitári & exercéri difficultátibus hujus séculi: ut non à labóribus ad quiétem ꟸ sed à quiéte ad labórem vocáti videántur: cùm & Apóstolus dicat ꟸ Omnes qui volunt piè in Christo vívere: persecutiónem patiéntur.

Lectio tertia.

AIt ergo áliquis. Quómodo jugum lene est, & sárcina levis ꟸ quandóquidem illud jugum & sárcinam ferre, nihil est áliud quàm piè vívere in Christo? Et quómodo dícitur ꟸ Veníte ad me qui laborátis & oneráti estis, & ego refíciam vos, ac non pótiùs dícitur ꟸ Veníte qui vacátis, ut laborétis.

Lectio quarta.

NAm & vacántes invénit, quos condúxit in víneam: ut ferrent æstum

dici. Et sub jugo illo leni, & sarcina levi audiámus Apóstolum dícere † In ómnibus commendántes nosmetípsos, tanquam Dei minístros, in multa patiéntia † in tribulatiónibus, in necessitátibus, in angústiis, in plagis: & cætera.

Lectio quinta.

ET álio loco, in eádem Epístola: A Judæis quínquies quadragénas una minùs accépi † ter virgis cæsus sum: semel lapidátus sum: ter naufrágium feci † nocte & die in profúndo maris fui † & cætera, quæ numerári quidem perícula possunt: sed tolerári, nisi Spíritu sancto juvánte, non possunt.

Lectio sexta.

OMnia ergo illa, quæ commemorávit áspera & grávia: frequéntiùs & abundántiùs sustinébat. Sed profectò áderat ei Spíritus sanctus † qui in exterióris hóminis corruptióne interiórem renováret de die in diem: & gustáta réquie spiritáli † in affluéntia deliciárum Dei, in spe beatitúdinis futúræ, ómnia præséntia deliníret áspera: & ómnia grávia releváret.

Lectio septima.

ECce quàm suáve jugum Christi portábat, & quàm levem sárcinam † ut ómnia illa, quæ supériùs enumeráta dura & immánia omnis audítor horréscit: levem tribulatiónem díceret † íntuens interióribus & fidélibus óculis quanto prétio temporálium eménda sit futúra vita: non pati ætérnos labóres impiórum † & sine ulla sollicitúdine: pérfrui ætérna felicitáte justórum.

Lectio octava.

SEd in his ómnibus, qui hæc non amant: eádem grávia patiúntur. Qui verò amant † eádem quidem: sed non grávia pati vidéntur. Omnia enim sæva & immánia: prorsus facília, & prope nulla éfficit amor. Quantò ergo cértiùs ac facíliùs ad veram beatitúdinem cháritas facit: quod ad misériam quantum pótuit, cupíditas fecit.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 4.

IN illo témpore: Ambulans Jesus juxta mare Galilææ † vidit duos fratres, Simónem, qui vocátur Petrus, & Andréam fratrem ejus: mitténtes rete in mare. Erant enim piscatóres. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 5.

AUdístis (fratres charíssimi) quia ad uníus jussiónis vocem: Petrus & Andréas relictis rétibus secúti sunt Redemptórem. Nulla verò hunc facere adhuc miràcula víderant † nihil ab eo de præmio ætérnæ retributiónis audíerant † & tamen ad unum Dómini præcéptum: hoc quod possidére videbántur, oblíti sunt.

Lectio decima.

QUanta nos ejus miràcula vidémus † quot flagéllis afflígimur † quantis minárum asperitátibus deterrémur † & tamen vocántem sequi contémnimus? In cælo jam sedet: qui de conversióne nos ádmonet † jam jugo fidei colla Géntium súbdidit † jam mundi glóriam stravit † jam ruínis ejus crebrescéntibus, distrícti sui judícii diem propinquántem denúntiat † & tamen supérba mens nostra adhuc hoc non vult sponte desérere: quod quotídie perdit invíta.

Lectio undecima.

QUid ergo (fratres charíssimi) quid in ejus judício dictúri sumus † qui

ore præséntis séculi, nec præcép-
timur, nec verbéribus emendá-
Sed fortásse áliquis tácitis sibi co-
nibus dicat ✝ ad vocem Dómini-
érque iste piscátor quid aut quan-
misit ✝ qui penè nihil hábuit?

Lectio duodecima.

hac in re affectum debémus pó-
pensáre quàm censum. Multùm
t: qui nihil sibi retínuit. Multùm
t: qui quantúmlibet parùm totum
it. Certè nos & hábita cum amó-
idémus: & ea quæ mínimè habé-
ex desidério quærimus. Multùm
etrus & Andréas dimísit: quando
e étiam habéndi desidéria derelí-

uéntia sancti Evangélii: secún-
Matthæum. *Matth.* 4.
illo témpore: Ambulans Jesus
a mare Galilææ ✝ vidit duos fra-
Simónem, qui vocátur Petrus ✝
dréam fratrem ejus: mitténtes rete
re. Erant enim piscatóres. Et ait
eníte post me: & fáciam vos fieri
óres hóminum. At illi contínuò
s rétibus: secúti sunt eum. Et pro-
s inde, vidit álios duos fratres:
um Zebedæi, & Joánnem fratrem
n navi cum Zebedæo patre eó-
✝ reficiéntes rétia sua: & vocávit
lli autem statim relíctis rétibus &
, secúti sunt eum. Amen.
tiph. Te decet laus. *pag.* 25.

Oratio.

Ajestátem tuam, Dómine, suppli-
citer exorámus: ut sicut Ecclésiæ
eátus Andréas Apóstolus éxtitit
cátor & rector ✝ ita apud te sit
obis perpétuus intercéssor: Per
num nostrum Jesum Christum Fi-
uum ✝ qui.

Ad Laudes, Tertiam, & Vesperas.

Capitulum. Benedíctio. *pag.* 519.

Oratio. Majestátem tuam. *ut suprà.*

Ad Sextam.

Capitulum. *Eccles.* 45.

STatuit ei Dóminus testaméntum sempitérnum ✝ circumcínxit eum zona justítiæ: & índuit eum coróna glóriæ. ℟. Deo grátias.

Oratio.

ADjuvet Ecclésiam, tibi Dómine supplicándo, beátus Andréas Apóstolus ✝ & pius intervéntor efficiátur: qui tui nóminis éxtitit prædicátor. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Capitulum. *Rom.* 10.

COrde créditur ad justítiam: ore autem conféssio fit ad salútem ✝ dicit enim Scriptúra: Omnis qui credit in illum, non confundétur.

℟. Deo grátias.

Oratio. Adjuvet. *ut suprà.*

Cætera omnia sunt de Communi Apostolorum. pag. i. & sequentibus.

FESTA DECEMBRIS.

IV. DECEMBRIS.

IN FESTO S. BARBARÆ V. ET MART.

Omnia ut in Communi, pag. xxviii.

VI. DECEMBRIS.

IN FESTO S. NICOLAI EPISCOPI, ET CONFESSORIS.

Omnia sunt de Communi unius Confessoris Episcopi præter ea quæ sequuntur.

Ad utrasque Vesperas, Matutinas, Laudes, & Tertiam.

Oratio.

DEus, qui beátun Nicoláüm Pontíficem tuum innúmeris decorásti

VII. DECEMBRIS.

In Festo S. Ambrosii Episcopi et Ecclesiæ Doctoris.

Omnia ut in Communi Confessorum Pontificum, prater ea qua hic sunt.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Ambrósium minístrum tribuísti † præsta quæsumus : ut quem doctórem vitæ habúimus in terris † intercessórem habére mereámur in cælis : Per Dóminum.

Lectio prima.

Sermo sancti Patris nostri Brunónis.

Serm. 3. de Episcop.

UBi óculi non sunt : ibi lux necessária non est. Ubi non sunt hómines : ibi supérfluè résonant voces. Ubi qui cómedant nulli sunt : ibi mensa & cibi ponéndi non sunt. Méritò ígitur sancti Cánones non in vili & húmili loco : sed per civitátes & loca populósa Epíscopos ordinári præcípiunt.

Lectio secunda.

HOc est enim super candelábrum lucérnam pónere † in loco excélso Epíscopum ordináre : ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Non ergo ponátur sub módio, sed super candelábrum : ut qui ingrediúntur, lumen vídeant.

Lectio tertia.

QUid autem per lucérnam intellígere debeámus, ipse Dóminus súbdidit, dicens. Lucérna córporis est óculus tuus † si óculus tuus fúerit simplex: totum corpus tuum lúcidum erit † si autem nequam fúerit : totum corpus tuum tenebrósum erit.

Lectio quarta.

HAbet iste mundus suos óculos, solem vidélicet & lunam : quibus corporáliter ómnia illuminántur. De quibus in Génesi scriptum est : Et fecit Deus duo luminária magna † lumináre majus, ut præésset diéi : & lumináre minus, ut præésset nocti.

Lectio quinta.

HAbet símiliter & Ecclésia suos óculos : per quos Epíscopi significántur. Corpus quoque nostrum suos óculos habet : símiliter autem & ánima suis óculis decorátur. Considera modò ubi mundi óculos Dóminus pósuit † in cælo útique in loco sublimióri : ut inde videántur ab ómnibus qui in domo sunt. Nostri quoque óculi ubi pósiti sunt? Nonne in cápite † & quasi lucérna super candelábrum, in loco sublimióri?

Lectio sexta.

SImíliter ígitur Ecclésiæ óculi non sub módio, sed super candelábrum : super locum magnum & populósum constítui debent. Nóluit Ecclésiam suam cæcam esse omnípotens Deus † óculos ei dedit, qui eam illumináerent : & ei veritátis viam osténderent † qui eam erráre non permítterent : & qui recto itínere ad regna cæléstia eam perdúcerent.

Lectio septima.

VIdéte hómines quantùm Epíscopos & Prælátos vestros dilígere debeátis † lúmina vestra sunt : óculi vestri, & lucérnæ vestræ sunt. Sic ígitur eos quasi óculos vestros dilígere debétis. Sed vídeant Epíscopi ne óculos suos claudant † ne lucérnam abscóndant : ne pecúniam sibi créditam suffódiant terræ.

Lectio octava.

NOn intra, sed extra velum, mensa & candelábrum pósita sunt : ut & cibi commúnes sint ómnibus, & lumen videátur ab ómnibus. Qui abscóndit fru-

méntum, maledícitur in pópulis. Interpretétur Epíscopus nomen suum † quátenus in spécula pósitus : omnes & ómnia désuper vídeat.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth. 5.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Vos estis sal terræ. Quòd si sal evanúerit † in quo saliétur ? Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Joánnis Chrysóstomi Epíscopi.

Homil. 15. in Matthæum.

POstquam discípulos Dóminus ad virtútum stúdia cohortátus est : rursus eos laudum admixtióne permúlcet. Quia enim erant præcépta sublímia, multóque quàm in véteri lege majóra : ne trepidárent, neve turbaréntur † atténde quid díxerit : Vos estis sal terræ.

Lectio decima.

PEr quod osténdit : quàm necessáriè ista præcípiat. Non enim pro vestra (inquit) salúte tantúmmodo † sed pro univérso prorsus orbe : hæc vobis doctrína commíttitur. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut vigínti : neque ad unam vos mitto gentem, sicut mittébam prophétas † sed ad omnem terram prorsus, ac mare : totúmque mundum, & hunc váriis crimínibus oppréssum.

Lectio undecima.

DIcéndo enim. Vos estis sal terræ : osténdit ómnium hóminum infatuátam esse natúram, & putrefáctam à peccátis † & idcírco illas ab eis máximè virtútes requírit : quæ cunctis necessáriæ atque útiles sunt futúræ.

Lectio duodecima.

CUm ígitur mansuétus áliquis, & modéstus, cùm miséricors fúerit, & justus † non in semetípso tantúmmodo hæc rectè facta conclúdet : Verùm i... aliórum quoque utilitátem bonos h... fáciet emanáre fontes. Sed qui mu... do corde est, atque pacíficus † & q... persecutiónem pro veritáte perpéti... nihilóminus in commúne cómmod... vitam suam constítuit.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth. 5.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Vos estis sal terræ. Quòd si sal evanúerit † in quo saliétur ? Ad níhilum valet ultrà † nisi ut mittátur foras : & conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscóndi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, & ponunt eam sub módio † sed super candelábrum : ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus † ut vídeant ópera vestra bona : & gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putáre quóniam veni sólvere legem, aut prophétas † non veni sólvere : sed adimplére. Amen quippe dico vobis † donec tránseat cælum & terra, ïóta unum, aut unus apex non præteríbit à lege : donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis † & docúerit sic hómines : mínimus vocábitur in regno cælórum. Qui autem fécerit, & docúerit : hic magnûs vocábitur in regnô cælórum. Amen.

VIII. DECEMBRIS.

IN SOLENNITATE CONCEPTIONIS B. VIRGINIS MARIÆ.

Si hæc solennitas contingat in Dominica, transfertur ad feriam secundam cum plena solennitate.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Sicut * cinnamómum & bal-

a aromatizans odórem dedi ſua-
. *Pſalmi feriales.*
apitulum. *Ecclеſ.* 24.
o quaſi vitis fructificávi ſuavitá-
m odóris : & flores mei fructus
is & honeſtátis. ℟. Deo grátias.
magnum. Fulcíte. *pag.* 526.

Hymnus.

Hìc ſumimus veniam.

ve maris ſtella,
Dei Mater alma,
ſemper Virgo,
cæli porta.
mens illud ave,
élis ore,
nos in pace,
s nomen Hevæ.
ve vincla reis,
lumen cæcis,
noſtra pelle,
cuncta poſce.
nſtra te eſſe matrem,
per te preces,
ro nobis natus
eſſe tuus.
go ſinguláris
omnes mitis,
ulpis ſolútos
fac & caſtos.
am præſta puram,
ara tutum,
déntes Jeſum,
r collætémur.
laus Deo Patri,
o Chriſto decus,
i ſancto,
honor unus. Amen.

Hic accipimus veniam.

Ave María grátia plena.
Dóminus tecum.

Ad Magnificat.

iph. Quàm pulchra es * amíca mea, quàm pulchra es & decóra, óculi tui columbárum.

Oratio.

Supplicatiónem servórum tuórum Deus miſerátor exaúdi : ut qui in Conceptióne Dei genitrícis & Vírginis congregámur ✠ ejus intercеſſiónibus à te de inſtántibus perículis eruámur : Per eúmdem.

Per totas Octavas omnes Hymni ſic finiuntur.

Glória tibi Dómine, qui natus es de Vírgine, cum Patre, *&c. præter Hymnos proprios ſolennitatis.*

In prima pronuntiatione. Ave María *in Invitat. accipimus veniam.*

Ad Matutinas.

Invitatorium. Ave María grátia plena: Dóminus tecum. *Pſalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus.

Myſtérium Eccléſiæ
Hymnum Chriſto reférimus,
Quem génuit puérpera
Verbum Patris in Fílium.
Sola in ſexu fœmina
Elécta es in ſéculo :
Et meruíſti Dóminum
Sancto portáre in útero.
Vates antíqui témporis
Prædíxerant quod factum eſt :
Quia Virgo concíperet,
Et páreret Emmánuël.
Myſtérium hoc magnum eſt,
Maríæ quod concéſſum eſt,
Ut Deum per quem ómnia
Ex ſe prodíre cérneret.
Glória tibi Dómine,
Glória Unigénito,
Unà cum ſancto Spíritu
In ſempitérna ſécula. Amen.

In primo Nocturno.

Antiph. Benedícta tu * in muliéribus,

& benedictus fructus ventris tui. *Psal.* Dómine Dóminus noster. *pag.* 8.

Antiph. Sicut myrrha elécta * odórem dedísti suavitátis sancta Dei génitrix. *Psalm.* Cæli enárrant. *pag.* 14.

Antiph. Hæc est * quæ nescívit thorum in delícto, habébit fructum in respectióne animárum sanctárum. *Psalm.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Spécie tua * & pulchritúdine tua inténde, prósperè procéde, & regna. *Psalm.* Eructávit. *pag.* 37.

Antiph. Adjuvábit eam * Deus vultu suo, Deus in médio ejus non commovébitur. *Psalm.* Deus noster. *pag.* 40.

Antiph. O quàm pulchra est * casta generátio cum claritáte. *Psalm.* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Lectio prima.

Sermo sancti Patris nostri Brunónis.

Serm. 2. *de laude B. V. Mariæ.*

MOrs per Hevam facta est : vita per Maríam réddita est. Illa à diábolo victa est : hæc diábolum ligávit, & vicit. Cùm enim ab Heva usque ad ipsam línea extendátur ꟸ in ipsa tandem ille hamus ligátus, & incarnátus est, per quem captus est ille Levíathan serpens antíquus, qui est diábolus & Satánas : ut qui per fœminam in regnum intrávit, per fœminam de regno extraherétur.

℟. Vidi speciósam sicut colúmbam ascendéntem désuper rivos aquárum, cujus inæstimábilis odor erat nimis in vestiméntis ejus. † Et sicut dies verni, circúmdabant eam flores rosárum & lília convállium.

℣. Vidérunt illam fíliæ Sion, beatíssimam prædicavérunt, & regínæ laudavérunt eam. Et sicut.

Lectio secunda.

ET qui fœminam illúsit ꟸ & suis sibi vínculis ligávit : ab hac una fœmina illuderétur ac ligarétur. Hoc est enim quod Dóminus ad beátum Job lóquitur, dicens. Nunquid póteris extráhere Leviathan hamo ꟸ & fune ligábis linguam ejus ? Nunquid illúdes ei quasi avi ꟸ & ligábis eum ancillis tuis ?

℟. Fulcíte me flóribus, stipáte me malis. † Quia amóre lángueo.

℣. Adjúro vos fíliæ Jerúsalem, si invenéritis diléctum, ut annuntiétis ei. Quia.

Lectio tertia.

NOn tu (quasi dicat) ancíllis tuis eum ligábis : quem nec ipsi viri fortes ligáre potuérunt. Ego tamen per unam ancillam meam eum ligábo : & fortitúdine privábo. Hæc est illa nóbilis ancílla, de qua modò lóquimur, beatíssima Virgo María ꟸ quæ étiam de seípsa lóquitur, dicens. Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ.

℟. Surge própera amíca mea, & veni : jam enim hyems tránsiit, imber ábiit & recéssit. † Flores apparuérunt in terra.

℣. Vox túrturis audíta est in terra nostra, ficus prótulit grossos suos. Flores.

Lectio quarta.

VIde humilitátem ꟸ ancíllam se vocat : quæ cæli terræque regína à Deo constitúta est. Légerat enim ꟸ Quantò major es, humília te in ómnibus : & coram Deo invénies grátiam. Sed consídera poténtiam Dei : qui tantam supérbiam per uníus Vírginis humilitátem dómuit.

℟. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. †

Proptérea denedíxit te Deus in ætérnum.

℣. Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem. Proptérea.

℣. Glória Patri. in ætérnum.

In secundo Nocturno.

Antiph. Læva ejus * sub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me. *Psal.* Benedixísti. *pag.* 63.

Antiph. Homo * natus est in ea, & ipse fundávit eam Altíssimus. *Psalmus.* Fundaménta. *pag.* 66.

Antiph. Surge Aquilo * & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent arómata illíus. *Psalm.* Cantáte. *i. pag.* 69.

Antiph. Pulchra es * & decóra filia Jerúsalem, terríbilis ut castrórum ácies ordináta. *Psalm.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Vidi speciósam * sicut colúmbam, & circúmdabant eam flores rosárum, & lília convállium. *Psalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

Antiph. Revértere * revértere Sulamítis, revértere, revértere ut intueámur te. *Psalm.* Dóminus regn. irasc. *p.* 70.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.

℟. Inténde prósperè, procéde & regna.

Lectio quinta.

NOluit ad eam superándam cæléstes fortitúdines míttere: unam ex ancíllis mandávit ⁊ cujus humilitáte & sapiéntia ille ligátus est, & superátus: de cujus poténtia & fortitúdine ipse Dóminus ad eúmdem Job lóquitur, dicens ⁊ Ecce Behémoth quem feci tecum: fœnum quasi bos cómedet. Habet autem fidúciam: quòd ínfluat Jordánis in os ejus.

℟. Quæ est ista quæ ascéndit per desértum, sicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhæ & thuris. † Et univérsi púlveris pigmentárii.

℣. Mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentórum tuórum sicut odor thuris. Et univérsi.

Lectio sexta.

VErba consolatória sunt, quibus Dóminus beátum Job de suis tantis afflictiónibus consolátur: quibus hic hostis superbíssimus & iniquíssimus eum afflíxit. Quædam síquidem consolátio illi est: dum audit cum quanto hoste bellum gésserit, & Dómino protegénte, superátus non fúerit.

℟. Quàm pulchra es amíca mea, quàm pulchra es & decóra, óculi tui columbárum. † Absque eo quod intrínsecus latet.

℣. Sicut vitta coccínea lábia tua, & elóquium tuum dulce. Absque.

Lectio septima.

SEd, ô beatíssima inter mulíeres hæc ancílla, hæc Dei Mater, & supérni Regis nobilíssima fília ⁊ cujus hamo Levíathan captus est: cujus humilitáte, quasi avis illúsus est: cujus sapiéntia; quasi latro, & vile mancípium, ligátus est.

℟. Veni de Líbano sponsa mea, veni de Líbano, veni. † Coronáberis de cápite Amána, de vértice Sanir & Hermon, de cubílibus leónum, de móntibus pardórum.

℣. Hortus conclúsus, soror mea sponsa, hortus conclúsus, fons signátus. Coronáberis.

Lectio octava.

IN carne enim quæ de ipsa nata est: quasi hamus in esca, Verbum incarnátum, & abscónsum est: quia Verbum caro factum est. Quid ígitur Verbum in carne ⁊ nisi hamus in esca? Hanc escam vidit Leviathan: concupívit ⁊ nihil intus latére cogitávit ⁊ purum hóminem esse crédidit ⁊ linguam exténdit ⁊

quæ vidélicet lingua : suæ perditiónis fune ligáta & suspénsa est.

℟. Spécie tua & pulchritúdine tua. † Inténde, prósperè, procéde, & regna.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Inténde.

℣. Glória Patri. & regna.

In tertio Nocturno.

Antiph. Sicut * cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi suavitátis. *Cantic.* Obaudíte. *pag.* 117. *cum duobus sequentibus.*

℣. Adducéntur regi vírgines post eam.

℟. Próximæ ejus offeréntur tibi.

Lectio nona.

Inítium sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 1.

LIber generatiónis Jesu Christi filii David : filii Abraham. Abraham : génuit Isaac. Isaac autem : génuit Jacob. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Augustíni Epíscopi.

Tom. 4. *lib.* 2. *de consensu Evang. c.* 1.

MAtthæus Evangelísta sic exórsus est. Quo exórdio suo satis osténdit : generatiónem Christi secúndùm carnem se suscepísse narrándam. Secúndùm hanc enim Christus filius hóminis est, quod étiam seípse sæpíssime appéllat : comméndans nobis quid misericórditer dignátus sit esse pro nobis.

℟. Sicut Cedrus exaltáta sum in Líbano, & sicut cypréssus in monte Sion, quasi myrrha elécta. † Dedi suavitátem odóris.

℣. Sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans. Dedi.

Lectio decima.

NAm illa supérna & ætérna generátio, secúndùm quam Fílius Dei Unigénitus est ante omnem creatúram ; quia ómnia per ipsum facta sunt, ita ineffábilis est : ut de illa dictum intelligátur à Prophéta. Generatiónem ejus quis enarrábit ?

℟. Beátam me dicent omnes generatiónes. † Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.

℣. Magníficat ánima mea Dóminum, & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. Quia.

Lectio undecima.

EXéquitur ergo humánam generatiónem Christi Matthæus ; ab Abraham generatóres commémorans : quos perdúcit ad Joseph virum Maríæ, de qua natus est Jesus. Neque enim fas erat, ut ob hoc eum à conjúgio Maríæ separándum putáret ; quod Virgo péperit Christum.

℟. Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem, proptérea † Unxit te Deus Deus tuus óleo lætítiæ.

℣. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam. Unxit.

Lectio duodecima.

HOc autem exémplo magníficè insinuátur fidélibus conjugátis ; étiam serváta pari consénsu continéntia : posse permanére, vocaríque conjúgium, non permíxto córporis sexu, sed custodíto mentis afféctu ; præsértim quia nasci eis étiam fílius pótuit sine ullo compléxu carnáli : qui propter solos gignendos fílios adhibéndus est.

℟. Offeréntur regi vírgines Dómino post eam, próximæ ejus offeréntur tibi. † In lætítia & exultatióne.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua inténde, prósperè procéde, & regna. In.

℣. Glória Patri. & exultatióne.

Initium ſancti Evangélii : ſecúndùm Matthæum.

Liber generatiónis. *ut ſup. pag.* 168.

Oratio.

FAmulis tuis Dómine cæléſtis grátiæ munus impertíre : ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit ſalútis exórdium ꝛ Conceptiónis ejus votíva ſolémnitas, pacis tríbuat increméntum : Per Dóminum.

Ad Laudes.

Antiph. Unguéntum * effúſum nomen tuum, ideo adoleſcéntulæ dilexérunt te. *Pſalm.* Dóminus regnávit decó. *pag.* 68.

Antiph. Quàm pulchra es * amíca mea, quàm pulchra es & decóra, óculi tui columbárum. *Pſal.* Jubiláte. *p.* 71.

Antiph. Tota pulchra es * amíca mea, & mácula non eſt in te. *Pſalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Favus diſtíllans * lábia tua ſponſa, & odor veſtimentórum tuórum ſicut odor thuris. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Quàm pulchri ſunt greſſus tui * in calceaméntis fília príncipis. *Pſalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Ego quaſi. *pag.* 525.

Hic accipimus veniam.

℟. Ave María grátia plena. Ave.

℣. Dóminus tecum. Ave.

℣. Glória Patri. Ave.

Hymnus.

VEré grátia plena es,
Et glorióſa pérmanes :
Quia ex te nobis natus eſt
Chriſtus, per quem ſunt ómnia.
Paſtóres qui audiérunt,
Glóriam Deo cantárunt,
Cucurrérunt in Béthlehem
Natum vidére Dóminum.
Sic Magi ab ortu ſolis
Propter ſtellæ indícium
Portántes typum Géntium,
Primi ófferunt múnera.
Rogémus ergo pópuli
Dei Matrem & Vírginem,
Ut ipſa nobis ímpetret
Pacem & indulgéntiam.
Glória tibi Dómine,
Glória Unigénito,
Unà cum ſancto Spíritu
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus.

Antiph. Hortus * conclúſus es ſoror mea, hortus conclúſus es fons ſignátus.

Oratio. Fámulis tuis. *ut ſuprà.*

Ad Primam.

Antiph. Unguéntum. *ut ſuprà.*

Ad Tertiam.

Antiph. Quàm pulchra es. *ut ſuprà.*

Capitulum. Ego quaſi vitis. *pag.* 525.

℣. Diffúſa eſt. *pag.* 526.

Oratio. Fámulis tuis. *ut ſuprà.*

Ad Sextam.

Antiph. Tota pulchra es. *ut ſuprà.*

Capitulum. *Eccleſ.* 24.

TRansíte ad me omnes, qui concupíſcitis me, & à generatiónibus meis implémini : Spíritus enim meus ſuper mel dulcis ꝛ & hæréditas mea ſuper mel & favum : memória mea in generatiónes ſeculórum. ℟. Deo grátias.

℣. Spécie tua. *pag.* 527.

Oratio.

COncéde nos fámulos tuos quæſumus Dómine Deus perpétua mentis & córporis proſperitáte gaudére ꝛ & glorióſa beátæ ſemper Vírginis interceſſióne, à præſénti liberári triſtítia : & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum noſtrum.

Ad Nonam.

Antiph. Quàm pulchri sunt gressus tui. *pag.* 529.

Capitulum. *Ecclef.* 24.

QUi edunt me, adhuc esúrient ꟸ & qui bibunt me, adhuc sítient : qui audit me, non confundétur ꟸ & qui operántur in me, non peccábunt : qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

℟. Deo grátias.

℣. Adducéntur regi. *pag.* 528.

Oratio.

COncéde miséricors Deus fragilitáti nostræ subsídium ꟸ ut qui sanctæ Dei genitrícis Conceptiónem celebrámus : intercessiónis ejus auxílio, à nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Dóminum.

Ad Vesperas.

Antiph. Benedícta tu * in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui. *Psal.* Dixit Dóminus. *pag.* 94.

Antiph. Sicut myrrha elécta * odórem dedísti suavitátis, sancta Dei génitrix. *Psalm.* Laudáte púeri. *pag.* 95.

Antiph. Hæc est * quæ nescívit thorum in delícto, habébit fructum in respectióne animárum sanctárum. *Psalm.* Lætátus sum. *pag.* 92.

Antiph. O quàm pulchra est * casta generátio cum claritáte. *Psalm.* Lauda Jerúsalem. *pag.* 106.

Capitulum. Ego quasi vitis. *pag.* 525.

℟. Benedícta tu in muliéribus. Benedícta tu.

℣. Et benedíctus fructus ventris tui. Benedícta.

℣. Glória Patri. Benedícta.

Hymnus, & ℣. ut in primis Vesperis. pag. 525.

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce tu * pulchra es amíca mea, ecce tu pulchra, óculi tui [...] bárum.

Oratio. Fámulis tuis. *pag.* 52[...]

PRIVATIS DIEB[...]

Infra Octavas Conceptionis

Ad Matutinas.

Invitat. & Hymn. ut in die. pa[...]

In primo Nocturno.

Sola Antiph. super Psalmos [...] Benedícta tu. *ut suprà.*

℣. Diffúsa est. *pag.* 526.

Lectiones sumuntur ex Isaia qu[...] diebus seu feriis Adventus conven[...]

Responsoria verò sunt de festo, tr[...] men exceptis, scilicet, 4. 8. & 1[...] Diffúsa est. Spécie tua. *&* D[...] *quæ non dicuntur infra Octavas.*

In secundo Nocturno.

Sola Antiph. super Psalm. ferial[...] myrrha elécta. *ut suprà.*

Capitulum. Transíte. *pag.* 52[...]

℣. Spécie tua. *pag.* 526.

Oratio. Concéde nos. *pag.* 5[...]

Ad Laudes.

Sola Antiph. super Psalmos fe[...] Unguéntum. *pag.* 529.

Capitulum. Qui edunt me. *ut [...]*

℟. *Hymnus, & ℣. ut in die. pa[...]*

Ad Benedictus.

Antiph. Quasi cedrus * exaltá[...] in Líbano, & quasi cypréssus in Sion.

Oratio. Fámulis tuis. *pag.* 5[...]

Ad Primam.

Antiph. Unguéntum. *pag.* 529.

Capitulum. Pacem. *pag.* 4.

Oratio. Dómine Deus. *pag.* 7[...]

Ad 3. 6. & 9. omnia sicut [...]

Ad Vesperas.

Sola Antiph. super Psalmos f[...] Quàm pulchra es. *pag.* 529.

. ℟. *Hymn. & ℣. ſicut in die.*
Ad Magnificat.
. Quaſi palma * exaltáta ſum in
quaſi plantátio roſæ in Jéricho.
. Fámulis tuis. *pag.* 529.
as Octavas de feſto trium lectio-
ntium commemoratio.

IICA INTRA OCTAVAS
tis tranſit per ſolam commemo-
le Conceptione, dicitur tamen in
Iymnis iſtius Dominicæ, Glória
ne, Qui natus es de.

X. DECEMBRIS.
MEM. S. EULALIÆ V. ET M.
itur de Communi. pag. xxviii.

III. DECEMBRIS.
MEM. S. LUCIÆ V. ET M.
Oratio.
i nos Deus ſalutáris noſter:
ut de beátæ Lúciæ Vírginis &
tuæ feſtivitáte gaudémus ꝰ ita
iónis erudiámur affectu: Per
Dóminum noſtrum:

V. DECEMBRIS.
AVIS CONCEPTIONIS
VIRGINIS MARIÆ.
Ad primas Veſperas.
ſicut privatis diebus. pag. 529.
Ad Matutinas.
ſicut in die præter ea quæ ſe-

Lectio prima.
o B. Ambróſii Epíſcopi.
. 4. *lib.* 2. *de Virginibus.*
bis ô Vírgines tanquam in
ne deſcripta virgínitas, vitáque
ríæ: de qua velut ſpéculo re-
fúlget ſpécies caſtitátis, & forma virtú-
tis. Hinc ſumátis licet exémplum vi-
véndi ꝰ ubi tanquam in exemplári ma-
giſtéria expréſſa probitátis: quid corrí-
gere, quid effúgere, quid tenére de-
beátis, oſténdunt.

Lectio ſecunda.

PRimus diſcéndi ardor: nobílitas eſt magiſtri. Quid nobílius Dei matre? Quid ſplendídius ea, quam ſplendor elégit? Quid cáſtius ea, quæ corpus ſine córporis contagióne generávit? Nam de cæteris ejus virtútibus quid loquar? Virgo erat non ſolùm córpore, ſed étiam mente: quæ nullo doli ámbitu ſincérum adulteráret afféctum.

Lectio tertia.

COrde húmilis ꝰ verbis gravis ꝰ ánimi prudens ꝰ loquéndi párcior ꝰ legéndi ſtudióſior ꝰ non in incérto divitiárum: ſed in prece paúperis ſpem repónens. Inténta óperi ꝰ verecúnda ſermóne: árbitrum mentis ſólita non hóminem, ſed Deum quærere. Non lædere reos, bene velle ómnibus, aſſúrgere majóribus natu, æquálibus non invidére ꝰ fúgere jactántiam ꝰ ratiónem ſequi: amáre virtútem.

Lectio quarta.

QUando iſta vel vultu læſit paréntes? Quando diſſénſit à propínquis? Quando faſtidívit húmilem? Quando derîſit débilem? Quando vitávit ínopem? Eos ſolos ſólita cœtus virórum invíſere, quos miſericórdia non erubéſceret: neque præteríret verecúndia. Nihil torvum in óculis ꝰ nihil in verbis procax: nihil in actu inverecúndum. Non geſtus frándior, non incéſſus ſolútior, non vox petulántior ꝰ ut ipſa córporis ſpécies ſimuláchrum fúerit mentis: figúra probitátis.

Lectio quinta.

BOna quippe domus in ipso vestíbulo debet agnósci † ac primo prætendat ingréssu : nihil intus latére tenebrárum † ut mens nostra nullis repágulis corporálibus impedíta : tanquam lucérnæ lux intus pósita , foris lúceat. Quid ego éxequar cibórum parsimóniam † officiórum redundántiam † álterum ultra natúram superfuísse, álterum penè ipsi natúram defuísse ? Illic nulla intermissa témpora † hìc congeminátos jejúnio dies ?

Lectio sexta.

SIc María intendébat ómnibus quasi à plúribus moneréturt † sic implébat ómnia virtútis officia : ut non tam dísceret, quàm docéret. Talem hanc Evangelísta monstrávit † talem Angelus réperit : talem Spíritus sanctus elégit. Quid enim in síngulis morer † ut eam paréntes diléxerint † extránei prædicáverint † quæ digna fuit ex qua Fílius Dei nasceréturt ? Hæc ad ipsos ingréssus Angeli invénta domi in penetrálibus sine cómite † ne quis intentiónem abrúmperet : ne quis obstréperet.

Lectio septima.

QUin étiam tum minùs sola sibi videbátur : cùm sola esset. Nam quemádmodum sola , cui tot libri adéssent † tot Archángeli , tot Prophétæ ? Dénique & Gábriel eam ubi revísere solébat , invénit † & Angelum María quasi viri spécie mota , trepidávit : quasi non incógnitum audíto nómine recognóvit. Ita peregrináta est in viro : quæ non est peregrináta in Angelo † ut agnóscas aures religiósas : óculos verecúndos.

Lectio octava.

DEnique salutáta obmútuit, & appelláta respóndit † sed quæ primo titubáverat aspéctu : póstea promísit obséquium. Quàm verò religiósa in propinquas fúerit : Scriptúra divína signíficat. Nam & humílior facta est, ubi se à Deo cognóvit eléctam † & statim ad cognátam suam in montána procéssit : non útique ut exémplo créderet, quæ jam credíderat oráculo.

Lectio nona.

Inítium sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 1.

LIber generatiónis Jesu Christi filii David : filii Abraham. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Hilárii Epíscopi. *Canon.* 1. *in Matth.*

GRadum quem Matthæus in órdine régiæ successiónis : eum Lucas per sacerdotálem órdinem edíderat. Quem dum utérque dinúmerat † & agnatiónem in Dómino utriúsque tribus utérque signíficat : & rectæ generatiónis gradum ponit † quia sacerdotális & régiæ tribus socíetas per David ex conjúgio ínita : jam à Saláthiël in Zoróbabel confirmátur ex génere.

Lectio decima.

ATque ita dum Matthæus patérnam oríginem quæ ex Juda proficiscebátur , recénset † Lucas verò accéptum per Nathan ex tribu Levi genus édocet : suis utérque pártibus Dómino nostro Jesu Christo , qui est ætérnus & Rex & Sacérdos , étiam in carnáli ortu, utriúsque géneris glóriam probavérunt. Quòd verò Joseph pótiùs quàm Maríæ natívitas recensétur, nihil refert : eádem enim est totius tribus, atque una cognátio.

Lectio undecima.

EXémplum autem étiam & Matthæus & Lucas dedérunt , patres ínvicem appellántes † non tam génere , quàm gente , quia ab una tribu cœpta : sub

unius succeſſiónis, & oríginis família continétur. Cùm verò David atque Abrahæ filius ſit oſtendéndus: ita Matthæus cœpit ✠ Liber generatiónis Jeſu Chriſti filii David: filii Abrahæ.

Lectio duodecima.

NOn refert quis in oríginis número atque órdine collocétur: dúmmodo universórum família cœpta eſſe intelligátur ab uno. Itaque cùm ejúſdem tribus ſit Joſeph & María ✠ dum proféctus eſſe ex Abrahæ génere Joſeph oſténditur: proféċta quoque docétur & María.

Cætera omnia ſicut in die.

Quando iſtæ Octavæ occurrunt in Sabbato, ſecundæ Veſperæ à Capitulo incluſivè ſunt de Dominica cum Hymno (Conditor alme *) in quo tunc non dicitur (* Glória tibi Dómine, qui natus. *) licet dicatur in Hymno Completorii ejuſdem diei.*

Idem ſervandum eſt quando occurrunt in Dominica, quia anticipantur.

XXI. DECEMBRIS.

In Festo S. Thomæ Apostoli.

Omnia ſunt de Communi Apoſtolorum, præter ea quæ ſequuntur.

Oratio.

DA nobis, quæſumus Dómine, beáti Apóſtoli tui Thomæ ſolennitátibus gloriári: ut ejus ſemper & patrocíniis ſublevémur ✠ & fidem cóngrua devotióne ſectémur: Per Dóminum.

Lectio prima.

Sermo beáti Auguſtíni Epíſcopi.

Tractat. 85. *in Joann.*

CUm Dóminus Jeſus commendáſſet charitátem, quam exhíbuit nobis moriéndo pro nobis, atque dixíſſet ✠ Majórem hac dilectiónem nemo habet, ut ánimam ſuam ponat quis pro amícis ſuis: Vos (inquit) amíci mei eſtis, ſi fecéritis quæ ego præcípio vobis. Magna dignátio: cùm ſervus bonus eſſe non poſſit, niſi præcépta dómini ſui féceritʼ ✠ hinc amícos ſuos vóluit intélligi: unde ſervi boni poſſunt probári.

Lectio ſecunda.

SEd (ut dixi) iſta dignátio eſt: ut Dóminus quos novit ſervos ſuos, dignétur dícere amícos ſuos. Nam ut ſciátis ad officium ſervórum pertinére præcépta dómini ſui fácere: álio loco ſervos útique objúrgat, dicens. Quid autem me vocátis Dómine Dómine, & non fácitis quæ dico?

Lectio tertia.

CUm ergo dícitis (inquit) Dómine: juſſa faciéndo, quid dicátis oſténdite. Nonne ſervo obediénti ipſe dictúrus eſt, Euge ſerve bone & fidélis ✠ quia in paucis fuíſti fidélis, ſupra multa te conſtítuam, intra in gáudium Dómini tui? Poteſt ígitur eſſe & ſervus & amícus: qui ſervus eſt bonus.

Lectio quarta.

SEd quod ſéquitur attendámus. Jam non dicam vos ſervos: quia ſervus neſcit quid fáciat dóminus ejus. Quómodo ergo intellectúri ſumus & ſervum & amícum eſſe ſervum bonum ✠ cùm dicat, Jam non dicam vos ſervos, quia ſervus neſcit quid fáciat dóminus ejus?

Lectio quinta.

ITa nomen conſtítuit amíci, ut aúferat ſervi ✠ non ut in uno utrúmque máneat: ſed ut álterum, áltero decedénte, ſuccédat. Quid eſt hoc? Itane cùm præcépta Dómini fecérimus ✠ ſervi non érimus? Itane tunc ſervi non érimus ✠ quando boni ſervi fuérimus? Et quis contradícere poteſt Veritáti, quæ ait ✠ Jam non dicam vos ſervos?

Lectio sexta.

ET cur hoc díxerit, docet. Quia servus (inquit) nescit quid fáciat dóminus ejus. Nunquídnam servo bono & probáto dóminus ejus non étiam secréta sua commíttit? Quid est ergo quod ait ℣ Servus nescit quid fáciat dóminus ejus?

Lectio septima.

VErùm (esto) nescit quid fáciat ℣ nunquid étiam nescit quid præcípiat? Nam & si hoc nescit ℣ quómodo servit? Aut quómodo servus est, qui non servit? Et tamen Dóminus lóquitur ℣ Vos amíci mei estis, si fecéritis quæ ego præcípio vobis: jam non dicam vos servos.

Lectio octava.

ORem mirábilem ℣ cùm servíre non possímus, nisi præcépta Dómini fecérimus ℣ quómodo præcépta faciéndo, servi non érimus? Si servus non ero, præcépta faciéndo ℣ & nisi præcépta fécero, servíre non pótero: ergo serviéndo servus non ero. Intelligámus (fratres) intelligámus ℣ & hoc in nobis Dóminus fáciat ut intelligámus: fáciat étiam ut intelléćta faciámus.

Lectio nona.

Léćtio sanćti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 20.

IN illo témpore: Thomas unus ex duódecim, qui dícitur Dídymus: non erat cum discípulis quando venit Jesus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ.

Ex homil. 26. in Evang.

QUid (fratres charíssimi) quid inter hæc animadvértitis? Nunquid casu gestum créditis, ut ille eléćtus discípulus tunc deésset ℣ post autem véniens audíret ℣ aúdiens dubitáret ℣ dúbitans palpáret ℣ palpans créderet? Non hoc casu: sed divína dispensatióne gestum est.

Lectio decima.

EGit namque miro modo supérna cleméntia ℣ ut discípulus ille dúbitans, dum in Magístro suo vúlnera palpáret carnis: in nobis sanáret vúlnera infidelitátis. Plus enim nobis Thomæ infidélitas ad fidem, quam fides credéntium discipulórum prófuit ℣ quia dum ille ad fidem palpándo redúcitur: nostra mens, omni dubitatióne postpósita, in fide solidátur.

Lectio undecima.

SIc quippe discípulum Dóminus post resurrectiónem suam dubitáre permísit: nec tamen in dubitatióne deséruit ℣ sicut ante nativitátem suam habére Maríam sponsum vóluit: qui tamen ad ejus núptias non pervénit. Ita factus est discípulus dúbitans, & palpans, testis veræ resurrectiónis: sicut sponsus matris fúerat custos integérrimæ virginitátis.

Lectio duodecima.

PAlpávit autem, & exclamávit ℣ Dóminus meus: & Deus meus. Dicit ei Jesus. Quia vidísti me, credidísti. Cùm Paulus Apóstolus dicat ℣ Est autem fides sperandárum substántia rerum, arguméntum non apparéntium: proféćtò liquet ℣ quia fides illárum rerum arguméntum est: quæ apparére non possunt. Quæ enim apparent, jam fidem non habent: sed agnitiónem.

Sequéntia sanćti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 20.

IN illo témpore: Thomas unus ex duódecim, qui dícitur Dídymus: non erat cum discípulis quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álii discípuli.

Vidimus Dóminum. Ille autem dixit eis. Nisi vídero in mánibus ejus fixúram clavórum : & mittam digitum meum in locum clavórum ꟸ & mittam manum meam in latus ejus : non credam. Et post dies octo, íterum erant discípuli ejus intus : & Thomas cum eis. Venit Jesus jánuis clausis ꟸ & stetit in médio : & dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc : & vide manus meas. Et affer manum tuam ꟸ & mitte in latus meum : & noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas : & dixit ei. Dóminus meus : & Deus meus. Dixit ei Jesus. Quia vidísti me Thoma, credidísti : Beáti qui nôn vidérunt, & crêdidérunt. Amen.

Oratio. Da nobis quæs. *pag.* 533.

Cætera omnia require in Communi Apostolorum.

Sanctorum Stephani, Joannis, Innocentium, Thomæ Martyris, & Sylvestri Papæ & Confessoris Officia require post Natalem Domini. pag. 170. *& sequentibus.*

FESTA JANUARII.

X. JANUARII.

PRO COMMEM. S. PAULI CONFESS. ET PRIMI EREMITÆ.

Oratio. dicitur de Communi Confessoris non Episcopi. pag. xxiii.

XIV. JANUARII.

IN FESTO S. FELICIS IN PINCIS C.

Oratio.

CONcéde quæsumus omnípotens Deus ꟸ ut ad meliórem vitam sanctórum tuórum exémpla nos provócent: quátenus quorum solennia ágimus ꟸ étiam actus imitémur : Per Dóminum.

XVI. JANUARII.

IN FESTO SANCTI MARCELLI PAPÆ ET MARTYRIS.

Oratio.

PReces pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exaúdi : ut beáti Marcélli Mártyris tui atque Pontíficis méritis adjuvémur ꟸ cujus passióne lætámur : Per Dóminum.

XVII. JANUARII.

IN FESTO S. ANTONII ABBATIS.

Omnia de Communi Confessoris non Episcopi. pag. xxiii. *præter ea quæ sequuntur.*

Orationes de uno Abbate. pag. xxviii.

Lectio prima.

Sermo de vita beáti Antónii Abbátis.

Ex lib. 1. *hist. Tripartitæ. cap.* 11.

SIve Ægyptii, sive álii quidam huic ab inítio philosóphiæ eremíticæ præfuérunt, quæ à Deo ad hómines venit ꟸ quæque multárum doctrinárum & dialécticæ artis stúdia déspicit ꟸ tanquam sit minúta, & melióris óperis tempus impédiat : atque ad rectè vivéndum nihil osténdat. Quæ quidem philosóphia conversatióne miránda ꟸ naturáli simplicíque prudéntia docet omníno quæ nequítiam périmant: & operéntur utília.

Lectio secunda.

ILlud tamen apud omnes constat : quia ad summam reveréntiam atque perfectiónem, móribus, exercitationibúsque decéntibus, hanc conversatiónem usque perdúxit Antónius máximus Monachórum ꟸ quem tunc in desértis Ægypti morántem, propter glóriam virtútis ejus Imperátor Constantínus amícum fécerat ꟸ líteris honorábat : & ut pro quibus vellet, ei rescríberet expetébat.

Lectio tertia.

FUit autem iste vir Ægyptius génere : ortus insígni vico in loco Herácliæ apud Ægyptios constitúto. Is puer relíctus órphanus, patérnos donávit agros convicáneis suis * áliam verò substántiam dispónens, prétium paupéribus erogávit : studiósi exístimans philósophi * non solùm semetípsum spoliáre pecúniis : sed eas dispensáre proficuè.

Lectio quarta.

JUnctus autem studiósis secúndùm se viris, virtútes zelabátur universórum * probans bonam vitam suávem fieri ipsa consuetúdine : licèt fúerit primò difficilis. Modos adinveniébat abstinéntiæ potióris : & quotídie exercitatióne crescébat.

Lectio quinta.

TAnquam semper incípiens, áliquid innovábat * afflictiónibus córporis puniéndo libídinem : sacræ verò sapiéntiæ voluntáte, passiónibus ánimæ repugnándo. Erat enim ejus esca solus panis & sal, potus aqua, prandiíque tempus solis occásus : frequénter enim duos vel ámpliùs dies, sine cibo manébat.

Lectio sexta.

VIgilábat semper quidem jugi nocte : & oratiónibus conjungébat quidem diem. Si verò somnus incúmberet, stando paululùm dormiébat * plerúmque paviménto jacens : solámque terram stratum refectiónis habens.

Lectio septima.

LIteras verò neque sciébat, neque mirabátur * sed pótiùs mentem bonam, tanquam antiquiórem líteris : quárum tamen inventórem jure laudábat. Fuit autem præcípuè clementíssimus, castus, fortis, gratus colloquéntibus : sine ulla tristítia.

Lectio octava.

TAntis ítaque virtútibus [...] providéntiæ redúndans * se [...] præscíre non æstimábat esse virtút[...] proptérea nec laborándum inanit[...] ca tália suadébat * quando nec ig[...] tem futúra pœnæ succúmbere [...] sciéntem proptérea sanctum esse [...] rábat. Veram namque beatitúd[...] in cultúra Dei, & legum ejus ob[...] tióne, dicébat.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : sec[...] Lucam. *Luc.* 14.

IN illo témpore : Dixit Jesus [...] Si quis venit ad me : & non [...] patrem suum, & matrem, & ux[...] & filios, & fratres, & soróres * [...] autem & ánimam suam : non potest [...] esse discípulus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : [...] Gregórii Papæ.

Ex lib. 7. Moral. cap. 14. in 6. ca[...]

SUnt pleríque qui non solùm [...] non áppetunt : verùm étiam [...] quæ possséderant in mundo, d[...] quunt * semetipsos despíciunt * n[...] præséntis vitæ glóriam quærunt [...] hujus mundi áctibus se séparant : [...] nè quidquid prosperitátis arri[...] calcant.

Lectio decima.

SEd tamen adhuc vínculo ca[...] cognatiónis obligáti, dum [...] propinquitátis indiscrétè deservi[...] ad ea sæpe per afféctum cognati[...] rédeunt : quæ jam & cum própri[...] péctu subegérunt. Cùmque plus [...] necésse est, carnis propínquos [...] gunt : retrácti extériùs, à cordis [...] te dividúntur.

Lectio undecima.

NAm sæpe quosdam vidémus (quantùm ad próprium stúdium spectat) jam præséntis vitæ desidéria non habére ⁊ mundum & ópere & professióne reliquísse ⁊ sed tamen pro inordinátis affectibus propinquórum prætória irrúmpere: terrenárum rerum júrgiis vacáre ⁊ libertátem íntimæ quiétis relínquere: & mundi stúdia in se jamdúdum destrúcta reparáre.

Lectio duodecima.

SEd qui districto stúdio, & non dissolútis gréssibus, ætérnæ sponsiónis præmium sequúntur ⁊ sicut seipsos pro divíno amóre despíciunt: sic cuncta, quibus se séntiunt præpedíri, postpónunt ⁊ & cùm pro Deo necésse est, ut quibus valent, cunctis insérviant: pro Deo priváta obséquia étiam propínquis negant.

Cætera sunt de Communi Confessoris non Episcopi.

XVIII. JANUARII.

IN CATHEDRA SANCTI PETRI, QUA ROMÆ SEDIT.

Ad primas Vesperas.

Fit tantùm commemoratio per Antiph. Beátus es * Simon Bar-Jóna, quia caro & sanguis non revelávit tibi: sed Pater meus qui est in cælis.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.

℟. Et facta ejus intellexérunt.

Oratio.

DEus, qui Apóstolo tuo Petro collátis clávibus regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti: concéde, ut intercessiónis ejus auxílio ⁊ à peccatórum nostrórum néxibus liberémur: Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Et fit commem. de S. Prisca V. & M.

Oratio.

DA quæsumus omnípotens Deus ⁊ ut qui beátæ Príscæ Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus: & ánnua solennitáte lætémur ⁊ & tantæ fídei proficiámus exémplo: Per Christum.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Regem Apostolórum Dóminum: Veníte adorémus. *Psalmus.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Ætérne rerum. *pag.* 16.

Antiph. & Psalmi feriales.

℣. Constítues eos. *pag.* ii.

Lectiones sunt de Epistolis B. Pauli, quales occurrunt.

℟. 1. Quem me dícitis esse, dixit Jesus discípulis suis. Respóndens Petrus dixit, Tu es Christus Fílius Dei vivi. † Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram, ædificábo Ecclésiam meam.

℣. Beátus es Simon Bar-Jóna, quia caro & sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. Et ego.

℟. 2. Beátus es Simon Bar-Jóna, quia caro & sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. † Dicit Dóminus.

℣. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Dicit Dóminus.

℟. 3. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, & portæ ínferi non prævalébunt advérsùs eam. † Et dabo tibi claves regni cælórum.

℣. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis: & quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cælis. Et tibi.

℣. Glória Patri. cælórum.

In secundo Nocturno.

Antiph. & Psalmi feriales.

Capitulum. Non vos me. *pag.* vi.

℣. Annuntiavérunt cæli. *pag.* iii.

Oratio. Deus qui Apóstolo. *pag.* 537.

Ad Laudes.

Antiph. Simon Joánnis * diligis me plus his? Tu scis Dómine quia amo te. *Psal.* Dóminus regnávit decó. *pag.* 68.

Antiph. Beátus es * Simon Bar-Jóna, quia caro & sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Tu es Petrus * & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. *Ps.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Ego pro te * rogávi Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquándo convérsus, confirma fratres tuos. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Significávit * Dóminus Petro qua morte clarificatúrus esset Deum. *Psalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Jam non estis. *pag.* vi.

℟. Annuntiavérunt. *pag.* v.

Hymnus. Splendor patérnæ. *pag.* 28.

℣. In omnem terram. *pag.* vi.

Ad Benedictus.

Antiph. Quodcúmque * ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis: & quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cælis, dicit Dóminus Simóni Petro.

Oratio. Deus qui Apóstolo tuo. 537.

Ad Primam.

Antiph. Simon Joánnis. *ut suprà.*

Capitulum. Pacem. *pag.* 4.

Ad Tertiam.

Antiph. Beátus es. *ut suprà.*

Capitulum. Scimus. *pag.* i.

℣. Constitues eos. *pag.* ii.

Oratio. Deus qui Apóstolo. *pag.* 537.

Ad Sextam.

Antiph. Tu es Petrus. *ut suprà.*

Capitulum. Non vos me. *pag.* vi.

℣. Annuntiavérunt cæli. *pag.* iii.

Oratio. Quæsumus. *pag.* v.

Nona dicitur de feria.

XX. JANUARII.

IN FESTO SANCTORUM FABIANI ET SEBASTIANI MARTYRUM.

Orationes simul dicimus ad Vesperas & Laudes sub una conclusione.

Oratio.

INfirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus: & quia pondus próprix actiónis gravat ✠ beáti Fabiáni Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat:

DEus, qui beátum Sebastiánum Mártyrem tuum virtúte constántiæ in passióne roborásti: ex ejus nobis imitatióne tríbue pro amóre tuo próspera mundi despícere ✠ & nulla ejus advérsa formidáre: Per Dóminum.

Ad Nocturnum & Sextam.

Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* xi.

Ad Tertiam.

Oratio. Deus qui nos con. *pag.* vii.

XXI. JANUARII.

IN FESTO S. AGNETIS VIRG. ET M.

Omnia de Communi Virginum & Martyrum. pag. xxviii.. *prater ea qua sequuntur.*

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fortia quæque confúndas ✠ concéde propítius: ut qui beátæ Agnétis Vírginis & Mártyris tuæ solénnia cólimus ✠ ejus apud te patrocínia sentiámus: Per Dóminum.

Lectio prima.

Pássio beátæ Agnétis Vírginis & Mártyris: édita à beáto Ambrósio Epíscopo. *Tom. 5. lib. Epistolarum. 4. Epist. 34.*

OMnes gratulémur in Dómino ꝰ & ad ædificatiónem vírginum: quáliter passa sit Agnes beatíssima ad memóriam revocémus. Tertiodécimo ætátis suæ anno mortem pérdidit, & vitam invénit: quia solum diléxit vitæ Authórem. Infántia quidem computabátur in annis: sed erat senéctus mentis imménsa.

Lectio secunda.

COrpore quidem juvéncula: sed ánimo cana. Pulchra fácie ꝰ sed púlchrior fide: & elegántior castitáte. Dum à scholis revértitur: à Præfécti urbis filio adamátur. Cujus paréntes dum requisíssent, & invenísset ꝰ cœpit offérre plúrima: & plura promíttere.

Lectio tertia.

DEnique detúlerat secum pretiosíssima ornaménta: quæ à beáta Agnéte véluti quædam sunt stércora recusáta. Unde factum est: ut júvenis major perurgerétur amóris stímulo. Et putans eam melióra velle accípere ornaménta: ómnium lápidum pretiosórum secum détulit glóriam.

Lectio quarta.

ET per seípsum, & amícos, & notos, & affines cœpit aures vírginis interpellare. Divítias, domos, possessiónes, famílias atque omnes hujus mundi delícias repromíttere: si consénsum suum suis conjúgio non negáret. Ad hæc beáta Agnes tale fertur júveni dedísse respónsum. Discéde à me fomes peccáti ꝰ nutriméntum facínoris: pábulum mortis.

Lectio quinta.

DIscéde à me, quia jam ab álio amatóre prævénta sum: qui mihi satis melióra te óbtulit ornaménta ꝰ & ánnulo fídei suæ subarrávit me: longè te nobílior, & génere, & dignitáte. Ornávit me inæstimábili dextrochério. Dextram meam & collum meum cinxit lapídibus pretiósis.

Lectio sexta.

TRádidit aúribus meis inæstimábiles margarítas: & circúmdedit me vernántibus atque coruscántibus gemmis. Pósuit signum in fácie mea: ut nullum præter ipsum amatórem admíttam. Induit me cyclade auro texta: & imménsis monílibus ornávit me. Osténdit mihi thesaúros incomparábiles: quos mihi se datúrum, si ei perseverávero, repromísit.

Lectio septima.

NOn ergo pótero ad contuméliam prióris amatóris ꝰ vel aspícere álium: & illum derelínquere, cum quo sum charitáte devíncta. Cujus generósitas célsior ꝰ possibílitas fórtior ꝰ aspéctus púlchrior ꝰ amor suávior: & omni grátia elegántior. A quo mihi jam thálamus collocátus est: cujus mihi órgana modulátis vócibus cantant.

Lectio octava.

IPsi soli servo fidem: ipsi me tota devotióne commítto. Quem cùm amávero, casta sum: cùm tetígero, munda sum: cùm accépero, virgo sum. Nec déerunt post núptias fílii ꝰ ubi partus sine dolóre succédit: & fœcúnditas quotidiána cumulátur.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth. 25.*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile erit regnum cælórum decem virgínibus ꝰ quæ accipiéntes lámpades suas: exiérunt óbviam sponso, & sponsæ. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Hilárii Epíſcopi.

Canon. 27. in Matthæum.

ABſolútè in quinque prudéntibus, & quinque fátuis virgínibus : fidélium, atque infidélium eſt conſtitúta diviſio. Sponſus atque ſponſa : Dóminus noſter eſt in córpore Deus. Nam ut ſpíritus carni : ita ſpirítui caro ſponſa eſt. Dénique tuba excitánte, ſponſo óbviam tantùm prodítur. Erunt enim jam ambo unum : quia in glóriam ſpirituálem humílitas carnis excéſſerat.

Lectio decima.

PRimo autem progréſſu vitæ hujus offíciis occúrrere in reſurrectiónem, quæ eſt à mórtuis, præparámur. Lámpades ígitur, animárum ſplendéntium lumen eſt : quæ ſacraménto Baptíſmi ſplenduérunt. Oleum, boni óperis eſt fructus. Vaſa † humána ſunt córpora : intra quorum víſcera theſaúros bonæ conſciéntiæ recondéndus eſt.

Lectio undecima.

VEndéntes ſunt hi qui miſericórdia fidélium indigéntes † reddunt ex ſe pétita commércia : indigéntiæ ſuæ ſcílicet ſatietáte, boni óperis noſtri conſciéntiam eméntes. Hæc enim indeféſſi lúminis copióſa matéries eſt : quæ miſericórdiæ frúctibus & eménda eſt, & recondénda.

Lectio duodecima.

NUptiæ † immortalitátis aſſúmptio eſt : & inter corruptiónem atque incorruptiónem ex nova ſocietáte conjúnctio. Mora ſponſi : pœniténtiæ tempus eſt. Expectántium ſomnus † credéntium quies eſt : & in pœniténtiæ témpore mors temporária univerſórum.

Evangelium, & cætera omnia recipe in Communi Virginum & Mart. pag. xxxii.

XXII. JANUARII.

IN FESTO S. VINCÉNTII MARTYRIS.

Omnia de Communi unius Martyris præter ea quæ ſequuntur.

Oratio.

ADeſto quæſumus Dómine ſupplicatiónibus noſtris : ut qui ex iniquitáte noſtra reos nos eſſe cognóſcimus † beáti Vincéntii Mártyris tui interceſſióne liberémur : Per Dóminum noſtrum.

Lectio prima.

Sermo beáti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 8. inter ſerm. de temp.

MAgnum ſpectáculum ſpectávimus óculis fídei : Mártyrem ſanctum Vincéntium ubíque vincéntem. Vicit in verbis † vicit in pœnis † vicit in confeſſióne † vicit in tribulatióne † vicit exúſtus in ígnibus † vicit ſubmérſus flúctibus : poſtrémò vicit tortus, vicit mórtuus.

Lectio ſecunda.

QUando caro ejus, in qua erat trophæum Chriſti victóris † de navícula mittebátur in mare : tácitè dicebat. Dejícimur : ſed non perímus. Quis iſtam patiéntiam míliti ſuo donávit † niſi qui pro illo prior ſánguinem fudit † cui dícitur in pſalmo † Quóniam tu es patiéntia mea Dómine, Dómine ſpes mea à juventúte mea ?

Lectio tertia.

MAgnum certámen magnam cómparat glóriam † non humánam, nec temporálem : ſed divínam & ſempitérnam. Fides pugnat † & quando fides pugnat : carnem nullus expúgnat. Quis etſi laniátur, etſi lacerátur † quando perit, qui ſánguine Chriſti redémptus eſt ?

Lectio quarta.

Otens homo non potest pérdere quod emit auro suo ꟸ & Christus lit quod emit sanguine suo? Sed hoc m non ad hóminis: sed ad Dei gló- ı referátur. Ab ipso verè est patién- era ꟸ patiéntia sancta ꟸ patiéntia giósa ꟸ patiéntia recta : patiéntia istiána. Patiéntia donum Dei est.

Lectio quinta.

Am & multi latrónes patientíssimè torquéntur ꟸ & non cedéntes, & órem vincéntes: póstea ætérno igne iúntur. Causa discérnit Mártyrem à éntia, imò à durítia sceleratórum. est pœna: sed dispar est causa. Már- m voce cantávimus: (Dixerat enim Vincéntius in oratiónibus suis ꟸ) ica me Deus : & discérne causam m à gente non sancta.

Lectio sexta.

Iscréta est causa ejus : quia pro veritáte, pro justítia, pro Deo, Christo, pro fide, pro Ecclésiæ uni- : pro indivídua charitáte certávit. s ei donávit istam patiéntiam? Quis? icet nobis psalmus. Ibi enim légi- , ibi cantátur ꟸ Nonne Deo erit écta ánima mea ? Ab illo enim pa- tia mea.

Lectio septima.

Uisquis putat sanctum Vincén- tium víribus suis ista potuísse : is errat. Quisquis enim víribus suis se posse præsúmpserit ꟸ & si vidé- víncere patiéntia : víncitur à supér- Bene víncere : hoc est univérsas hinas víncere. Illécebras dum mi- rat: víncitur per continéntiam. Pœ- & torménta inflígit : víncitur per éntiam. Erróres súggerit : víncitur sapiéntiam.

Lectio octava.

AD extrémum, cùm ómnia hæc victa fúerint, súggerit ánimæ : Euge, euge, quantùm potuísti ꟸ quantùm certásti? Quis tibi comparátur? Quàm bene vicísti? Respóndeat illi ánima sancta ꟸ Confundántur & revereántur: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc. 9.*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Si quis vult post me veníre: ábneget semetipsum ꟸ & tollat crucem suam quotídie : & sequátur me. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : B. Joánnis Chrysóstomi Epíscopi.

Homil. 56. in Matthæum.

NOn se solúmmodo pati oportére Dóminus osténdit : verumétiam & discípulos in id tandem deventúros prænúntiat. Non enim dixit ipsos oportére pati, vellent nolléntque. Sed quid? Si quis (ait) post me veníre vult : non impéllo ꟸ non úrgeo : sed líberam singulórum voluntátem effíciens, dico, si quis vult.

Lectio decima.

NOn enim ad afflictiónes, & ónera, nec ad supplícia, & pœnas ꟸ (ut cógere mihi opus sit:) sed ad ineffabília bona cónvoco ꟸ quorum ea natúra est : ut fácilè per seípsam vos invitáre possit.

Lectio undecima.

MInimè autem oneróssam oratiónem reddit ꟸ quia non sibi solis hæc imminére : sed commúniter univérso terrárum orbi propónit, dicens ꟸ Si quis vult : sive vir, sive múlier, sive princeps, sive súbditus : hanc viam ingrediátur.

Et sermo quidem unum quid significáre vidétur ꝰ tria verò cóntinet : abnegatiónem tuiipsíus ꝰ & ut crucem accípias: & tértiò, ut Christum sequáris.

Lectio duodecima.

SIc ígitur nullo nos pacto córpori nostro Dóminus párcere vult : ut neque si cæditur, neque si péllitur, neque si úritur ꝰ nec si quid áliud hujúsmodi pátitur : ei parcámus. Quid dixi, non parcámus ꝰ cùm id profécto sit verè párcere ? Nam étiam tunc patres máximè filiis parcunt ꝰ cùm magístris atque doctóribus tradéntes : máximè rogant ne parcant.

XXV. JANUARII.

In Conversione S. Pauli Apost.

Ad primas Vesperas.

Capitulum. 2. *Cor.* 12.

NE magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meæ, ángelus Satánæ : qui me colaphízet. ℟. Deo grátias.

℟. *Hymnus & ℣. ut in Communi Apostolorum. pag.* i.

Ad Magnificat.

Antiph. Damásci præpósitus * gentis Aréthæ regis vóluit me comprehéndere: à frátribus per murum submíssus sum in sporta, & sic evási manus ejus.

Oratio.

DEus, qui univérsum mundum beáti Apóstoli Pauli prædicatióne docuísti ꝰ da nobis quǽsumus : ut qui ejus hódie Conversiónem cólimus ꝰ per ejus ad te exémpla gradiámur : Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitator. Hymnus, Antiph. Psalmi & ℣. in 1. *&* 2. *Noct. de Communi Apostolorum.*

Lectio prima.

Ex Actibus Apostolórum. *Cap.* 9.

SAulus adhuc spirans minárum, & cædis in discípulos Dómini accéssit ad príncipem sacerdótum ꝰ & pétiit ab eo epístolas in Damáscum, ad synagógas : ut si quos invenísset hujus viæ viros, ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem. Et cùm iter fáceret ꝰ contígit ut appropinquáret Damásco : & súbitò circumfúlsit eum lux de cælo.

℟. Scio cui crédidi, & certus sum. † Quia potens est depósitum meum serváre in illum diem.

℣. Repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus. Quia potens est.

Lectio secunda.

ET cadens in terram, audívit vocem dicéntem sibi. Saule, Saule ꝰ quid me perséqueris ? Qui dixit. Quis es Dómine ? Et ille. Ego sum Jesus : quem tu perséqueris. Durum est tibi contra stímulum calcitráre. Et tremens ac stupens dixit. Dómine quid me vis fácere ? Et Dóminus ad eum. Surge, & ingrédere civitátem : & ibi dicétur tibi quid te opórteat fácere.

℟. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. † Ideóque repósita est mihi coróna justítiæ.

℣. Grátia Dei sum id quod sum, & grátia ejus in me vácua non fuit. Ideóque.

Lectio tertia.

VIri autem illi, qui comitabántur cum eo, stabant stupefácti ꝰ audiéntes quidem vocem : néminem autem vidéntes. Surréxit autem Saulus de terra: apertísque óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum trahéntes : introduxérunt Damáscum. Et erat ibi tribus dié-

bus non videns : & non manducávit, neque bibit.

℟. Repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die † Justus judex.

℣. Scio cui crédidi, & certus sum, quia potens est depósitum meum serváre in illum diem. Justus.

Lectio quarta.

ERat autem quidam discípulus Damásci, nómine Ananías ꟸ & dixit ad illum in visu Dóminus : Ananía. At ille ait. Ecce ego, Dómine. Et Dóminus ad eum. Surge : & vade in vicum qui vocátur Rectus ꟸ & quære in domo Judæ, Saulum nómine Tarsénsem : ecce enim orat. (Et vidit virum Ananíam nómine introeúntem ꟸ & imponéntem sibi manus : ut visum recípiat.)

℟. Tóllite jugum. *pag.* ii.

Lectio quinta.

REspóndit autem Ananías. Dómine audívi à multis de viro hoc, quanta mala fécerit sanctis tuis in Jerúsalem : & hic habet potestátem à princípibus sacerdótum alligándi omnes, qui ínvocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dóminus. Vade, quóniam vas electiónis est mihi iste : ut portet nomen meum coram géntibus, & régibus, & fíliis Israël. Ego enim osténdam illi quanta opórteat eum pro nómine meo pati.

℟. Grátia Dei sum id quod sum. † Et grátia ejus in me vácua non fuit, sed plus ómnibus laborávi.

℣. Qui operátus est Petro in Apostolátum, operátus est & mihi inter gentes. Et grátia.

Lectio sexta.

ET ábiit Ananías ꟸ & introívit in domum : & impónens ei manus, dixit. Saule frater, Dóminus misit me Jesus, qui appáruit tibi in via qua veniébas : ut vídeas, & impleáris Spíritu sancto. Et conféstim cecidérunt ab óculis ejus tanquam squamæ ꟸ & visum recépit : & surgens baptizátus est. Et cùm accepísset cibum : confortátus est.

℟. A Judæis quínquies quadragénas una minùs accépi, ter virgis cæsus sum : semel lapidátus sum. † Ter naufrágium feci.

℣. Nocte ac die in profúndo maris fui, in itinéribus sæpe. Ter naufrágium.

Lectio septima.

FUit autem cum discípulis, qui erant Damásci, per dies áliquot. Et contínuò in synagógis prædicábat Jesum : quóniam hic est Fílius Dei. Stupébant autem omnes, qui audiébant, & dicébant. Nonne hic est, qui expugnábat in Jerúsalem eos, qui invocábant nomen istud ꟸ & huc ad hoc venit, ut vinctos illos dúceret ad príncipes sacerdótum ?

℟. Damásci præpósitus gentis Arétha regis vóluit me comprehéndere. † A frátribus per murum submíssus sum in sporta, & sic evási manus ejus.

℣. Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui est benedíctus in sécula, scit quòd non méntior. A frátribus.

Lectio octava.

SAulus autem multò magis convalescébat ꟸ & confundébat Judæos, qui habitábant Damásci : affirmans quóniam hic est Christus. Cùm autem impleréntur dies multi : consílium fecérunt in unum Judæi, ut eum interfícerent. Notæ autem factæ sunt Saulo insídiæ eórum. Custodiébant autem & portas die ac nocte : ut eum interfícerent.

℟. Qui sunt isti qui ut nubes volant. † Et quasi colúmbæ ad fenéstras suas.

℣. Candidióres nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antíquo. Et quasi.

℣. Glória Patri. ad fenéstras suas.

In tertio Nocturno.

Antiph. Ne magnitúdo * revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus ángelus Satánæ qui me colaphízet: propter quod ter Dóminum rogávi ut auferrétur à me, & dixit mihi, Súfficit tibi, Paule, grátia mea. *Cantic.* Vos autem sacerdótes. *pag.* 116.

℣. Nimis honoráti sunt. *pag.* iv.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 19.

IN illo témpore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. Ecce nos relíquimus ómnia: & secúti sumus te. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 3. *Comment. in Matthæum.*

GRandis fidúcia. Petrus piscátor erat ˥ dives non fúerat ˥ cibos manu & arte quærébat ˥ & tamen lóquitur confidénter: Relíquimus ómnia. Et quia non súfficit tantùm relínquere ˥ jungit quod perféctum est: Et secúti sumus te. Fécimus quod jussísti ˥ quid ígitur nobis dabis præmii?

℟. Libénter gloriábor in infirmitátibus meis. † Ut inhábitet in me virtus Christi.

℣. Quando enim infirmor, tunc potens sum. Ut inhábitet.

Lectio decima.

JEsus autem dixit illis. Amen dico vobis ˥ quòd vos qui secúti estis me: in regeneratióne cùm séderit Filius hóminis in sede majestátis suæ ˥ sedébitis & vos super sedes duódecim: judicántes duódecim tribus Israël. Non dixit, Qui reliquístis ómnia ˥ hoc enim & Crates fecit philósophus: & multi alii divítias contempsérunt ˥ sed, Qui secúti estis me: quod próprie Apostolórum est, atque credéntium.

℟. Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini mei Jesu Christi. † Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

℣. Vivo autem jam non ego: vivit verò in me Christus. Per quem.

Lectio undecima.

IN regeneratióne cùm séderit Filius hóminis in sede majestátis suæ ˥ quando & mórtui de corruptióne resúrgent incorrúpti: sedébitis & vos in sóliis judicántium ˥ condemnántes duódecim tribus Israël: quia vobis credéntibus, illi crédere noluérunt.

℟. O quàm pulchri. *pag.* iv.

Lectio duodecima.

ET omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, & cætera. Locus iste cum illa senténtia cóngruit ˥ in qua Salvátor lóquitur: Non veni pacem míttere, sed gládium. Veni enim separáre hóminem à patre suo: & matrem à filia ˥ & nurum à socru: & inimíci hóminis doméstici ejus.

℟. Nimis honoráti sunt. *pag.* v.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 19.

IN illo témpore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. Ecce nos relíquimus ómnia: & secúti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis ˥ quòd vos qui secúti estis me: in regeneratióne, cùm séderit Filius hóminis in sede majestátis suæ ˥ sedébitis & vos super sedes duódecim: judicántes duódecim tribus Israël. Et omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut ma-

trem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum: céntuplûm accípiet, & vitam ætérnam pôssidébit. Amen.

Oratio. Deus, qui univérs. *pag.* 542.

Ad Laudes.

Antiph. Ego plantávi, * Apóllo rigávit, Deus autem increméntum dedit, allel. *Psalm.* Dóminus regnávit. *pag.* 68.

Antiph. Ter virgis cæsus sum * semel lapidátus sum, ter naufrágium feci. *Ps.* Jubiláte Deo. *pag.* 71.

Antiph. Damásci præpósitus * gentis Arέthæ regis vóluit me comprehéndere: à frátribus per murum submíssus sum in sporta, & sic evási manus ejus. *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Libénter gloriábor * in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Bonum * certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. *Psalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Ne magnitúdo. *pag.* 542.

℟. *Hymnus, &* ℣. *de Communi Apostolorum. pag.* v.

Ad Benedictus.

Antiph. Vos qui secúti * estis me, sedébitis super sedes, judicántes duódecim tribus Israël, dicit Dóminus.

Oratio. Deus qui univérs. *pag.* 542.

Ad Primam.

Antiph. Ego plantávi. *ut suprà.*

Ad Tertiam.

Antiph. Ter virgis cæsus sum. *ut sup.*

Capitulum. Ne magnitúdo. *pag.* 542.

℣. Constítues eos. *pag.* ii.

Oratio. Deus qui univérs. *pag.* 542.

Ad Sextam.

Antiph. Damásci præpósitus. *ut sup.*

Capitulum. 2. *Tim.* 1.

SCio cui crédidi: & certus sum quia potens est depósitum meum serváre in illum diem. ℟. Deo grátias.

℣. Annuntiavérunt cæli. *pag.* iii.

Oratio. Exaúdi nos. *pag.* vi.

Ad Nonam.

Antiph. Libénter gloriábor. *ut suprà.*

Capitulum. 2. *Tim.* 4.

BOnum certámen certávi ꟸ cursum consummávi: fidem servávi ꟸ superest mihi coróna justítiæ: quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex. ℟. Deo grátias.

℣. Nimis honoráti. *pag.* iv.

Oratio. Prótege Dómine. *pag.* vi.

Ad Vesperas.

Antiph. Jurávit. *cum cæteris Antiphonis, & Psalmis de Comm. Apostol. pag.* vi.

Capitul. Ne magnitúdo revel. *p.* 542.

℟. *Hymnus, &* ℣. *de Comm. Apost.*

Ad Magnificat.

Antiph. Repósita est * mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

Oratio. Deus, qui univérs. *pag.* 542.

XXVIII. JANUARII.

IN FESTO S. AGNETIS, SECUNDÒ.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátæ Agnétis Vírginis & Mártyris tuæ solennitáte lætíficas: da, ut quam venerámur officio ꟸ étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo: Per Dóminum.

XXIX. JANUARII.

IN FESTO S. FRANCISCI SALESII EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Oratio.

DEus, qui ad animárum salútem beátum Francíscum Confessórem tuum atque Pontíficem ómnibus ómnia factum esse voluísti ꟸ concéde propítius: ut charitátis tuæ dulcédine per-

fúsi ✠ ejus dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis ætérna gaúdia consequámur: Per Dóminum.

Cætera omnia sunt de Communi Confessoris Episcopi. pag. xvii.

FESTA FEBRUARII.

II. FEBRUARII.

IN FESTO PURIFICATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Ad primas Vesperas.

Sola Antiphona super Psalmos feriales. Nunc dimíttis Dómine * servum tuum in pace: quia vidérunt óculi mei salutáre tuum.

Capitulum. *Malachiæ.* 3.

ECce ego mitto Angelum meum, qui præparábit viam ante fáciem meam ✠ & státim véniet ad templum suum Dominátor, quem vos quæritis: & Angelus testaménti, quem vos vultis.

℟. Deo grátias.

℟. *magnum.* Símeon justus. *pag.* 547.

Hymnus. Ave maris stella. *pag.* 525.

℣. Ave María.

Ad Matutinas.

Antiph. Postquam * impléti sunt dies purgatiónis Maríæ, secúndùm legem Moysi, tulérunt Jesum in Jerúsalem, ut sisterent eum Dómino.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus: ut sicut Unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus ✠ ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári: Per eúmdem Dóminum.

In hoc festo, sicut in reliquis solemnitatibus B. Mariæ & earum Octavis, dicitur in fine cujuslibet Hymni, Glória tibi Dómine, qui natus es de Vírgine, *excep[...] tribus Hymnis de festo eodem ad utras[...] Vesper. Matut. & Laudes.*

Nota quòd quando præsens festum [...] Dominica Septuagesimæ vel Sexages[...] occurrit, non transfertur, sed die suo [...]lebratur. Et de ipsa Dominica fit tan[...] commemoratio ad utrasque Vesp. & Lau[...]

Ad Matutinas.

Invitatorium. Ecce venit ad templ[...] sanctum suum Dominátor Dómin[...] Gaude & lætáre Sion occúrrens Deo t[...]

Psalm. Veníte. *pag.* 16.

Hymn. Mystérium Ecclésiæ. *pag.* 5[...]

In primo Nocturno.

Antiph. Benedícta tu * in muliérib[...] & benedíctus fructus ventris tui. *Ps[...]* Dómine Dóminus noster. *pag.* 8.

Antiph. Sicut myrrha elécta * odór[...] dedísti suavitátis sancta Dei génit[...]

Psalm. Cæli enárrant. *pag.* 14.

Antiph. Hæc est * quæ nescívit t[...]rum in delícto, habébit fructum in [...]pectióne animárum sanctárum. *Ps[...]* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Spécie tua * & pulchritúd[...] tua inténde, prósperè procéde, & reg[...]

Psalm. Eructávit. *pag.* 37.

Antiph. Adjuvábit eam * Deus vu[...] suo, Deus in médio ejus non comm[...]vébitur. *Psalm.* Deus noster. *pag.* 4[...]

Antiph. Suscépimus Deus * mis[...]córdiam tuam in médio templi [...]

Psalm. Magnus Dóminus. *pag.* 40.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tui[...]

℟. Proptérea benedíxit te Deus [...] ætérnum.

Lectio prima.

Sermo beáti Augustíni Epíscopi.

Serm. 16. *de tempore.*

HOdiérnus dies ad habéndam sp[...] vitæ ætérnæ magnum cóntulit g[...]

géneri humáno. Primus enim ho-
}uo cadénte omnes cecídimus ꝰ
ruína est mortálitas nostra : non
:us, sed factus ꝰ patre nullo, nulla
: sed Deo operánte.
Postquam impléti sunt dies pur-
is Maríæ, secúndùm legem Moysi
nt Jesum in Jerúsalem, ut sísté-
um Dómino, sicut scriptum est in
ómini. † Quia omne masculínum
iens vulvam, sanctum Dómino
itur.
Et ut darent hóstiam secúndùm
dictum est in lege Dómini, par
um, aut duos pullos columbá-
Quia.

Lectio secunda.

Æc est hóminis prima condítio :
Adam de terra. Secúnda condítio
ninis : qua creátur fœmina de lá-
ri. Tértia condítio est hóminis :
itus est homo ex viro & fœmina.
a condítio est Dei & hóminis : qua
est Christus sine viro de fœmina.
quátuor conditiónibus una sola
usitáta est : cæteræ tres non sunt
lis carnis, sed in fide cordis.
Símeon justus & timorátus ex-
at redemptiónem Israël. † Et Spí-
anctus erat in eo.
Respónsum accéperat à Spíritu
, non visúrum se mortem, nisi
idéret Christum Dómini. Et.

Lectio tertia.

E terra factum hóminem sine pa-
re & matre nóvimus ꝰ nunquam
is : lecta & audíta crédimus. Fa-
œminam de látere viri nunquam
is : lectum crédimus. Tértia illa
est : nobis ipsa quotidiána. De
éxu maris & fœminæ : quotídie
itur hómines.

℟. Respónsum accéperat Símeon à Spíritu sancto non visúrum se mortem, nisi priùs vidéret Christum Dómini : & benedíxit Deum, & dixit. † Nunc dimíttis servum tuum in pace, quia vidérunt óculi mei salutáre tuum Dómine.

℣. Cùm indúcerent púerum Jesum paréntes ejus, ut fácerent secúndùm consuetúdinem legis pro eo, & ipse accépit eum in ulnas suas, & dixit. Nunc.

Lectio quarta.

JAm ergo erat una : sine viro & fœmina. Jam erat áltera : de viro fœmina. Jam erat tértia : de viro & fœmina. Quarta restábat ꝰ sine viro de fœmina : sed ista quarta liberávit tres. Prima & secúnda ruérunt ꝰ tértiam de ruína genuérunt : in quarta salútem invenérunt. Exúltent vírgines : Virgo péperit Christum. Nihil in ea quod vovérunt putent exterminátum : mansit virgo post partum.

℟. Lauda fília Sion, lætáre & exúlta fília Jerúsalem, quia Dóminus rex in médio tui. † Non timébis malum ultrà.

℣. Abstulit Dóminus judícium tuum, avértit inimícos tuos. Non timébis.

℣. Glória Patri. malum ultrà.

In secundo Nocturno.

Antiph. Læva ejus * sub cápite meo, & déxtera illius amplexábitur me. *Psal.* Benedixísti. *pag.* 63.

Antiph. Homo * natus est in ea, & ipse fundávit eam Altíssimus. *Psalmus.* Fundaménta. *pag.* 66.

Antiph. Surge Aquilo * & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent arómata illíus. *Psalm.* Cantáte. *i. pag.* 69.

Antiph. Pulchra es * & decóra fília Jerúsalem, terríbilis ut castrórum ácies ordináta. *Psalmus.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Vidi speciósam * sicut colúm-

bam, & circúmdabant eam flores rosárum, & lília convállium. *Psalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

Antiph. Revértere * revértere Sulamítis, revértere, revértere ut intueámur te. *Psalm.* Dóminus regn. irasc. *pag.* 70.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.

℟. Inténde prósperè, procéde & regna.

Lectio quinta.

EXúltent víduæ: infántem Christum vídua Anna cognóvit. Exúltent conjugátæ: nascitúrum Dóminum Jesum Christum Elísabeth maritáta prophetávit. Nullus gradus prætermissus est: de quo non habéret testimónium salus ómnium. Nunquid enim solæ vírgines ad regnum cælórum pervéniunt? Pervéniunt & víduæ.

℟. Cùm indúcerent púerum Jesum paréntes ejus, ut fácerent secúndùm consuetúdinem legis pro eo, accépit eum Símeon in ulnas suas, & benedíxit Deum, & dixit. † Nunc dimíttis Dómine servum tuum in pace.

℣. Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum. Nunc.

Lectio sexta.

MAgni mériti fuit illa vídua sancta Anna ⁊ quæ à virginitáte sua septem annis víxerat cum viro suo: quo defúncto, usque ad senílem ætátem pervénerat ⁊ & in senectúte sancta expectábat infántiam Salvatóris: ut parvum vidéret annósa ⁊ parvum agnósceret anícula: intrántem in mundum Salvatórem vidéret itúra.

℟. Nunc dimíttis Dómine servum tuum in pace, quia vidérunt óculi mei. † Salutáre tuum.

℣. Lumen ad revelatiónem géntium, & glóriam plebis tuæ Israël. Salutáre.

Lectio septima.

ET in masculíno sexu: tria ipsa génera commendáta sunt. Ipse Christus puer natus est: exúltent púeri, continéntiam vovéntes púero. Ipse verò integritátem puerítiæ consecrávit ⁊ qui suæ matri fœcunditátem áttulit: virginitátem non ábstulit. Simeon ille senex diu víxerat, cujus ætas comparátur Annæ ⁊ & audíerat respónsum: quòd non esset visúrus mortem, nisi priùs vidéret Christum Dómini.

℟. Beátam me dicent omnes generatiónes. † Quia fecit mihi Dóminus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

℣. Magníficat ánima mea Dóminum, & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. Quia.

Lectio octava.

INtellígite (fratres) quantum desidérium habébant antíqui Sancti, vidéndi Christum. Sciébant illum esse ventúrum: & omnes qui piè vivébant, dicébant ⁊ O si hìc me invéniat illa natívitas: O si quod credo in Scriptúris, vídeam óculis meis. Et ut novéritis quantum desidérium habébant Sancti, qui nóverant per Scriptúras vírginem paritúram: sicut audístis cùm Isaías legerétur.

℟. Induit me Dóminus vestiménto salútis, & induménto lætítiæ circúmdedit me. † Et tanquam sponsam decorávit me coróna.

℣. Dedúxit me super sémitas justítiæ propter nomen suum. Et tanquam.

℣. Glória Patri. coróna.

In tertio Nocturno.

Antiph. Nunc dimíttis Dómine * servum tuum in pace, quia vidérunt óculi mei salutáre tuum. *Cantic.* Pópulus. *pag.* 117. *cum duobus sequentibus.*

℣. Adducéntur regi.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 2.

IN illo témpore : Postquam impléti sunt dies purgatiónis Maríæ secúndùm legem Moysi, tulérunt Jesum in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino : sicut scriptum est in lege Dómini. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : S. Patris nostri Brunónis Confessóris.

Serm. de Purificat.

NOn vidéntur pertinére ad beátam Vírginem Maríam quæ in prædicta lege de hujúsmodi muliere dicta sunt : quamvis & ipsam legem custodíerit ꟸ præsértim cùm non simpliciter dictum sit, Múlier quæ pepérerit másculum : sed cum additaménto, & determinatióne, quæ suscépto sémine pepérerit & másculum.

℟. Speciósus forma præ filiis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus † In ætérnum.

℣. Sedes tua Deus in séculum séculi, virga directiónis, virga regni tui. In ætérnum.

Lectio decima.

HOc enim speciáliter dictum est propter ipsam ꟸ quia ipsa sola nullo suscépto sémine péperit : quæ virgo ante partum ꟸ virgo in partu : & post partum virgo permánsit. Oblátio autem illa túrturum & columbárum, quam simul cum Filio, Dómino óbtulit ꟸ máximè ad ipsam pertinuísse vidétur : quæ & castitátis, & mansuetúdinis præcéllit virtúte. Hoc enim in his ávibus significátur ꟸ quarum áltera de castitáte : áltera de innocéntia commendátur.

℟. Sedes tua Deus in séculum séculi. † Virga æquitátis virga regni tui.

℣. Accíngere gládio tuo super femur tuum potentíssime. Virga.

Lectio undecima.

OBtulit ígitur hódie beatíssima Virgo María oblatiónem gratíssimam Dómino ꟸ quæ quidem per multas álias oblatiónes significáta priùs fúerat : sed talis nunquam ámpliùs obláta fúerat. Nos quoque qui dignam vólumus offérre Deo oblatiónem : hanc Regínam & Dóminam nostram imitári debémus.

℟. Suscépimus Deus misericórdiam tuam in médio templi tui : secúndùm nomen tuum Deus sic & laus tua in fines terræ. † Justítia plena est déxtera tua.

℣. Lætétur mons Sion, & exúltent filiæ Judæ, propter judícia tua Dómine. Justítia.

Lectio duodecima.

OFferámus ígitur & nos par túrturum & duos pullos columbárum ꟸ & ánimæ scílicet, corporísque integritátem : & innocéntiam Dómino reddámus. Docet autem nos Moyses in subsequéntibus : quáliter hanc oblatiónem fácere debeámus.

℟. Fulcíte me flóribus, stipáte me malis. † Quia amóre lángueo.

℣. Adjúro vos filiæ Jerúsalem si invenéritis diléctum, ut annuntiétis ei. Quia.

℣. Glória Patri. lángueo.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 2.

IN illo témpore : Postquam impléti sunt dies purgatiónis Maríæ secúndùm legem Moysi : tulérunt Jesum in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino, sicut scriptum est in lege Dómini. Quia omne masculínum adapériens vulvam : sanctum Dómino vocábitur. Et ut da-

rent hóstiam secúndùm quod dictum est in lege Dómini : par túrturum, aut duos pullos columbárum. Et ecce homo erat in Jerúsalem, cui nomen Símeon : & homo iste justus, & timorátus expéctans consolatiónem Israël. Et Spíritus sanctus erat in eo. Et respónsum accéperat à Spíritu sancto ♱ non visúrum se mortem : nisi priùs vidéret Christum Dómini. Et venit in spíritu in templum. Et cùm indúcerent púerum Jesum paréntes ejus, ut fácerent secúndùm consuetúdinem legis pro eo ♱ & ipse accépit eum in ulnas suas : & benedíxit Deum, & dixit. Nunc dimíttis servum tuum Dómine : secúndùm verbum tuum in pace. Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum : quod parásti ante fáciem ómnium populórum. Lumen ad revelatiónem géntium & glóriam plebis tuæ Israël. Amen.

Oratio. Omnípotens semp. *pag.* 546.

Ad Laudes.

Antiph. Postquam * impléti sunt dies purgatiónis Maríæ secúndùm legem Moysi, tulérunt Jesum in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino. *Psalm.* Dóminus regnávit decórem. *pag.* 68.

Antiph. Símeon justus * & timorátus expectábat redemptiónem Israël, & Spíritus sanctus erat in eo. *Psalm.* Jubiláte Deo. *pag.* 71.

Antiph. Respónsum accépit * Símeon à Spíritu sancto, non visúrum se mortem, nisi vidéret Dóminum. *Psalmus.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Tolle púerum * & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Futúrum est * enim ut Heródes quærat púerum ad perdéndum eum. *Psalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce ego. *pag.* 546.

℟. Ave María grátia plena. Ave.

℣. Dóminus tecum. Ave.

℣. Glória Patri. Ave.

Hymnus. Verè grátia. *pag.* 529.

℣. Benedícta tu in mulié. *pag.* 529

Ad Benedictus.

Antiph. Homo erat * in Jerúsalem cui nomen Símeon, homo justus, & timorátus expectábat redemptiónem Israël, & Spíritus sanctus erat in eo.

Oratio. Omnípotens semp. *pag.* 54

Ad Primam.

Antiph. Postquam. *ut suprà.*

Ad Tertiam.

Antiph. Símeon justus. *ut suprà.*

Capitulum. Ecce ego. *pag.* 546.

℣. Diffúsa est. *pag.* 546.

Oratio. Omnípotens semp. *pag.* 54

Ad Sextam.

Antiph. Respónsum accépit. *ut sup.*

Capitulum. *Eccles.* 24.

EGo quasi vitis fructificávi suavitatem odóris : & flores mei, fructus honóris & honestátis. ℟. Deo grátias.

℣. Spécie tua. *pag.* 547.

Oratio.

PErfice in nobis quæsumus Dómine grátiam tuam : qui justi Simeonis expectatiónem implésti ♱ ut sicut ille mortem non vidit priúsquam Christum Dóminum vidére mererétur : ita & nos vitam obtineámus ætérnam. Per eum

Ad Nonam.

Antiph. Futúrum est. *ut suprà.*

Capitulum. *Eccles.* 24.

EGo mater pulchræ dilectiónis, & timóris, & agnitiónis, & sanctæ spei ♱ in me grátia omnis viæ & veritátis : in me omnis spes vitæ & virtútis.

℟. Deo grátias.

℣. Adducéntur regi. *pag.* 528.

Oratio. Pérfice in nobis. *pag.* 550.

Ad Vesperas.

Antiph. Tecum princípium. *cum reliquis Antiph. & Psalm. sicut in Nativitate Domini. pag.* 169.

Capitulum. Ecce ego. *pag.* 546.

℟. *magnum.* Nunc dimíttis. *pag.* 548.

Hymn. Ave maris stella. *pag.* 525.

℣. Ave María.

Ad Magnificat.

Antiph. Cùm indúcerent * púerum Jesum paréntes ejus, accépit eum Simeon in ulnas suas, & benedíxit Deum, dicens: Nunc dimíttis Dómine servum tuum in pace.

Oratio. Omnípotens semp. *pag.* 546.

V. FEBRUARII.

IN FESTO S. AGATHÆ V. ET MART.

Ad utrasque Vesp. Laudes, & Tertiam.

Oratio.

DEus, qui inter cætera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti ⁊ concéde propítius: ut qui B. Agathæ Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus ⁊ per ejus ad te exémpla gradiámur: Per Dóm.

Lectio prima.

Sermo beáti Ambrósii Epíscopi.

Tom. 4. *Lib.* 1. *de Virgin. post initium.*

QUóniam hódie natális est vírginis ⁊ invítat nos integritátis amor ut áliquid de virginitáte dicámus: ne véluti tránsitu quodam præstrícta videátur, quæ principális est virtus. Non enim ídeo laudábilis virgínitas, quia in Martyribus reperítur: sed quia ipsa Mártyres fáciat.

Lectio secunda.

QUis autem humáno eam possit ingénio comprehéndere ⁊ quam nec natúra suis inclúsit légibus? Aut quis naturáli voce compléćti ⁊ quod supra usum natúræ sit? E cælo accersívit: quod imitarétur in terris. Nec immérito vivéndi sibi usum quæsívit è cælo: quæ sponsum sibi invénit in cælo. Hæc nubes, áëra, Angelos syderáque transgrédiens ⁊ Verbum Dei in ipso sinu Patris invénit: & toto hausit péćtore.

Lectio tertia.

NAm quis tantum, cùm invénerit, relínquat boni? Unguéntum enim exinanítum est nomen tuum ⁊ proptérea adolescéntulæ dilexérunt te: & attraxérunt te. Postrémò non meum est illud ⁊ Quóniam quæ non nubunt neque nubéntur: erunt sicut Angeli Dei in cælo. Nemo ergo mirétur si Angelis comparéntur: quæ Angelórum Dómino copulántur.

Lectio quarta.

QUis ígitur neget hanc vitam fluxísse de cælo, quam non fácilè invénimus in terris ⁊ nisi postquam Deus in hæc terréni córporis membra descéndit? Tunc in útero Virgo concépit ⁊ & Verbum caro factum est: ut quod caro factum est, fieret caro Dei.

Lectio quinta.

DIcet áliquis. Sed étiam Elías nullis corpórei cóitus fuisse permíxtus cupiditátibus invenítur. Ideo ergo curru raptus ad cælum ⁊ ídeo cum Dómino apparet in glória: ídeo Domínici præcúrsor ventúrus est advéntus. Et María sumens tympanum: pudóre virgíneo choros duxit.

Lectio sexta.

SEd consideráte cujus spéciem tunc gerébat illa ⁊ nonne Ecclésiæ, quæ religiósos pópuli cœtus, qui cármina divína concínerent, immaculáto virgo spíritu copulávit? Nam étiam templo

consummávit † quæ mensúram non habet: cum supréma cumulatáque sit. Majórem enim hac (inquit) nemo habére potest: nulla enim major est.

Lectio decima.

PEr hæc ómnia discípulis præcipit: ádeo non esse fugiénda pro salúte hóminum certámina, & dolóres † ut ipsa quoque mors carnis abjiciénda non sit: ad hanc enim usque cháritas pérvenit. Ita his verbis tùm ad exímiam fortitúdinem, tum ad mirábilem charitátem hortátur † talésque fácere studet: ut nec mortis quidem perículo, Christum desérere velint.

Lectio undecima.

TAlem se Paulus nobis osténdit, dicens. Mihi enim & vívere Christus est: & mori lucrum. Et rursus. Cháritas enim Christi urget nos, æstimántes hoc: quóniam si unus pro ómnibus mórtuus est: ergo omnes mórtui sunt. Et ad hæc, quis nos separábit à charitáte Christi? Tribulátio? An angústia? An fames? An núditas? An perículum? An gládius?

Lectio duodecima.

AUdis quòd nihil affirmat se posse à dilectióne Christi sejúngere. Quòd si oves & agnos Christi páscere nihil áliud est, quàm ipsum dilígere † patet quia omnis persecútio, omnéque perículum: pro prædicatióne veritátis subeúndum est.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 15.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Hoc est præcéptum meum: ut diligátis ínvicem sicut diléxi vos. Majórem hac dilectiónem nemo habet: ut ánimam suam ponat quis pro amícis suis. Vos amíci mei estis: si fecéritis quæ ego præcípio vobis. Jam non dicam vos servos: quia servus nescit quid fáciat dóminus ejus. Vos autem dixi amícos: quia ómnia quæcúmque audivi à Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegístis † sed ego elégi vos: & pósui vos ut eátis † & fructum afferátis: & fructus vester máneat. Ut quodcúmque petiéritis Patrem in nómine meó, det vobis. Amen.

FESTA MARTII.

VII. MARTII.

In Festo S. Thomæ de Aquino.

Omnia sunt de Communi Confessoris non Pontificis, exceptis quæ sequuntur.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ Confessóris tui mira eruditióne clarificas: & sancta operatióne fœcúndas † da nobis quæsumus: & quæ dócuit intelléctu conspícere † & quæ egit imitatióne complére: Per Dómin.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Lib. 9. Moral. cap. 6.

QUid post Oríonas Hyadum nómine † nisi Doctóres sanctæ Ecclésiæ designántur? Qui subdúctis Martyribus eo jam témpore ad mundi notítiam venérunt † quo fides cláriùs elúcet: & représsa infidelitátis hyeme, áltiùs per corda fidélium, Sol Veritátis calet. Qui remóta tempestáte persecutiónis, explétis longis nóctibus infidelitátis † nunc sanctæ Ecclésiæ orti sunt: cùm ei jam per credulitátis vernum lucídior annus aperítur.

Lectio secunda.

NEc immérito Doctóres sancti, Hyadum nuncupatióne signántur.

m fórtiter intrávit. Testis est Pe-
l Thábitam, qualis sit splendor
n margaritárum: quando tantus
us exultávit viduárum. Ergo &
nguli síngulos contemplémur.

Lectio tertia.

Qis éligens Petrum ꝛ respuat Pau-
um? Quis quærens Andréam ꝛ
nnat Jacóbum & Joánnem? Nul-
livérsitas nóminum: quia una est
gemmárum. Unus natális Apo-
m: una est lætítia populórum.
um est omne naufrágium ꝛ ti-
clúditur piratárum: quia barcæ
iunt dúlcium piscatórum.

Lectio quarta.

ta sunt líttora per Apostólica ré-
a. Petrus in cápite scaphæ cælé-
imphat in líttore ꝛ si Andréam
pléris: unus est úterus ꝛ unus
nus ínnocens captus. Per pisces
rum paupértas tollebátur ꝛ per
in captúra conclúsas grátia de-
átur: & regni cælórum divítiæ
ntur.

Lectio quinta.

capha Petri quis númerat pisces?
s in Evangélio Pauli númerat
? Divérsa nómina: & una captú-
e Jacóbus & Joánnes neglécto
contémpta matre, dimísso reti:
sunt piíssimum Redemptórem.
aque in solennitáte sanctórum
ande convívium.

Lectio sexta.

e Matthæus præparat prándium:
Christus pransor ingréditur cum
idine peccatórum. Pransor inno-
& rei convívæ: unde convívii
ietáte peccatóres fáceret in suo
énto gaudére. Judæi dicébant ꝛ
odo cum Publicánis & peccatóri-
bus mandúcat? Nemo peccátor secér-
nitur: nemo reus avéllitur. Omnes hós-
pites Christi sunt: commúne convívium
est ómnibus.

Lectio septima.

PRæparat prándium gaudiórum so-
lénnitas Apostolórum ꝛ justus pás-
citur de grátia: peccátor refícitur de
indulgéntia. Et si múrmurant Judæi:
sed dicántur rei facti secúri. Parásti in
conspéctu meo mensam: advérsus eos
qui tríbulant me. Simon ille Chana-
næus, qui mutávit nomen gentis, & in-
séruit florem suum corónæ virtútis ꝛ
aptátus mánibus Salvatóris: fulget de
ista coróna ígneo vigóre decorátus.

Lectio octava.

JUdas zelótes zelans Dómino, non
commércium quærens Christum ven-
déndo ꝛ pro illo zelabátur: non de
illo paciscebátur. Invenímus étenim
ibi denigráto colóre separátum lapíl-
lum, Judam Dómini traditórem: spé-
ciem cum commércio defœdántem.
O nomen, & nomen ꝛ Ille dicebátur
zelans zelávi Dómino omnipoténti: &
Judas próditor pacta crudélia dedu-
cébat.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndum
Joánnem. *Joann.* 15.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípu-
lis suis. Hoc est præcéptum meum ut
diligátis ínvicem: sicut diléxi vos. Et
réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti
Cyrilli Epíscopi Alexandríni.

Lib. 10. Comm. in Joann. cap. 22.

APértiùs modò Evangelísta ante
óculos ponit superióris loci sen-
sum ꝛ jubens talem inter se dilectiónem
habére: qualem ipse re atque ópere

possunt ab homínibus, nec auférri. Itaque si sal infatuátum fúerit, in quo saliétur ˥ id est, si vos, per quos condiéndi quodámmodo pópuli, metu persecutiónum temporálium amiséritis regna cælórum ˥ qui erunt hómines, per quos à vobis error auferátur ˥ cùm vos elégerit Deus, per quos errórem aúferat cæterórum?

Lectio decima.

ERgo ad níhilum valet sal infatuátum ˥ nisi ut mittátur foras: & calcétur ab homínibus. Non ítaque calcátur ab homínibus qui pátitur persecutiónem: séd qui persecutiónem timéndo, infatuátur. Calcári enim non potest, nisi inférior ˥ sed inférior non est, qui quamvis córpore multa in terra sustíneat: corde tamen fixus in cælo est.

Lectio undecima.

VOs estis lumen mundi. Quómodo dixit supériùs, Sal terræ: sic nunc dicit, Lumen mundi. Nam neque supériùs ista terra accipiénda est, quam pédibus corpóreis calcámus ˥ sed hómines qui in terra hábitant: vel étiam peccatóres ˥ quorum condiéndis & extinguéndis putóribus: salem Apostólicum Dóminus misit.

Lectio duodecima.

ET hìc mundum non cælum & terram ˥ sed hómines qui sunt in mundo, vel díligunt mundum, opórtet intélligi: quibus illuminándis Apóstoli missi sunt. Non potest cívitas abscóndi super montem pósita ˥ id est fundáta super magnam insignémque justítiam: quam significat étiam ipse mons, in quo dísputat Dóminus.

Evangelium quære in festo S. Ambrosii. pag. 524.

Oratio. Deus qui Ecclé. *pag.* 554. *quæ etiam ad Laudes & Tertiam dicitur*

XII. MARTII.

IN FESTO S. GREGORII PAPÆ DOCTORIS ECCLESIÆ.

Omnia ut in Communi Conf. Ep[...] pag. xvii. *præter ea quæ sequuntur*

Oratio.

DEus, qui ánimæ fámuli tui [...]górii ætérnæ beatitúdinis p[...] contulísti ˥ concéde propítius: u[...] peccatórum nostrórum póndere p[...]mur ˥ ejus apud te précibus sub[...]mur: Per Dóminum.

Lectio prima.

Sermo beáti Fulgéntii Epíscop[...]

DOmínicus sermo, quem de[...] omnes non solùm studiósè, v[...] étiam sapiénter audíre: cui nos o[...] humíliter ac delectabíliter obedi[...] moderatiónis suæ tenens ubíque t[...]riem: ut nec óvibus desint pábula[...] pastóribus aliménta ˥ quædam sp[...]ter solis præcipit nobis: quædam generáliter & nobis, & vobis.

Lectio secunda.

NObis namque, id est, servis, ille Paterfamílias rerum óm[...] Dóminus ad hoc in sua magna [...] constítuit, ut pópulo ejus verbum [...]tiæ ministrémus ˥ speciáliter injún[...] sanctæ prædicatiónis offícium: ge[...]liter verò nobis & vobis salutáris [...]citur obediéntia mandatórum.

Lectio tertia.

IN quibus dénuo mandátis, tan[...] ditíssimis férculis, sic cæléstium [...]litiárum cópia spirituális exúberat ˥ [...] verbo Dei abúndet quod perfécti[...]medat: abúndet étiam quod pár[...] sugat. Ibi est enim simul & lácteu[...]tus, quo ténera fidélium nutriátu[...]

ſántia : & sólidus cibus, quo robústa perfectórum juvéntus ſpirituália ſanctæ virtútis accípiat increménta.

Lectio quarta.

IBi prorſus ad ſalútem univérſis conſúlitur : quos Dóminus ſalváre dignátur. Ibi eſt quod omni ætáti cóngruat : ibi quod omni profeſſióni convéniat. Ibi audímus præcépta quæ faciámus : ibi cognóſcimus præmia quæ ſperémus. Ibi eſt júſſio quæ nos per líteram dóceat & inſtruat ad ſciéntiam : ibi promíſſio, quæ per grátiam trahat & perdúcat ad glóriam.

Lectio quinta.

SErvórum ígitur, quos pópulo ſuo præpóſuit Dóminus, ſpeciáliter volens officium demonſtráre : ait quod ex Evangélio modò audívimus. Quis putas eſt fidélis diſpenſátor & prudens, quem conſtítuit Dóminus ſupra famíliam ſuam ut det illis in témpore, trítici menſúram ? Beátus ille ſervus ꝛ quem cùm vénerit Dóminus : invénerit ita faciéntem.

Lectio ſexta.

QUis eſt iſte Dóminus, fratres ? Chriſtus ſine dúbio : qui ſuis diſcípulis ait ꝛ Vos vocátis me, Magíſter & Dómine : & bene dícitis. Sum étenim. Quæ eſt hujus Dómini família ? Nimírum illa eſt, quam ipſe Dóminus de manu inimíci redémit : & ſuo domínio mancipávit.

Lectio ſeptima.

HÆc autem família ſancta eſt Eccléſia Cathólica ꝛ quæ per orbem terrárum copióſa fertilitáte diffúnditur : & redémptam ſe pretióſo ſui Dómini ſánguine gloriátur. Fílius enim hóminis (ſicut ipſe ait) non venit miniſtrári ſed miniſtráre : & dare ánimam ſuam redemptiónem pro multis. Ipſe enim eſt paſtor bonus : qui ánimam ſuam póſuit pro óvibus ſuis.

Lectio octava.

GRex ergo boni paſtóris : ipſa eſt família Redemptóris. Diſpenſátor verò quis ſit, quem ſemper opórtet eſſe fidélem páriter & prudéntem ꝛ Paulus nobis oſténdit Apóſtolus : qui de ſe, ſuíſque sóciis loquens, ait ꝛ Sic nos exíſtimet homo ut miníſtros Chriſti : & diſpenſatóres miſteriórum Dei. Hìc jam quæritur inter diſpenſatóres : ut fidélis quis inveniátur.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii : ſecúndùm Matthæum. *Matth.* 5.

IN illo témpore : Dixit Jeſus diſcípulis ſuis. Vos eſtis ſal terræ. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Gregórii Papæ.

Ex homil. 17. *in Evang.*

COnſiderándum nobis eſt : ut in quantum valet quiſque, vel quantum ſufficit ꝛ & terrórem ventúri judícii, & dulcédinem regni : ſuſcéptæ Eccléſiæ inſinuáre conténdat. Et quia una eadémque exhortatiónis voce non ſufficit ſimul cunctos admonére : debet ſíngulos in quantum valet inſtrúere ꝛ privátis locutiónibus ædificáre : exhortatióne símplici fructum in filiórum ſuórum córdibus quærere.

Lectio decima.

DEbémus namque penſáre contínuè quod ſanctis Apóſtolis dícitur ꝛ & per Apóſtolos nobis : Vos eſtis ſal terræ. Si ergò ſal ſumus : condíre mentes fidélium debémus. Vos ígitur qui paſtóres eſtis : penſáte quia Dei animália páſcitis. De quibus profèctò animálibus Deo per Pſalmíſtam dícitur : Animália tua habitábunt in ea.

Lectio undecima.

ET sæpe vidémus ꟹ quòd petra salis brutis animálibus pónitur : ut ex eádem salis petra lámbere débeant, & melioràri. Quasi ergo inter bruta animália petra salis : debet esse sacérdos in pópulis. Curáre namque sacerdótem necésse est quæ síngulis dicat : quáliter unumquémque admóneat ꟹ ut quisquis sacerdóti júngitur : quasi ex salis tactu, ætérnæ vitæ sapóre condiátur.

Lectio duodecima.

SAl étenim terræ non sumus : si corda audiéntium non condímus. Quod proféctò condiméntum ille veráciter próximo impéndit : qui prædicatiónis verbum non subtrahit. Sed tunc verè áliis recta prædicámus : si dicta rebus osténdimus ꟹ si nosipsi divíno amóre compúngimur : & humánæ vitæ, quæ sine culpa transíri nequáquam potest, quotidiánas lácrymis máculas lavámus.

Evangelium quære in festo sancti Ambrosii. pag. 524.

Oratio. Deus qui ánimæ. *pag.* 557.

XIX. MARTII.

IN FESTO S. JOSEPH CONFESSORIS.

Omnia sunt de Communi unius Confessoris non Episcopi, pag. xxiii. *præter ea quæ hic propria habentur.*

Ad primas Vesperas.

Sola Antiphona super Psalmos feriales. Erat Joseph, & María mater Jesu mirántes super his quæ dicebántur de illo. *allelu-ia.*

Capitulum. Justum dedúxit. *pag.* xxiii.

℟. *magnum.* Appáruit Angelus Dómini, Joseph in somnis, dicens : Ne timúeris accípere Maríam cónjugem tuam. † Quod enim in ea natum est de Spíritu sancto est. *allel. allel.*

℣. Páriet autem filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Quod.

℣. Glória Patri. sancto est. *vel* allel.

Hymnus. Iste Conf. *&* ℣. *pag.* xvii.

Ad Magnificat.

Antiph. Joseph fili David * noli timére accípere Maríam cónjugem tuam, quod enim in ea natum est de Spíritu sancto est. *allel.*

Oratio.

SAnctíssimæ genitrícis tuæ sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur : ut quod possibílitas nostra non óbtinet ꟹ ejus nobis intercessióne donétur : Qui vivis & regnas cum.

Lectio prima.

Sermo beáti Bernárdi Abbátis.

Ex Homil. 2. *sup. Evang. Missus est.*

QUis & qualis homo fúerit iste Joseph, cónjice ex appellatióne ꟹ qua, licèt dispensatória, méruit honorári : ádeo ut pater Dei dictus, & créditus sit. Cónjice & ex próprio vocábulo : quod augméntum non dúbites interpretári. Simul & meménto magni illius quondam patriárchæ vénditi in Ægypto ꟹ & scito ipsíus istum non solùm vocábulum fuisse sortitum : sed & castimóniam adéptum, innocéntiam assecútum & grátiam.

℟. Euge serve bone. *pag.* xxiii.

Post Pascha adduntur tria, allelu-ia.

Lectio secunda.

ILle quidem Joseph fratérna ex invídia vénditus, & ductus in Ægyptum : Christi venditiónem præfigurávit. Iste Joseph Herodiánam invídiam fúgiens : Christum in Ægyptum portávit. Ille dómino suo fidem servans : dóminæ nóluit commiscéri. Iste Dóminam suam Dómini sui Matrem Vírginem agnóscens : & ipse cóntinens fidéliter custodívit.

℟. Beátus servus. *pag.* xxiii.

Post Pascha. ℟. 2. Beátus vir. *p.* xxiv. *cum uno* allelu-ia.

Lectio tertia.

ILli data est intelligéntia in mystériis somniórum: isti datum est cónscium fieri atque partícipem cæléstium sacramentórum. Ille fruménta servávit non sibi, sed omni pópulo: iste panem vivum è cælo servándum accépit tam sibi quàm toti mundo.

℟. Sint lumbi vestri. *pag.* xxiv.

Post Pascha. ℟. 3. Justum dedúxit. *pag.* xxiv. *cum tribus* allelu-ia.

Lectio quarta.

NOn est dúbium quin bonus & fidélis homo fúerit iste Joseph: cui Mater desponsáta est Salvatóris. Fidélis (inquam) & prudens, quem constítuit Dóminus Matris suæ solátium ✠ suæ carnis nutrítium: solum dénique in terris magni consílii coadjutórem fidíssimum. Huc accédit quod dícitur fuísse de domo David.

℟. Justum dedúxit. *pag.* xxiv.

Post Pascha. ℟. 4. Dómine iste sanctus habitábit in tabernáculo tuo operátus est justítiam. † Requiéscet in monte sancto tuo, allel.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo, glóriam & magnum decórem impónes super eum. Requiéscet.

℣. Gloria Patri. allel.

Lectio quinta.

VEre enim de domo David: verè de régia stirpe descéndit vir iste Joseph, nóbilis génere, mente nobílior. Planè fílius David: non degénerans à patre suo David. Fílius (inquam) erat David non tantùm carne: sed fide, sed sanctitáte, sed devotióne ✠ quem tanquam álterum David Dóminus invénit secúndùm cor suum: cui tutò commítteret secretíssimum atque sacratíssimum sui córporis arcánum.

℟. Beátus vir qui. *pag.* xxiv.

Post Pascha. ℟. 5. Elégit eum Dóminus. *pag.* xxv. *cum uno* allelu-ia.

Lectio sexta.

CUi tanquam álteri David, incérta & occúlta sapiéntiæ suæ manifestávit ✠ & dedit illi non ignárum esse mystérii: quod nemo príncipum hujus séculi agnóvit ✠ cui dénique datum est quod multi reges & prophétæ, cùm vellent vidére, non vidérunt ✠ audíre, & non audiérunt: non solùm vidére & audíre ✠ sed étiam portáre, dedúcere, ampléčti, deosculári: & nutríre & custodíre.

℟. Collaudábunt multi. *pag.* xxv.

Post Pascha. ℟. Cognóvit eum. *pag.* xxv. *cum duobus* allelu-ia.

Lectio septima.

NOn tantùm autem Joseph, sed & María credénda est descendísse de domo David: alióquin non esset desponsáta viro de domo David, si non esset & ipsa de domo David. Ambo ígitur erant de domo David: sed in áltera compléta est véritas, quam jurávit Dóminus David: áltero tantum cónscio, & teste adimplétæ promissiónis.

℟. Cognóvit eum. *pag.* xxv.

Post Pascha. ℟. 7. Invéni David. *pag.* xxvi. *cum duobus* allelu-ia.

Lectio octava.

LOquámur pauca & super hoc nómine María ✠ quod interpretátum, maris stella dícitur: & matri Vírgini valde conveniénter aptátur. Ipsa namque aptíssimè sýderi comparátur ✠ quia sicut sine sui corruptióne sydus suum emíttit rádium: sic absque sui læsióne

tradúcere : vóluit occúltè dimíttere eam. Hæc autem eo cogitánte : ecce, Angelus Dómini appáruit in somnis ei, dicens. Joseph fili David : noli timére accípere Maríam cónjugem tuam ꟷ quod enim in ea natum est : de Spíritu sancto est. Páriet autem fílium : & vocábis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum fáciet pópulum suum à peccátis eórum. Amen.

Oratio. Sanctíssimæ. *pag.* 558.

Ad Benedictus.

Antiph. Antequam convenírent,* invénta est María habens in útero de Spíritu sancto. *allelu-ia.*

Ad Laudes, Tertiam, & secundas Vesp.

Oratio. Sanctíssimæ. *pag.* 558.

Ad Sextam & Nonam. Oratio.

DA nobis Dómine, beáti Joseph sponsi genitrícis Unigéniti tui Jesu Christi Dómini nostri solennitátibus gloriári ꟷ ut ejus semper & patrocíniis sublevémur : & fidem cóngrua devotióne sectémur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Magnificat.

Antiph. Joseph fili David. *pag.* 558.

Oratio. Sanctíssimæ. *ibidem.*

Si prædictum festum post Pascha celebrari contigerit, omnia dicentur ut suprà, præter ea quæ sequuntur.

Ad Matutinas, Laudes, Horas, & secundas Vesp. Antiph. Psalmi, & parva ℟. *ut in festo S. Benedicti. pag.* 565.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis.

Antiph. Joseph fili David. *pag.* 558.

XX. MARTII.

IN FESTO S. JOACHIM PATRIARCHÆ ET CONF. PATRIS B. V. MARIÆ.

Oratio.

DEus qui præ ómnibus sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Fílii tui patrem esse voluísti ꟷ concéde quæsumus : ut cujus festa venerámur ꟷ ejus quoque perpétuò patrocínia sentiámus: Per eúmdem Dóminum.

Cætera omnia sunt de Communi unius Confessoris non Episcopi. pag. xxiii.

Si hoc festum post Pascha contigerit celebrari, Capitula Hymni, & octo primæ Lectiones sunt de Communi. pag. xxiii.

℟. Ecce verè. *pag.* 565. *dicitur ad utrasque Vesperas.*

Cætera ut in festo S. Benedicti tempore Paschali, pag. 564. *præter Orationes.*

XXI. MARTII.

IN FESTO S. BENEDICTI ABBATIS.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Sint lumbi vestri * præcíncti & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris.

Psalmi feriales.

Capitulum. Justum dedúxit. *pag.* xxiii.

℟. *magnum.* Beátus servus, quem cùm vénerit Dóminus, invénerit vigilántem : amen dico vobis. † Super ómnia bona sua constítuet eum.

℣. Hic accípiet benedictiónem à Dómino & misericórdiam à Deo salutári suo. Super ómnia.

℣. Glória Patri. constítuet eum.

Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, beáti Benedícti Abbátis comméndet: ut quod nostris méritis non valémus ꟷ ejus patrocínio assequámur : Per Dóm.

Cætera omnia sunt de Communi Conf. non Episcopi, pag. xxiii. *exceptis Lectionibus cum Evangelio sequenti.*

Lectio prima.

Ex vita beáti Benedícti Abbátis.

Ex lib. 2. *dialog. B. Gregorii Papæ.*

FUit vir vitæ venerábilis, grátia Benedíctus & nómine : ab ipso suæ

pueritiæ témpore, cor gerens senile. Ætátem quippe móribus tránsiens nulli voluptáti ánimum dedit: sed dum in hac terra adhuc esset † quo temporáliter líberè uti potuisset: despéxit jam quasi áridum mundum cum flore.

Lectio secunda.

QUi liberióri génere ex província Núrsiæ exórtus: Romæ liberálibus literárum stúdiis tráditus fúerat. Sed cùm in eis multos ire per abrúpta vitiórum cérneret: eum quem quasi in ingréssu mundi posúerat, retráxit pedem † ne si quid de sciéntia ejus attíngeret: ipse quoque in immáne præcipítium totus iret.

Lectio tertia.

DEspéctis ítaque literárum stúdiis † relícta domo, rebúsque patris † soli Deo placére desíderans: sanctæ conversatiónis hábitum quæsívit. Recéssit ígitur sciénter nésciens: & sapiénter indóctus. Hic ítaque cùm jam relíctis literárum stúdiis pétere desérta decrevísset, nutrix, quæ eum árctiùs amábat, sola secúta est.

Lectio quarta.

SEd Benedíctus plus áppetens mala mundi pérpeti quàm laudes † & pro Deo labóribus fatigári, quàm vitæ hujus favóribus extólli: nutrícem suam occúltè fúgiens, desérti loci secéssum pétiit † cui Sublácus vocábulum est: qui ab urbe Románа quadragínta ferè míllibus distans, frígidas atque perspícuas emánat aquas. Quæ illic vidélicet aquárum abundántia in exténso priùs lacu collígitur: ad extrémum verò in amnem derivátur.

Lectio quinta.

QUò dum fúgiens pérgeret † mónachus quidam Románus nómine hunc eúntem réperit: quò ténderet requisívit. Cujus cùm desidérium cognovísset: & secrétum hábuit, & adjutórium impéndit † eíque sanctæ conversatiónis hábitum trádidit: & inquántum lícuit, ministrávit.

Lectio sexta.

VIr autem Dei ad eum locum pervéniens † in arctíssimum specum se trádidit: & tribus annis, excépto Románo mónacho, homínibus ibi incógnitus mansit. Qui vidélicet Románus non longè in monastério sub Theodáti patris régula degébat. Sed piè ejúsdem patris sui óculis furabátur horas † & quem sibi ad manducándum surrípere póterat: diébus certis Benedícto panem ferébat.

Lectio septima.

QUadam verò die dum solus esset: tentátor áffuit. Nam nigra parváque avis, quæ vulgo mérula nominátur: circa ejus fáciem volitáre cœpit, ejúsque vúltui importúnè insístere † ita ut manu capi posset, si hanc vir sanctus tenére voluisset: sed signo crucis édito, recéssit avis. Tanta autem carnis tentátio, ave eádem recedénte, secúta est: quantam vir sanctus nunquam fúerat expértus † ut dum in ejus péctore amóris flamma vim cáperet: étiam penè deférere erémum voluptáte victus deliberáret.

Lectio octava.

TUnc súbitò grátia supérna respéctus ad semetípsum revérsus est; atque urticárum & véprium juxta densa succréscere frutéta conspíciens † exútus induménto nudum se in illis spinárum acúleis, & urticárum incéndiis projécit: ibíque diu volutátus, toto ex eis córpore vulnerátus éxiit † & per cutis vúlnera edúxit à córpore vulnus mentis:

voluptátem traxit in dolórem.
ue bene pœnáliter forìs ardéret :
it quod intus illícitè ardébat.

Lectio nona.

tio sancti Evangélii : secúndùm
). *Luc.* 12.
llo témpore : Dixit Jesus discípu-
uis. Sint lumbi vestri præcíncti :
ernæ ardéntes in mánibus vestris.
qua.
milia Lectiónis ejúsdem : beáti
rii Papæ. *Homil.* 13. *in Evang.*
cti Evangélii (fratres charíssimi)
bis apértè est léctio recitáta. Sed
uibus ipsa ejus planíties alta for-
ideátur : eam sub brevitáte trans-
ius ꝛ quátenus ejus expositio ita
ntibus fiat cógnita : ut tamen
bus non sit oneróſa. Quia viris
in lumbis sit, fœminis in umbi-
estátur Dóminus, qui de diábolo
tum Job lóquitur, dicens ꝛ Vir-
is in lumbis ejus : & fortitúdo
n umbilíco ventris ejus.

Lectio decima.

Principáli ígitur sexu lumbórum
ómine, luxúria designátur, cùm
ius dicit : Sint lumbi vestri præ-
Lumbos enim præcíngimus :
arnis luxúriam per continéntiam
ímus. Sed quia minùs est mala
ere : nisi étiam quisque stúdeat
is opéribus insudáre ꝛ prótinus
r : Et lucérnæ ardéntes in máni-
stris.

Lectio undecima.

cérnas ardéntes in mánibus tené-
us : cùm per bona ópera próximis
lucis exémpla monstrámus. De
profécto opéribus Dóminus di-
ceat lux vestra coram homínibus ꝛ
eant ópera vestra bona : & glori-
ficent Patrem vestrum, qui in cælis est.

Lectio duodecima.

DUo autem sunt quæ jubéntur, & lumbos restríngere, & lucérnas tenére ꝛ ut & mundítia sit castitátis in córpore : & lumen veritátis in operatióne. Redemptóri étenim nostro unum sine áltero placére nequáquam potest ꝛ si aut is qui bona agit, adhuc luxúriæ inquinaménta non déserit : aut is qui castitáte præéminet, necdum se per bona ópera exércet. Nec cástitas ergo magna est sine bono ópere : nec opus bonum est áliquod sine castitáte.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 12.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Sint lumbi vestri præcíncti : & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris. Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum quando revertátur à núptiis ꝛ ut cùm vénerit, & pulsáverit : conféstim apériant ei. Beáti servi illi : quos, cùm vénerit Dóminus, invénerit vigilántes. Amen dico vobis ꝛ quòd præcínget se, & fáciet illos discúmbere : & tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília ꝛ & si in tértia vigília vénerit, & ita invénerit : beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte : quóniam si sciret paterfamílias qua hora fur veníret ꝛ vigiláret útique : & non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti : quia qua hora nôn putátis, Fílius hôminis véniet. Amen.

Oratio. Intercéssio nos quæsumus. *pag.* 561, *quæ etiam ad Laudes, Tertiam, & secundas Vesperas dicitur.*

Ad Sextam, & Nonam.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus : ut ad meliórem vitam beáti

Benedícti abbátis exémpla & mérita nos próvocent ꝰ quátenus cujus solénnia ágimus : étiam actus imitémur. Per.

Si hoc festum Post Pascha celebrari contigerit, ad primas Vesper. sola Antiph. Sint lumbi vestri. *cum* 1. allelu-ia. *Psalmi feriales.*

Capitul. Justum dedúxit. *pag.* xxiii.

℟. *magnum.* Beátus vir, qui invéntus est sine mácula, qui post aurum non ábiit, nec sperávit in thesáuris pecúniæ. † Ideo stabilíta sunt bona illíus in Dómino, allel.

℣. Pótuit enim tránsgredi, & non est transgréssus, & fácere mala, & non fecit. Ideo.

Hymn. & ℣. *ut in Communi. p.* xxiii.

Ad Magnificat.

Antiph. Beátus vir * qui timet Dóminum, allelu-ia : in mandátis ejus volet nimis, allel.

Oratio. Intercéssio. *pag.* 562.

Ad Matutinas.

Invitat. Laudáte Dóminum in sanctis ejus : Allelu-ia. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Iste Conféssor. *pag.* xxiii.

Octo primæ Lectiones ut suprà. p. 561.

In primo Nocturno.

Aña. Allelu-ia. 3. *Psalmi de Communi.*

℟. 1. Euge serve bone & fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam. † Intra in gáudium Dómini tui, allel. allel. allel.

℣. Dómine quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Intra.

℟. 2. Beátus vir. *ut suprà.*

℟. 3. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam sanctórum. † Honestávit illum in labóribus suis, allelu-ia, allel. allel.

℣. Custodívit illum ab inimícis seductóribus tutávit illum. Hone[st.]

℟. 4. Dómine, iste sanct. *pag.*

In secundo Nocturno.

Aña. Allelu-ia. 4. *Psalmi de Com[muni.]*

℟. 5. Elégit eum Dóminus, [ex]célsum fecit illum, státuit illi test[amen]tum ætérnum, circumcínxit eum justítiæ. † Et índuit eum coróna [gló]riæ, allel.

℣. Glorificávit illum in conspéc[tu re]gum, & osténdit illi glóriam sua[m.]

℟. 6. Cognóvit eum Dómin[us in] benedictiónibus suis, conservá[vit] misericórdiam suam, & invénit gr[átiam] coram óculis Dómini. † Et dedit il[li co]rónam glóriæ, allel. allel.

℣. Státuit illi testaméntum sem[piter]num & beatificávit illum in glóri[a.]

℟. 7. Invéni David servum m[eum,] óleo sancto meo unxi eum. † M[anus] enim mea auxiliábitur ei, allel. al[lel.]

℣. Nihil profíciet inimícus in [eo, &] fílius iniquitátis non nocébit ei. M[anus.]

℟. 8. Lætábitur justus. *pag.* 5[..]

In tertio Nocturno.

Aña Allelu-ia. 4. *Cantica de Com[muni.]*

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secú[ndum] Joánnem. *Joann.* 15.

IN illo témpore : Dixit Jesus di[scípu]lis suis. Ego sum vitis vera : & [Pater] meus agrícola est. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : [sancti] Cyrilli Epíscopi Alexandríni.

Comment. in Joann. lib. 10. *c.* 1[..]

UT quantùm opórteat inhære[re si]bi, & ab eo pendére : & qua[ntum] nobis hoc prodest, osténderet ꝰ v[item] seípsum exémpli ratióne, & pal[mites] affixos in eo, credéntes appellávit [...] participatióne spíritus, per quem

conjúngimur, natúræ suæ com-
imus.
Véritas mea & misericórdia mea
so. † Et in nómine meo exaltá-
ornu ejus, allel. allel.
Ianus enim mea auxiliábitur ei, &
um meum confortábit eum. Et.

Lectio decima.

nglutinátio enim, sicut pálmi-
um ad vitem, accedéntium ad
um ꝰ ut à nobis est, voluntária
autem à vite ad nos colligándos
ellígitur, habitudinális est. Pro-
n voluntáte: nos per fidem accé-
Efficimur autem, ut ita dicam,
ere suo: dignitátem adoptiónis
n Dei ab eo consecúti. Qui enim
o (ut ait Paulus) adhæret: unus
est cum eo.
ustus ut palma florébit, sicut ce-
bani multiplicábitur. † Plantátus
o Dómini, in átriis domus Dei
lorébit, allel. allel. allel.
lória & divítiæ in domo ejus, &
ejus manet in séculum séculi.
us.

Lectio undecima.

emádmodum ígitur voce pro-
hética basis & fundaméntum ap-
: (in ipso enim ædificámur vivi
, spiritaléſque facti ad habitácu-
i in spíritu, & sacerdótium san-
nec ædificári, nisi per Christum
us:) sic vitis appellátur, ut mater
ix pálmitum. Regeneráti enim
isto, & per ipsum in spíritu su-
ad feréndum fructum vitæ non
tiscæ, sed hujus novæ: quæ est
m, & charitátem erga ipsum.
ustus germinábit sicut lílium. †
mpet radix ejus ut Líbani,
a.

℣. Et erit quasi oliva glória ejus. Et erúmpet.

Lectio duodecima.

CONservámur autem in hoc statu: & ad hoc inférti quodámmodo ipsi sumus ꝰ id est, firmiter retinéntes trádita nobis ab ipso mandáta: studentéſque hujus nobilitátis bonum serváre. Quod fit: si Spíritum sanctum per quem in nobis Deus hábitat non offendámus.

℟. Beátus vir qui métuit. *pag.* 560.

Evangelium. Ego sum vitis. *quære in festo S. Marci. pag.* 582.

Ad Laudes.

Aña. Allelu-ia. 6. *Psalmi festivales.*

Capitul. Justum dedúxit. *pag.* xxiii.

℟. *parvum.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allel. allel. Justum.

℣. Et osténdit illi regnum Dei, allel. allel. Justum.

℣. Glória Patri. Justum.

Hymnus. Jesu coróna cél. *pag.* xxvii.

Ad Benedictus.

Antiph. Allelu-ia, *Ego sum vitis vera, allelu-ia, vos pálmites estis, allel. allel.

Ad Horas, *Aña.* Allelu-ia. 6.

Ad Vesperas.

Antiph. Allelu-ia. 4. *Psalmi.* Dixit Dóminus. Beátus vir. Laudáte púeri. Crédidi propter.

℟. Ecce verè Israëlíta, allel. allel. Ecce verè.

℣. In quo dolus non est, allel. allel. Ecce verè.

℣. Glória Patri. Ecce verè.

Ad Magnificat.

Antiph. Dómine * quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum, allel.

Ad responsionem Versiculorum adduntur duo, Allelu-ia.

Maria gaúdium in ventre portávit ꟷ quia illa peccatórem : ista édidit innocéntem. Virgo quippe génuit : quia virgo concépit. Invioláta péperit : quia in concéptu libído non fuit.

℟. Descéndet Dóminus sicut plúvia in vellus. † Oriétur in diébus ejus justítia & abundántia pacis. *allel. allel.*

℣. Et dominábitur à mari usque ad mare, & à flúmine usque ad términos orbis terræ. Oriétur.

Lectio tertia.

UTrobíque miráculum ꟷ & sine corruptióne grávida : & in partu virgo puérpera. Descéndit Angelus de cælo missus à Deo Patre in nostræ redemptiónis exórdium ꟷ ac beátam salutándo Maríam, Ave (ait) grátia plena : Dóminus tecum. Impléta est ergo grátia : & Hevæ vacuáta est culpa. Maledíctio Hevæ : in benedictiónem mutátur Maríæ.

℟. Ecce virgo concípiet & páriet fílium, dicit Dóminus. † Et vocábitur nomen ejus, admirábilis, Deus, fortis. *allelu-ia.*

℟. Super sólium David, & super regnum ejus sedébit in ætérnum. Et voc.

Lectio quarta.

AVe (inquit) grátia plena : Dóminus tecum. Tecum Dóminus in corde : tecum in ventre ꟷ tecum in útero : tecum in auxílio. Gratuláre beáta Virgo : Christus Rex è cælo suo incarnátur in útero tuo. Ex sinu Patris in úterum dignátur descéndere Matris. Benedícta tu (inquit) in muliéribus : quæ vitam & viris & muliéribus pepe- rísti.

℟. Egrediétur virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascéndet. † Et erit justítia cíngulum lumbórum ejus, & fides cinctórium renum ejus. *allel.*

℣. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini, spíritus sapiéntiæ & intelléctus. Et erit.

℣. Glória Patri. renum ejus. *vel* allel.

In secundo Nocturno.

Antiph. Super te Jerúsalem * oriétur Dóminus, & glória ejus in te vidébitur. *allelu-ia. Psal.* Benedixísti. *pag. 63.*

Antiph. In illa die * stillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lac & mel. *allel. Psalm.* Fundaménta. *pag. 66.*

Antiph. Vocábitur * nomen ejus Emmánuël, quod interpretátur nobíscum Deus. *allel. Psalm.* Cantáte. *i. pag. 69.*

Antiph. Spíritus sanctus * supervéniet in te & virtus Altíssimi obumbrábit tibi. *allel. Psalm.* Dóminus reg. ex. *p.* 70.

Antiph. Ex quo facta est * vox salutatiónis tuæ in aúribus meis, exultávit in gaúdio infans in útero meo. *allelu-ia. Psalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

Antiph. Beáta es * María quæ credidísti, perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi à Dómino. *allel. Psalm.* Dóminus regnávit irasc. *pag.* 70.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.

℟. Inténde prósperè, procéde, & regna, *allel. allel.*

Lectio quinta.

MAter géneris nostri pœnam íntulit mundo : Génitrix Dómini nostri salútem áttulit mundo. Auctrix peccáti Heva : auctrix mériti María. Heva occidéndo óbfuit : María vivificándo prófuit. Illa percússit : ista sanávit. Pro inobediéntia enim obediéntia commutátur : fides pro perfidia compensátur. Læta ígitur María gestat infántem ꟷ exúltans amplexátur fílium : portat à quo portabátur.

℟. Radix Jesse, qui exúrget judicáre

gentes, in eum gentes ſperábunt. † Et erit nomen ejus benedíctum in ſécula. *allelu-ia.*

℣. Super ipſum continébunt reges os ſuum, ipſum reges deprecabúntur. Et.

Lectio ſexta.

CAuſam igitur invaleſcéntis erráti miráculum novi partus evícit : & Hevæ planctum Maríæ cantus exclúſit. Dénique poſt illíus benedicíbile Angeli præſagium : dum tácita ſecum Virgo mentis altercatióne conflíxit ⁊ qualis eſſet iſta ſalutátio : Núntius interim cæléſtis exéquitur. Ne tímeas María : inveníſti grátiam apud Deum.

℟. Emítte Agnum Dómine dominatórem terræ. † De petra deſérti ad montem fíliæ Sion. *allel.*

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam, & ſalutáre tuum da nobis. De petra.

Lectio ſeptima.

JAm audíſti quómodo fiet hoc : reſpónde nunc verbum. Vitam quid tricas mundo ? Audíſti quómodo fiet hoc : quia Spíritus ſanctus ſupervéniet in te : ut prolem gignas, & virginitátem non perdas ⁊ Filium próferas : & poſt partum incorrúpta permáneas. O beáta María ⁊ ſéculum omne captívum: tuum deprecátur aſſénſum. Te apud Deum mundus ſuæ fídei óbſidem fecit.

℟. Roráte cæli déſuper, & nubes pluant juſtum. † Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem. *allel.*

℣. Emítte Agnum Dómine dominatórem terræ, de petra deſérti ad montem fíliæ Sion. Aperiátur.

Lectio octava.

NOli moráᵣi Virgo ⁊ núntio feſtinánter reſpónde verbum : & ſúſcipe Filium ⁊ da fidem : & ſenti virtútem. Ecce (inquit) ancilla Dómini : mihi ſecúndùm verbum tuum. Nec ra ⁊ revértitur núntius : & virgini thálamum ingréditur Chriſtus. Effic ſúbitò prægnans beáta Dei Génitrix cuncta per ſécula prædicátur felix.

℟. Ave María grátia plena, Dó nus tecum. † Spíritus ſanctus ſuper niet in te, & virtus Altíſſimi obumb bit tibi : quod enim ex te naſcétur ctum, vocábitur Filius Dei. *allelu-ia*

℣. Quómodo fiet iſtud quóniam rum non cognóſco ? Et reſpóndens gelus dixit ei. Spíritus ſanctus.

℣. Glória Patri. Dei. *vel* allel.

In tertio Nocturno.

Antiph. Ecce * Dóminus Deus in titúdine véniet, & bráchium ejus minábitur. *allelu-ia. Cantic.* Ecce minus Deus in fortit. *pag.* 112. *cum bus ſequentibus.*

℣. Adducéntur regi vírgines poſt e

℟. Próximæ ejus afferéntur tibi. *lu-ia. allelu-ia.*

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii : ſecúnd Lucam. *Luc.* 1.

IN illo témpore : Miſſus eſt Ange Gábriel à Deo in civitátem Galilæ cui nomen Názareth : ad Vírginem d ponſátam viro ⁊ cui nomen erat Joſep de domo David : & nomen Virgin María. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : be Ambróſii Epíſcopi.

Lib. 2. *Comment. in Luc.*

LAtent quidem Divína myſtéria : facilè juxta prophéticum dictu quiſquam hóminum poteſt ſcire co lium Dei. Sed tamen ex cæteris fa atque præcéptis Dómini Salvatóris, p ſumus intelligere ⁊ & hoc propenſ

fu

uísse consilii : quòd ea potíssimum lécta est ut Dóminum páreret : quæ rat despónsata viro.

℟. María ut audívit, turbáta est in rmóne Angeli. † Et cogitábat qualis set ista salutátio. *allel. allel. allel.*

℣. Ave María grátia plena, Dómi- us tecum. Et cogitábat.

Lectio decima.

CUr autem non ántequam despon- sarétur, impléta est ? Fortásse ne cerétur quòd concéperit ex adultério. t bene utrúmque pósuit Scriptúra : ut despónsata esset, & virgo. Virgo : ut xpers virílis consórtii viderétur. Des- onsáta ꟸ ne temerátæ virginitátis adu- rétur infámia : cui gravis alvus cor- uptélæ viderétur insígne præférre.

℟. Dabit illi Dóminus Deus sedem avid patris ejus. † Et regnábit in do- o Jacob in ætérnum. *allelu-ia. allelu-ia.*

℣. Et regni ejus non erit finis. Et.

Lectio undecima.

MAluit autem Dóminus áliquos de sui ortu : quàm de Matris pudóre ubitáre. Sciébat enim téneram esse írginis verecúndiam ꟸ & lúbricam fa- nam pudóris : nec putávit ortus sui idem, Matris injúriis astruéndam. Ser- átur ítaque sanctæ Maríæ sicut pudóre ntegra : ita inviolábilis opinióne virgí- itas. Opórtet enim sanctos & ab his bo- um testimónium habére, qui foris sunt.

℟. Dixit autem María ad Angelum. † Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secún- dùm verbum tuum. *allelu-ia.*

℣. Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ecce ancílla.

Lectio duodecima.

NEc décuit sinístra virgínibus opi- nióne vivéntibus, velámen excu- satiónis relínqui : quòd infamáta quo- que Mater Dómini viderétur. Quid au- tem Judæis ꟸ quid Heródi posset adscrí- biꟸ si natum videréntur ex adultério per- secúti? Quemádmodum autem ipse díce- ret, Non veni sólvere legem, sed adim- plére, si cœpísse viderétur à legis injúriaꟸ cùm partus innúptæ, lege damnétur ?

℟. Beátam me dicent omnes genera- tiónes. † Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum no- men ejus. *allelu-ia.*

℣. Magníficat ánima mea Dóminum, & exultávit spíritus meus in Deo salu- tári meo. Quia.

℣. Glória Patri. & sanctum nomen ejus, *vel* allelu-ia.

Sequéntia sancti Evángélii : secún- dùm Lucam. *Luc.* 1.

IN illo témpore : Missus est Angelus Gábriel à Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem des- ponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David : & nomen Vírginis, María. Et ingréssus Angelus ad eam : dixit. Ave grátia plena : Dóminus te- cum. Benedícta tu in muliéribus. Quæ cùm audísset ꟸ turbáta est in sermóne ejus : & cogitábat qualis esset ista salu- tátio. Et ait Angelus ei. Ne tímeas Ma- ría : invenísti enim grátiam apud Deum. Ecce concípies in útero, & páries Fílium: & vocábis nomen ejus JESUM. Hic erit magnus : & Fílius Altíssimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus ꟸ & regnábit in domo Jacob in ætérnum : & regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum. Quó- modo fiet istud, quóniam virum non cognósco ? Et respóndens Angelus : dixit ei. Spíritus sanctus supervéniet in te : & virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

Ideóque & quod nascétur ex te Sanctum: vocábitur Filius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua: & ipsa concépit filium in senectúte sua. Et hic mensis, sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María. Ecce ancílla Dómini. Fiat mihi secúndùm vêrbum tuum. Amen.

Oratio. Deus qui de beátæ. *pag.* 566.

Ad Laudes.

Antiph. Missus est * Gábriel Angelus ad Maríam Vírginem desponsátam Joseph. *allel. Ps.* Dóminus regn. *pag.* 68.

Antiph. Ne tímeas * María invenísti grátiam apud Deum, ecce concípies & páries Filium. *allelu-ia. Psalmus.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Ecce concípies * in útero & páries Filium, & vocábis nomen ejus Jesum: hic erit magnus, & Filius Altíssimi vocábitur. *allelu-ia. Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Dabit ei Dóminus * sedem David patris ejus, & regnábit in domo Jacob in ætérnum. *allelu-ia. Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Ecce ancílla Dómini, * fiat mihi secúndùm verbum tuum. *allelu-ia. Psalm.* Laudáte Dóminum. *pag.* 27.

Capitulum. Ecce virgo. *pag.* 566.

℟. Ave María grátia plena. *allelu-ia. allelu-ia.* Ave.

℣. Dóminus tecum. *allel. allel.* Ave.

℣. Glória Patri. Ave.

Hymnus. Verè grátia. *pag.* 529.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui. *allel. allel.*

Ad Benedictus.

Antiph. Super sólium * David & super regnum ejus sedébit in ætérnum. *allel.*

Oratio. Deus qui de beátæ. *pag.* 56[6]

Ad Primam.

Antiph. Missus est. *ut suprà.*

Ad Tertiam.

Antiph. Ne tímeas. *ut suprà.*

Capitulum. Ecce virgo. *pag.* 566.

℣. Diffúsa est. *pag.* 566.

Oratio. Deus qui de beátæ. *pag.* 56[6]

Ad Sextam.

Antiph. Ecce concípies. *ut suprà.*

Capitulum. *Isaïæ* 45.

Roráte cæli désuper, & nubes plu[ant] justum: aperiátur terra, & gérm[inet] Salvatórem ✠ & justítia oriátur [si]mul: ego Dóminus creávi eum.

℟. Deo grátias.

℣. Spécie tua. *pag.* 567.

Oratio.

Grátiam tuam Dómine méntib[us] nostris infúnde ✠ ut qui Ange[lo] nuntiánte, Christi Filii tui Incarnati[o]nem cognóvimus: per Passiónem ejus [et] Crucem ad resurrectiónis glóriam p[er]ducámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Ecce ancílla Dómini. *ut sup[rà.]*

Capitulum. *Isaïæ.* 11.

Egrediétur virga de radíce Jesse: [et] flos de radíce ejus ascéndet ✠ & r[e]quiéscet super eum Spíritus Dómini spíritus sapiéntiæ & intelléctus: spírit[us] consílii & fortitúdinis ✠ spíritus scíent[iæ] & pietátis: & replébit eum spíritus t[i]móris Dómini. ℟. Deo grátias.

℣. Adducéntur regi. *pag.* 568.

Oratio. Grátiam tuam. *ut suprà.*

Ad Vesperas.

Antiph. Erit * in novíssimis dieb[us] præparátus mons domus Dómini [in] vértice móntium, & fluent ad eum om[nes] gentes. *allel. Psalm.* Dixit Dóm[i]nus. *pag.* 94.

Antiph. De Sion exíbit lex, * & verbum Dómini de Jerúsalem. *allel.* *Psalm.* Laudáte púeri. *pag.* 95.

Antiph. Ecce Virgo * concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen ejus Emmánuel. *allel.* *Psalm.* Lætátus. *p.* 92.

Antiph. Egrediétur * virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascéndet. *allel.* *Psalm.* Lauda Jerúsalem. *pag.* 106.

Capitulum. Ecce virgo. *pag.* 566.

℟. Benedícta tu in muliéribus. *allel.* *allel.* Benedícta tu.

℣. Et benedíctus fructus ventris tui. *allel.* *allel* Benedícta tu.

℣. Glória Patri. Benedícta tu.

Hymnus. Ave maris stella. *pag.* 525.

℣. Ave María grátia plena.

℟. Dóminus tecum. *allel.* *allel.*

Ad Magnificat.

Antiph. Beátam me dicent * omnes generatiónes, quia fecit mihi magna qui potens est. *allel.*

Oratio. Deus qui dc. *pag.* 566.

Festum Compassionis B. Virginis Mariæ celebratur in Sabbato, ante Dominicam in Ramis Palmarum, nisi ipsa die festum Annuntiationis occurrerit, tunc enim ad primam diem vacantem sequentis hebdomadæ transfertur cum plena solennitate.

IN FESTO COMPASSIONIS B. VIRG. MARIÆ.

Omnia dicuntur sicut in festo Conceptionis ejusdem, pag. 524. *(mutato nomine* Conceptiónis, *in nomen* Compassiónis,*)* *exceptis Lectionibus & Evangelio.*

Lectio prima.

Ex Epistola beáti Paulíni Epíscopi: ad sanctum Augustínum.

Tom. 2. *Epist.* 58.

DE illis beatíssimi Simeónis verbis quid séntias (benedícte doctor Augustíne) edíssere mihi ⁊ ut sequar sensum tuum: quibus, cùm ad vidéndum ex oráculo Dei Christum, agénte Spíritu, venísset in templum ⁊ & accéptum sinu benedixísset infántem Dóminum: ait ad Maríam ⁊ Ecce hic pósitus est in ruínam, & resurrectiónem multórum in Israël: & in signum cui contradicétur. Et tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius: ut reveléntur multórum córdium cogitatiónes.

Lectio secunda.

NUnquid de passióne Maríæ, quæ nusquam scripta est, hoc prophetásse credéndus est? An verò de matérno ejus affécu, quo póstea témpore Passiónis asſístens Cruci, qua hoc erat fixum quod ipsa pepérerat ⁊ maternórum víscerum dolóre confíxa est, & ánimam illíus illa quæ ejus secúndùm carnem Fílium ipsa spectánte confóderat ⁊ crucis rhomphæa penetrábat? Vídeo enim & in Psalmis de Joseph ita dictum esse ⁊ Humiliavérunt in compédibus pedes ejus: ferrum pertránsiit ánimam ejus.

Lectio tertia.

NOn ait carnem, sed ánimam ⁊ in qua pietátis affectio continétur: & dolóris acúleus quasi gládius operátur ⁊ cùm aut áliqua carnis suæ injúria afficitur, ut in Joseph: qui non mortis, sed injuriárum pértulit passiónes ⁊ in servum vénditus, & in reum vinculátus: & cárceri datus.

Lectio quarta.

IN hac ígitur claúsula intelléctum meum caligáre fáteor. Et tuam (inquit) ánimam pertransíbit frámea, vel gládius: ut reveléntur multórum córdium cogitatiónes. Secúndùm líteram, hoc mihi pénitus obscúrum est: quia nec Maríam beatíssimam usquam légi-

mus occísam : ut de corporáli gládio sanctus ille ei futúram passiónem prophetásse videátur.

Lectio quinta.

SEd quod & subjécit : ut reveléntur multórum córdium cogitatiónes. Scrutans enim (inquit) corda & renes Deus. Et de futúro judício Apóstolus ait † Quia tunc manifestábit Deus opérta córdium : & occúlta tenebrárum. Itidem Apóstolus spirituáliter éxprimens arma cæléstia † quibus in interióri nostro debeámus armári : gládium spíritus dicit verbum Dei.

Lectio sexta.

DE quo gládio idem Apóstolus ad Hebræos, ait. Vivus est sermo Dei & éfficax † & penetrabílior omni gládio ancípiti : pertingens usque ad divisiónem ánimæ & spíritus. Quid ergo mirum, si istíus verbi igníta vis, & ancípitis gládii penetrabílior ácies, & sancti Joseph olim, & póstea beátæ Maríæ ánimam pertransívit ? Nam neque in illíus, neque in hujus córpore ferrum transísse cognóvimus.

Lectio septima.

ATque ut magis páteat, ibi Prophétam ferrum pro verbi gládio posuísse † statim subsequénte versículo ait : Sermo Dómini ignívit illum. Sermo enim Dei & ignis & gládius est : Verbo ipso Deo utrúmque dicénte de se. Ignem veni míttere in terram † & quid volo, nisi jam accendátur ? Item alibí dicit : Non veni pacem míttere, sed gládium. Vides eum unam vim doctrínæ suæ divérso ignis & gládii nómine designásse.

Lectio octava.

AUt quómodo Maríæ illáta per gládium pássio vel tribulátio perstáret ? Itaque hoc scire cúpio quid ad Maríam pertinéret, ut revelaréntur multórum córdium cogitatiónes † aut ubi appáruit quia ex eo quod ánimam ejus sive carnális in ferro, sive spirituális gládius in verbo Dei pertransívit † exínde multórum córdium cogitatiónes revelátæ sint ?

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndum Joánnem. *Joann.* 19.

IN illo témpore : Stabant juxta Crucem Jesu Mater ejus † & soror Matris ejus María Cleóphæ : & María Magdaléne. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Augustíni Epíscopi.

Tract. 119. *in Joannem.*

HÆc nimírum est illa hora, de qua Jesus, aquam conversúrus in vinum, díxerat Matri. Quid tibi & mihi est múlier ? Nondum venit hora mea. Hanc ítaque horam prædíxerat † in qua debéret agnóscere Matrem moritúrus : de qua fúerat mortáliter natus.

Lectio decima.

TUnc ergo divína factúrus, non Divinitátis sed infirmitátis Matrem velut incógnitam repellébat † nunc autem humána jam pátiens : ex qua fúerat factus homo, humáno commendábat afféctu. Tunc enim qui Maríam creáverat, innotescébat in virtúte : nunc verò quem María pepérerat, pendébat in Cruce.

Lectio undecima.

MOrális ígitur insinuátur locus : facit quod faciéndum ádmonet † & exémplo suo suos minístros instrúxit præcéptor bonus : ut à filiis piis impendátur cura paréntibus † tanquam lignum illud ubi érant fixa membra moriéntis :

cáthedra fúerit magístri docéntis. ac sanè doctrína didícerat Paulus tolus quod docébat ✠ Si quis au- suis & máximè doméſticis non pró- : fidem negávit, & eſt infidéli ior.

Lectio duodecima.

Uid autem tam cuíque doméſti- cum ✠ quàm paréntes filiis, aut tibus filii? Hujus ítaque salubér- præcépti, ipse magíſter sanctórum pso constituébat exémplum: quan- n ut fámulæ Deus, quam creáve- & regébat ✠ sed ut Matri homo, ia creátus fúerat, & quam relin- t: álterum pro se quodámmodo providébat.

uéntia sancti Evangélii: secún- Joánnem. *Joann.* 19.

illo témpore: Stabant juxta Cru- n Jesu Mater ejus ✠ & soror Ma- jus María Cleóphæ: & María Mag- e. Cùm vidíſſet ergo Jesus Matrem ✠ cípulum ſtantem quem diligébat: Matri suæ. Múlier, ecce filius tuus. le dicit discípulo. Ecce mater tua. illa hora accépit eam discípulus in Amen.

commemoratio ad primas Vesperas, udes de Jejunio. Secunda verò Vesp. pitulo sunt de Dominica cum sola mo. de solennitate, nisi festum istud anslationem alio die celebretur, tunc & secundæ Vesperæ erunt de solenni- cum commemo. de Jejunio.

ESTO PLURIMOR. MARTYRUM TEMPORE PASCHALI.

pitula sunt de Communi. pag. vi.

Ad Vesperas.

Sancti tui Dómine benedícent te, allel. Sancti tui.

℣. Glóriam regni tui dicent & potén- tiam tuam loquéntur, allel. all. Sancti.

℣. Glória Patri. Sancti tui.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.

℟. Et apud Dóminum eſt merces eó- rum, allel. allel.

Ad Magnificat.

Antiph. Non esúrient * neque sítient ámpliùs, & non cadet super illos sol, neque ullus æſtus, allel.

Ad Matutinas.

Invitat. Laudáte Dóminum in sanctis ejus: Allelu-ia. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

In primo Nocturno.

Aña. Allelu-ia. 3. *Psalmi feriales.*

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte justi.

℟. Et gloriámini omnes recti corde, allel. allel.

Lectiones de textu Bibliorum.

℟. 1. Pretiósa in conspéctu Dómini, allel. mors sanctórum ejus. † Allelu-ia.

℣. Custódit Dóminus ómnia oſſa eó- rum, unum ex his non conterétur. Allel.

℟. 2. Júvenes, & vírgines, senes cum junióribus laudent nomen Dómi- ni. † Quia exaltátum eſt nomen ejus solíus, allel.

℣. Cantáte Dómino cánticum novum laus ejus in Ecclésia sanctórum. Quia.

℟. 3. Via sancta vocábitur, & alié- nus non transíbit per eam, sed ambu- lábunt per eam † Qui liberáti fúerint & redémpti à Dómino, allel.

℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, gaúdium & lætítiam obtiné- bunt. Qui.

In secundo Nocturno.

Aña. Allelu-ia. 4. *Psalmi feriales.*

℣. Exúltent justi in conspéctu Dei.

℟. Et delectántur in lætítia, allel. allelu-ia.

Ad Laudes.

Antiph. Allelu-ia. 6. *Pſalmi feſtivales.*

℟. Juſti autem in perpétuum vivent, allel. allel. Juſti.

℣. Et apud Dóminum eſt merces eórum, allel. allel. Juſti.

℣. Glória Patri. Juſti.

℣. Sancti tui Dómine benedícent te.

℟. Glóriam regni tui dicent, & poténtiam tuam loquéntur, allel. allel.

Ad Benedictus.

Antiph. Abſtérget Deus * omnem lácrymam ab óculis ſanctórum ſuórum, allel. allel.

Ad Horas. Antiph. Allelu-ia. 6.

In Festo unius Martyris Tempore Paschali.

Capitula ſunt de Communi. pag. xii.

Ad Veſperas.

℟. Poſuíſti Dómine ſuper caput ejus, allel. allel. Poſuíſti.

℣. Corónam de lápide pretióſo, all. allel. Poſuíſti.

℣. Glória Patri. Poſuíſti.

℣. Magna eſt glória ejus in ſalutári tuo.

℟. Glóriam & magnum decórem impónes ſuper eum, allel. allel.

Ad Magnificat.

Antiph. Beátus vir * qui timet Dóminum, allel. in mandátis ejus volet nimis, allel.

Ad Matutinas.

Invitat. Laudáte Dóminum in ſanctis ejus: Allelu-ia. *Pſalm.* Veníte. *pag.* 16.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. 3. *Pſalmi feriales.*

℣. Glória & honóre coronáſti eum Dómine.

℟. Et conſtituíſti eum ſuper ópera manuum tuárum, allel allel.

· *Lectiones de textu Bibliorum.*

℟. 1. Dómine iſte ſanct. *pag.* 55

℟. 2. Lætábitur juſtus. *pag.* 56

℟. 3. Beátus vir qui métuit. *ibid.*

In ſecundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. 4. *Pſalmi feria*

℣. Deſidérium ánimæ ejus tribu ei Dómine.

℟. Et voluntáte labiórum ejus fraudáſti eum, allel. allel.

Ad Laudes.

Antiph. Allelu-ia. 6. *Pſalmi feſtiva*

℟. Magna eſt glória ejus in ſalu tuo, allel. allel. Magna eſt.

℣. Glóriam & magnum decórem pónes ſuper eum, allel. allel. Mag

℣. Glória Patri. Magna eſt.

℣. Poſuíſti Dómine ſuper caput e

℟. Corónam de lápide pretióſo, allelu-ia.

Ad Benedictus.

Antiph. Allelu-ia,* Ego ſum vitis ra, allel. vos pálmites eſtis, allel. al

Ad Horas. Antiph. Allelu-ia. 6

In Festo unius Confesso sive Episcopi, sive non. Tempore Paschali.

Capitula ſunt de Communi.

Ad Veſperas.

℟. Ecce verè. *pag.* 565.

℣. Juſtum dedúxit Dóminus per rectas.

℟. Et oſténdit illi regnum Dei, allelu-ia.

Ad Magnificat.

Antiph. Beátus vir qui timet. *ut*

Ad Matutinas.

Invitator. Laudáte Dominum. *ut*

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. 3. *Pſalmi feri*

℣. Juſtus ut palma florébit.

;icut cedrus Líbani multiplicábi-
lel. allel.

,ectiones de textu Bibliorum.

ɪ. Dómine iste sanct. *pag.* 559.
ɪ. Lætábitur justus. *pag.* 560.
;. Beátus vir qui métuit. *ibidem.*

In secundo Nocturno.

iph. Allelu-ia. 4. *Psalmi feriales.*
Justus germinábit sicut lílium.
Et erúmpet radix ejus ut Líbani,
llel.

Ad Laudes.

iph. Allelu-ia. 6. *Psalmi festivales.*
arvum. Justum dedúxit. *pag.* 565.
Ecce verè Israëlíta.
n quo dolus non est, allel. allel.

Ad Benedictus.

iph. Allelu-ia, * Ego sum. *p.* 574.
Horas. *Antiph.* Allelu-ia. 6.

ESTO UNIUS VIRGINIS TEMPORE PASCHALI.

itula sunt de Communi.

Ad Vesperas.

Audi fília, & vide, & inclína au-
am, allel. alle. Audi.
Et oblivíscere pópulum tuum, &
n patris tui, allel. allel. Audi.
Glória Patri. Audi.
Adjuvábit eam Deus vultu suo.
Deus in médio ejus non commo-
r, allel. allel.

Ad Magnificat.

iph. Accinxit * fortitúdine lum-
os, & roborávit bráchium suum,
e lucérna ejus non extinguétur
pitérnum, allel.

Ad Matutinas.

itat. Laudáte Dóminum. *pag.* 574.

In primo Nocturno.

iph. Allelu-ia. 3. *Psalmi feriales.*
Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, allel. allel.

Lectiones de textu Bibliorum.

Tria Responsoria de Communi Virginum, additis congruis, allelu-ia.

In secundo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. 4. *Psalmi feriales.*
℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.
℟. Inténde prósperè, procéde, & regna, allel. allel.

Ad Laudes.

Antiph. Allelu-ia. 6. *Psalmi festivales.*
℟. Adjuvábit eam Deus vultu suo, allel. allel. Adjuvábit.
℣. Deus in médio ejus non commovébitur, allel. allel. Adjuvábit.
℣. Glória Patri. Adjuvábit.
℣. Audi fília, & vide, & inclína aurem tuam.
℟. Et oblivíscere pópulum tuum, & domum patris tui, allel. allel.

Ad Benedictus.

Antiph. Símile est * regnum cælórum sagénæ missæ in mare, & ex omni génere píscium congregánti: quam cùm impléta esset, educéntes, & secus littus sedéntes, elegérunt bonos in vasa sua, malos autem foras misérunt, allel.

Ad Horas. *Antiph.* Allelu-ia. 6.

FESTA APRILIS.

I. APRILIS.

IN FESTO S. HUGONIS GRATIANOPOLITANI EPISCOPI.

Omnia sunt de Comm. Confessorum Episc. pag. xvii. *exceptis Lectionibus sequentibus.*

Lectio prima.

Sermo B. Joánnis Chrysóstomi Epíscopi.
To. 3. *ser. de B. Philologo.*

BEáti Confessóris dies, cujus hódie memóriam celebrámus: ad ipsíus

[..]i Justórum: omniúmque qui fórtiter [..]m gessérunt várii cœtus. Profécto [m]iránda panégyris est.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm [M]atthæum. *Matth.* 25.

[I]N illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Homo qui[d]am péregrè profíciscens vocávit servos [su]os: & trádidit illis bona sua. Et réqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti [H]ierónymi Presbyteri.

Lib. 4. *Comm. in Matth. c.* 25.

HOmo iste paterfamílias haud dúbium quin Christus sit: qui ad [P]atrem post Resurrectiónem victor as[c]éndens ꝛ vocátis Apóstolis doctrínam [E]vangélicam trádidit: non pro largitá[te] & parcitáte álteri plus, & álteri mi[n]ùs tribuens ꝛ sed pro accipiéntium [v]íribus: quómodo & Apóstolus eos, [q]ui sólidum cibum cápere non póte[ra]nt, lacte potásse se dicit.

Lectio decima.

DEnique & illum qui de quinque taléntis decem fécerat, & qui de [d]uóbus quátuor ꝛ símili recépit gáu[d]io: non consíderans lucri magnitúdi[n]em, sed stúdii voluntátem. In quin[q]ue, & duóbus, & uno talénto, vel di[v]érsas grátias intelligámus ꝛ quæ uni[c]uíque tráditæ sunt: vel in primo, om[n]es sensus examinátos ꝛ in secúndo, in[te]lligéntiam & ópera: in tértio ratió[n]em qua hómines à béstiis separámur.

Lectio undecima.

ABiit autem qui quinque talénta accéperat ꝛ & operátus est in eis: & [lu]crátus est ália quinque. Accéptis ter[ré]nis sénsibus cæléstium sibi notítiam [am]plicávit ꝛ ex creatúris intélligens Creatórem: ex corporálibus incorporália ꝛ ex visíbilibus invisíbilia: ex brévibus ætérna. Simíliter qui duo accéperat: lucrátus est ália duo. Et iste pro víribus quidquid in lege didícerat ꝛ in Evangélio duplicávit: sive sciéntiam & ópera præséntis vitæ, futúræ beatitúdinis typos intelléxit.

Lectio duodecima.

QUi autem unum accéperat ꝛ ábiens fodit in terram: & abscóndit pecúniam dómini sui. Nequam servus terrénis opéribus, & sǽculi voluptáte, Dei præcépta negléxit, & pólluit ꝛ quanquam in álio Evangelísta scriptum sit, quòd in sudário ligáverit: id est, doctrínam patrisfamílias, mólliter & delicátè vivéndo, enervárit.

Si hoc festum Tempore Paschali celebrari contigerit: Capitula, Hymni, & Orationes sunt de Communi, pag. xvii.

Ad utrasque Vesperas.

℞. Ecce verè. *pag.* 565.

℣. Justum dedúxit. *pag.* 574.

Ad Magnificat.

Antiph. Beátus vir * qui tim. *pag.* 574.

Ad Matutinas.

Invitat. Laudáte Dóminum. *pag.* 574.

Octo primæ Lectiones dicuntur ut suprà. pag. 575.

In primo Nocturno.

Aña. Allelu-ia. 4. *Psalmi de Communi.*

℣. Justus ut palma. *pag.* 574.

℞. 1. Euge serve bone. *pag.* 564.

℞. 2. Beátus vir qui invénit. *ibidem.*

℞. 3. Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. † Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam, allelu-ia.

℣. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, & testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Ideo.

℟. 4. Dómine iste sanctus. *pag.* 559.

In secundo Nocturno.

Aña. Allelu-ia. 4. *Psalmi de Communi.*

℣. Justus germinábit. *pag.* 575.

℟. 5. Elégit eum Dómin. *pag.* 564.

℟. 6. Pósui adjutórium super poténte, & exaltávi eléctum de plebe mea. † Manus enim mea auxiliábitur ei, allel.

℣. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus.

℟. 7. Invéni David. *pag.* 564.

℟. 8. Lætábitur justus. *pag.* 560.

In tertio Nocturno.

Aña. Allel. 4. *Cant.* Beátus vir. *p.* 117.

℣. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus.

℟. Et usque in séculum non delébitur, allel. allel.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 15.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Ego sum vitis vera: & Pater meus agrícola est. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Tract. 81. *in Joannem.*

VItem se dixit esse Jesus: & discípulos suos pálmites ⁊ & agrícolam Patrem: unde jamprídem, sicut potúimus, disputátum est. In hac autem lectióne cùm adhuc de seipso, qui est vitis, & de suis palmítibus, hoc est, discípulis, loquerétur ⁊ Manéte, inquit, in me: & ego in vobis. Non eo modo illi in ipso: sicut ipse in illis.

℟. Véritas mea. *pag.* 565.

Lectio decima.

UTrúmque autem prodest non ipsi: sed illis. Ita quippe in vite sunt pálmites ⁊ ut viti non cónferant: sed inde accípiant, unde vivant. Ita verò vitis est in palmítibus ⁊ ut vitále aliméntum subminístret illis: non sumat ab eis. Ac per hoc, & manéntem in se habére Christum ⁊ & manére in Christo: discípulis prodest utrúmque, non Christo. Nam pálmite præciso: potest de viva radíce álius pullulare. Qui autem præcísus est: sine radíce non potest vívere.

℣. Justus ut palma. *pag.* 565.

Lectio undecima.

DEnique adjúngit, & dicit ⁊ Sicut palmes non potest ferre fructum à semetípso, nisi mánserit in vite: sic nec vos, nisi in me manséritis. Magna grátiæ commendátio, fratres mei. Corda ínstruit humílium: ora óbstruit superbórum. Ecce cui si audent respóndeant ⁊ qui ignorántes Dei justítiam, & suam voléntes constítuere: justítiæ Dei non sunt subjécti.

℟. Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum. † Tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedec, allel. allelu-ia.

℣. Dixit Dóminus Dómino meo, sede à dextris meis. Tu es.

Lectio duodecima.

ECce cui respóndeant sibi placéntes: & ad bona ópera faciénda, Deum sibi necessárium non putántes. Nonne huic resístunt veritáti hómines mente corrúpti, réprobi circa fidem ⁊ qui respóndent & loquúntur iniquitátem, dicéntes ⁊ A Deo habémus quòd hómines sumus ⁊ à nobisipsis autem quòd justi sumus? Quid dicitis ⁊ quid vosípsos decípitis ⁊ non assertóres, sed præcipitatóres líberi arbítrii ⁊ ex alto elatiónis per inánia præsumptiónis in profúnda submersiónis?

℟. Beátus vir qui métuit. *pag.* 560.

Evangelium. Ego sum vitis vera. *sicut in festo S. Marci. pag.* 581.

Ad Laudes, Horas, & Vesper. ut in festo S. Benedicti tempore Paschali. p. 565.

II. APRILIS.

IN FESTO S. FRANCISCI DE PAULA PATRIS MINIMORUM.

Oratio.

DEus humílium celsitúdo ✠ qui beátum Francíscum Confessórem tuum Sanctórum tuórum glória sublimásti: tribue quæsumus ✠ ut ejus méritis, & imitatióne, promíssa humílibus præmia felíciter consequámur: Per Dó.

Cætera omnia sunt de Communi unius Confessoris non Episcopi. pag. xxiii.

Si hoc festum post Pascha contigerit celebrari, Capitula, Hymni, & octo primæ Lectiones sunt de Communi. pag. xxiii.

Evangelium verò, & Homilia Lectiones sicut in festo S. Marci. pag. 581.

℞. Ecce verè. *pag.* 565. *dicitur ad utrasque Vesperas.*

Cætera ut in festo S. Benedicti tempore Paschali, pag. 564. *præter Orationes.*

XIV. APRILIS.

IN FESTO SS. TIBURTII, VALERIANI, ET MAXIMI MARTYRUM.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii, Valeriáni, & Máximi solénnia cólimus ✠ eórum étiam virtútes imitémur: Per Dóminum.

XXIII. APRILIS.

IN FESTO S. GEORGII MARTYRIS.

Oratio.

DEus qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis & intercessióne lætíficas ✠ concéde propítius: ut qui tua per eum benefícia póscimus ✠ dono tuæ grátiæ consequámur: Per Dómin.

XXV. APRILIS.

IN FESTO S. MARCI EVANGELISTÆ.

Capitula sunt de Communi Apostol.

Ad primas Vesperas.

℞. In omnem terram exívit sonus eórum, allel. allel. In omnem.

℣. Et in fines orbis terræ verba eórum, allel. allel. In omnem.

℣. Glória Patri. In omnem.

Hymnus de Communi Apostolorum.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.

℞. Et facta ejus intellexérunt, allelu-ia, allelu-ia.

Ad Magnificat.

Antiph. Beátus vir * qui timet Dóminum, allelu-ia: in mandátis ejus volet nimis, allelu-ia.

Oratio.

DEus, qui beátum Marcum Evangelístam tuum, Evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti: tribue quæsumus ✠ ejus nos semper & eruditióne profícere, & oratióne defendi: Per.

Ad Matutinas.

Invitat. Laudáte Dóminum in sanctis ejus. Allelu ia. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

In primo Nocturno.

Antiph. Allelu-ia iv. *Psalmi de Communi Apostolorum.*

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℞. Mémores erunt nóminis tui Dómine, allelu-ia, allelu-ia.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Homil. 3. *super Ezechielem.*

SAncta quátuor animália, quæ prophetiæ spíritu futúra prævident ✠

r in gaúdium, allelu-ia. † Alle-

étite, & accipiétis, ut gaúdium
n sit plenum. Allelu-ia.

Lectio sexta.

Via ítaque & una est fides Incar-
atiónis ejus in ómnibus, & par
nplátio Divinitátis ejus in síngu-
ctè nunc dícitur: Quátuor fácies
: quátuor pennæ uni. Sed quæ
esset ꟸ si fidem atque contem-
em Dómini habéntes, prædica-
líus sancta ópera non habérent?
Virtúte magna reddébant Apósto-
estimónium Resurrectiónis Jesu
Dómini nostri, allelu-ia, allel.
Repléti quidem Spíritu sancto lo-
itur verbum Dei cum fidúcia.
ónium.

Lectio septima.

pedes eórum: pedes recti. Quid
r pedes ꟸ nisi gressus áctuum de-
ur? Quátuor ergo animálium
recti esse describúntur ꟸ quia san-
Evangelistárum atque ómnium
órum ópera: ad sequéndam ini-
m non sunt retórta. Hi autem
pedes non habent: qui ad mala
quæ reliquérunt, reflectúntur.
bus scriptum est: Canis revérsus
n vómitum, & sus lota in volu-
luti.

Gaudéte justi in Dómino, allel.
os decet collaudátio, allelu-ia.
Cantáte ei cánticum novum, bene
ei in vociferatióne. Rectos decet.

Lectio octava.

Dolébat de quibúsdam Doctor egré-
ius, quòd pedum rectitúdinem
letórserant: quibus per increpa-
dicébat. Quómodo convertímini
ad infirma & egéna mundi ele-
ménta ꟸ quibus dénuo servíre vultis?
Dies observátis, & menses, & témpora,
& annos ꟸ tímeo vos: ne fortè sine
causa laboráverim in vobis. Qui álios
ádmonet, dicens. Propter quod re-
míssas manus, & solúta génua erígite:
& gressus rectos fácite pédibus vestris.

℟. Christus resúrgens ex mórtuis jam
non móritur, mors illi ultrà non do-
minábitur. † Quòd enim mórtuus est
peccáto, mórtuus est semel: quòd au-
tem vivit, vivit Deo, allel. allel.

℣. Mórtuus est enim propter delícta
nostra, & resurréxit propter justifica-
tiónem nostram. Quòd.

℣. Glória Patri. Allelu-ia.

In tertio Nocturno.

Antiph. Allelu-ia. 4. *Cantic.* Vos
autem Sacerdótes Dómini. *pag.* 116. *cum
sequentibus.*

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui
Deus.

℟. Nimis confortátus est principátus
eórum, allelu-ia, allelu-ia.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm
Joánnem. *Joann.* 15.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípu-
lis suis. Ego sum vitis vera: & Pater
meus agrícola est. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti
Augustíni Epíscopi.

Tract. 80. *in Joann.*

ISte locus Evangélicus (fratres) ubi
se dicit Dóminus vitem, & discípulos
suos pálmites ꟸ secúndùm hoc dicit,
quod est caput Ecclésiæ, nosque mem-
bra ejus: mediátor Dei, & hóminum
homo Christus Jesus. Unius quippe
natúræ sunt: vitis & pálmites. Propter
quod, cùm esset Deus, cujus natúræ
non sumus: factus est homo ꟸ ut in illo

eſſet vitis humána natúra : cujus & nos hómines pálmites eſſe poſſémus.

℟. Pretióſa in conſpéctu. *pag.* 573.

Lectio decima.

QUid ergo eſt, Ego ſum vitis vera? Nunquid ut ádderet, vera ˥ hoc ad eam vitem rétulit, unde iſta ſimilitúdo tranſláta eſt? Sic enim dícitur vitis per ſimilitúdinem, non per proprietátem : quemádmodum dícitur ovis, agnus, leo, petra, lapis anguláris, & cætera hujúſmodi ˥ quæ magis ipſa ſunt vera : ex quibus ducúntur iſtæ ſimilitúdines, non proprietátes.

℟. Júvenes, & vírgines. *pag.* 573.

Lectio undecima.

SEd cùm dicit, Ego ſum vitis vera : ab illa útique ſe diſcérnit, cui dícitur, Quómodo convérſa es in amaritúdinem vitis aliéna? Nam quo pacto eſt vitis vera ˥ quæ expectáta eſt ut fáceret uvas, fecit autem ſpinas? Ego ſum (inquit) vitis vera : & Pater meus agrícola eſt.

℟. Via ſancta vocábitur. *pag.* 573.

Lectio duodecima.

NUnquid unum ſunt agrícola, & vitis? Secúndùm hoc ergo vitis Chriſtus : ſecúndùm quod ait, Pater major me eſt. Secúndùm autem id quod ait ˥ Ego & Pater unum ſumus : & ipſe agrícola eſt. Nec talis, quales ſunt qui extrínſecus operándo éxhibent miniſtérium : ſed talis ut det étiam intrínſecus increméntum. Nam neque qui plantat eſt áliquid ˥ neque qui rigat : ſed qui increméntum dat Deus.

℟. Ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperíre librum, & ſólvere ſeptem ſignácula ejus. † Allel. allel. allel.

℣. Dignus eſt Agnus qui occíſus eſt accípere virtútem, & divinitátem, & ſapiéntiam, & fortitúdinem, & honór[e]
& glóriam, & benedictiónem. Allel.

℣. Glória Patri. allel.

Sequéntia ſancti Evangélii : ſecúnd[ù]
Joánnem. *Joann.* 15.

IN illo témpore : Dixit Jeſus diſcí[p]
lis ſuis. Ego ſum vitis vera : & Pa
meus agrícola eſt. Omnem pálmit
in me non feréntem fructum : tol
eum. Et omnem qui fert fructum, p
gábit eum : ut fructum plus ǽfferat. J
vos mundi eſtis : propter ſermónem
quem locútus ſum vobis. Manéte
me : & ego in vobis. Sicut palmes n
poteſt ferre fructum à ſemetipſo, n
mánſerit in vite : ſic nec vos, niſi in
manſéritis. Ego ſum vitis : vos pál
tes. Qui manet in me, & ego in eo
hic fert fructum multum : quia ſine
nihil potéſtis fácere. Si quis in me n
mánſerit ˥ mittétur foras, ſicut palm
& aréſcet : & cólligent eum, &
ignem mittent, & ardet. Si manſéri
in me, & verba mea in vobis mánſ
rint : quodcúmque voluéritis, petéti
& fìet vobis. Amen.

Oratio. Deus qui beátum. *pag.* 57[9]

Ad Laudes.

Antiph. Allelu-ia. 6. *Pſalmi feſtivale*

℟. Annuntiavérunt ópera Dei, all
allel. Annuntiavérunt.

℣. Et facta ejus intellexérunt, all
allel. Annuntiavérunt.

℣. Glória Patri. Annuntiavérunt.

Hymnus. Exúltet cælum. *pag.* i.

℣. In omnem terram exívit ſon
eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba e
rum, allel. allel.

Ad Benedictus.

Antiph. Allelu-ia, * Ego ſum vitis v
ra, allel. vos pálmites eſtis, allel. allel

ratio. Deus, qui beátum. *pag.* 579.
etiam dicitur ad Tertiam.
'd Horas. *Antiph.* Allelu-ia. 6.
Ad Sextam, & Nonam.
Oratio.
...áti Evangelístæ Marci Dómine
...récibus adjuvémur ꟸ ut quod pos-
...tas nostra non óbtinet: ejus nobis
...cessióne donétur. Per Dóminum.
Ad Vesperas.
...tiph. Allelu-ia. 5. *Psalmi.* Dixit
...inus. Laudáte púeri. Crédidi pro-
Dómine probásti me.
...pitul. ℟. *Hymnus, &* ℣. *ut in pri-*
...esperis. pag. 579.
Ad Magnificat.
...tiph. Ego sum via * véritas, & vi-
...emo venit ad Patrem nisi per me,
...-ia.
...atio. Deus qui beátum. *pag.* 579.

XXVIII. APRILIS.

...ESTO S. VITALIS MARTYRIS.
Oratio.
...æsta quæsumus omnípotens Deus ꟸ
...intercedénte beáto Vitále Márty-
...o: & à cunctis adversitátibus mu-
...ur in córpore ꟸ & à pravis cogi-
...ibus mundémur in mente: Per
...num.

XXIX. APRILIS.

...ESTO S. PETRI MARTYRIS.
...l primas Vesperas, ut in Communi
Martyris tempore Paschali. p. 574.
Oratio.
...æsta quæsumus omnípotens Deus:
...t beáti Petri Mártyris tui fidem
...ua devotióne sectémur ꟸ qui pro
...em fidei dilatatióne, Martyrii pal-
méruit obtinére: Per Dóminum
...um.

Ad Matutinas.
Invitat. Laudáte Dóminum in sanctis ejus: Allelu-ia. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.
Octo primæ Lectiones sunt de Communi unius Martyris. pag. xiii.
Responsoria item tria priora uniuscujusque Nocturni sunt de eodem Communi, additis congruis, allelu-ia.
In primo Nocturno.
Aña. Allelu-ia. 3. *Psalmi de Communi.*
℣. Glória & honóre. *pag.* 574.
℟. 4. Dómine iste sanctus. *pag.* 559.
In secundo Nocturno.
Aña. Allelu-ia. 4. *Psalmi de Communi.*
℣. Desidérium ánimæ. *pag.* 574.
℟. 8. Lætábitur justus. *pag.* 560.
In tertio Nocturno.
Aña. Allelu-ia. 4. *Cantic.* Beátus vir, qui in sapiéntia. *pag.* 117.
℣. Lætábitur justus in Dómino, & sperábit in eo.
℟. Et laudabúntur omnes recti corde, allel. allel.
Evangelium & Homiliæ Lectiones sunt sicut in festo S. Hugonis Episcopi tempore Paschali. pag. 578.
Ad Laudes & Horas, ut in Communi unius Martyris tempore Paschali. p. 574.
Ad Vesperas.
Antiph. Allelu-ia. 4. *Psalmi de Comm.*
Ad Magnificat.
Antiph. Qui mihi minístrat * me sequátur: & ubi sum ego, illic & miníster meus erit, allel.

FESTA MAII.

I. MAII.

IN FESTO SS. PHILIPPI ET JACOBI APOSTOLORUM.
Capitula & Hymni sunt de Communi.
Ad primas Vesperas.
℟. *magnum.* Non vos me elegístis,

habeámus vitam ✠ qui seípsum habet vitam : eò quòd ipse sit vita.

℟. Stetit Jesus. *pag.* 580.

Lectio quinta.

DEnique ipse & in seipso est immutabiliter : & in Patre inseparabiliter. Nos verò cùm in nobisípsis esse voluissémus : ad nosípsos turbáti sumus. Unde illa vox est : Ad meípsum turbáta est ánima mea. Atque in detérius commutáti : neque id quod fúimus permanére potúimus. Cùm autem per ipsum venímus ad Patrem, sicut ait ✠ Nemo venit ad Patrem nisi per me : manéntes in illo, nec à Patre nos quisquam póterit separáre, nec ab illo.

℟. Tristítia vestra. *pag.* 580.

Lectio sexta.

COnnéctens ítaque consequéntia præcedéntibus ✠ Si cognovissétis me (inquit :) & Patrem meum útique cognovissétis. Hoc est quod ait ✠ Nemo venit ad Patrem : nisi per me. Deinde subjúngit ✠ Et ámodo cognoscétis eum : & vidistis eum. Sed Philíppus unus ex Apóstolis quid audíerit non intélligens ✠ Dómine (inquit) osténde nobis Patrem : & súfficit nobis. Cui Dóminus ✠ Tanto, inquit, témpore vobíscum sum, & non cognovistis me ? Philíppe ✠ qui videt me : videt & Patrem.

℟. Virtúte magna. *pag.* 581.

Lectio septima.

ECce increpat quòd tanto témpore cum ipsis erat : & non cognoscebátur. Nonne ipse díxerat ✠ Et quò ego vado scitis, & viam scitis ? Et se nescíre dicéntes eos hoc scire convícerat ✠ addéndo, atque dicéndo : Ego sum via, véritas, & vita. Quómodo nunc dicit ✠ Tanto témpore vobíscum sum, & non cognovistis me ? Cùm profécto & quò iret, & viam scirent ✠ non ob áliud : nisi quòd ipsum útique scirent.

℟. Gaudéte justi. *pag.* 581.

Lectio octava.

SEd fácile ista sólvitur quæstio : si dicámus, quòd eum áliqui eórum sciébant ✠ áliqui nesciébant : atque in his qui nesciébant, & Philíppus erat ✠ ut quod ait, Et quò vado scitis, & viam scitis, illis dixisse intelligátur, qui sciébant : non Philíppo, cui dictum est, Tanto témpore vobíscum sum, & non cognovistis me, Philíppe ?

℟. Christus resúrgens. *pag.* 581.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 14.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Non turbétur cor vestrum. Créditis in Deum : & in me crédite. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Augustini Epíscopi.

Tract. 67. in Joannem.

ERigénda nobis est (fratres) ad Deum major inténtio ✠ ut verba sancti Evangélii, quæ modo in áuribus nostris sonuérunt : étiam mente cápere utcúmque valeámus. Ait enim Dóminus Jesus : Non turbétur cor vestrum. Créditis in Deum : & in me crédite. Ne mortem tanquam hómines timérent ✠ & ídeo turbaréntur : consolátur eos étiam se Deum esse contéstans,

℟. Pretiósa in conspéctu. *pag.* 573.

Lectio decima.

CRéditis (inquit) in Deum : & in me crédite. Cónsequens est enim ✠ ut si in Deum créditis : & in me crédere debeátis. Quod non esset cónsequens : si Christus non esset Deus. Créditis in Deum ✠ & in eum crédite : cui

natúra est, non rapína esse æquálem Deo. Semetípsum enim exinanívit ⁊ non tamen formam Dei amíttens: sed formam servi accípiens. Mortem metúitis huic formæ servi ⁊ non turbétur cor vestrum: suscitábit illam forma Dei.

℟. Júvenes, & virg. *pag.* 573.

Lectio undecima.

SEd quid est quod séquitur ⁊ in domo Patris mei mansiónes multæ sunt, nisi quia & sibi metuébant ⁊ unde audíre debuérunt, Non turbétur cor vestrum? Quis enim eórum non metúeret, cùm Petro dictum esset fidentióri, atque promptióri ⁊ Non cantábit gallus, donec ter me neges? Tanquam ergo essent ab illo peritúri: méritò turbabántur.

℟. Via sancta. *pag.* 573.

Lectio duodecima.

SEd cùm aúdiunt, In domo Patris mei mansiónes multæ sunt: si quò minùs dixíssem vobis, quia vado paráre vobis locum: à perturbatióne recreántur ⁊ certi & fidéntes: étiam post perícula tentatiónum se apud Deum cum Christo esse mansúros. Quia etsi álius est álio fórtior ⁊ álius álio jústior ⁊ álius álio sapiéntior ⁊ álius álio sánctior: in domo Patris mei mansiónes multæ sunt.

℟. Ecce vicit leo. *pag.* 582.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 14.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Non turbétur cor vestrum. Créditis in Deum: & in me crédite. In domo Patris mei: mansiónes multæ sunt. Si quò minùs dixíssem vobis: Quia vado paráre vobis locum. Et si abíero, & præparávero vobis locum ⁊ íterum vénio, & accípiam vos ad meipsum: ut ubi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado scitis: & viam scitis. Dicit ei Thomas. Dómine: nescímus quò vadis. Et quómodo póssumus viam scire? Dicit ei Jesus: Ego sum via, & véritas, & vita. Nemo venit ad Patrem: nisi per me. Si cognovissétis me: & Patrem meum útique cognovissétis. Et ámodo cognoscétis eum: & vidístis eum. Dicit ei Philíppus. Dómine ⁊ osténde nobis Patrem: & súfficit nobis. Dicit ei Jesus. Tanto témpore vobíscum sum, & non cognovístis me? Philíppe ⁊ qui videt me: videt & Patrem. Quómodo tu dicis, Osténde nobis Patrem? Non créditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis: à meipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit ópera. Non créditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Alióquin: propter ópera ipsa crédite. Amen, amen dico vobis ⁊ qui credit in me: ópera quæ ego fácio, & ipse fáciet. Et majóra horum fáciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcúmque petiéritis Patrem in nómine meô, hoc fáciam. Amen.

Oratio. Deus qui nos. *pag.* 584.

Ad Laudes.

Antiph. Si cognovissétis me, * & Patrem meum útique cognovissétis, & ámodo cognoscétis eum, & vidístis eum, allel. allel. allel. *Psalm.* Dóminus regnávit decórem. *pag.* 68.

Antiph. Dómine * osténde nobis Patrem, & súfficit nobis, allelu-ia. *Psalm.* Jubiláte Deo. *pag.* 71.

Antiph. Philíppe * qui videt me, videt & Patrem, allel. *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Si dilígitis me, * mandáta mea serváte, allel. allel. allel. *Canticum.*

Benedícite ómnia. *pag.* 26.

Antiph. Si manséritis in me,* & verba mea in vobis mánserint, quodcúmque petiéritis fiet vobis, allelu-ia, allel. allel. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

℟. Annuntiavérunt. *pag.* 582.

℣. In omnem terram. *ibidem.*

Ad Benedictus.

Antiph. Non turbétur* cor vestrum, neque formídet, créditis in Deum, & in me crédite: in domo Patris mei mansiónes multæ sunt, allelu-ia, allel.

Oratio. Deus qui nos. *pag.* 584.

Ad Horas Añæ de Laudibus quarta prætermissa. Cætera de Communi, præter Orationem ad Tertiam.

Ad Vesper. omnia sicut in festo sancti Marci. pag. 583. præter Orationem.

Si festum S. Marci, & SS. Philippi & Jacobi post Octavas Paschæ ambo transferri contigerit, priùs festum sanctorum Apostolorum quàm S. Marci celebrabitur.

III. MAII.

IN FESTO INVENTIONIS S. CRUCIS.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Nos autem* gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi, allelu-ia. *Psalmi feriales.*

Capitulum. *Joann.* 3.

SIcut Moyses exaltávit serpéntem in desérto: ita exaltári opórtet Fílium hóminis ˀ ut omnis qui credit in ipsum non péreat: sed hábeat vitam ætérnam.

℟. Deo grátias.

℟. *magnum.* Mihi autem absit. *p.* 588.

Hymnus.

CRux fidélis inter omnes,
Arbor una nobilis:
Nulla silva talem profert
Fronde, flore, gérmine:
Dulce lignum, dulces clavos,
Dulce pondus sústinet.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa víscera:
Et rigor lentéscat ille,
Quem dedit natívitas,
Ut supérni membra Regis,
Miti tendas stípite.
Sola digna tu fuísti
Ferre secli prétium,
Atque portum præparáre
Nauta mundo naúfrago,
Quem sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni córpore.
Glória & honor Deo,
Usquequo altíssimo,
Unà Patri, Filióque,
Inclyto Paracléto,
Cui laus est & potéstas
Per imménsa sécula. Amen.

℣. Ecce levo ad gentes manum meam.

℟. Et ad pópulos exaltábo signum meum, allelu-ia, allel.

Ad Magnificat.

Antiph. Cùm exaltavéritis * Fílium hóminis, tunc cognoscétis quia ego sum, & à meipso fácio nihil, sed sicut dócuit me Pater, hæc loquor, allel.

Oratio.

DEus, qui in præclára salutíferæ Crucis Inventióne, Passiónis tuæ mirácula suscitásti: concéde, ut vitális ligni prétio ˀ ætérnæ vitæ suffrágia consequámur: Qui vivis & regnas.

Ad Matutinas.

Invitat. Regem regum, qui per sanctam Crucem suam redémit nos: Veníte adorémus. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Crux fidélis. *ut supra.*

In primo Nocturno.

Antiph. Ascéndam * in palmam, & apprehéndam fructus ejus, & erunt úbera tua sicut botri víneæ, allelu-ia,

Psalm. Beátus vir. *pag.* 2.

Antiph. Príncipes * convenérunt in unum advérsùs Dóminum, & advérsùs Christum ejus, allel. *Psalm.* Quare fremuérunt. *pag.* 2.

Antiph. Pone me * ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum: quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut ínferus æmulátio, allel. *Psalm.* Dómine Dóminus. *pag.* 8.

Antiph. Quasi cedrus * exaltáta sum in Líbano, & quasi cypréssus in monte Sion, allel. *Psal.* Dómine quis. *pag.* 11.

Antiph. Exaltáre Dómine * in virtúte tua, cantábimus & psallémus virtútes tuas, allel. *Psalm.* Dómine in vir. *p.* 17.

Antiph. Fac serpéntem æneum * & pone eum pro signo, qui percússus aspéxerit eum, vivet, dixit Dóminus Moysi servo suo, allel. *Psalm.* Deus Deus meus réspice. *pag.* 17.

℣. Dícite in natiónibus.

℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allel. allel.

Lectio prima.

Sermo beáti Joánnis Damascéni.

Lib. 4. *de Ortho. fide. Cap.* 12.

VErbum Crucis ut pereúntibus stultítia ꝰ ita nobis, qui salútem consequimur: virtus Dei est. Spirituális enim ómnia dijúdicat: animális autem homo non pércipit ea quæ sunt spíritus Dei: Stultítia étenim est iis, qui per fidem ea non excípiunt ꝰ nec Dei bonitátem, atque omnipoténtiam considerant: verùm res divínas humánis, & naturálibus ratiónibus investígant.

℟. Cùm exaltavéritis Filium hóminis, tunc cognoscétis quia ego sum. † Et à meípso fácio nihil, sed sicut dócuit me Pater, hæc loquor, allelu-ia, allelu-ia, allelu-ia.

℣. Et qui me misit mecum est, & non relíquit me solum: quia ego quæ plácita sunt ei, fácio semper. Et à.

Lectio secunda.

DIvínæ síquidem res omnes & natúram, & sermónem, & cogitatiónem súperant. Nam si quis ánimo volvat quemádmodum, & quam ob causam Deus ómnia ex nihilo in ortum prodúxerit ꝰ ac naturálibus ratiónibus id ássequi conténdat: haud quaquam profécto id comprehéndet. Animális enim, ac diabólica est hujúsmodi cognítio.

℟. Mihi autem absit gloriári nisi in Cruce Dómini mei Jesu Christi. † Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, allelu-ia, allel. allel.

℣. Vivo autem jam non ego, vivit verò in me Christus. Per quem.

Lectio tertia.

AT si quis fide, tanquam manu ductus, Deum bonum, & omnipoténtem, & verum, & sapiéntia ac justítia præstántem réputet: ómnia plena & æquabília, viámque rectam invéniet. Nam fieri sine fide non potest: ut quisquam salútem adipiscátur. Siquidem fide, tum humána ómnia, tum spirituália constant. Fide intellígimus cuncta Dei poténtia ex níhilo in ortum prodúcta esse.

℟. Nunc judícium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejiciétur foras. † Et ego si exaltátus fúero à terra, ómnia traham ad meípsum, allel. allel. allel.

℣. Hoc autem dicébat, signíficans qua morte esset moritúrus. Et ego si.

Lectio quarta.

FIde ómnia tam divína, quàm humána nobis ex ánimi senténtia succédunt. Fides porrò nihil áliud est:

quàm assénsio ab omni curiositáte procul dissita. Quanquam autem omnis Christi áctio, ac miraculórum edítio præclára, & divína, & mirábilis est: nihil tamen est ex ómnibus quod tantam admiratiónem éxcitet, atque exímia ipsíus Crux.

℟. Sicut Moyses exaltávit serpéntem in desérto: ita exaltári opórtet † Fílium hóminis, allelu-ia.

℣. Ut omnis qui credit in ipsum non péreat, sed hábeat vitam ætérnam. Fílium hóminis.

℣. Glória Patri. Fílium.

In secundo Nocturno.

Antiph. Virga tua * & báculus tuus ipsa me consoláta sunt, Dómine Deus meus, allel. *Ps.* Dóminus regit me. *p.* 23.

Antiph. Christo confíxus sum * cruci, vivo autem jam non ego, vivit verò in me Christus: quòd autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui diléxit me, & trádidit seípsum pro me, allel. *Psal.* Dóminus illuminátio mea. *pag.* 20.

Antiph. Exaltábo te Dómine * quóniam suscepísti me, allel. *Psalmus ipse.. p.* 21.

Antiph. Osténdit Dóminus * lignum Moysi, quod cùm misísset in aquas, versæ sunt in dulcédinem, allel. *Psalm.* Notus in Judæa. *pag.* 71.

Antiph. Benedíctum est lignum, * allel. per quod fit justítia, allel. *Psalm.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Fecit Moyses * serpéntem æneum, & pósuit eum pro signo, quem cùm percússi aspícerent, sanabántur, allel. *Psalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

℣. Tórcular calcávit Dóminus.

℟. Vírgini filiæ Juda, allel. allel.

Lectio quinta.

NEque enim ulla ália re peccátum delétum ⁊ primi paréntis peccátum extínctum ⁊ inférnus spoliátus ⁊ resurréctio donáta ⁊ vis contemnendárum rerum præséntium, atque ipsíus quoque mortis nobis concéssa ⁊ réditus ad véterem beatitúdinem comparátus est: Paradísi portæ patefáctæ sunt: natúra nostra ad Dei déxteram cónsidet ⁊ Filii dénique Dei, & hærédes facti sumus: quàm Crucis Dómini nostri Jesu Christi benefício.

℟. Vetus homo noster cum Christo crucifíxus est, ut destruátur corpus peccáti. † Ut ultrà non serviámus peccáto, allel. allel. allel.

℣. Christo ígitur passo in carne, & vos eádem cogitatióne armámini, quia qui passus est in carne, déstit à peccátis. Ut ultrà.

Lectio sexta.

SIquidem hæc ómnia Crux præstitit. Quicúmque enim (inquit Apóstolus) in Christum baptizáti sumus: in mortem ipsíus baptizáti sumus. Quicúmque autem in Christum baptizáti sumus: Christum indúimus. Christus porrò est Dei virtus & sapiéntia. En quo pacto Christi mors, id est, Crux: viva ac vera Dei sapiéntia & poténtia nos convestívit.

℟. Quicúmque volunt placére in carne, hi cogunt vos circumcídi. † Tantùm ut Crucis Christi persecutiónem non patiántur, allel. allel. allel.

℣. Neque enim qui circumcidúntur legem custódiunt, sed volunt vos circumcídi, ut in carne vestra gloriéntur. Tantùm.

Lectio septima.

DEi autem virtus verbum Crucis dícitur ⁊ vel quia vis Dei ac poténtia, hoc est, palma advérsùs mortem per eam nobis declaráta est: vel

quia quemádmodum quátuor Crucis extrémæ partes per médium centrum inter se cohærent, & constringúntur ꝛ ita per Dei poténtiam sublímitas, & profúnditas, ac longitúdo, & latitúdo: hoc est, omnis tam visíbilis quàm invisíbilis creatúra continétur.

℟. Christus legem mandatórum decrétis evácuans, ut duos condat in semetípso. † In uno novo hómine fecit pacem, allel.

℣. Ut ambos reconcíliet in uno córpore Deo, per Crucem interfíciens inimicítias in semetípso. In uno.

Lectio octava.

HÆc Crux nobis signi loco in fronte data est: haud secus ac circumcísio Israéli. Per hanc enim nos qui fide prædíti sumus: ab infidélibus distínguimur, atque agnóscimur. Hæc clypeus, atque armatúra, & trophæum est advérsùs diábolum. Hæc sigíllum ꝛ ut nec exterminátor Angelus nos tangat: velut Scriptúræ sacræ monuméntis próditum est.

℟. Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus, qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus, qui cùm maledicerétur non maledicébat. † Cùm paterétur non comminabátur, all.

℣. Tradébat autem judicánti se injústè, qui peccáta nostra pértulit in córpore suo super lignum. Cùm paterétur.

℣. Glória Patri. non comm. allel.

In tertio Nocturno.

Antiph. In Cruce* abscóndita est fortitúdo ejus; & ibit mors ante fáciem ejus, allel. *Cantic.* Dómine audívi aud. *Cantic.* Súscitans suscitá. *Cantic.* Viam fecísti. *pag.* 72. & 73.

℣. Dabis eis scutum cordis Dómine.

℟. Labórem tuum, quem passus es in Cruce, allel. allel.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 3.

IN illo témpore: Erat homo ex Pharisæis, Nicodémus nómine, princeps Judæórum ꝛ hic venit ad Jesum nocte: & dixit ei. Rabbi: scimus quia à Deo venísti magíster. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Tract. 11. *in Joannem.*

NIcodémus ex iis erat, qui crediderant in nómine ejus: vidéntes signa & prodígia quæ faciébat. Supérius enim hoc dixit ꝛ Cùm autem esset Jerosólymis in Pascha, in die festo: multi crediderunt in nómine ejus. Quare crediderunt in nómine ejus? Séquitur, & dicit: Vidéntes signa ejus quæ faciébat.

℟. Ipse est caput córporis Ecclésiæ, qui est princípium primogénitus ex mórtuis, ut sit in ómnibus ipse primátum tenens. † Quia in ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, & per eum reconciliári ómnia in ipso, allel.

℣. Pacíficans per sánguinem Crucis ejus, sive quæ in terris sunt, sive quæ in cælis. Quia in ipso.

Lectio decima.

ET de Nicodémo quid dicit? Erat princeps Judæórum, nómine Nicodémus. Hic venit ad Jesum nocte: & ait illi. Rabbi: scimus quia à Deo venísti magíster. Et iste ergo crediderat in nómine ejus. Et ipse unde crediderat? Séquitur. Nemo enim potest hæc signa fácere, quæ tu facis: nisi fúerit Deus cum eo. Si ergo Nicodémus de illis multis erat, qui crediderant in nómine ejus ꝛ jam in isto Nicodémo attendi-

mus : quare Jesus non se credébat eis.

℟. Cùm mórtui essétis in delíctis, & præpútio carnis vestræ, convivificávit vos cum illo. † Donans vobis ómnia delícta, delens quod advérsùm vos erat chirógraphum decréti, quod erat contrárium vobis : & ipsum tulit de médio affigens illud Cruci, allel. allel. allel.

℣. Expólians principátus, & potestátes, tradúxit confidénter, palam triúmphans illos in semetípso. Donans.

Lectio undecima.

RESpóndit Jesus, & dixit ei. Amen amen dico tibi ꟸ nisi quis renátus fúerit dénuo: non potest vidére regnum Dei. Ipsis ergo se credit Jesus, qui nati fúerint dénuo. Ecce illi credidérunt in eum : & Jesus se non credébat eis. Tales sunt omnes cathecúmeni ꟸ ipsi jam credunt in nómine Christi : sed Jesus non se credit eis.

℟. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem. † Mortem autem Crucis, allel.

℣. Spólia fórtium dívidet, pro eo quòd trádidit in mortem ánimam suam. Mortem.

Lectio duodecima.

SI dixérimus cathecúmeno ꟸ Credis in Christo ? Respóndet, Credo : & signat se Cruce Christi ꟸ portat in fronte : & non erubéscit de Cruce Dómini sui. Ecce credit in nómine ejus. Interrogémus eum ꟸ Manducas carnem Filii hóminis, & bibis sánguinem Filii hóminis ? Nescit quid dícimus : quia Jesus non se crédidit ei. Cùm ergo ex eo número Nicodémus esset ꟸ venit ad Dóminum : sed nocte venit.

℟. Currámus propósitum nobis certámen aspiciéntes in authórem fidei, & consummatórem Jesum, qui propósito sibi gaúdio sustínuit crucem. † Confusióne contémpta, allelu-ia.

℣. Recogitáte eum qui talem sustínuit à peccatóribus advérsùm semetípsum contradictiónem. Confusióne.

℣. Glória Patri. contémpta, allel.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann. 3.*

IN illo témpore : Erat homo ex Pharisæis, Nicodémus nómine : princeps Judæórum. Hic venit ad Jesum nocte : & dixit ei. Rabbi : scimus quia à Deo venísti magíster. Nemo enim potest hæc signa fácere quæ tu facis : nisi fúerit Deus cum eo. Respóndit Jesus : & dixit ei. Amen, amen dico tibi ꟸ nisi quis renátus fúerit dénuo : non potest vidére regnum Dei. Dicit ad eum Nicodémus. Quómodo potest homo nasci, cùm sit senex ? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterátò introíre, & renásci ? Respóndit Jesus. Amen, amen dico tibi ꟸ nisi quis renátus fúerit ex aqua & Spíritu sancto : non potest introíre in regnum Dei. Quod natum est ex carne : caro est. Et quod natum ex spíritu : spíritus est. Non miréris quia dixi tibi : opórtet vos nasci dénuo. Spíritus ubi vult spirat ꟸ & vocem ejus audis : sed nescis unde véniat, aut quò vadat. Sic est omnis qui natus est ex spíritu. Respóndit Nicodémus : & dixit ei. Quómodo possunt hæc fieri ? Respóndit Jesus : & dixit ei. Tu es magíster in Israël, & hæc ignóras ? Amen, amen dico tibi : quia quod scimus lóquimur ꟸ & quod vídimus testámur : & testimónium nostrum non accípitis. Si terréna dixi vobis, & non créditis ꟸ quómodo si dixero vobis cæléstia, credétis ? Et nemo ascéndit in cælum ꟸ nisi qui descéndit de cælo : Fílius hóminis qui est in cælo.

Et ſicut Moyſes exaltávit ſerpéntem in deſérto ꝟ ita exaltári opórtet Fílium hóminis : ut omnis, qui credit in ipſum, non péreât, ſed hábeat vitâm ætérnam. Amen.

Oratio. Deus, qui in præclára. *p.* 587.

Ad Laudes.

Antiph. Mihi autem abſit * gloriári, niſi in Cruce Dómini mei Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo, allelu-ia.

Pſalm. Dóminus regnávit. *pag.* 68.

Antiph. Trádidit * ſemetípſum pro nobis oblatiónem & hóſtiam Deo in odórem ſuavitátis, allel. *Pſalm.* Jubiláte Deo. *pag.* 71.

Antiph. Qui non áccipit * crucem ſuam, & ſéquitur me, non eſt me dignus, allelu-ia. *In feſto Exaltat. loco*, allelu-ia, *dicitur* dicit Dóminus. *Pſalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Chriſtus peccáta * noſtra pértulit in córpore ſuo ſuper lignum, allel. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 27.

Antiph. Levábit * Dóminus ſignum in natiónes, & congregábit diſpérſos Iſraël, allel. *Pſalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Sicut Moyſes. *pag.* 587.

℟. Ecce levo ad gentes manum meam, allel. allel. Ecce.

℣. Et ad pópulos exaltábo ſignum meum, allel allel. Ecce.

℣. Glória Patri. Ecce.

Hymnus.

ARbor decóra & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Eléƈta digno ſtípite
Tam ſanƈta membra tángere.

Beáta cujus bráchiis
Secli pepéndit prétium,
Statéra faƈta eſt córporis,
Prædámque tulit tártaris.

Hic accipimus veniam.

O Crux ave ſpes única,
O redemptórum glória :
Auge piis juſtítiam,
Reíſque dona véniam.

Te ſumma Deus Trínitas
Collaúdet omnis ſpíritus,
Quos per Crucis miſtérium
Salvas, rege per ſécula. Amen.

℣. Tórcular calcávi ſolus.

℟. Et de géntibus non eſt vir mecum, allel. allel.

Ad Benediƈtus.

Antiph. Quod natum eſt ex carne, * caro eſt, & quod natum eſt ex ſpíritu, ſpíritus eſt, allelu-ia.

Oratio. Deus qui in præ. *pag.* 587.

Ad Primam.

Antiph. Mihi autem abſit. *ut ſuprà.*

Ad Tertiam.

Antiph. Trádidit. *ut ſuprà.*

Capitulum. Sicut Moyſes. *pag.* 587.

℣. Dícite in natiónibus. *pag.* 588.

Oratio. Deus qui in præ. *pag.* 587.

Ad Sextam.

Antiph. Qui non áccipit. *ut ſuprà.*

Capitulum. *Philipp.* 2.

CHriſtus faƈtus eſt pro nobis obédiens uſque ad mortem : mortem autem Crucis.

℟. Deo grátias.

℣. Tórcular calcávit. *pag.* 589.

Oratio.

DEus, qui Unigéniti Filii tui pretióſo ſánguine, vivíficæ Crucis vexíllum ſanƈtificáre voluíſti ꝟ concéde quæſumus eos qui ejúſdem ſanƈtæ Crucis gaudent honóre : tua quoque ubíque proteƈtióne gaudére. Per eúmdem Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Levábit. *ut ſuprà.*

Capitulum. *1. Corinth. 1.*

VErbum enim Crucis pereúntibus quidem ſtultítia eſt: his autem qui ſalvi fiunt, id eſt, nobis virtus Dei eſt.

℟. Deo grátias.

℣. Dabis eis ſcutum. *pag. 590.*

Oratio.

ADéſto nobis ſupplícibus tuis, Dómine Deus noſter ✠ & quos ſanctæ Crucis lætári facis honóre: eos quoque perpétuis defénde ſubsídiis. Per Dóminum noſtrum.

Ad Veſperas.

Antiph. Aſcéndam * in palmam, & apprehéndam fructus ejus, & erunt úbera tua ſicut botri víneæ, allel. *Pſal.* Dixit Dóminus. *pag. 94.*

Antiph. Pone me * ut ſignáculum ſuper cor tuum, ut ſignáculum ſuper bráchium tuum: quia fortis eſt ut mors diléctio, dura ſicut ínferus æmulátio, allel. *Pſalm.* Confitébor. *pag. 95.*

Antiph. Quaſi cedrus * exaltáta ſum in Líbano, & quaſi cypréſſus in monte Sion, allel. *Pſalm.* Crédidi. *pag. 98.*

Antiph. Fac ſerpéntem æneum, * & pone eum pro ſigno, qui percúſſus aſpéxerit eum, vivet, dixit Dóminus Moyſi ſervo ſuo, Allel. *Pſalm.* De profúndis. *pag. 98.*

Capitulum. Sicut Moyſes. *pag. 587.*

℟. *magn.* Currámus propó. *pag. 591.*

Hymnus. Crux fidélis. *pag. 587.*

℣. Ecce levo ad gentes manum meam.

℟. Et ad pópulos exaltábo ſignum meum, allel. allel.

Ad Magnificat.

Antiph. Nemo * aſcéndit in cælum, niſi qui deſcéndit de cælo Filius hóminis qui eſt in cælo, allel.

Oratio. Deus, qui in præclára ſalutíferæ. *pag. 587.*

VI. MAII.

IN FESTO SANCTÆ CATHARINÆ SENENSIS VIRGINIS.

Omnia ut in Communi unius Virginis tempore Paſchali, pag. 575. præter Orationes ſequentes.

Ad Veſperas, Matutinas, Laudes, & Tertiam. *Oratio.*

DEus, qui beátæ Catharínæ virginitátis & patiéntiæ ſpeciáli privilégio decorátæ, malignántium ſpiríituum certámina víncere, & in amóre tui nóminis inconcúſsè permanére tribuíſti ✠ concéde quæſumus: ut ejus imitatióne, calcáta mundi nequítia, & ómnium hóſtium ſuperátis insídiis ✠ ad tuam ſecúrè glóriam tranſeámus: Per Dóminum.

Ad Sextam. *Oratio.*

DEus qui nos ánnua beátæ Catharínæ Vírginis ſolennitáte lætíficas ✠ da, ut quam venerámur offício: étiam piæ converſatiónis ſequámur exémplo. Per Dóminum.

X. MAII.

IN FESTO SANCTORUM GORDIANI ET EPIMACHI MARTYRUM.

Oratio.

DA quæſumus omnípotens Deus: ut qui beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni, atque Epímachi ſolénnia cólimus ✠ eórum apud te interceſſiónibus adjuvémur: Per Dóminum.

XII. MAII.

IN FESTO SS. NEREI, ACHILLEI, ET PANCRATII MARTYRUM.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: ut qui beatorum Mártyrum tuórum

Neréi, & Achilléi, atque Pancrátii, natalítia cólimus † à cunctis malis imminéntibus, eórum interceſſiónibus liberémur : Per Dóminum.

XXV. MAII.

IN FESTO S. URBANI PAPÆ ET M.

Oratio.

DA quæſumus omnípotens Deus : ut qui beáti Urbáni Mártyris tui atque Pontíficis ſolénnia cólimus † ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur : Per Dóminum.

XXVI. MAII.

IN FESTO S. PHILIPPI NERII CONF.

Oratio.

DEus qui beátum Philíppum Confeſſórem tuum Sanctórum tuórum glória ſublimáſti † concéde propítius : ut cujus ſolennitáte lætámur † ejus virtútum proficiámus exémplo : Per Dóm.

FESTA JUNII.

II. JUNII.

IN FESTO SANCTORUM MARCELLINI ET PETRI MARTYRUM.

Oratio.

DEus qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni & Petri ſolennitáte lætíficas † præſta quæſumus : ut quorum gaudémus méritis † provocémur exémplis : Per Dóminum.

VI. JUNII.

IN FESTO S. NORBERTI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Oratio.

DEus qui beátum Norbértum Confeſſórem tuum, atque Pontíficem verbi tui præcónem exímium effecíſti : & per eum Eccléſiam tuam nova prole fœcundáſti † præſta quæſumus : ut ejúſdem ſuffragántibus méritis, quod ore ſimul & ópere dócuit † te adjuvánte exercére valeámus : Per Dóminum.

XI. JUNII.

IN FESTO S. BARNABÆ APOSTOLI.

Omnia ſunt de Communi Apoſtolorum, pag. i. *præter octo primas lect. ſequentes.*

Lectio prima.

Sermo beáti Auguſtíni Epiſcopi.

Tract. 87. *in Joannem.*

IN lectióne Evangélica, quæ hanc antecédit, díxerat Dóminus † Non vos me elegíſtis : ſed ego elégi vos. De quibus verbis jam nos, quod Dóminus dedit, diſſeruíſſe meminíſtis. Hic autem dicit † Hæc mando vobis : ut diligátis ínvicem. Ac per hoc intellígere debémus : hunc eſſe fructum noſtrum, de quo ait † Ego vos elégi ut eátis, & fructum afferátis : & fructus veſter máneat.

Lectio ſecunda.

ET quod adjúnxit : Ut quodcúmque petiéritis Patrem in nómine meo, det vobis † tunc útique dabit nobis, ſi diligámus ínvicem : cùm & hoc ipſum ipſe déderit nobis, qui nos elégit non habéntes fructum † quia non eum nos elegerámus : & póſuit nos ut fructum afferámus † hoc eſt, ínvicem diligámus : quem fructum ſine illo afférre non póſſumus, ſicut pálmites fácere ſine vite nihil poſſunt.

Lectio tertia.

CHáritas ergo eſt fructus noſter † quam definit Apóſtolus de corde puro : & conſciéntia bona, & fide non ficta. Hac diligimus ínvicem : hac diligimus Deum. Neque enim vera dilectióne diligerémus ínvicem, niſi dili-

tes Deum. Díligit enim unusquíſ- próximum ſuum tanquam ſeipſum ꝰ iligit Deum : nam ſi non díligit m, non díligit ſeípſum. In his enim bus præcéptis charitátis : tota lex det, & prophétæ.

Lectio quarta.

HIc eſt fructus noſter. De fructu ítaque nobis mandans ꝰ Hæc man- inquit) vobis : ut diligátis ínvicem. le, & Apóſtolus Paulus cùm contra ra carnis commendáre fructum ſpí- s vellet ꝰ à cápite hoc póſuit : Fru- (inquit) ſpíritus, cháritas eſt. Ac de cætera tanquam ex iſto cápite ta & religáta contéxuit : quæ ſunt dium, pax, longanímitas, benígni- bónitas, fides, manſuetúdo, conti- tia, cáſtitas.

Lectio quinta.

QUis autem bene gaudet ꝰ qui bo- num non díligit, unde gaudet ? s pacem veram niſi cum illo poteſt ére, quem veráciter díligit ? Quis ongánimis, in bono ópere perſeve- er manéndo ꝰ niſi férveat diligén- ? Quis eſt benígnus ꝰ niſi díligat cui ulátur ? Quis bonus ꝰ niſi dili- do efficiátur ? Quis ſalúbriter fidé- niſi ea fide quæ per dilectiónem rátur ?

Lectio ſexta.

QUis utíliter manſuétus ꝰ cui non diléctio moderétur ? Quis ab eo inet unde turpátur ꝰ niſi díligat e honeſtátur ? Méritò ítaque ma- r bonus dilectiónem ſic ſæpe com- dat ꝰ tanquam ſola præcipiénda ſine qua non poſſunt prodéſſe cæ- bona ꝰ & quæ non poteſt habéri cæteris bonis : quibus homo bo- efficitur.

Lectio ſeptima.

PRo hac autem dilectióne patiénter debémus étiam mundi ódia ſuſti- nére. Necéſſe eſt enim ut nos óderit : quos cernit nolle quod díligit. Sed plúrimùm nos Dóminus de ſeipſo con- ſolátur ꝰ qui cùm dixíſſet, Hæc mando vobis, ut diligátis ínvicem : adjécit at- que ait. Si mundus vos odit : ſcitóte quóniam me priórem vobis ódio hábuit.

Lectio octava.

CUr ergo ſe membrum ſupra vérti- cem extóllit ? Recúſas eſſe in cór- pore : ſi non vis ódium mundi ſuſtinére cum cápite. Si de mundo (inquit) eſſé- tis : mundus quod ſuum erat, díligeret. Univérſæ útique hoc dicit Eccléſiæ ꝰ quam plerúmque étiam ipſam mundi nómine appéllat : ſicut eſt illud ꝰ Deus erat in Chriſto : mundum reconcílians ſibi. Itémque illud ꝰ Non venit Fílius hóminis ut júdicet mundum : ſed ut ſal- vétur mundus per ipſum.

Si prædictum feſtum occurrat ante Pen- tecoſten, octo primæ lectiones ſunt ut ſu- prà, quatuor verò lectiones Homiliæ ſunt ut in feſto S. Benedicti tempore Paſchali. pag. 564.

Capitula & Orationes ſunt de Communi.

Cætera ut in feſto S. Marci. pag. 579.

XIII. JUNII.

IN FESTO S. ANTONII DE PADUA CONFESSORIS.

Oratio.

ECcléſiam tuam, Deus, beáti Antó- nii Confeſſóris tui ſolénnitas votí- va lætíficet : ut ſpirituálibus ſemper mu- niátur auxíliis ꝰ & gaúdiis pérfrui me- reátur ætérnis : Per Dóminum.

Cætera omnia ut in Communi unius Confeſſoris non Epiſcopi. pag. xxiii.

XVIII. JUNII.

In Festo Sanctorum Marci et Marcelliani Martyrum.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Marci & Marcelliáni natalítia cólimus ꝰ à cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur: Per Dóminum.

XIX. JUNII.

In Festo Sanctorum Gervasii et Prothasii Martyrum.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Gerváſii, & Protháſii solennitáte lætíficas ꝰ concéde propítius: ut quorum gaudémus méritis ꝰ accendámur exémplis: Per Dóminum.

XXIV. JUNII.

N NATIVITATE
. JOANNIS BAPTISTÆ.

Ad primas Vesperas.
ph. Ingréſſo Zacharía * templum
, appáruit ei Gábriel Angelus
lextris altáris incénſi. *Pſalmi ſe-*

apitulum. *Jerem.* 1.
ıúſquam te formárem in útero
ıvi te : & ántequam exíres de
ılva ſanctificávi te : & Prophé-
Géntibus dedi te.
agnum. Gábriël Angelus, *p.* 598.
Hymnus.
queant laxis reſonáre fibris
Iira geſtórum fámuli tuórum,
ıollúti lábii reátum,
Sancte Joánnes.
ius celſo véniens Olympo
i magnum fore naſcitúrum,
, & vitæ ſériem gerénda,
Ordine promit.
ıromíſſi dúbius ſupérni
promptæ módulos loquélæ,
ormáſti génitus perémptæ
Organa vocis.
ris abſtrúſo récubans cubíli
s Regem thálamo manéntem,
arens nati méritis utérque
Abdita pandit.
ibus cives célebrant ſupérni,
s ſimplex paritérque trine :
es & nos véniam precámur,
Parce redémptis. Amen.

℣. Erit enim magnus coram Dómino.
℟. Vinum & síceram non bibet.

Ad Magnificat.

Antiph. Pro eo * quòd non credidíſti verbis meis, eris tacens, & non póteris loqui uſque in diem nativitátis ejus.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus ✠ ut famÍlia tua per viam ſalútis incédat : & beáti Joánnis Præcurſóris hortaménta ſectándo ✠ ad eum quem prædixit ſecúra pervéniat Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum : Qui tec.

Ad Matutinas.

Invitat. Regem Præcurſóris Dóminum : Veníte adorémus. *Pſalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus.

ANtra deſérti téneris ſub annis,
Cívium turmas fúgiens, petíſti,
Ne levi ſaltem maculáre vitam
Fámine poſſes.
Præbuit hirtum tégumen camélus
Artubus ſacris, ſtróphium bidéntes,
Cui latex hauſtum, ſociáta paſtum
Mella locúſtis.
Cæteri tantùm cecinére vatum
Corde præſago jubar affutúrum,
Tu quidem mundi ſcelus auferéntem
Indice prodis.
Non fuit vaſti ſpátium per orbis
Sánctior quiſquam génitus Joánne,

Qui nefas secli méruit lavántem
Tíngere lymphis.
Laúdibus cives, &c.

In primo Nocturno.

Antiph. Priúsquam te formárem * in útero novi te, & ántequam exíres sanctificávi te. *Psalm.* Beátus vir. *pag.* 2.

Antiph. Ad ómnia * quæ mittam te, dicit Dóminus, ibis, ne tímeas: & quæ mandávero tibi loquéris ad eos. *Psalm.* Quare fremuérunt. *pag.* 2.

Antiph. Ne tímeas * à fácie eórum, quia ego tecum sum, dicit Dóminus, ut éruam te. *Psal.* Cum invocárem. *p.* 106.

Antiph. Misit * Dóminus manum suam, & tétigit os meum, & prophétam in Géntibus dedit me. *Psalm.* Verba mea. *pag.* 38.

Antiph. Ecce, * dedi verba mea in ore tuo: ecce, constítui te super gentes & regna. *Psalmus.* Dómine Dóminus noster. *pag.* 8.

Antiph. Dóminus * ab útero vocávit me, de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei. *Psalm.* In Dómino confído. *pag.* 10.

℣. Priúsquam te formárem in útero novi te.

℟. Et ántequam exíres de vulva, sanctificávi te.

Lectio prima.

Sermo beáti Máximi Epíscopi.

SOlennitátes nobis diversórum Mártyrum (fratres charissimi) vitæ præséntis occásus: & suscépta ab eis pro Christi nómine, pássio consecrávit. Multímoda namque véterum relatióne didícimus ⁊ nonnúllos Mártyrum prostrátos gládio ⁊ igne álios concremátos ⁊ complúres bestiárum dilacerátos déntibus ⁊ innúmeros étiam váriis tormentórum cruciátibus affléctos ⁊ spreta sui córporis morte: Christiánæ fidei testimónium reddidísse.

℟. Fuit homo missus à Deo, cui nomen Joánnes erat, hic venit ut testimónium perhibéret de lúmine. † Et paráret Dómino plebem perféctam.

℣. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Et paráret.

Lectio secunda.

BEátus verò Baptísta Joánnes, cujus nunc festivitáte lætámur: cæléstia mundo gaúdia stérili ab útero natus invéxit. Et illi quidem indubitáta jam glória regnántem conféssi sunt Dei Filium ⁊ hic autem & nascitúrum Dóminum prophetális spíritus illuminatióne prævidit: & natum privilégio grátiæ singuláris osténdit.

℟. Gábriel Angelus appáruit Zachariæ dicens, Nascétur tibi fílius, nomen ejus Joánnem vocábis. † Et multi in nativitáte ejus gaudébunt.

℣. Erit enim magnus coram Dómino, vinum & síceram non bibet. Et.

Lectio tertia.

IN tantùm autem speciális in eo præfulsit eléctio ⁊ ut antè mererétur annuntiáre Dóminum: quàm nascéndi inítium, vel linguam, qua enuntiáre posset, accíperet. Dénique Elísabeth illa vetus múlier, & nova mater ⁊ quæ ante partum suum de futúri fílii lætabátur offício: veniénti ad se beátæ Maríæ in ipso salútis occúrsu ait ⁊ Ecce ex quo facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis: exultávit in gáudio infans in útero meo.

℟. Ipse præcédet ante illum in spíritu & virtúte Elíæ. † Ut convértat corda patrum in fílios, & incrédulos ad prudéntiam justórum, paráre Dómino plebem perféctam.

℣. Spiritu sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ. Ut convértat.

Lectio quarta.

QUid hoc est miráculi (fratres) quæ tantórum nóvitas gaudiórum ˥ ut habére se in útero Elísabeth testarétur infántem, qui necdum semetípsum séntiens, Domínicum jam sentíret advéntum? Verè hic ómnium beatíssimus parvulórum: qui intra víscera adhuc matérna conclúsus ˥ adésse Salvatórem mundi, quia necdum póterat sermóne: prophético gaúdio revelávit.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit illum ab inimícis. † Et à seductóribus tutávit illum, & dedit illi claritátem ætérnam.

℣. Honestávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus. Et à.

℣. Glória Patri. claritátem ætérn.

In secundo Nocturno.

Antiph. Pósuit os meum Dóminus* quasi gládium acútum, in umbra manus suæ protéxit me. *Psalm.* Dómine quis habitábit. *pag.* 11.

Antiph. Dedi te* in lucem géntium, ut sis salus mea usque ad extrémum terræ. *Psalm.* Dómine in virtúte. *pag.* 17.

Antiph. Reges vidébunt,* & consúrgent príncipes, & adorábunt Dóminum Deum tuum, qui elégit te. *Psalm.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Inter natos* mulíerum non surréxit major Joánne Baptísta. *Psalm.* Exáudi Deus orat. meam cùm. *pag.* 54.

Antiph. Ingrésso Zacharía* templum Dómini, appáruit ei Gábriël Angelus, stans à dextris altáris incénsi. *Psalm.* Te decet. *pag.* 55.

Antiph. Justus ut palma* florébit, sicut cedrus Líbani multiplicábitur. *Psal.* Bonum est confitéri. *pag.* 72.

℣. Ecce dedi verba mea in ore tuo.

℟. Ecce constítui te super gentes & regna.

Lectio quinta.

NUllus ignórat (charíssimi ˥) omnem párvulum matérno ab útero prodeúntem: inter ipsa lucis exórdia mœstis concrepáre vagítibus. Solus Baptísta Dómini, ultra legem nascéntium: nativitátem suam lætítiæ exultatióne prævénit. Et quàm décuit ut de matre stérili nascerétur ˥ qui fœcunditátem Vírginis revelábat: quátenus mirábilem partum mirabíliter natus osténderet.

℟. Innuébant patri ejus, quem vellet vocári eum, & póstulans pugillárem scripsit, dicens. † Joánnes est nomen ejus.

℣. Apértum est autem illico os ejus, & lingua ejus, & loquebátur benedicens Deum. Joánnes.

Lectio sexta.

ILlud étiam quàm stupéndum quàmque magníficum ˥ quòd Zacharías sacérdos, pater futúrus prophétæ, quia hoc ipsum quod gerebátur Angelo loquénti non crédidit: usum loquéntis amísit ˥ donec promissióne compléta, natus novi hóminis præco: patérnæ linguæ víncula relaxáret. Os enim, quod Angelus claúserat: promíssus ab Angelo fílius reserávit.

℟. Tu puer prophéta Altíssimi vocáberis. † Præíbis ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

℣. Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus in remissiónem peccatórum eórum. Præíbis.

Lectio septima.

NAm cùm de nuncupatióne párvuli cognatórum vicinorúmque hæsitáret arbítrium ˥ proprietátem veri nó-

minis ejus, quam Angelo dictánte didícerat : recépta prístini súbitò facultáte sermónis, pater mutus apéruit ꟸ ut cujus nativitátem præceptióne cæléſti tácitus expectábat : nati vocábulum loquerétur ꟸ & agnóſceret ánxius ſenex per eum ſe ſibi rédditum : quem de ſe non credíderat naſcitúrum.

℟. Inter natos mulíerum non ſurréxit major Joánne Baptíſta. † Qui viam Dómino præparávit in erémo.

℣. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt, Ecce mitto Angelum meum ante fáciem tuam. Qui viam.

Lectio octava.

QUid hac religióne glorióſius ꟸ quid hac insígnius fide ꟸ in qua ſtérilis cóncipit, Virgo párturit, mutus lóquitur, & in ſecréto maternórum víſcerum, párvuli totíus mundi gaúdia futúra prælúdunt ? Nec enim póterat véteri ſub lege órdinem ſuum ſerváre mortális natúra : quando per novam Divinitátis grátiam, novum ſalúti ómnium myſtérium parabátur.

℟. Jucunditátem, & exultatiónem theſaurizábit ſuper eum. † Et nómine ætérno hæreditábit illum Dóminus Deus noſter.

℣. Cibávit illum pane vitæ & intelléctus, & aqua ſapiéntiæ ſalutáris potávit eum. Et nómine.

℣. Glória Patri. Deus noſter.

In tertio Nocturno.

Antiph. Pro eo * quòd non credidíſti verbis meis eris tacens, & non póteris loqui uſque in diem nativitátis ejus. *Cantic.* Beátus vir qui in ſapiéntia. *cum duobus ſequentibus. pag.* 117.

℣. Póſuit os meum Dóminus quaſi gládium acútum.

℟. In umbra manus ſuæ protéxit me.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii : ſecúndùm Lucam. *Luc.* 1.

IN illo témpore : Eliſabeth implétum eſt tempus pariéndi : & péperit fílium. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Ambróſii Epíſcopi.

Lib. 2. Comment. in Luc. cap. 1.

HAbet ſanctórum editio lætítiam plurimórum : quia commúne eſt bonum. Juſtítia enim commúnis eſt virtus. Et ídeo in ortu juſti, futúræ vitæ insígne præmíttitur : & grátia ſecutúræ virtútis, exultatióne vicinórum præfiguránte, ſignátur.

℟. Priúſquam te formárem in útero novi te, & ántequam exíres de ventre ſanctificávi te. † Et Prophétam in Géntibus dedi te.

℣. Póſui verba mea in ore tuo. Et.

Lectio decima.

PUlchrè autem tempus, quo fuit in útero Prophéta, deſcríbitur : ne Maríæ præſéntia taceátur ꟸ ſed tempus ſilétur infántiæ : eò quòd præſéntia Dómini matris in útero roborátur, qui infántiæ impediménta neſcivit. Et ídeo in Evangélio nihil ſuper eo légimus, niſi ortum ejus & oráculum ꟸ exultatiónem in útero : vocem in deſérto. Neque enim ullam infántiæ ſenſit ætátem ꟸ qui ſupra natúram, ſupra ætátem : in útero ſitus matris, à menſúra perféctæ cœpit ætátis plenitúdinis Chriſti.

℟. Ecce conſtitui te hódie ſuper gentes & ſuper regna, dicit Dóminus. † Ut evéllas, & diſſipes, & ædífices, & plantes.

℣. Antequam exíres de vulva ſanctificávi te, & prophétam in géntibus dedi te. Ut evéllas.

Lectio undecima.

INnuébant ergo patri ejus: quem vellet vocári eum. Mirè sanctus Evangelísta præmittendum putávit ꟸ quòd plúrimi infántem, patris nómine Zacharíam appellándum putavérunt: ut advértas matri non nomen alicújus displicuísse degéneris ꟸ sed id sancto infúsum Spíritu: quod ab Angelo antè Zacharíæ fúerat prænuntiátum.

℟. De ventre matris meæ vocávit me Dóminus nómine meo, & pósuit os meum ut gládium acútum, sub teguménto manus suæ protéxit me. † Pósuit me quasi sagíttam eléctam.

℣. Et glorificátus sum in óculis Dómini, & Deus meus factus est fortitúdo mea. Pósuit me.

Lectio duodecima.

ET quidem ille mutus intimáre vocábulum filii nequívit uxóri ꟸ sed per prophetíam Elísabeth dídicit: quod non didícerat à maríto. Joánnes est (inquit) nomen ejus. Hoc est, non ei nos nomen impónimus: qui jam à Deo nomen accépit. Habet vocábulum suum quod agnóvimus: non quod elégimus. Habent hoc mérita sanctórum: ut à Deo nomen accípiant.

℟. Justus ut palma florébit, sicut cedrus Líbani multiplicábitur. † Plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri florébit.

℣. Glória & divítiæ in domo ejus, & justítia ejus manet in séculum séculi. Plantátus.

℣. Glória Patri. florébit.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 1.

IN illo témpore: Elísabeth implétum est tempus pariéndi: & péperit fílium. Et audiérunt vicíni & cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa: & congratulabántur ei. Et factum est, in die octávo: venérunt circumcídere púerum. Et vocábant eum nómine patris sui: Zacharíam. Et respóndens mater ejus: dixit. Nequáquam: sed vocábitur Joánnes. Et dixérunt ad illam. Quia nemo est in cognatióne tua: qui vocétur hoc nómine. Innuébant autem patri ejus: quem vellet vocári eum. Et póstulans pugillárem ꟸ scripsit, dicens: Joánnes est nomen ejus. Et miráti sunt univérsi. Apértum est autem íllico os ejus, & lingua ejus: & loquebátur benedícens Deum. Et factus est timor super omnes vicínos eórum: & super ómnia montána Judææ divulgabántur ómnia verba hæc. Et posuérunt omnes qui audíerant in corde suo: dicéntes. Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Dómini erat cum illo. Et Zacharías pater ejus replétus est Spíritu sancto: & prophetávit, dicens. Benedíctus Dóminus Deus Israël: quia vîsitávit, & fecit redemptiónem plêbis suæ. Amen.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus: ut qui beáti Joánnis Baptístæ solénnia cólimus ꟸ ejus apud te intercessióne muniámur: Per Dóminum.

Ad Laudes.

Antiph. Joánnes vocábitur * nomen ejus, & in nativitáte ejus multi gaudébunt. *Psalm.* Dóminus regn. *pag.* 68.

Antiph. Erit enim * magnus coram Dómino, vinum & síceram non bibet, & Spíritu sancto replébitur. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Ipse præcédet * ante illum in spíritu & virtúte Elíæ, paráre Dómino plebem perféctam. *Ps.* Deus Deus. *p.* 16.

DOMINICA INFRA OCTAVAS.

Ad primas Vesperas.

Sola Antiph. Joánnes vocábitur. *pag.* 601. *Psalmi feriales.*

Cætera omnia ut in secundis Vesp. festi.

Ad Matutinas.

Invitator. Hymn. & ℟ia. ut in die.

In primo Nocturno.

Sola Antiph. Priúsquam te formárem. *pag.* 598. *Psalmi Dominicales. pag.* 17.

℣. Priúsquam te formárem. *pag.* 598.

Lectio prima.

Sermo beáti Augustíni Epíscopi.

Serm. 20. de Sanctis.

POst illum sacrosánctum Dómini natális diem, nullíus hóminis nativitátem légimus celebrári: nisi solíus beáti Joánnis Baptístæ. In áliis sanctis & eléctis Dei, nóvimus illum diem coli, quo illos post consummatiónem labórum, & devíctum, triumphatúmque mundum: in perpétuas æternitátes præsens hæc vita párturit.

Lectio secunda.

IN áliis consummáta últimi diéi mérita celebrántur: in hoc étiam prima dies, & ipsa étiam hóminis inítia consecrántur. Pro hac absque dúbio causa, quia per hunc Dóminus advéntum suum, ne súbitò hómines insperátum non agnóscerent: vóluit esse testátum. Joánnes autem figúra fuit véteris testaménti, & in se formam prætulit legis: & ídeo Joánnes prænuntiávit Salvatórem, sicut lex grátiam præcucúrrit.

Lectio tertia.

QUòd autem nondum natus de secréto matérni úteri prophetávit ꟸ & expers lucis, jam testis est Veritátis: hoc est intelligéndum ꟸ quod latens sub velámine & carne literæ, & Redemptórem mundo spíritu prædicávit: & nobis Dóminum nostrum de quodam legis útero proclamávit. Ergo quia Judæi erravérunt à ventre, id est, à lege, quæ à Christo grávida erat, erravérunt à ventre, locúti sunt falsa: ídeo hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine.

Lectio quarta.

QUòd autem Joánnes in cárcere constitútus ad Christum discípulos suos órdinat: lex ad Evangélia transmíttit. Quæ lex juxta typum Joánnis, quasi ignorántiæ clausa cárcere ꟸ in obscúro & in occúlto jacébat: & Judáïca cæcitáte, sensus intra literam tenebátur inclúsus.

In secundo Nocturno.

Sola Antiph. Misit * Dóminus. *pag.* 598. *Psalmi Dominicales. pag.* 20.

℣. Ecce dedi verba. *pag.* 599.

Lectio quinta.

DE hoc beátus Evangelísta prolóquitur. Ille erat lucérna ardens, id est, Spíritus sancti igne succénsus: ut mundo ignorántiæ nocte possésso, lumen salútis osténderet ꟸ & quasi inter densíssimas delictórum ténebras splendidíssimum justítiæ solem, lucis suæ rádio demonstráret: & de seípso dicens, Ego vox clamántis in desérto.

Lectio sexta.

VIdeámus in quo desérto, id est, in Gentílium pópulo. Vácua enim timóre Dei péctora, & Spíritu sancto caréntia, desérto squaléntis erémi comparántur. Desértus enim erat hic mundus ab omni cultúra fídei, & timóris Dei: & peccatórum spinis óbsitus, squalébat tanquam ager incúltus ꟸ & nullam pénitus bonórum óperum fœcundítátem attúlerat: nullum imbrem

æ spirituális accéperat.

Lectio septima.

[M]Ittitur beátus Joánnes, qui eum [pri]per prophéticam atque Apostóli[cam] prædicatiónem, annuntiándo pœ[ni]tiam, quasi rudem campum pro[sci]eret: fœcundáret, & excóleret ✠ [d]i verbi seminibus impléret: & ad [ve]ram frugem, id est, ad regenera[ti]s grátiam præparáret.

Lectio octava.

[Jam] illud quantæ glóriæ est, quòd [Z]achariæ sacerdóti seni, & Elisabeth [s]i à Gabriéle, id est, ab illo Angelo [pr]ittitur: à quo Mariæ natívitas Dó[mini] nuntiátur ✠ & quasi ex áliquo sí[...] Dómini præmíttitur filius stérilis, [...] filium Vírginis: néscio quod majus [mira]culum ipsa nativitáte declárans.

In tertio Nocturno.

[A]ntiph. Cantic. & ℣. ut in die.*

Lectio nona.

[Le]ctio sancti Evangélii: secúndùm [Luca]m. *Luc. 1.*

[In] illo témpore: Elísabeth implétum [es]t tempus pariéndi: & péperit fi[lium]. Et réliqua.

[H]omília Lectiónis ejúsdem: Vene[rabil]is Bedæ Presbyteri.

In Homil. æstiv. de Sanctis.

[P]Ræcursóris Dómini natívitas, si[c]ut sacratíssima lectiónis Evangélicæ [tex]it história: multa miraculórum subli[mita]te refúlget. Quia nimírum decébat, [d]e quo major inter natos mulíerum [non] surréxit: majóre præ cæteris sanctis [ip]so mox ortu virtútum jubáre cla[ru]eret. Senes ac diu infœcúndi parén[tes d]ono nobilíssimæ prolis exúltant.

Lectio decima.

[...]i patri, quem incredúlitas mutum [r]eddíderat: ad salutándum novæ præcónem grátiæ, os & lingua reserátur. Nec solùm facúltas Deum benedicéndi restitúitur: sed de eo étiam prophetándi virtus augétur. Excitáti fama vicíni omnes, admiratióne ac metu percellúntur: ómnium qui audiére, circumquáque ad advéntum novi Prophétæ corda præparántur.

Lectio undecima.

UNde méritò sancta per orbem Ecclésia, quæ tot beatórum Mártyrum victórias, quibus ingréssum regni cæléstis meruére, frequéntat: hujus tantúmmodo post Dóminum étiam nativitátis diem celebráre consuévit. Quod nullátenus sine Evangélica authoritáte in consuetúdinem venísse, credéndum est: sed atténtiùs ánimo recondéndum.

Lectio duodecima.

QUia sicut nato Dómino, pastóribus appárens Angelus, ait ✠ Ecce evangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo: quia natus est vobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus. Ita étiam Angelus nascitúrum Zacharíæ prædicans Joánnem: Et erit (inquit) gáudium tibi, & exultátio ✠ & multi in nativitáte ejus gaudébunt: erit enim magnus coram Dómino.

Evangelium & Orat. sicut in die. p. 601.

Ad Laudes, Tertiam, & Vesperas.

Capitulum. Audíte. *pag.* 602.

Oratio. Deus, qui præsén. *pag.* 602.

Cætera omnia etiam ad Horas sicut infra Octavas.

XXVII. JUNII.

In Festo SS. Joannis et Pauli Martyrum.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus ✠ ut nos gemináta lætítia hodiérnæ festi-

℟. Beátus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. † Dicit Dóminus.

℣. Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Dicit Dóminus.

Lectio tertia.

ISti sunt, qui te ad hanc glóriam provexérunt: ut gens sancta, pópulus eléctus, cívitas sacerdotális & régia ✠ per sacram beáti Petri sedem caput orbis effécta: látiùs præsidéres religióne divína, quàm dominatióne terréna. Quamvis enim multis aucta victóriis, jus impérii tui terra maríque protúleris ✠ minus tamen est quod tibi béllicus labor súbdidit: quàm quod pax Christiána subjécit.

℟. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, & portæ inferi non prævalébunt advérsùs eam. † Et tibi dabo claves regni cælórum.

℣. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis: & quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cælis. Et tibi.

Lectio quarta.

DEus namque bonus, & justus, & omnípotens, qui misericórdiam suam humáno géneri nunquam negávit ✠ omnésque in commúne mortáles ad cognitiónem sui abundantíssimis semper benefíciis erudívit: voluntáriam errántium cæcitátem, & proclívem in deterióra nequítiam secretióri consílio, & altióri pietáte miserátus est: mitténdo Verbum suum æquále sibi atque coætérnum.

℟. Tóllite jugum meum super vos, dicit Dóminus: & díscite à me, quia mitis sum, & húmilis corde. † Jugum enim meum suáve est, & onus meum leve.

℣. Veníte ad me omnes qui laborátis & oneráti estis, & inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim.

℣. Glória Patri. & onus meum leve.

Lectio quinta.

VErbum ígitur caro factum ita natúram Divínam natúræ univit humánæ: ut illíus ad ínfima inclinátio, nostra fieret ad summa provéctio. Ut autem hujus inenarrábilis grátiæ per totum mundum diffunderétur efféctus: Románum regnum Divína providéntia præparávit. Cujus ad eos límites increménta perdúcta sunt: quibus cunctárum úndique géntium vicína & contígua esset univérsitas

℟. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis. † Et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cælis.

℣. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque.

Lectio sexta.

DIspósito namque divínitus óperi máximè congruébat ✠ ut multa regna uno confœderaréntur império ✠ & citò pérvios habéret pópulos prædicátio generális: quos uníus tenéret regimen civitátis. Hæc autem cívitas ignórans suæ provectiónis authórem ✠ cùm penè ómnibus dominarétur géntibus: ómnium géntium serviébat erróribus ✠ & magnam sibi videbátur assumpsísse religiónem: quia nullam respúerat falsitátem.

℣. Vos estis qui permansístis mecum in tentatiónibus meis, dixit Jesus discípulis suis. † Et ego dispóno vobis regnum ut edátis & bibátis super mensam meam in regno, & sedeátis super thro-

nos, judicántes duódecim tribus Israël.

℣. Non vos me elegístis, sed ego elégi vos. Et ego dispóno.

Lectio septima.

UNde quantùm erat tenáciùs per diábolum illigáta: tantùm per Christum est mirabíliùs absolúta. Nam cùm duódecim Apóstoli accépta per Spíritum sanctum ómnium locutióne linguárum ˥ imbuéndum Evangélio mundum distribútis sibi terrárum pártibus suscepíssent: beatíssimus Petrus princeps Apostólici órdinis ad arcem Románi destinátur impérii ˥ ut lux veritátis, quæ in ómnium géntium revelabátur salútem: efficáciùs se ab ipso cápite per totum mundi corpus effunderétur.

℟. Ego pro te rogávi Petre ut non defíciat fides tua. † Et tu aliquándo convérsus confírma fratres tuos.

℣. Ecce Satan expetívit vos, ut cribráret sicut tríticum, ego autem rogávi pro te. Et tu.

Lectio octava.

CUjus autem natiónis hómines in hac tunc urbe non essent? Aut quæ usquam gentes ignorárent quod Roma didicísset? Hìc conculcándæ philosóphiæ opiniónes: hìc dissolvéndæ erant terrénæ sapiéntiæ vanitátes ˥ hìc confutándi dæmonum cultus ˥ hìc ómnium sacrilegiórum impíetas destruénda ˥ ubi diligentíssima superstitióne habebátur colléctum: quidquid usquam fúerat vanis erróribus institútum.

℟. Qui sunt isti qui ut nubes volant. † Et quasi colúmbæ ad fenéstras suas.

℣. Candidióres nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antiquo. Et quasi.

℣. Glória Patri. ad fenéstras suas.

In tertio Nocturno.

Antiph. Simon Joánnis * díligis me plus his? Tu scis Dómine quia amo te.

Cantic. Vos autem sacerd. *pag.* 116.

℣. Nimis honoráti sunt. *pag.* iv.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 16.

IN illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi: & interrogábat discípulos suos dicens ˥ Quem dicunt hómines esse Filium hóminis? Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 3. *Comment. in Matth.*

NOn dixit, Quem me dicunt esse hómines ˥ sed Filium hóminis: ne jactánter de se quærere viderétur. Et nota quòd ubicúmque scriptum est in véteri testaménto, Filius hóminis: in Hebræo fílius Adam pósitum sit. Illud quoque quod in Psalmo légimus ˥ Filii hóminum úsquequo gravi corde? In Hebræo dícitur, Filii Adam.

℟. Simon Joánnis díligis me plus his? Dómine tu ómnia nosti. † Tu scis Dómine quia amo te.

℣. Contristátus est Petrus, quia dixit ei tértiò, Amas me, & dixit ei. Tu scis.

Lectio decima.

MIror quosdam intérpretes causas errórum inquírere singulórum ˥ & disputatiónem longíssimam téxere: quare Dóminum nostrum Jesum Christum álii Joánnem putáverint ˥ álii Elíam, álii Jeremíam, aut unum ex Prophétis: cùm sic potúerint erráre in Elía & Jeremía, quómodo Heródes errávit in Joánne, dicens. Quem ego decollávi Joánnem ˥ ipse surréxit à mórtuis: & virtútes operántur in eo.

℟. Petre amas me? Tu scis, Dómine, quia amo te. † Pasce oves meas.

Dómine tu ómnia nosti, tu scis
mo te. Pasce.

Lectio undecima.

udens lector atténde ꟷ quòd ex
nsequéntibus textúque sermónis,
li nequáquam hómines: sed dii
ntur. Cùm enim dixísset ꟷ Quem
hómines esse Fílium hóminis:
t. Vos autem quem me esse dí-
Illis quia hómines sunt humána
tibus ꟷ vos qui dii estis, quem
e existimátis?
Cornélius Centúrio, vir religió-
timens Deum vidit in visu mani-
ngelum Dei introeúntem ad se,
ntem sibi, Cornéli, mitte viros
pem, & accérsi Simónem, qui
minátur Petrus. † Hic dicet tibi
e opórteat fácere.
Hic hospitátur apud Simónem
iam coriárium, cujus est domus
nare. Hic dicet.

Lectio duodecima.

rus ex persóna ómnium Apostoló-
m profitétur: Tu es Christus Filius
ivi. Deum vivum appéllat ꟷ ad
tiónem eórum deórum, qui pu-
dii, sed mórtui sunt: Satúrnum,
, Cérerem, Líberum, Hérculem,
era idolórum porténta significans.
autem testimónio de se Apóstoli
vicem. Petrus díxerat: Tu es
us Fílius Dei vivi ꟷ mercédem re-
vera conféssio: Beátus es Simon
na.
Apériens Petrus os suum, dixit,
itáte cómperi. † Quóniam non est
árum accéptor Deus.
Sed in omni gente qui timet
, & operátur justítiam accéptus est
Quóniam.
Glória Patri. accéptor Deus.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 16.

In illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi: & interrogábat discípulos suos, dicens. Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt. Alii Joánnem Baptístam ꟷ álii autem Elíam ꟷ álii verò Jeremíam: aut unum ex Prophétis. Dicit illis Jesus. Vos autem quem me esse dícitis? Respóndens Simon Petrus: dixit. Tu es Christus Filius Dei vivi. Respóndens autem Jesus: dixit ei. Beátus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelávit tibi: sed Pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi ꟷ Quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Et portæ ínferi non prævalébunt advérsùs eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram: erit ligátum & in cælis. Et quodcúmque sólveris super terram: erit solútum & in cælis. Amen.

Oratio. Deus qui hodiérn. *pag.* 610.

Ad Laudes.

Antiph. Petrus & Joánnes * ascendébant in templum ad horam oratiónis nonam. *Psalm.* Dóminus regn. *pag.* 68.

Antiph. Argéntum * & aurum non est mihi, quod autem hábeo hoc tibi do. *Psalm.* Jubiláte Deo. *pag.* 71.

Antiph. In nómine Jesu Christi * Nazaréni surge & ámbula. *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Dixit Angelus ad Petrum, * Circúmda tibi vestiméntum tuum, & séquere me. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Misit Dóminus * Angelum suum, & liberávit me de manu Heródis, allel. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Petrus quidem. *pag.* 606.

℟. *Hymn.* & ℣. *de Communi Apostol.*

Ad Benedictus.

Antiph. Quodcúmque * ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis, & quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cælis, dicit Dóminus Simóni Petro.

Oratio.

DEus qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli martyrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum ↄ per quos religiónis sumpsit exórdium: Per Dóminum.

Ad Primam.

Antiph. Petrus & Joánnes. *pag.* 609.

Ad Tertiam.

Antiph. Argéntum. *pag.* 609.

Capitulum. Petrus quidem. *pag.* 606.

℣. Constítues eos. *pag.* ii.

Oratio. Deus qui hodiérn. *ut suprà.*

Ad Sextam.

Ant. In nómine Jesu Christi. *p.* 609.

Capitulum. *Actor.* 12.

ANgelus Dómini ástitit, & lumen refúlsit in habitáculo cárceris: percussóque látere Petri, excitávit eum dicens ↄ Surge velóciter: & cecidérunt caténæ de mánibus ejus. ℟. Deo grát.

℣. Annuntiavérunt cæli. *pag.* iii.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiam tuam in Apostólica solidítáte fundátam ab inferórum éruis terróre portárum ↄ præsta ut in tua veritáte persístens: nulla recípiat consórtia perfidórum. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Misit Dóminus. *pag.* 609.

Capitulum. *Actor.* 12.

ET Petrus ad se revérsus, dixit: Nunc scio verè quia misit Dóminus Angelum suum ↄ & erípuit me de manu Heródis: & de omni expectatióne plebis Judæórum. ℟. Deo grátias.

℣. Nimis honoráti. *pag.* iv.

Oratio.

FAmíliam tuam Dómine propitius intuére ↄ & Apostólicis defénde præsídiis: quibus dedísti fidéles esse doctrinis. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

Aña & Psalmi de Communi. pag. vi.

Capitulum. Petrus quidem. *pag.* 606.

℟. *Hymn. & ℣. de Communi. pag.* i.

Ad Magnificat.

Antiph. Isti sunt * duo filii splendóris qui assístunt Dominatóri univérsæ terræ.

Oratio. Deus qui hodiérn. *ut suprà.*

Hodie non fit commemor. de S. Paulo, nec die crastina de S. Petro.

XXX. JUNII.

IN FESTO COMMEMORATIONIS S. PAULI APOSTOLI.

Omnia dicuntur ut in Conversione ejusdem, pag. 542. *præter ea quæ sequuntur.*

Ad Matutinas, Laudes, Tertiam, & secundas Vesperas. *Oratio.*

DEus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti ↄ da nobis quæsumus: ut cujus natalítia cólimus ↄ ejus apud te patrocínia sentiámus: Per Dóminum.

Lectio prima.

Sermo B. Joánnis Chrysóstomi Episcopi. *Tom.* 3.

BEátus Paulus, qui tantam vim humánæ alacritátis osténdit ↄ ut ad cælum quoque ipsum váleat subvolare: prætermíttens Angelos & Archángelos, aliásque virtútes ↄ aliquándo quidem suo exémplo Christiános fieri imitatóres jubet, dicéndo ↄ Imitatóres mei estóte: sicut & ego Christi.

℟. Scio cui crédidi. *cum reliquis. pag.* 542.

Lectio secunda.

ALiquándo de se réticens, ad ipsíus nos Dei imitatiónem hortátur, dicens: Estóte ergo imitatóres Dei, sicut filii charíssimi. Jam verò demónstrans, quia nihil ita hanc imitatiónem páriat, quàm si ita vivat áliquis, ut bonum ejus in commúne proficiat, atque univérsis utilióra provídeat, adjúnxit: Ambuláte in charitáte.

Lectio tertia.

IDeo cùm dixísset, Imitatóres Dei estóte, continuò de charitáte disséruit: quia hæc præcípuè virtus hómines Deo próximos facit. Quantæcúmque enim sint áliæ virtútes inferiórem locum tenéntes: cunctæ erga hóminum stúdia versántur. Ut est contra concupiscéntiam pugna, ut quod advérsùs gulam géritur bellum, ut in avarítiæ intéritum ácies ordináta: ut cùm iracúndiæ furóre conflíctus.

Lectio quarta.

DIlígere verò nobis Deóque commúne est: proptérea & Dóminus imperábat, Oráte pro persequéntibus, & calumniántibus vos: ut sitis fílii Patris vestri, qui in cælis est. Hoc ergo & Paulus, cunctórum intélligens caput bonórum: omni in se stúdio exprímere curávit.

Lectio quinta.

POrrò nemo ita diléxit inimícos, nemo insidiatóribus suis ita benéficus fuit: nullus pro afflictóribus suis tanta perpéssus est. Non enim illa quæ patiebátur, sed natúræ cópulam cogitábat, quantóque ámpliùs efferebántur inimíci: tantò magis eórum miserabátur insániam.

Lectio sexta.

UT enim áliquis indulgentíssimus pater afficitur erga fílium phrenéti comprehénsum: cujus quantò magis convítiis ictibúsque pulsátur, tantò eum pótiùs miserátur, ac deflet, ita Paulus ipsa magnitúdine passiónum, eórum, à quibus affligebátur, cùm æstimáret furórem: majóra illis adhibébat foménta pietátis.

Lectio septima.

AUdi ígitur quàm compatiénter, quamque mansuétè nobis pro illis loquátur, qui eum quínquies verberáverant, qui caténis oneráverant, qui vínculis constrínxerant, qui ipsum ejus sitiébant cruórem: quique illum discérpere cupiébant. Testimónium (inquit) illis ego perhíbeo, quòd æmulatiónem Dei habent: sed non secúndùm sciéntiam.

Lectio octava.

RUrsus eos, qui se supra illos supérbiùs efferébant, refrænans, Noli, ait, altum sápere: sed time. Si enim Deus naturálibus ramis non pepércit: ne fortè nec tibi parcat. Quia enim cognóverat Domínicam jam in illos processísse senténtiam: quòd unum & solum erat in sua potestáte præstábat. Sæpè lacrymabátur, veheménter pro illis dolébat: voléntes eis insultáre prohibébat, atque in quantum póterat laborábat: umbram eis áliquam excusatiónis obténdere.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 19.

IN illo témpore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. Ecce, nos relíquimus ómnia: & secúti sumus te. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : B. Joánnis Chryſóſtomi Epiſcopi.

Homil. 65. in Matth.

QUænam ſunt hæc ómnia, quæ te dicis, beatiſſime Petre, reliquiſſe? Arúndinem, rétia, navículam, univerſúmque piſcatórum artificium † hæc tu ómnia vocas? Ita (inquit †) ſed non ambitióne quadam, aut ináni glória : verùm ut paúperum plebem hac interrogatióne introdúcam.

Lectio decima.

NAm quóniam à Dómino dictum eſt, Si vis perféctus eſſe, vende quæ habes, & diſtríbue paupéribus, & habébis in cælo theſaúrum † ne quis paúperum opinétur, non poſſe ſe ad perfectiónem perveníre, cùm non hábeat quæ paupéribus ófferat † quærit Petrus: ut tu diſcas nihil te minus propter inópiam habitúrum † quærit, inquam, Petrus : ne ſi id à Petro perciperes, præſértim cùm adhuc Spíritus grátia non abundáret † ambiguitáte perpléxus jacéres : ſed ut ab ipſo ejus magíſtro prolâta ſenténtia, firma ſpe roboréris.

Lectio undecima.

NAm quemádmodum nos étiam pro áliis diſputámus : ſic Apóſtolus quoque ad univérſi orbis cómmodum non dubitávit interrogáre. A ſuperióribus enim patet : nihil de ſeípſo ambiguíſſe. Qui enim ipſórum cælórum claves ſuſcépit † quantò magis de cæteris quæ in cælo ſunt confideret?

Lectio duodecima.

TU autem illud diligénter expénde, quàm exquisítè duo illa quæ Chriſtus à dívite pétiit † ut ſcílicet paupéribus ſubſtántiam diſtribúeret ſuam, & Chriſtum ſequerétur : bréviter compléxus eſt, dicens. Relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te. Ambo enim hæc facta jam erant. Nam ſua reliquérunt, ut ipſum ſequeréntur † & eò quòd ómnia reliquérunt, ſequi faciliùs potuérunt : & quóniam reliquérunt, confidere atque gaudére ipſos admonébat.

Infra Octavas Apoſtolorum Petri & Pauli (licèt feſtivales ſint) de his tamen fit tantùm commemoratio.

Ad Laudes, pro commemoratione.

Antiph. Hi ſunt * duæ olívæ, & duo candelábra in conſpéctu Dómini terræ ſtantes.

℣. In omnem terram. *pag.* vi.

Oratio.

DEus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus ne mergerétur eréxit † & coapóſtolum ejus Paulum tértiò naufragántem de profúndo pélagi liberávit : exaúdi nos propítius † & concéde, ut ambórum méritis, æternitátis glóriam conſequámur : Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus ſancti Deus † per ómnia.

Ad Veſperas, pro commemoratione.

Antiph. Iſti ſunt * duo filii ſplendóris qui aſsíſtunt Dominatóri univérſæ terræ.

℣. Annuntiavérunt ópera. *pag.* i.

Oratio. Deus cujus déxtera. *ut ſuprà.*

FESTA JULII.

I. JULII.

IN OCTAVIS S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Ad primas Veſperas.

Capitul. ℟. *Hymn. & cætera omnia ſicut in ſecundis Veſp. feſti, pag.* 603.

Et fit commemoratio de S. Paulo.

Ad Matutinas, Laudes, & Horas omnia ſicut in die, exceptis lectionibus ſequentibus.

Lectio prima.
no beáti Augustini Epíscopi.
Serm. 21. de Sanctis.
tálem sancti Joánnis (fratres cha-
íssimi) hódie celebrámus: quod
unquam sanctórum légimus fuisse
sum. Solíus enim Dómini, &
Joánnis dies nativitátis in univér-
ndo celebrátur, & cólitur. Illum
stérilis péperit: illum Virgo con-

Lectio secunda.
Elísabeth sterílitas víncitur: in
ta María conceptiónis consuetúdo
ur. Elísabeth virum cognoscéndo
génuit: María Angelo crédidit,
cépit. Hóminem concépit Elísa-
hóminem & María. Sed Elísa-
olùm hóminem: María Deum &
iem.

Lectio tertia.
Uid sibi ergo vult Joánnes? Un-
de interpósitus? Unde præmíssus?
us ígitur Joánnes: cujus magni-
étiam Salvátor testimónium per-
, dicens. Non surréxit inter natos
rum major Joánne Baptísta. Præ-
cæteris, éminet univérsis. Ante-
Prophétas: supergréditur Patriár-
Et quisquis de muliere natus est:
or est Joánne.

Lectio quarta.
Icit fortásse áliquis, Si inter natos
mulierum Joánnes major est: ma-
t Salvatóre. Absit. Joánnes enim
mulieris: Christus autem Vírgi-
atus est. Ille corruptíbilis úteri
is effúsus est: iste impollútæ Vír-
flore progénitus.

Lectio quinta.
o autem cum Joánnis nativitáte
mini generátio deputátur: ne Dó-
minus extra veritátem videátur condi-
tiónis humánæ ✠ si comparátur homíni-
bus: Joánnes præmíssus est ante Deum.
Tanta in illo excelléntia erat, tanta grá-
tia: ut ipse putátus sit Christus.

Lectio sexta.
Quid ergo dixit de Christo? Nos
omnes de plenitúdine ejus ac-
cépimus. Quid ergo nos? Omnes
Prophétæ, Patriárchæ, Apóstoli, quot-
quot sancti, & ante incarnatiónem præ-
míssi, vel ab Incarnáto missi: Omnes
nos de plenitúdine ejus accépimus. Nos
vasa sumus: ille fons est.

Lectio septima.
Si ergo intellígimus mystérium (fra-
tres mei) Joánnes homo est: Chri-
stus Deus est. Humiliétur homo, ut
exaltétur Deus ✠ secúndùm illud quod
de Dómino ipse Joánnes dixit. Illum
opórtet créscere, me autem mínui. Ut
humiliarétur homo: hoc die natus est
Joánnes, quo incípiunt decréscere
dies. Ut exaltétur Deus: eo die na-
tus est Christus, quo incípiunt créscere
dies.

Lectio octava.
Magnum sacraméntum (fratres
charíssimi.) Ideo celebrámus na-
tálem Joánnis, sicut & Christi: quia
& ipsa Natívitas plena est mystério.
Quo mystério nisi humilitátis nostræ ✠
sicut Natívitas Christi plena est mystério
altitúdinis nostræ? Ergo in hómine mi-
nuámur: ut in Deo crescámus.

Lectio nona.
Léctio sancti Evangélii: secúndùm
Lucam. *Luc.* 1.
In illo témpore: Elísabeth implétum
est tempus pariéndi: & péperit fílium.
Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : Venerábilis Bedæ Presbyteri.

In homil. æstiv. de Sanctis.

JOánne nato, congratulabántur vicíni & cognáti genitríci illíus : quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa. Dómino autem nato congratulabántur Ecclésiæ : quia venit tempus miseréndi ejus ꟸ spíritus Angélici qui sunt vicíni ejus & cognáti : cives vidélicet ejúsdem pátriæ cæléstis, quam & ipsa expéctat ꟸ qui hymnum glóriæ canéndo : quid illa per orbem esset actúra, prióres ipsi de cælis admonébant.

Lectio decima.

REctè ígitur natívitas celebrátur illíus : qui talis poténtia magnitúdinis Domínicis propinquábat opéribus. Rectè ortus illíus solémnitas cólitur ꟸ cujus tanta est vitæ sublímitas, ut quidquid illo sublímius est : hoc jam hóminis natúram transcéndere dúbium non sit. Síquidem Dóminus cùm majórem eo néminem in natis mulíerum esse dixísset ꟸ mox subdit, dicens : qui autem minor est in regno cælórum, major est illo.

Lectio undecima.

SEipsum vidélicet insínuans ꟸ qui humána nativitáte postérior Joánne: sed cæléstis regni esset ápice præstántior. Notándum autem quòd hæc eádem beáti Joánnis natívitas : nonnúllam habet similitúdinem advéntus Domínici, & grátiæ, quam prædicáre veniébat.

Lectio duodecima.

NAm & cóngruum valde est : ut cui omnes Prophétæ prióres, & Patriárchæ, vel nascéndo, vel moriéndo, vel vivéndo, vel prædicéndo testimónium perhibuérunt ꟸ hunc multò ampliùs Præcúrsor suus (qui plusquam Prophéta éxtitit:) non tantùm in vita, & passióne, sed in ipsa quoque sua nativitáte desígnet.

Vesperæ sunt de Visitatione cum comm. Octav. S. Joannis, & SS. Apostolorum.

II. JULII.

IN FESTO VISITATIONIS B. V. MARIÆ.

Omnia fiunt sicut in Conceptione ejusdem, pag. 524. mutato nomine Conceptiónis, *in nomen* Visitatiónis, *exceptis Lectionibus, & Evangelio.*

Lectio prima.

Sermo beáti Augustíni Epíscopi.

Ex Ser. 35. in Assumpt. B. V. M.

CUm beatíssima Virgo María ab Angelo jam salutáta, Spíritu sancto repléta, plenitúdine Divinitátis afláta, ad Elísabeth venísset cognátam : post exultatiónem Joánnis in útero matris ꟸ hæc Dómino decantávit cántica laudis : Magníficat ánima mea Dóminum. Et exultávit spíritus meus : in Deo salutári meo.

Lectio secunda.

PRimò ígitur in hoc loco quæréndum est, quid sit magnificáre Dóminum : neque enim magnus fit à creatúra Creátor. Sed sciéndum nobis est, duóbus modis dici magnificári, id est, aut magnum fácere ꟸ aut magnum adoráre; magnum admirári. Magnificátur enim Deus à nobis : cùm magnificári dignátur à nobis. Sed nunquid sic in nobis ꟸ sicut in beáta María eámdem carnem assúmpsit pro nobis ?

Lectio tertia.

QUæcúmque tamen ánima sancta Verbum concípere potes credén-

do ꝛ pare prædicándo: magnífica amándo. Unde & David prophéta dicit. Magnificáte Dóminum mecum: & exaltémus nomen ejus in ínvicem. Ac si díceret. Magnitúdinem Dómini mecum prædicáte: & nóminis ejus præcónia magna voce attóllite. Hinc íterùm dicit: Dómine Deus meus magnificátus es veheménter.

Lectio quarta.

UNde autem magnificétur in nobis ꝛ idem prophéta ait: Magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua. Hinc namque optándum est in síngulis, ut nostra ánima magníficet Dóminum ꝛ concípiat Dei Verbum ꝛ páriat & nútriat ꝛ recordétur salvatiónis suæ pia commércia ꝛ quómodo nullis suis præcedéntibus méritis sit ab iniquitáte salváta: sed sola Dei bonitáte gratúita, Christi sanguine redémpta, & dicat: Magníficat ánima mea Dóminum.

Lectio quinta.

MAgníficet ergo in his ánima gloriosíssimæ Maríæ Dóminum: magníficet & nostra. Admirémur, gratulémur, amémus, laudémus, adorémus, grátias illi agámus ꝛ quóniam per ejúsdem Redemptóris nostri mortem, de ténebris ad lucem, de morte ad vitam, de corruptióne ad incorruptiónem, de exílio ad pátriam, de luctu ad gaúdium: de terris ad cæléste regnum vocáti sumus.

Lectio sexta.

QUaliscúmque ígitur ánima sancta tálibus fúerit incitaméntis occupáta ꝛ nihil concupíscit terrénum, nihil transitórium, nihil quod ad tempus arrídet: nihil quod ad præsens deléctat. Hæc risum luctum cómputat, & gaúdium in mœrórem commútat: cui mundus carcer ꝛ cælúmque habitátio est: cui exultátio de præséntibus nulla est, quia in illo tantùm gaudére áppetit, qui super omnes est.

Lectio septima.

UNde in sancto Cántico cùm díceret Virgo gloriósa, Magníficat ánima mea Dóminum: & exultávit spíritus meus ꝛ signánter áddidit: in Deo salutári meo. Ac si díceret. Anima mea, quæ magníficat Dóminum: non in quólibet álio ꝛ sed in illo tantùm exúltat: quem amándo magníficat. Nóverat enim áliam esse vituperábilem exultatiónem ꝛ qua mundus gaudére dícitur, tendens ad luctum: & de quálibus Sálomon ait. Lætántur cùm malè fécerint: & exúltant in rebus péssimis.

Lectio octava.

HInc & Apóstolus non quódlibet gaúdium in sanctórum córdibus esse descríbit: sed in Spíritu sancto. Hinc David cùm díceret, Gaudéte justi ꝛ subjúnxit: in Dómino. Hinc cùm Dómino díceret ꝛ Gaudébunt lábia mea dum cantávero: áddidit, tibi. Hac enim exultatióne nullus eórum gaudet, quisquis de præséntibus tantùm exúltat: æternísque bonis interésse non concupíscit.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 1.

IN illo témpore: Exúrgens María ábiit in montána cum festinatióne in in civitátem Juda ꝛ & intrávit in domum Zacharíæ: & salutávit Elísabeth. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 2. Comment. in Lucam.

MOrále est ómnibus ꝛ ut qui fidem éxigunt: fidem ástruant. Et ídeo

Angelus cùm abscóndita nuntiáret : ut fides astruerétur exémplo † senióris fœminæ sterilísque concéptum Vírgini Maríæ nuntiávit : ut possíbile Deo omne quod ei placúerit, asséreret.

Lectio decima.

UBi hoc audívit María, non quasi incrédula de oráculo † nec quasi incérta de núntio † nec quasi dúbitans de exémplo : sed quasi læta pro voto, religiósa pro officio, festína pro gaúdio, in montána perréxit. Quò enim jam Deo plena † nisi ad superióra cum festinatióne conténderet ? Nescit tarda molímina Spíritus sancti grátia.

Lectio duodecima.

DIscite & vos sanctæ mulíeres sedulitátem, quam prægnántibus debeátis exhibére cognátis. Maríam, quæ antè sola in íntimis penetrálibus versabátur † non à público virginitátis pudor, non à stúdio aspéritas móntium : non ab officio prolíxitas itíneris, retardávit. In montána Virgo cum festinatióne † Virgo officii memor, injúriæ ímmemor † afféctu vigénte non sexu : relícta perréxit domo.

Lectio duodecima.

DIscite vírgines non circumcursáre per aliénas ædes † non demorári in platéis : non áliquos in público miscére sermónes. María in domo sera : festínat in público. Mansit apud cognátam suam tribus ménsibus. Etenim quæ propter officium vénerat : inhærébat officio. Mansit étiam tribus ménsibus † non quòd eam domus delectáret aliéna : sed quia frequéntiùs vidéri in público displicébat. Didicístis vírgines pudórem Maríæ : díscite humilitátem.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 1.

IN illo témpore : Exúrgens María ábiit in montána cum festinatióne, in civitátem Juda † & intrávit in domum Zacharíæ : & salutávit Elísabeth. Et factum est, ut audívit salutatiónem Maríæ Elísabeth : exultávit infans in útero ejus. Et repléta est Spíritu sancto Elísabeth : & exclamávit voce magna, & dixit. Benedícta tu inter mulíeres : & benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me ? Ecce enim ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis : exultávit in gaúdio infans in útero meo. Et beáta quæ credidísti : quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt tibi à Dómino. Et ait María. Magníficat ánima mea Dóminum. Et exultávit spíritus meus, in Deo salutári meo.

DOMINICA INFRA OCTAVAS.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Quam pulchra es. *pag.* 529.
Psalmi feriales.

Capitul. ℟. *Hymn. &* ℣. *sicut in die Conceptionis. pag.* 530.

Ad Magnificat.

Antiph. Quasi palma. *pag.* 531.
Oratio. Fámulis tuis. *pag.* 529.
Et fit commemoratio de Dominica.

Ad Matutinas.

Invitat. Hymn. ℟ia, *& Versiculi sicut in die Conceptionis.* 525.

In primo Nocturno.

Antiph. Benedícta tu. *pag.* 525. *Psalmi Dominicales. pag.* 17.

Lectio prima.

Ex Lib. Reg. 3. *Cap.* 2.

SAlomon autem sedit super thronum David patris sui : & firmátum est

regnum

gnum ejus nimis. Et ingréssus est Ado-
s filius Haggith ad Bethsábee matrem
omónis. Quæ dixit ei. Pacificúsne est
réssus tuus ? Qui respóndit : Pacífi-
. Addidítque : Sermo mihi est ad te.
i ait : Lóquere. Et ille : Tu inquit,
ti quia meum erat regnum ✠ & me
posúerat omnis Israël sibi in regem :
translátum est regnum, & factum
fratris mei. A Dómino enim consti-
um est ei.

Lectio secunda.

NUnc ergo petitiónem unam pre-
cor à te : ne confúndas fáciem
am. Quæ dixit ad eum : Lóquere.
ille ait. Precor ut dicas Salomóni
i (neque enim negáre tibi quidquam
est :) ut det mihi Abísag Sunamíti-
n uxórem. Et ait Bethsábee : Bene,
loquar pro te regi.

Lectio tertia.

VEnit ergo Bethsábee ad regem Sa-
lomónem : ut loquerétur ei pro
onía. Et surréxit rex in occúrsum
, adoravítque eam ✠ & sedit super
onum suum : positúsque est thronus
ri regis, quæ sedit ad déxteram ejus.
ítque ei. Petitiónem unam párvu-
ego déprecor à te : ne confúndas
em meam. Et dixit ei rex. Pete ma-
mea : neque enim fas est ut avértam
em tuam.

Lectio quarta.

QUæ ait : Detur Abísag Sunamítis
Adoníæ fratri tuo uxor. Respon-
que rex Salomon, & dixit matri suæ.
are póstulas Abísag Sunamítidem
oníæ ? Póstula ei & regnum. Ipse est
n frater meus major me : & habet
athar sacerdótem, & Joab filium
ríæ. Jurávit ítaque rex Sálomon per
minum, dicens ✠ Hæc fáciat mihi
Deus, & hæc addat : quia contra áni-
mam suam locútus est Adonías verbum
hoc. Et nunc vivit Dóminus, qui fir-
mávit me, & collocávit me super só-
lium David patris mei ✠ & qui fecit
mihi domum, sicut locútus est : quia
hódie occidétur Adonías.

In secundo Nocturno.

Antiph. Sicut myrrha elécta. *p. 526.*
Psalmi Dominicales. pag. 20.

Lectio quinta.

MIsítque rex Sálomon per manum
Banaíæ filii Jójadæ : qui interfé-
cit eum, & mórtuus est. Abíathar quo-
que sacerdóti dixit rex. Vade in Ana-
toth ad agrum tuum : & quidem vir
mortis es ✠ sed hódie te non interfí-
ciam, quia portásti arcam Dómini Dei
coram David patre meo : & sustinuísti
labórem in ómnibus, in quibus laborá-
vit pater meus. Ejécit ergo Sálomon
Abíathar, ut non esset sacérdos Dómi-
ni ✠ ut implerétur sermo Dómini : quem
locútus est super domum Heli in Silo.

Lectio sexta.

VEnit autem núntius ad Joab, quòd
Joab declinásset post Adoníam : &
post Salomónem non declinásset. Fugit
ergo Joab in tabernáculum Dómini : &
apprehéndit cornu altáris. Nuntiatúm-
que est regi Salomóni, quòd fugísset
Joab in tabernáculum Dómini : & esset
juxta altáre. Misítque Sálomon Bana-
íam fílium Jójadæ, dicens. Vade : in-
térfice eum. Et venit Banaías ad taber-
náculum Dómini : & dixit ei. Hæc di-
cit rex : Egrédere. Qui ait, Non egré-
diar : sed hìc móriar.

Lectio septima.

REnuntiávit Banaías regi sermónem,
dicens. Hæc locútus est Joab : &
hæc respóndit mihi. Dixítque ei rex.

Fac ſicut locútus eſt : & intérfice eum, & ſépeli ꟸ & amovébis ſánguinem innocéntem qui effúſus eſt à Joab : à me & à domo patris mei. Et reddet Dóminus ſánguinem ejus ſuper caput ejus ꟸ quia interfécit duos viros juſtos, melioréſque ſe : & occídit eos gládio, patre meo David ignoránte, Abner fílium Ner príncipem milítiæ Iſraël : & Amaſam fílium Jether príncipem exércitus Juda.

Lectio octava.

ET revertétur ſanguis illórum in caput Joab, & in caput séminis ejus in ſempitérnum. David autem & ſémini ejus, & dómui & throno illíus ſit pax uſque in ætérnum à Dómino. Aſcéndit ítaque Banaías fílius Jójadæ, & aggréſſus eum interfécit : ſepultúſque eſt in domo ſua in deſérto. Et conſtituit rex Banaíam fílium Jójadæ pro eo ſuper exércitum : & Sadoc ſacerdótem póſuit pro Abíathar.

In tertio Nocturno.

Antiph. Sicut. *pag.* 528. *Cantic.* Obaudite. *pag.* 117. *cum duobus ſequentib.*

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii : ſecúndùm Lucam. *Luc.* 1.

IN illo témpore : Exúrgens María ábiit in montána cum feſtinatióne in civitátem Juda ꟸ & intrávit in domum Zacharíæ : & ſalutávit Eliſabeth. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Ambróſii Epíſcopi.

Lib. 2. *Comment. in Lucam.*

ET unde hoc mihi ꟸ ut véniat mater Dómini mei ad me ? Non quaſi ignórans dicit. Scit enim eſſe Spíritus ſancti grátiam & operatiónem : ut mater prophétæ à matre Dómini ad proféctum ſui pígnoris ſalutétur. Sed quaſi non humáni hoc mériti, ſed divínæ grátiæ munus eſſe cognóſcat, ita dicit. Unde hoc mihi, hoc eſt, quantum bonum mihi áccidit ꟸ ut mater Dómini mei véniat ad me ?

Lectio decima.

NOn cognóſco meum. Unde hoc mihi ? Qua juſtítia ? Quibus factis ? Pro quibus méritis ? Non uſitáta hæc officia fœminárum ſunt, ut véniat mater Dómini mei ad me. Miráculum ſéntio : cognóſco myſtérium. Mater Dómini Verbo fœta : Deo plena eſt. Ecce enim ut facta eſt vox ſalutatiónis tuæ in aúribus meis : exultávit in gaúdio infans in útero meo. Et beáta, quæ credidíſti.

Lectio undecima.

VIdes, non dubitáſſe Maríam, ſed credidíſſe : & ídeo fídei fructum conſecútam. Beáta, inquit, quæ credidíſti. Sed & vos beáti : qui audítis & créditis. Quæcúmque enim credíderit ánima ꟸ & cóncipit & génerat Dei Verbum : & ópera ejus agnóſcit. Sit in síngulis Maríæ ánima : ut magníficet Dóminum. Sit in síngulis ſpíritus Maríæ : ut exúltet in Deo.

Lectio duodecima.

NAm etſi ſecúndùm carnem una eſt Mater Chriſti : ſecúndùm fidem tamen, ómnium fructus eſt Chriſtus. Omnis enim ánima cóncipit Dei Verbum ꟸ ſi tamen immaculáta & immúnis à vítiis ſit : & intemeráto caſtimóniam pudóre cuſtódiat. Quæcúmque ígitur talis potúerit eſſe ánima ꟸ magníficat Dóminum ſicut ánima Maríæ magnificávit Dóminum : & exultávit ſpíritus ejus in Deo ſalutári ſuo.

Evangelium ſicut in die. pag. 601.

Ad Laudes.

tul. ficut in die, cætera verò ficut *ctavas Conceptionis. pag. 530.*
Horas & Vefperas ficut infra eaf- *tavas. Ibidem.*

Octavas privatis diebus, omnia *ficut infra Octavas Conceptionis* *B. V. Mariæ, pag. 530. excep-* *nibus fequentibus.*

A DIE INFRA OCTAVAS.

Lectio prima.

firmátum eft ígitur regnum in manu Salomónis : & affinitáte tus eft Pharaóni regi Ægypti ˧ namque filiam ejus, & addúxit tem David : donec compléret s domum fuam, & domum Dó- nurum Jerúfalem per circúitum. pópulus immolábat in excél- enim ædificátum erat templum Dómini ufque in diem illum.

Lectio fecunda.

ixit autem Sálomon Dóminum, bulans in præcéptis David pa- excépto quòd in excélfis immo- & accendébat thymiáma. Abiit n Gabáon ut immoláret ibi ˧ ippe erat excélfum máximum : ftias in holocaúftum óbtulit Sá- per altáre illud in Gabáon.

Lectio tertia.

ruit autem Dóminus Salomóni fómnium nocte, dicens. Póftula : ut dem tibi. Et ait Sálomon. i cum fervo tuo David patre ericórdiam magnam : ficut am- n confpéctu tuo in veritáte, & & recto corde tecum ˧ cufto- mifericórdiam tuam grandem : ei filium fedéntem fuper thro- , ficut eft hódie.

SECUNDA DIE.

Lectio prima.

ET nunc Dómine Deus, tu regnáre fecífti fervum tuum pro David pa- tre meo : ego autem fum puer párvu- lus, & ignórans egréffum & intróitum meum. Et fervus tuus in médio eft pó- puli, quem elegífti : pópuli infiníti, qui numerári & fupputári non poteft præ multitúdine. Dabis ergo fervo tuo cor dócile ˧ ut pópulum tuum judicáre pof- fit : & difcérnere inter bonum & malum. Quis enim póterit judicáre pópulum iftum ˧ pópulum tuum hunc multum ?

Lectio fecunda.

PLácuit ergo fermo coram Dómino: quòd Sálomon poftuláffet hujufcé- modi rem. Et dixit Dóminus Salomóni. Quia poftuláfti verbum hoc, & non pe- tífti tibi dies multos, nec divítias, aut ánimas inimicórum tuórum ˧ fed poftu- láfti tibi fapiéntiam ad difcernéndum ju- dícium : ecce, feci tibi fecúndùm fermó- nes tuos ˧ & dedi tibi cor fápiens & in- télligens : in tantum ut nullus ante te sí- milis tui fúerit, nec poft te furrectúrus fit.

Lectio tertia.

SEd & hæc, quæ non poftuláfti, dedi tibi, divítias fcílicet, & glóriam : ut nemo fúerit fímilis tui in régibus, cunctis retro diébus. Si autem ambuláveris in viis meis, & cuftodíeris præcépta mea, & mandáta mea ˧ ficut ambulávit pater tuus : longos fáciam dies tuos. Igitur evigilávit Sálomon : & intelléxit quòd effet fómnium.

TERTIA DIE.

Lectio prima.

CUmque veniffet Jerúfalem : ftetit coram arca fœderis Dómini ˧ &

n ad Hiram, dicens. Tu scis vo-
tem David patris mei ✠ & quia
potúerit ædificáre domum nómini
ini Dei sui propter bella imminén-
er circúitum: donec daret Dómi-
tos sub vestígio pedum ejus. Nunc
n réquiem dedit Dóminus Deus
mihi per circúitum: & non est
, neque occúrsus malus.

Lectio secunda.

Uamóbrem cógito ædificáre tem-
plum nómini Dómini Dei mei:
locútus est Dóminus David patri
, dicens. Filius tuus, quem dabo
e super sólium tuum: ipse ædificá-
omum nómini meo. Præcipe ígi-
ut præcídant mihi servi tui cedros
íbano ✠ & servi mei sint cum ser-
uis: mercédem autem servórum
m dabo tibi quamcúmque petíe-
scis enim quómodo non est in
lo meo vir: qui nóverit ligna
re sicut Sidónii.

Lectio tertia.

Um ergo audísset Hiram verba Sa-
lomónis, lætátus est valde, & ait.
dictus Dóminus Deus hódie: qui
David filium sapientíssimum su-
pópulum hunc plúrimum. Et misit
n ad Salomónem, dicens. Audívi
úmque mandásti mihi: ego fáciam
m voluntátem tuam in lignis cé-
& abiégnis. Servi mei depónent
Líbano ad mare ✠ & ego compó-
ea in rátibus in mari usque ad lo-
quem significáveris mihi: & appli-
ea ibi, & tu tolles ea ✠ præbebís-
ecessária mihi: ut detur cibus dó-
meæ.

VI. JULII.

IN OCTAVIS SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Quàm pulchra es. *pag.* 529.
Psalmi feriales.

Capitul. ℟. *Hymn. &* ℣. *de Communi Apostolorum. pag.* 1.

Ad Magnificat.

Antiph. Isti sunt. *pag.* 612.

Oratio. Deus cujus déxtera. *ibidem.*

Et fit commemor. de Visitatione.

Quando ista Octava occurrunt in Dominica, anticipantur Sabbato præcedenti. Tuncque secunda Vespera à Capitulo erunt de Octav. Visitationis cum commemor. de prædictis Oct. & postea de Dñica currente.

Ad Matutinas, Laudes, Horas, & Vesperas omnia de Communi Apostolorum, exceptis his quæ sequuntur.

Lectio prima.

Sermo beáti Augustíni Epíscopi.

Serm. 29. de Sanctis.

HOdie duos Christiáni nóminis fundatóres, exultántis Ecclésiæ festa concélebrant. Hi enim duo elécti sunt ad duórum populórum salútem: Petrus ad Judæórum, Paulus ad Géntium. Petrus, ut in Judæa véterem, ac desértum agrum reparáret ✠ atque eum sub umbra legis infructuósum, & à calóre veri Solis abscónditum fidei salubritáte, & grátiæ fœcundáret.

Lectio secunda.

PAulus verò ad Gentes míttitur ✠ & ad terram novam, quæ nullam antè déderat frugem: nullum fúerat expérta cultórem ✠ qui arátro Domínicæ Crucis proscínderet: & in rudi campo, Christi novéllam infatigábilis operárius excitáret. Petrus ítaque víneam, ubi jam fue-

tia à mútua óritur dilectióne. Neque símpliciter dilectiónem dicit : sed & modum docet diligéndi. Sicut ego diléxi vos (inquit.)

Lectio undecima.

ITerum osténdit non ódio áliquo discédere : sed dilectióne. Quare magis me admirári debétis ꟸ pro vobis ánimam meam pono : ut supériùs inquit, óptimum pastórem descríbens. Hoc autem in loco eos ádmonet : & dilectiónis suæ magnitúdinem, & qualis ipse sit, osténdit.

Lectio duodecima.

SEd qua grátia semper dilectiónem extóllit ? Quóniam hoc est discipulórum arguméntum : hoc virtútem corróborat. Proptérea Paulus tantópere dilectiónem laudávit ꟸ útpote verus Christi discípulus : qui ejus vim sit expértus.

Evangelium quære in festo S. Matthiæ Apostoli. pag. 554.

Oratio. Deus cujus déxtera. *pag.* 612. *quæ etiam dicitur ad Laud. Tert. & Vesp.*

Ad Benedictus.

Antiph. Hi sunt. *pag.* 612.

Ad Magnificat. Antiph. Isti sunt. *ibid.*

IX. JULII.

IN OCTAVIS VISITATIONIS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

Omnia dicuntur ut in Octavis Conceptionis ejusdem. pag. 531. præter quatuor ultimas Lectiones & Evangelium.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 1.

IN illo témpore : Exúrgens María ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Juda ꟸ & intrávit in domum Zacharíæ : & salutávit Elísabeth. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : Venerábilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 1. *Comment. in Luc. cap.* 1.

ACcépto Vírginis consénsu, mox Angelus cæléstia répetit : illa petit montána. Typicum páriter exémplum tríbuens ꟸ quòd omnis ánima, quæ Verbum Dei mente concéperit : virtútum statim celsa cacúmina gressu conscéndat amóris ꟸ quátenus civitátem Juda, id est, confessiónis & laudis arcem penetráre : & usque ad perfectiónem fidei, spei, & charitátis, quasi tribus in ea ménsibus váleat commorári.

Lectio decima.

MAría ad Elísabeth : Dóminus venit ad Joánnem ꟸ hæc, ut Spíritu sancto repleátur : illíus, ut baptísma consecrétur. Majorúmque humiliátio, minórum est útique exaltátio. Et factum est, ut audívit salutatiónem Maríæ Elísabeth : exultávit infans in útero ejus. Vide distinctiónem : singulorúmque verbórum proprietátes. Vocem prior Elísabeth audívit : sed Joánnes prior grátiam sensit.

Lectio undecima.

ILla natúræ órdine audívit : iste exultávit ratióne mystérii. Illa Maríæ : iste Dómini sensit advéntum. Istæ grátiam loquúntur ꟸ illi intus operántur, pietatísque mystérium matérnis adoriúntur profectibus : duplicíque miráculo prophétant matres spíritu parvulórum. Exultávit infans ꟸ & repléta mater est : non priùs mater repléta quàm fílius ꟸ sed cùm fílius replétus esset Spíritu sancto : replévit & matrem.

Lectio duodecima.

ET exclamávit voce magna, & dixit ꟸ Benedícta tu inter mulíeres : & benedíctus ventris tui. Notándum,

quòd præmíssa de Christo prophetía non rerum tantùm miráculis: sed & verbórum proprietáte complétur. Iste est enim fructus, qui David Patriárchæ sub jurejurándo promíttitur. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

IN FESTO SS. SEPTEM FRATRUM MARTYRUM.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui glorióśos mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus ✠ pios apud te in nostra intercessióne sentiámus: Per Dóminum.

XIII. JULII.

IN FESTO S. SILÆ APOSTOLI.

Ad Vesperas, Laudes, Tertiam.

Oratio. Quæsumus Dómine. *de Communi Apostolorum. pag.* v.

Ad Matutinas.

Invitator. Regem Apostolórum Dóminum: Veníte adorémus. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymn. Psalmi, & Antiph. de tempore.

Ad Nocturnum & Sextam.

Oratio.

ADjuvet Ecclésiam, tibi Dómine supplicándo, beátus Silas Apóstolus ✠ & pius intervéntor efficiátur: qui tui nóminis éxtitit prædicátor. Per Dóminum.

XIV. JULII.

IN FESTO S. BONAVENTURÆ EPISC. ET DOCTORIS ECCLESIÆ.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo, ætérnæ salútis beátum Bonaventúram minístrum tribuísti ✠ præsta quæsumus: ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris ✠ intercessórem habére me[...] in cælis: Per Dóminum.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: sec[...] Matthæum. *Matth. 5.*

IN illo témpore: Dixit Jesus [...] pulis suis. Vos estis sal terr[...] réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: [...] tris nostri Brunónis.

Serm. 1. de Confess.

QUàm pulchra & quàm conv[...] tia nómina suis discípulis D[...] impónit. Quàm dignum & conv[...] erat ✠ ut tálibus tália nómina in[...] réntur: qui ad condiéndum & i[...] nándum totíus mundi amplitú[...] mittebántur. Vos, inquit, estis s[...] ræ ✠ vos estis hóminum condimén[...] vestro exémplo ínstrui, vestra sap[...] docéri: vestra humilitáte & pa[...] cæteri hómines compóni debent.

Lectio decima.

EGrégiè autem sal pro sapiénti[...] nitur ✠ quia sicut cibi sine s[...] tui sunt, & sapórem non habent [...] cæteræ virtútes sine sapiéntia in[...] sunt, miniméque profíciunt. N[...] quimur modò de sapiéntia mundi [...] stultítia est apud Deum: sed póti[...] illa sapiéntia, quæ ducit hómin[...] vitam ætérnam.

Lectio undecima.

HÆc sapiéntia fácilè díscitur, [...] credéndo invenítur ✠ nisi credidéritis (ait Prophéta:) non i[...] gétis. Vis esse sapiens? Deum t[...] & obsérva mandáta ejus: quia inítiu[...] piéntiæ est timor Dómini. Hæc est sa[...] tia Christianórum, declináre à mal[...] fácere bonum. Hanc sapiéntiam [...] habent Judæi & Gentiles: & ideo

& in ténebris ámbulant.

Lectio duodecima.

Mnis cibus sine hoc sale fatuus est: omnis virtus sine sapiéntia inútilis Hæc enim sola ducit hómines ad cælórum: de qua ipse Dóminus Habéte sal in vobis: & pacem hainter vos. De qua simíliter dícitur. is igne saliétur: & omnis víctima, aliétur. Unde & per Moysen dícinon aúferes sal fœderis Dómini ui de sacrifício tuo. In omni saio ófferes sal.

vangelium quære in festo S. Ambrosii. 524.

ratio. Deus qui pópulo. *pag.* 524.

tera omnia sicut in Communi unius ssoris Episcopi. pag. xvii.

XXI. JULII.

ESTO SANCTÆ PRAXEDIS VIRG.

Oratio.

A quæsumus omnípotens Deus ✠ ut qui beátæ Praxédis Vírginis natalítia cólimus: & ánnua devo lætémur ✠ & tantæ fídei proficiá exémplo: Per Dóminum.

Ad Sextam.

ratio. Deus, qui nos ánnua. *ut in muni Vírginum non Mart. pag.* xxxiii.

XXII. JULII.

ESTO S. MARIÆ MAGDALENÆ.

Ad primas Vesperas.

ntiph. María ergo * unxit pedes, & extérsit capíllis suis: & domus léta est ex odóre unguénti. *Psalmi les.*

Capitulum. *Proverb.* 31.

Ulíerem fortem quis invéniet? Procul & de últimis fínibus pré ejus ✠ confídit in ea cor viri sui: & spóliis non indigébit.

℟. Deo grátias.

℟. *magnum.* Fúlcite me. *ut in Communi Vírginum. pag.* xxix.

Hymnus.

LAuda mater Ecclésia,
Lauda Christi cleméntiam,
Qui septem purgat vítia
Per septifórmem grátiam.

María soror Lázari,
Quæ tot commísit crímina,
Ab ipsa fauce tártari
Redit ad vitæ límina.

Post fluxæ carnis scándala,
Fit ex lebéte phíala,
In vas transláta glóriæ,
De vase contuméliæ.

Ægra currit ad médicum,
Vas ferens aromáticum:
Et à morbo multíplici,
Verbo curátur médici.

Surgéntem cum victória
Jesum videt ab ínferis:
Prima merétur gaúdia,
Quæ plus ardébat cæteris.

Uni Deo sit glória,
Pro multifórmi grátia,
Qui culpas & supplícia
Remíttit, & dat præmia. Amen.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in médio ejus non commovébitur.

Ad Magnificat.

Antiph. In diébus illis * múlier, quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit quòd Jesus accúbuit in domo Simónis leprósi, áttulit alabástrum unguénti: & stans retro secus pedes Dómini Jesu, lácrymis cœpit rigáre pedes ejus, & capíllis cápitis sui tergébat, & osculabátur pedes ejus, & unguénto ungébat.

Oratio.

LArgíre nobis Dómine clementíssime Pater : ut sicut beáta María Magdaléna Dóminum nostrum Jesum Christum super ómnia diligéndo, suórum obtínuit véniam peccatórum ꟷ ita nobis apud tuam misericórdiam sempitérnam ímpetret beatitúdinem : Per eúmdem.

Ad Matutinas.

Invitat. Laudémus Deum nostrum: In conversióne Maríæ Magdalénæ. *Psal.* Veníte. *pag.* 16.

Hymn. Lauda mater Ecclé. *pag.* 625.

In primo Nocturno.

Antiph. In diébus illis. *pag.* 625. *Psalm.* Dómine Dóminus. *pag.* 8.

Antiph. María ergo * unxit pedes Jesu, & extérsit capíllis suis : & domus impléta est ex odóre unguénti. *Psalm.* Cæli enárrant. *pag.* 14.

Antiph. Quid moléсti estis * huic mulíeri ? Opus enim bonum operáta est in me. *Psalm.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Mittens * hæc múlier in corpus meum hoc unguéntum, ad sepeliéndum me fecit. *Psalm.* Eructávit. *p.* 37.

Antiph. Véspere autem Sábbati * quæ lucéscit in prima Sábbati, venit María Magdaléne, & ália María vidére sepúlchrum, allel. *Psal.* Deus noster. *p.* 40.

Antiph. Et valde manè * una Sabbatórum véniunt ad monuméntum, orto jam sole, allel. *Psalm.* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Homil. 33. *in Evangel.*

QUid (fratres mei) dilectiónem esse crédimus, nisi ignem ? Et quid culpam ꟷ nisi rubíginem ? Unde nunc dícitur ꟷ Remittúntur ei peccáta multa: quia diléxit multùm. Ac si apértè dicerétur ꟷ Incéndit plenè peccáti rubíginem : quia ardet válidè per amóris ignem. Tantò namque ámpliùs peccáti rubígo consúmitur : quantò peccatóris cor magno charitàtis igne concremátur.

℟. Diffúsa est. *pag.* xxxv.

Lectio secunda.

ECce ea quæ ad médicum vénerat ægra ꟷ sanáta est : sed de salúte ejus adhuc álii ægrótant. Nam simul discumbéntes conquésti sunt intra se, dicéntes ꟷ Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit ? Sed cæléstis médicus ægros non déspicit : quos étiam de medicaménto fieri deterióres videt. Eam autem quam sanáverat per pietátis suæ senténtiam confírmat, dicens ꟷ Fides tua te salvam fecit : vade in pace.

℟. Spécie tua. *pag.* xxxv.

Lectio tertia.

ETenim fides ejus salvam eam fecit : quia hoc quod pétiit, posse se accípere non dubitávit. Sed ipsam quoque spei certitúdinem jam ab illo accéperat : à quo per spem étiam salútem quærébat. In pace autem ire præcípitur: ut à veritátis itínere in viam scándali ultériùs non derivétur. Unde & per Zacharíam dícitur : Ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

℟. Dilexísti. *pag.* xxxv.

Lectio quarta.

TUnc enim gressus nostros in viam pacis dirígimus ꟷ quando per illud actiónum iter pérgimus : in quo ab Authóris nostri grátia non discordámus. Hæc ítaque (fratres charíssimi) históríca expositióne transcúrrimus : nunc verò, si placet, quæ dicta sunt mystico

intelléctu differámus.

℟. Dum transísset Sábbatum María Magdaléne, & María Jacóbi, & Salóme emérunt arómata. † Ut veniéntes úngerent Jesum, allel allel.

℣. Et valde manè una Sabbatórum véniunt ad monuméntum, orto jam sole. Ut veniéntes.

℣. Glória Patri. allelu-ia.

In secundo Nocturno.

Antiph. Et dicébant * ad ínvicem, Quis revólvet nobis lápidem ab óstio monuménti, allel. allel. *Psalm.* Benedixísti. *pag.* 63.

Antiph. Et respiciéntes * vidérunt revolútum lápidem, erat quippe magnus valde, allel. *Psalm.* Fundaménta. *p.* 66.

Antiph. Respóndens autem Angelus * dixit muliéribus, Nolíte timére, scio enim quòd Jesum quæritis, allel. *Psal.* Cantáte. *i. pag.* 69.

Antiph. Jesum qui crucifíxus est * quæritis, allel. non est hìc, surréxit enim sicut dixit vobis, allelu-ia, allel. *Psal.* Dominus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Jesum quæritis, * non est hìc, sed surréxit : recordámini quáliter locútus est vobis cùm adhuc in Galilæa esset, allel. *Psalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

Antiph. Citò eúntes * dícite discípulis, quia surréxit Dóminus, allel. *Psalm.* Dóminus regnávit irascántur. *pag.* 70.

℣. Spécie tua & pulchritúdine.

Lectio quinta.

QUem namque Pharisæus de falsa justítia præsúmens, nisi Judáicum pópulum ⁊ quem peccátrix múlier ad vestígia Dómini véniens & plorans ⁊ nisi convérsam gentilitátem desígnat? Quæ cùm alabástro venit : unguéntum fudit ⁊ retro secus pedes Dómini stetit: lácrymis pedes rigávit ⁊ capíllis tersit : eosdémque quos infundébat, & tergébat, pedes osculári non désiit.

℟. Fallax est. *pag.* xxxvi.

Lectio sexta.

NOs ergo nos illa múlier expréssit ⁊ si toto corde ad Dóminum post peccáta redeámus : si ejus pœniténtiæ luctus imitémur. Quid namque unguénto ⁊ nisi bonæ odor opiniónis exprímitur? Unde & Paulus dicit : Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Si ergo recta ópera ágimus, quibus opiniónibus boni odóris Ecclésiam respergámus ⁊ quid in Dómini córpore nisi unguéntum fúndimus?

℟. Accínxit. *pag.* xxxvi.

Lectio septima.

SEd secus pedes Jesu múlier stetit. Contra pedes enim Dómini stétimus : cùm in peccátis pósiti, ejus itinéribus renitebámur. Sed si ad veram pœniténtiam post peccáta convértimur ⁊ jam retro secus pedes stamus : quia ejus vestígia séquimur, quem impugnabámus. Lácrymis múlier pedes Jesu rigat. Quod nos quoque veráciter ágimus : si quibúslibet últimis membris Dómini per compassiónis afféctum inclinámur ⁊ si sanctis ejus in tribulatióne compátimur: si eórum tristítiam, nostram putámus.

℟. Quàm pulchra es. *pag.* xxxvii.

Lectio octava.

MUlier capíllis pedes quos rigáverat, tersit. Capílli quippe supérfluunt córpori. Et quid abúndans terréna substántia ⁊ nisi capillórum spéciem tenet? Quæ dum ad usum necessitátis supérfluit : étiam abscíssa non séntitur. Capíllis ergo pedes Dómini térgimus ⁊ quando sanctis ejus, quibus ex charitáte compátimur : étiam ex his, quæ nobis supérfluunt, miserémur ⁊

es ejus : & capillis capitis sui ter-
at ✠ & osculabátur pedes ejus : &
guénto ungébat. Videns autem Pha-
us, qui vocáverat eum : ait intra se,
ens. Hic si esset Prophéta ✠ sciret úti-
, quæ, & qualis est múlier, quæ tan-
eum : quia peccátrix est. Et respón-
s Jesus: dixit ad illum. Simon : hábeo
áliquid dícere. At ille ait. Magíster,
. Duo debitóres erant cuídam fœne-
ri ✠ unus debébat denários quin-
tos : & álius quinquagínta. Non
éntibus illis unde rédderent : doná-
utrísque. Quis ergo eum plus díli-
? Respóndens Simon : dixit. Æstimo:
a is, cui plus donávit. At ille dixit
Rectè judicásti. Et convérsus ad mu-
em, dixit Simóni. Vides hanc mu-
em : Intrávi in domum tuam : aquam
ibus meis non dedísti. Hæc autem
ymis rigávit pedes meos : & capíllis
tersit. Osculum mihi non dedísti.
c autem ex quo intrávit : non cessá-
osculári pedes meos. Oleo caput
m non unxísti. Hæc autem unguénto
it pedes meos. Propter quod dico
✠ Remittúntur ei peccáta multa :
niam diléxit multum. Cui autem
ùs dimíttitur : minùs díligit. Dixit
m ad illam. Remittúntur tibi pec-
. Et cœpérunt qui simul accumbé-
t : dicere intra se. Quis est hic, qui
m peccáta dimíttit ? Dixit autem ad
lierem. Fides tua te sálvam fecit,
lè in pace. Amen.

Oratio. Largíre nobis. *pag.* 626.

Ad Laudes.

Antiph. María stabat * ad monuméntum
s plorans, & vidit duos Angelos in
s sedéntes ubi pósitum fúerat corpus
u, allel. *Psal.* Dóminus regn. *pag.* 68.

Antiph. Tulérunt * Dóminum meum, & néscio ubi posuérunt eum : si tu sustu-lísti eum, dícito mihi, allel. & ego eum tollam, allel. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Scio * quòd Jesum quæritis crucifíxum, surréxit. allel. *Psalm.* Deus Deus meus. *Psalm.* 26.

Antiph. Surgens Jesus * manè prima Sábbati, appáruit primò Maríæ Magda-lénæ, de qua ejécerat septem dæmónia, allel. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Ite * nuntiáte frátribus meis, allel. ut eant in Galilæam, ibi me vidé-bunt, allel. allel. allel. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Mulíerem. *pag.* 625.

℟. Adjuvábit eam. *pag.* xxxviii.

Hymnus.

ÆTérni Patris únice,
Nos pio vultu réspice,
Qui Magdalénam hódie
Vocas ad thronum glóriæ.

In thesáuro repósita
Regis est drachma pérdita,
Gemmáque luce ínclyta,
De luto luci réddita.

Jesu dulce refúgium,
Spes una pœniténtium,
Per peccatrícis méritum,
Peccáti solve débitum.

Pia mater & húmilis,
Natúræ memor frágilis,
In hujus vitæ flúctibus,
Nos rege tuis précibus.

Uni Deo sit glória. *pag.* 625.

℣. Audi filia & vide. *pag.* xxxix.

Ad Benedictus.

Antiph. Múlier * quæ erat in civitáte peccátrix, áttulit alabástrum unguénti, & stans secus pedes Jesu, lácrymis cœ-pit rigáre pedes ejus, & capíllis cápitis sui tergébat.

Oratio. Largíre nobis. *pag.* 626.

Ad Primam.

Antiph. María stabat. *pag.* 529.

Ad Tertiam.

Antiph. Tulérunt. *pag.* 629.

Capitulum. Mulíerem. *pag.* 625.

℣. Diffúsa est. *pag.* 626.

Oratio. Largíre. *pag.* 626.

Ad Sextam.

Antiph. Surgens. *pag.* 629.

Capitulum. *Proverb.* 31.

MAnum suam apéruit ínopi ✠ & palmas suas exténdit ad paúperem: non timébit dómui suæ à frigóribus nivis. ℟. Deo grátias.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.

Oratio.

BEátæ Maríæ Magdalénæ, quæsumus Dómine, suffrágiis adjuvémur ✠ cujus précibus exorátus: quatriduánum fratrem Lázarum vivum ab ínferis resuscitásti. Qui vivis & regnas.

Ad Nonam.

Antiph. Ite * nuntiáte. *pag.* 629.

Capitulum. *Proverb.* 31.

MUltæ fíliæ congregavérunt divítias: tu supergréssa es univérsas ✠ fallax grátia, & vana est pulchritúdo: múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur. ℟. Deo grátias.

℣. Adjuvábit eam. *pag.* 625.

Oratio. Beátæ Maríæ Magd. *ut suprà.*

Ad Vesperas.

Antiph. María ergo. *pag.* 626. *Psal.* Dixit Dóminus. *pag.* 94.

Antiph. Quid moléstì estis. *pag.* 626. *Psalm.* Laudáte púeri. *pag.* 95.

Antiph. Mittens. *pag.* 626. *Psalmus.* Lætátus sum. *pag.* 92.

Antiph. Véspere autem Sábbati. *pag.* 626. *Psalm.* Nisi Dóminus ædi. *pag.* 94.

Capitulum. Mulíerem. *pag.* 625.

℟. Audi filia. *pag.* xxviii.

Hymnus. Lauda mater. *pag.* 625.

℣. Adjuvábit. *ibidem.*

Ad Magnificat.

Antiph. Dixit autem Jesus * ad mulíerem, Fides tua te salvam fecit, vade in pace.

Oratio. Largíre. *pag.* 626.

XXIII. JULII.

IN FESTO S. APOLLINARIS EPISC. ET MARTYRIS.

Oratio.

DEus qui nos ánnua beáti Apollináris Mártyris tui atque Pontíficis solennitáte lætíficas ✠ præsta quæsumus: ut cujus gaudémus méritis ✠ instruámur exémplis: Per Dóminum.

XXV. JULII.

IN FESTO S. JACOBI APOSTOLI.

Omnia de Communi Apostolorum, præter Orationem, Lectiones, & Evangelium quæ sequuntur.

Oratio.

ESto Dómine plebi tuæ sanctificátor & custos ✠ ut Apóstoli tui Jacobi munítа præsídiis: & conversatióne tibi pláceat ✠ & secúra mente desérviat: Per Dóm.

Fit commemoratio de sancto Christophoro, Martyre.

Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* xii.

Lectio prima.

Sermo B. Joánnis Chrysóstomi Epíscopi.

Ex homil. 66. *in Matth.*

NOn turbétur quisquam, si ideo imperféctos dícimus Apóstolos fuísse ✠ ut quæ à Christo dicebántur, cápere non possent: adeóque procul à recta intelligéntia essent. Nondum enim mystérium Crucis erat consummátum: nondum grátia Spíritus in ipsórum corda infusa.

Lectio ſecunda.

Uare ſi ſtúdia virtútis ipſórum
diſcere cupis † quales poſt datam
am Spíritus fuerint, consídera : &
is omnem ab illis turbatiónem áni-
iſſe ſuperátam. Hac enim de cau-
rum modò imperféctio revelátur †
értè percípere poſſis : quales ſú-
per grátiam facti fuérunt. Quòd
nihil ſpirituále quærébant † nec
léſti regno quidquam cogitábant :
ícuum eſt.

Lectio tertia.

l verba quoque petitiónis ipſórum
diámus. Vólumus (ínquiunt) ut
cúmque petiérimus fácias nobis.
uod Chriſtus † Quid vultis ? Reſ-
t non ignórans certè † ſed ut reſ-
ére compúlſi, ulcus ſubaperíant :
ſanáre Chriſtus intendébat. Illi
quóniam humáno more id facié-
† coram ómnibus erubeſcéntes dí-
ſeórſum ab áliis diſcípulis Chri-
accipiéntes interrogavérunt.

Lectio quarta.

Olébant autem (ut ego conjício)
quóniam ſuper duódecim ſedes
os diſcípulos audiérunt † primá-
ujus conſéſſus impetráre : & præ-
quidem ſe cæteris prætérquam Pe-
iébant † quem formidántes, díce-
i ſunt : Dic ut unus à dextris tuis,
à ſiníſtris ſédeat. Ita urgébant di-
: Dic.

Lectio quinta.

Uid ígitur ipſe ? Ut ſignificáret
nihil eos pétere ſpiritále, ſed nec
quidem quid póſtulent † (non
rem tantam pétere audérent, ſi
t:) Neſcítis, ait, quid petátis. Ne-
quàm magnum † quàm mirábile:
as ſuperióres excédens virtútes.
Et adjécit † Potéſtis bíbere cálicem,
quem ego bibitúrus ſum ? & baptíſmo,
quo ego babtízor baptizári ?

Lectio ſexta.

PErpéndis quómodo ſtatim ab hac
cupiditáte ipſos remóvit : contrária
eis diſſerens. Nam vos inquit de honó-
ribus & corónis cogitátis : ego verò de
luctámine atque ſudóre diſſero. Non
præmiórum hoc tempus eſt, nec illa gló-
ria mea modò apparébit : ſed bella,
pericula, & necem præſens cóntinet vita.

Lectio ſeptima.

PErſpice autem quáliter ipſo inter-
rogatiónis modo & hortátur, & ál-
licit. Non enim dixit † Poteſtiſne ve-
ſtrum effúndere ſánguinem ? Sed, quo-
nam pacto potéſtis bíbere cálicem ?
Deínde allíciens, inquit, quem ego bi-
bitúrus ſum : ut communicatióne labó-
rum cum ipſo, promptióres redderén-
tur. Baptíſmum deínde idípſum appel-
lávit : ut magnam orbi futúram expia-
tiónem hinc ſignificáret.

Lectio octava.

ILli autem quodam deſidério ánimi
conféſtim promíttunt, dicéntes : Póſ-
ſumus. Nec idípſum intelligéntes quod
ſe poſſe affirmábant : ſed ſperántes ſe
habitúros poſtuláta. Ad quæ Chriſtus †
Cálicem, inquit meum bibétis : & bap-
tíſmo, quo ego baptízor, babtizabími-
ni. Magna vobis certè bona prædíco :
martyrii enim coróna potiémini † &
violénta morte, ſicut & ego, à vita de-
cedétis : & in his mihi communicábitis.

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii : ſecúndùm
Matthæum. *Matth.* 20.

IN illo témpore : Accéſſit ad Jeſum ma-
ter filiórum Zebedæi cum filiis ſuis :
adórans, & petens áliquid ab eo. Et réliq.

ter matris Christi
ic mundo tristi
ins fide bona,
fit vitæ dona.
hac carnis planta
: Virgo sancta:
ic fluit fonte
cæsus monte.
lo jam sublàta
r beáta,
os precátu
t à reátu.
ino laus & uni
eo commúni,
io vivit Anna
cum María. Amen.
Adjuvábit. *pag.* xxxiv.

Ad Magnificat.

tiph. Accinxit. *pag.* xxxiv.

Oratio.

Eus, qui beátæ Annæ tantam grátiam conférre dignátus es, ut Ma- Matrem tuam in útero suo portá- rerétur ꟸ da nobis per intercessió- matris & filiæ, tuæ propitiatiónis lántiam : ut quarum memóriam nóre compléctimur ꟸ eárum pré- adjúti, ad cæléstem Jerúsalem per- e valeámus : Qui vivis & regnas Deo Patre in unitáte.

Ad Matutinas.

mnus. Lucis hujus festa. *pag.* 632.
tera ut in Communi Sanctarum nec rum, nec Martyrum. pag. xxxv.
ea quæ sequuntur.
uatuor ultimæ Lectiones sunt sicut in is Concept. B. V. Mariæ. pag. 532.
vangelium sicut in Nativitate Domi- g. 168.
atio. Deus qui beátæ Annæ. *ut sup.*
tiam dicitur ad Laudes, Tertiam, cundas Vesperas.

Ad Sextam & Nonam.

Oratio.

DEus, qui beátam Annam genitrícis tuæ matrem ad cæléstis vitæ gaúdia extulísti ꟸ fac nos quæsumus, gloriósis ejus méritis ad ætérnam pertíngere beatitúdinem : ex cujus salutári puerpério, pro salúte mundi, humánam natúram assúmere dignátus es. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in.

XXIX. JULII.

IN FESTO SS. FELICIS, SIMPLICII, FAUSTINI, ET BEATRICIS MART.

Orationes simul dicuntur ad Vesperas, & Laudes.

INfirmitátem nostram réspice omnípotens Deus : & quia pondus própriæ actiónis gravat ꟸ beáti Felícis Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat :

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Simplícii, Faustíni, & Beatrícis natalítia cólere ꟸ da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére : Per Dóminum.

Ad Tertiam, Oratio. Deus qui nos. *pag.* vii.

Ad Noct. & Sextam, Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* xi.

XXX. JULII.

IN FESTO SS. ABDON ET SENNEN. MARTYRUM.

Oratio.

DEus, qui sanctis martyribus tuis Abdon & Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátiæ contulísti ꟸ da fámulis tuis suórum véniam peccatórum : ut sanctórum tuórum intercedéntibus méritis ꟸ ab ómnibus mereámur adversitátibus liberári : Per Dóminum.

misit Dóminus Angelum suum : ípuit me de manu Heródis, & de i expectatióne plebis Judæórum.

Lectio quinta.

Onsiderántque venit ad domum Maríæ matris Joánnis, qui cognoitus est Marcus : ubi erant multi regáti & orántes. Pulsánte autem stium jánuæ : procéssit puélla ad éndum, nómine Rhode. Et ut cognóocem Petri ⁊ præ gaúdio non apéjánuam : sed intrò currens, nuntiáiare Petrum ante jánuam. At illi unt ad eam : Insánis. Illa autem nábat sic se habére.

Lectio sexta.

i autem dicébant : Angelus ejus est. etrus autem perseverábat pulsans. autem aperuíssent, vidérunt eum: bstupuérunt. Annuens autem eis ı ut tacérent : narrávit quómodo inus eduxísset eum de cárcere ⁊ dire : Nuntiáte Jacóbo, & frátribus Et egréssus ábiit in álium locum.

Lectio septima.

cta autem die, erat non parva turátio inter mílites : quidnam factum de Petro. Heródes autem cùm reſset eum, & non invenísset ⁊ inquie facta de custódibus, jussit eos : descendénsque à Judæa in Cæsa-, ibi commorátus est.

Lectio octava.

Rat autem irátus Tyriis & Sidóiis. At illi unánimes venérunt ad ⁊ & persuáso Blasto, qui erat suubículum regis ⁊ postulábant paeò quòd aleréntur regiónes eóib illo. Statúto autem die, Heródes us veste régia, sedit pro tribunáli : ncionabátur ad eos. Pópulus auicclamábat, Dei voces : & non hóminis. Conféstim autem percússit eum Angelus Dómini ⁊ eò quòd non dedísset honórem Deo : & consúmptus à vérmibus expirávit.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth. 16.*

IN illo témpore : Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi, & interrogábat discípulos suos, dicens ⁊ Quem dicunt hómines esse Filium hóminis? Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Augustíni Epíscopi.

Serm. 13. de verb. Domini secundùm Matt.

PEtrus in Apostolórum órdine primus ⁊ in Christi amóre promptíssimus : sæpe unus respóndit pro ómnibus. Ipse dénique Dómino Jesu Christo requirénti, quemnam hómines dícerent eum esse ⁊ & opiniónes várias hóminum discípulis respondéntibus : rursúsque Dómino interrogánte & dicénte ⁊ Vos autem quem me esse dícitis ? Respóndit Petrus : Tu es Christus Filius Dei vivi.

Lectio decima.

UNus pro multis dedit respónsum : únitas in multis. Tunc ei Dóminus ait. Beátus es Simon Bar-Jona : quia caro & sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. Deinde áddidit : Et ego dico tibi. Tanquam díceret ⁊ Quia tu dixísti mihi, Tu es Christus Filius Dei vivi : & ego dico tibi, Tu es Petrus. Simon quippe antè vocabátur.

Lectio undecima.

HOc autem nomen ei ut Petrus appellarétur ⁊ à Dómino impósitum est : & hoc, ut ea figúra significáret Ecclésiam. Quia enim Christus Petra : Petrus pópulus Christiánus. Petra enim principále nomen est : ídeo Petrus à pe-

Ad Primam.
Antiph. Stéphanus autem. *pag.* 173.
Ad Tertiam.
Antiph. Ecce vídeo. *pag.* 173.
Capitul. & ℣. sunt de Communi.
Oratio. Da nobis quæsumus. *p.* 636.
Ad Sextam.
Antiph. Impetum. *pag.* 173.
Capitul. & ℣. sunt de Communi.
Oratio.
Ræsta quæsumus omnípotens Deus ✠ ut qui beáti Stéphani Mártyris tui ntiónem celebrámus : intercessióne , in tui nóminis amóre roborémur. Dóminum.

IV. AUGUSTI.

Festo S. Dominici Confess.
Omnia sunt de Communi unius Confessoris non Episcopi. pag. xxiii. *præter Orat.*
Oratio.
Eus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui illumi- dignátus es méritis & doctrínis : céde, ut ejus intercessióne tempo- us non destituátur auxíliis ✠ & spi- libus semper profíciat increméntis: Dóminum.

VI. AUGUSTI.

Festo Transfigurationis ini nostri Jesu Christi.
Ad primas Vesperas.
Antiph. Assúmpsit Jesus,* Petrum & bum & Joánnem fratrem ejus, & t eos in montem excélsum seórsum ransfigurátus est ante eos. *Psalmi les.*
Capitulum. *Philipp.* 3.
lvatórem expectámus Dóminum ostrum Jesum Christum ✠ qui re- ábit corpus humilitátis nostræ : configurátum córpori claritátis suæ.
℟. Deo grátias.
℟. *magnum.* In splendénti. *pag.* 638.
Hymnus.
Quicúmque Christum quæritis,
Oculos in altum tóllite :
Illic licébit vísere
Signum perénnis glóriæ.
Illústre quiddam cérnimus,
Quod nésciat finem pati,
Sublíme, celsum, intérminum,
Antíquius cælo, & Chao.
Hic ille est rex Géntium,
Populíque rex Judáici,
Promíssus Abrahæ patri,
Ejúsque in ævum sémini.
Hunc & prophétis téstibus,
Iisdémque signatóribus,
Testátur, & Pater jubet
Ipsum audíre, & crédere.
Glória tibi Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre, & sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.
Et sic terminantur Hymni per omnes Horas.
℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.
Ad Magnificat.
Antiph. Christus * Jesus splendor Patris, & figúra substántiæ ejus, portans ómnia verbo virtútis suæ, purgatiónem peccatórum fáciens, in monte excélso gloriósus apparére hódie dignátus est.
Oratio.
Deus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui glorióſa Transfiguratióne patrum testimónio roborásti : & adoptiónem filiórum perféctam voce

eum sicuti est. Ut filii.

Lectio quarta.

ET habémus firmiórem prophéticum sermónem: cui benefácitis atten-déntes, quasi lucérnæ lucénti in caligi-nóso loco: donec dies illucéscat, & lú-cifer oriátur in córdibus vestris. Hoc pri-mùm intelligéntes: quòd omnis prophe-tía Scriptúræ própria interpretatióne non fit. Non enim voluntáte humána alláta est aliquándo prophetía: sed Spí-ritu sancto inspiráti, locúti sunt sancti Dei hómines.

℞. Dum oráret, facta est spécies vul-tus ejus áltera, & vestítus ejus albus refúlgens, & duo viri loquebántur cum illo. † Moyses & Elías visi in majestáte.

℣. Dicébant autem excéssum ejus, quem completúrus erat in Jerúsalem.

℣. Glória Patri. in majestáte.

In secundo Nocturno.

Antiph. Mélior est * dies una in átriis tuis super míllia. *Psalm.* Quàm diléсta. *pag.* 62.

Antiph. Glorióa * dicta sunt de te cí-vitas Dei. *Psalm.* Fundaménta. *pag.* 66.

Antiph. Thabor & Hermon in nómi-ne tuo exultábunt, tuum bráchium cum poténtia. *Psalm.* Misericórdias. *pag.* 67.

Antiph. Affértc Dómino * glóriam & honórem, afférte Dómino glóriam nó-mini ejus. *Psalm.* Cantáte. *i. pag.* 69.

Antiph. Lux orta est justo * : rectis corde lætítia. *Psalm.* Dóminus regnáv. exúlt. *pag.* 70.

Antiph. Confessiónem * & decórem induit amíctus lúmine sicut vestiménto. *Psalm.* Bénedic. *ii. pag.* 75.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine.

℞. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Lectio quinta.

Sermo beáti Leónis Papæ.

Ex serm. de Transfigur. Domini.

APerit Dóminus coram eléctis tésti-bus glóriam suam & commúnem illam cum cæteris córporis formam tan-to splendóre claríficat: ut & ejus fácies Solis fulgóri símilis: & vestítus candóri nívium esset æquális. In qua transfigu-ratióne, illud quidem principáliter age-bátur: ut de córdibus discipulórum Cru-cis scándalum tolleretúr: ne conturbá-ret eórum fidem voluntáriæ humílitas Passiónis: quibus reveláta esset abscón-ditæ excelléntia dignitátis.

℞. Inebriáti sunt ab ubertáte domus tuæ. † Et torrénte voluptátis tuæ po-tásti eos.

℣. Quóniam apud te est fons vitæ, & in lúmine tuo vidébimus lumen. Et tor.

Lectio sexta.

SEd non minóre providéntia spes sanctæ Ecclésiæ fundabátur: ut to-tum corpus Christi agnósceret qualis esset commutatióne donándum: ut ejus sibi honóris consórtium membra pro-mítterent: qui in cápite præfulsisset. De quo idem Dóminus díxerat, cùm de advéntus sui majestáte loquerétur: Tunc justi fulgébunt sicut sol in regno Patris sui.

℞. Præcéptor, bonum est nos hìc esse, faciámus hìc tria tabernácula. † Tibi unum, Moysi unum, & Elíæ unum.

℣. Non enim sciébat quid díceret. Tibi.

Lectio septima.

COnfirmándis verò Apóstolis, & ad omnem sciéntiam provehéndis ália quoque in illo miráculo accéssit in-strúctio. Moyses enim & Elías, lex sci-licet, & Prophétæ, apparuérunt cum

℟. Deus qui fecit de ténebris lumen splendéscere, illúxit in córdibus nostris. † Ad illuminatiónem sciéntiæ charitátis Dei in fácie Jesu Christi.

℣. Exórtum est in ténebris lumen rectis corde, miséricors, miserátor, & justus. Ad illuminatiónem.

Lectio undecima.

CUm ígitur de utrísque dissérúerit ꟸ regnum quidem ut óculis cernátur concédit: gehénnam autem mínimè. Quare sic? Quóniam rudióribus ac ineptióribus id necessárium erat: probis verò ac jam perspicácibus satis fuit à melióribus confirmári. Tu verò Matthæi philosóphiam consídera ꟸ qui non celávit nómina eórum, qui præpósiti fuérunt ꟸ quod & Joánnes sæpius facit: cùm laudes Petri exímias veríssimè ac diligentíssimè descríbat.

℟. Speciósus forma præ filiis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus † In ætérnum.

℣. Sedes tua Deus in séculum séculi, virga directiónis virga regni tui. In.

Lectio duodecima.

PRimos ígitur Apostolórum seórsum assúmpsit. Quamóbrem hos solos áccipit? Quia excellentióres cæteris vidélicet erant. Et Petrus quidem ꟸ quia Christum valde diligeret: idcírco præstábat. Joánnes verò, qui nimiùm diligebátur ꟸ ac Jacóbus à respónso quod dedit cum fratre interrogátus, dicens: Póssumus hunc cálicem bíbere.

℟. Veníte adorémus Deum, & procidámus ante Dóminum, plorémus ante eum qui fecit nos. † Quia ipse est Dóminus Deus noster.

℣. Præoccupémus fáciem ejus in confessióne, & in psalmis jubilémus. Quia.

℣. Glória Patri. Deus noster.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 17.

IN illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem fratrem ejus ꟸ & duxit illos in montem excélsum seórsum: & transfigurátus est ante eos. Et respléndurit fácies ejus sicut sol: vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuérunt illis Moyses & Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus: dixit ad Jesum. Dómine: bonum est nos hìc esse. Si vis: faciámus hìc tria tabernácula. Tibi unum ꟸ Moysi unum: & Elíæ unum. Adhuc eo loquénte ꟸ ecce nubes lúcida obumbrávit eos: & ecce vox de nube dicens. Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácui: ipsum audíte. Et audiéntes discípuli ꟸ cecidérunt in fáciem suam: & timuérunt valde. Et accéssit Jesus, & tétigit eos: dixítque eis. Súrgite: & nolíte timére. Levántes autem óculos suos: néminem vidérunt, nisi solum Jesum. Et descendéntibus illis de monte: præcépit eis Jesus, dicens. Némini dixéritis visiónem ꟸ donec Fílius hóminis à mórtuis resúrgat. Amen.

Oratio. Deus qui fídei. *pag.* 637.

Ad Laudes.

Antiph. Assúmpsit Jesus. *pag.* 637. *Psalm.* Dóminus regn. decó. *pag.* 68.

Antiph. Respléndurit * fácies ejus sicut sol, vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix, allel. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Et ecce * apparuérunt eis Moyses & Elías loquéntes cum Jesu. *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Respóndens * autem Petrus, dixit ad Jesum: Dómine, bonum est nos

Ad Magnificat.

Antiph. Et audiéntes * discípuli ceci-unt in fáciem suam, & timuérunt le : & accéssit Jesus, & tétigit eos, tque eis, Súrgite, & nolíte timére, u-ia.

ratio. Deus, qui fidei. *pag.* 637.

VIII. AUGUSTI.

FESTO SS. CYRIACI, LARGI, ET SMARAGDI, MARTYRUM.

Oratio.

Eus, qui nos ánnua beáti Cyríaci Mártyris tui, ac sociórum ejus so-itáte lætíficas ⁊ concéde propítius : uorum natalítia cólimus ⁊ virtútem que passiónis imitémur : Per Dóm.

X. AUGUSTI.

ESTO S. LAURENTII MARTYRIS.

Ad Vesperas.

Capitulum. *Eccl.* 51.

Onfitébor tibi Dómine rex : & col- laudábo te Deum Salvatórem m ⁊ confitébor nómini tuo, quó- adjútor & protéctor factus es mihi: erásti corpus meum à perditióne. . Deo grátias.

. *Hymn.* ℣. *& Antiph. ad Magnific. de Communi unius Martyris.*

Oratio.

Désto Dómine supplicatiónibus nostris : & intercessióne beáti Lau- ii Mártyris tui ⁊ perpétuam nobis ricórdiam benígnus impénde : Per.

Ad Matut. Invitat. Antiphonæ, Psal. ant. & ℣. sunt de dicto Communi.

Lectio prima.

Sermo B. Ambrósii Epíscopi.

Tom. 5. *in festo S. Laurentii.*

Eatíssimi Lauréntii mártyris, cujus natálem hódie celebrámus, passió-nem nosse vos credo ⁊ & quanta in persecutióne pertúlerit:dilectiónem vestram scire non dúbito. Tanta enim martyrii ejus glória éxtitit : ut passióne sua mundum illumináverit univérsum. Illuminávit mundum planè Lauréntius ⁊ eo lúmine quo ipse succénsus est : & flammis quas ipse pértulit, ómnium Christianórum corda calefécit.

℟. Qui vícerit. *cum reliquis. pag.* xiii.

Lectio secunda.

QUis enim hoc exémplo nolit pro Christo ardére cum Lauréntio, ut possit à Christo cum Lauréntio coronári ? Quis nolit ad horam sustinére Lauréntii ignem ⁊ ut ætérnum gehénnæ non patiátur incéndium ? Beáti ígitur Lauréntii exémplo provocámur ad martyrium ⁊ accéndimur ad fidem : incaléscimus ad devotiónem.

Lectio tertia.

ET si nobis persecutóris flamma deest: fidei tamen flamma non deest. Non ardémus quidem córpore pro Christo : sed ardémns afféctu. Non súbjicit mihi persecútor ignem : sed súggerit mihi ignem desidérium Salvatóris. Esse autem Salvatóris ignem légimus in Evangélio : dicénte eódem Dómino. Nescítis quia ignem veni míttere super terram ⁊ & quid volo nisi ut accendátur ?

Lectio quarta.

QUo igne accénsi Amáüs & Cleóphas, dixérunt. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis in via cùm aperíret nobis Jesus Scriptúras ? Hoc ígitur étiam sanctus Lauréntius igne succénsus, flammárum non sensit incéndium ⁊ & dum Christi ardet desidério : persecutóris pœna non ardet. In quantùm enim in illo fidei ardor fervet:

vitam ætérnam ipse custódit eam. Magna & mira senténtia ꝰ quemádmodum sit hóminis in vitam suam amor ut péreat: ódium ne péreat. Si malè amáveris, tunc odísti: si bene óderis, tunc amásti.

Lectio duodecima.

FElíces qui odérunt custodiéndo: ne perdant amándo. Sed vide ne tibi subrépat ꝰ ut teípsum velis interímere: sic intelligéndo, quòd debes odísse in hoc mundo ánimam tuam. Hinc enim quidam malígni atque pervérsi & in seípsis crudelióres, & sceleratióres homicídæ, flammis se donant ꝰ aquis se præfócant: præcipítio se collídunt, & péreunt.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Joánnem. *Joann.* 12.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Amen, amen dico vobis ꝰ Nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit: ipsum solum manet. Si autem mórtuum fúerit: multum fructum affert. Qui amat ánimam suam: perdet eam. Et qui odit ánimam suam in hoc mundo: in vitam ætérnam custódit eam. Si quis mihi minístrat: me sequátur. Et ubi sum ego: illic & miníster meus erit. Si quis mihi ministráverit: honorificábit eum Pâter meus, qui êst in cælis. Amen.

Oratio.

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus, vitiórum nostrórum flammas extínguere ꝰ qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre: Per Dóminum.

Ad Laudes.

Antiph. & Psal. de Communi. p. xvi.

Capitul. Confitébor. *pag.* 643.

℟. *Hymn.* ℣. *& Antiph. ad Benedict. de Communi unius Màrt. pag.* xvi.

Oratio. Da nobis quæsumus. *ut suprà.*

Ad Horas, Añæ & ℣. de Communi.

Ad Tertiam.

Capitul. Confitébor. *pag.* 643.

Oratio. Da nobis quæsumus. *ut suprà.*

Ad Sextam.

Capitulum. *Eccles.* 51.

LAudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum ꝰ quóniam éruis sustinéntes te: & líberas eos de omni angústia, Dómine Deus noster.

℟. Deo grátias.

Oratio.

EXcita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Lauréntius Levíta servívit ꝰ ut eódem nos repléntе, studeámus amáre quod amávit: & ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ꝰ qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem.

Ad Nonam.

Capitulum 2. *Corinth.* 9.

QUi parcè séminat, parcè & metet ꝰ & qui séminat in benedictiónibus: de benedictiónibus & metet.

℟. Deo grátias.

Oratio.

DEus, cujus charitátis ardóre beátus Lauréntius edáces incéndii flammas contémpto persecutóre, devícit ꝰ concéde, ut omnes qui martyrii ejus mérita venerámur: protectiónis tuæ auxílio muniámur. Per Dóminum nostrum Jesum.

Ad Vesperas.

Antiph. & Psalmi de Communi unius Martyris. pag. xvii.

Capitul. Confitébor. *pag.* 643.

℟. *Hymn.* ℣. *& Antiph. ad Magnificat sunt de Commmuni.*

Oratio. Da nobis quæsumus. *ut suprà.*

vagári incípiam post greges sodálium tuórum.

Lectio tertia.

SI ignóras te ô pulchérrima inter mulieres ꝟ egrédere, & abi post vestígia gregum: & pasce hœdos tuos juxta tabernácula pastórum. Equitátui meo in cúrribus Pharaónis assimilávi te, amíca mea. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut túrturis: collum tuum sicut monília. Murénulas aúreas faciémus tibi: vermiculátas argénto.

Lectio quarta.

DUm esset rex in accúbitu suo: nardus mea dedit odórem suum. Fascículus myrrhæ diléctus meus mihi: inter úbera mea commorábitur. Botrus cypri diléctus meus mihi: in víneis Engáddi. Ecce tu pulchra es amíca mea ꝟ ecce tu pulchra es: óculi tui columbárum. Ecce tu pulcher es diléćte mi, & decórus. Léctulus noster flóridus ꝟ tigna domórum nostrárum cédrina: laqueária nostra cypréssina.

Lectio quinta.

EGo flos campi: & lílium convállium. Sicut lílium inter spinas: sic amíca mea inter filias. Sicut malus inter ligna silvárum: sic diléctus meus inter filios. Sub umbra illíus, quem desideráveram, sedi: & fructus ejus dulcis gútturi meo. Introdúxit me in cellam vináriam: ordinávit in me charitátem. Fulcíte me flóribus ꝟ stipáte me malis: quia amóre lángueo.

Lectio sexta.

LÆva ejus sub cápite meo: & déxtera illíus amplexábitur me. Adjúro vos filiæ Jerúsalem per cápreas cervósque campórum ꝟ ne suscitétis, neque evigiláre faciátis diléctam: quoadúsque ipsa velit. Vox diléćti mei. Ecce iste venit sáliens in móntibus: transíliens colles. Símilis est diléctus meus cápreæ hinnulóque cervórum ꝟ en ipse stat post paríetem nostrum: respíciens per fenéstras, prospíciens per cancéllos.

Lectio septima.

EN diléctus meus lóquitur mihi ꝟ Surge, própera amíca mea, colúmba mea, formósa mea: & veni. Jam enim hyems tránsiit: imber ábiit, & recéssit. Flores apparuérunt in terra nostra ꝟ tempus putatiónis advénit: vox túrturis audíta est in terra nostra ꝟ ficus prótulit grossos suos: víneæ floréntes dedérunt odórem suum. Surge, amíca mea, speciósa mea, & veni: colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ.

Lectio octava.

OSténde mihi fáciem tuam: sonet vox tua in aúribus meis. Vox enim tua dulcis: & fácies tua decóra. Cápite nobis vulpes párvulas ꝟ quæ demoliúntur víneas: nam vínea nostra flóruit. Diléctus meus mihi, & ego illi ꝟ qui páscitur inter lília: donec aspíret dies, & inclinéntur umbræ.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndum Lucam. *Luc.* 10.

IN illo témpore: Intrávit Jesus in quoddam castéllum: & múlier quædam Martha nómine excépit illum in domum suam. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Sermo 27. de verbis Domini.

SAnctum Evangélium cùm legerétur ꝟ audívimus à fœmina religiósa suscéptum Dóminum hospítio: eáque Martha vocabátur. Et cùm esset ipsa occupáta in cura ministrándi ꝟ soror ejus

intercessiónis ejus auxílio à nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Quàm pulchri sunt gressus tui * in calceaméntis fília príncipis.

Capitulum. *Ecclef.* 24.

ET radicávi in pópulo honorificáto ✠ & in parte Dei mei hæréditas illíus : & in plenitúdine sanctórum deténtio mea. ℟. Deo grátias.

℣. Adducéntur regi. *pag.* 528.

Oratio. Concéde nos fámulos. *p.* 529.

Ad Vesperas.

Añæ & Psalmi ut in Conceptione ejusdem. pag. 530.

Capitul. In ómnibus. *pag.* 646.

℟. *magnum.* Beátam me dicent omnes generatiónes. † Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.

℣. Magníficat ánima mea Dóminum, & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. Quia.

℣. Glória Patri. & sanctum nomen.

Hymnus. Ave maris stella. *pag.* 525.

℣. Ave maría. *ibidem.*

Ad Magnificat.

Antiph. Ecce tu. *pag.* 530.

Oratio. Famulórum. *pag.* 648.

PRIVATIS DIEBUS
Infra Octav. Assumptionis B. V. Mariæ.

Ad Matutinas.

Invitator. & Hymn. ut in festo Conceptionis ejusdem. pag. 525.

In primo Nocturno.

Omnia ut privatis diebus infra Octav. Conceptionis, pag. 530. *præter Lectiones, quas reperies pag.* 652. *& sequentibus.*

In secundo Nocturno.

Capitul. Et sic in Sion. *pag.* 648.

℣. Spécie tua & pul. *pag.* 527.

Oratio. Concéde miséricors. *p.* 648.

Ad Laudes.

Capitul. Et radicávi. *ut suprà.*

Oratio. Famulórum. *pag.* 648.

Cætera ut infra Oct. Concept. pag. 530.

Ad Horas Antiphonæ sicut in die.

Ad Primam.

Capitul. Pacem. *pag.* 4.

Oratio. Dómine Deus. *pag.* 7.

Ad Tertiam.

Capitulum *Ecclef.* 24.

QUasi cedrus exaltáta sum in Líbano, & quasi cypréssus in monte Sion : quasi palma exaltáta sum in Cades, & quasi plantátio rosæ in Jéricho.

℟. Deo grátias.

℣. Diffúsa est. *pag.* 526.

Oratio. Famulórum. *pag.* 648.

Ad Sextam.

Capitulum. *Ecclef.* 24.

QUasi olíva speciósa in campis : & quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis.

℟. Deo grátias.

℣. Spécie tua. *pag.* 527.

Oratio. Concéde miséricors. *p.* 648.

Ad Nonam.

Capitulum. *Ecclef.* 24.

SIcut cinnamómum & bálsamum aromatízans, odórem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

℟. Deo grátias.

℣. Adducéntur. *pag.* 528.

Oratio. Concéde nos famu. *pag.* 529.

Ad Vesperas.

Antiph. Quàm pulchra es. *pag.* 529. *Psalmi feriales.*

Capitul. In ómnibus. *pag.* 646.

Oratio. Famulórum. *pag.* 648.

Cætera sicut infra Octavas Conceptionis ejusdem. pag. 530.

DOMINICA INFRA OCTAVAS,
Capitula & Orationes sunt sicut in die: cætera sicut in Dominica infra Octav. Visitationis B. V. Mariæ, pag. 616. exceptis Lectionibus.

Lectio prima.

Sermo beáti Bernárdi Abbátis.

Serm. 1.

VIrgo hódie gloriósa cælos ascéndens: supernórum gaúdia cívium copiósis, sine dúbio, cumulávit augméntis. Hæc est enim, cujus salutatiónis vox, & ipsos exultáre facit in gáudio: quos matérna adhuc víscera claudunt. Quòd si párvuli necdum nati ánima liquefácta est, ut María locúta est, quid putámus quænam illa fúerit cæléstium exultátio? cùm & vocem audíre, & vidére fáciem, & beáta ejus frui præséntia meruérunt?

Lectio secunda.

MEritò proínde résonat in excélsis gratiárum áctio, & vox laudis: sed plangéndum nobis, quàm plaudéndum magis esse vidétur. Quantùm enim de ejus præséntia cælum exúltat? nunquid non cónsequens est, ut tantùm lúgeat hic noster inférior mundus ejus abséntiam? Cesset tamen queréla nostra? quia nec nobis hìc est manens cívitas: sed eam inquírimus, ad quam hódie María benedícta pervénit.

Lectio tertia.

PRæcéssit nos Regína nostra? præcéssit, & tam gloriósè suscépta est: ut fiduciáliter sequántur Dóminam sérvuli, clamántes. Trahe nos post te, in odóre unguentórum tuórum currémus. Advocátam præmísit peregrinátio nostra? quæ tanquam Júdicis Mater, & Mater misericórdiæ: supplíciter, & efficáciter salútis nostræ negótium pertractábit.

Lectio quarta.

AScéndens ergo in altum Virgo beáta: dabit ipsa quoque dona homínibus. Quidni daret? Siquidem nec facúltas ei deésse póterit: nec volúntas. Regína cælórum est, miséricors est: dénique Mater est Unigéniti Filii Dei. Nihil enim sic potest potestátis ejus, seu pietátis magnitúdinem commendáre: nisi fortè, aut non créditur Dei Filius honoráre Matrem? aut dubitáre quis potest omninò in afféctum charitátis transísse Maríæ víscera: in quibus ipsa quæ ex Deo est cháritas, novem ménsibus corporáliter requiévit.

Lectio quinta.

ET hæc quidem propter nos dixerim (fratres:) sciens difficile esse, ut in tanta inópia, cháritas illa perfécta, non quærens quæ sua sunt, váleat inveníri. Ut tamen ínterim síleam benefícia, quæ pro illíus glorificatióne conséquimur: si eam dilígimus, gaudébimus útique quia vadit ad Filium.

Lectio sexta.

PLanè, inquam, congratulábimur ei? nisi fortè, quòd absit: inventríci grátiæ, omnímodis inveniámur ingráti. Quem enim in castéllum mundi hujus intrántem priùs ipsa suscéperat: ab eo suscípitur hódie, sanctam ingrédiens civitátem. Sed cum quanto putas honóre? cum quanta putas exultatióne? cum quanta glória? Nec in terris locus dígnior úteri virginális templo? in quo Filium Dei María suscépit: nec in cælis regáli sólio, in quo Maríam hódie Maríæ Filius sublimávit.

Lectio septima.

FElix útraque suscéptio, ineffábilis útraque: quia útraque inexcogitábilis est. Quis enim, étiam si linguis

hóminum Angelorúmque loquátur, explicáre queat ✠ quemádmodum superveniénte Spíritu, obumbránte virtúte Altíssimi, Caro factum sit Verbum Dei, per quod facta sunt ómnia ✠ & Dóminus majestátis, quem non capit univérsitas creatúræ, intra virginea sese cláuserit víscera factus homo?

Lectio octava.

SEd & illud quis cogitáre sufficiat ✠ quàm gloriósa hódie mundi Regína processérit ✠ & quanto devotiónis afféctu tota in ejus occúrsum, cæléstium legiónum prodíerit multitúdo ✠ quibus ad thronum glóriæ cánticis sit dedúcta ✠ quàm plácido vultu, quàm seréna facie, quàm divínis ampléxibus suscépta à Fílio, & super omnem exaltáta creatúram ✠ cum eo honóre, quo tanta Mater digna fuit, cum ea glória, quæ tantùm décuit Fílium? Christi generatiónem, & Maríæ Assumptiónem quis enarrábit? Quantùm enim in terris grátiæ adépta est præ cæteris: tantùm & in cælis óbtinet glóriæ singuláris.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 10.

IN illo témpore: Intrávit Jesus in quoddam castéllum: & múlier quædam Martha nómine excépit illum in domum suam. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Sermo 26. de verbis Domini.

VErba Dómini nostri Jesu Christi, quæ modò ex Evangélio recitáta sunt, ádmonent nos unum esse áliquid quò tendámus: quando in hujus séculi multitúdine laborámus. Téndimus autem adhuc peregrinántes: nondum manéntes ✠ adhuc in via, nondum in pátria ✠ adhuc desiderándo: nondum fruéndo. Tamen tendámus ✠ & sine intermissióne tendámus: ut aliquándo perveníre valeámus.

Lectio decima.

MArtha & María duæ soróres erant: ambæ non solùm carne, sed étiam religióne germánæ ✠ ambæ Dómino cohæsérunt: ambæ Dómino in carne præsénti concórditer serviérunt. Suscépit eum Martha: sicut suscipi solent peregríni. Sed tamen suscépit fámula Dóminum ✠ ægra Salvatórem: creatúra Creatórem.

Lectio undecima.

NE quis tamen fórsitan dicat: O beáti, qui Christum suscípere in domum própriam meruérunt. Noli dolére ✠ noli murmuráre ✠ quia tempóribus natus es: quando jam Dóminum non vides in carne: non tibi ábstulit istam dignatiónem. Cùm uni (inquit) ex mínimis meis fecístis: mihi fecístis. Hæc de Dómino pascéndo in carne, sed pascénte in spíritu pauca pro témpore dixérimus.

Lectio duodecima.

VEniámus ad causam: quam de unitáte propósui. Martha Dóminum páscere dispónens & præparans: circa frequens ministérium occupabátur. María soror ejus pasci à Dómino magis elégit: & vacans audiébat verbum ejus. Illa turbabátur: ista epulabátur. Illa multa disponébat: ista unum aspiciébat. Utrúmque officium bonum ✠ sed tamen quod sit mélius quid nos dicámus? Jam cùm legerétur Evangélium, audívimus.

Evangelium, & Oratio ut in die. p. 648.

Si in hac Dominica festum S. Bernardi occurrat, ad secundam sequentem feriam transfertur. Et tunc in secundis Vesperis

Dominicæ, à Capitulo Vesperæ sunt de S. Bernardo. Tuncque primò fit commem. de Octav. postea de Dominica. Et si dictum festum sit in Sabbato, secundæ Vesperæ sunt de Octavis, & tunc priùs fit commemoratio de festo quàm de Dominica.

PRIMA DIE INFRA OCTAVAS Assumptionis B. V. Mariæ.

Lectio prima.

Ex sermóne 2. Beáti Joánnis Damascéni de Assumptióne sanctæ Dei Genitrícis.

HOdiérno die sancta ac sola Virgo mundo sublimióri ac cælésti templo offértur℟ quæ virginitátem eoúsque cóluit, atque concupívit: ut ab ea, tanquam à puríssimo quodam igne, afficerétur. Nam cùm virgo omnis per partum virginitáti perníciem ásserat: ipsa tamen & ante partum, & in partu, & post partum virgo permánsit.

Lectio secunda.

HOdiérno die sacratíssima colúmba, & simplex, atque ínnocens ánima, spirituíque divíno consecráta℟ ex arca, hoc est, ex córpore, quod vitæ inítium dedit évolans: pédibus suis réquiem invénit℟ cùm nimírum ad mundum eum, qui ánimo ac ratióne intellígitur, abscéssit: atque in spurcitiéi omnis expérte supérnæ hæreditátis terra habitávit.

Lectio tertia.

HOdiérno die sacra & viva Dei arca, quæ paréntem & opíficem suum útero gestávit: in templo Dómini non manufácto conquiéscit. Hodiérno die Virgo illa immaculáta, quæ cum terrénis affectiónibus commúne nihil hábuit℟ sed cæléstibus cogitatiónibus educáta est: non in terram abscéssit℟ verùm ut quæ verè cælum vivum extíterat: in cæléstia tabernácula introdúcitur.

SECUNDA DIE.

Lectio prima.

HOdiérno die vitæ thesáurus, grátiæ abyssus, morte vitam afferénte, obtégitur: quæque ejus eversórem pepérerat℟ ad eam metus omnis expers accédit: si tamen sanctíssimum ac vitálem ipsíus somnum mortem appellare fas est. Nam quæ veram vitam cunctis prótulit℟ qui tandem mortem degustáre queat? Verùm Filii sui legi omnino obséquitur.

Lectio secunda.

ATque quidem ut véteris Adámi fília véteres pœnas subit: nec mirum, cùm ipsíus quoque Filius, qui ipsamet vita est, eam mínimè recusárit℟ ut autem ea quæ Mater Dei vivi extitísset: ad eum, ut par erat, effértur. Nunc verò eam quæ omnis vitii impetum discússit ac propulsávit, ac Dei Patris obediéntiæ germen prodúxit℟ atque univérso mortálium géneri vitam inchoávit℟ an non paradísus excípiet? An non cælum portas suas gaudens reserábit? Reserábit profectò.

Lectio tertia.

UT enim ántequam ullo partus dolóre afficerétur, péperit: ita étiam ipsíus è vita discéssus dolóribus cáruit. Mors quidem peccatórum péssima℟ at de ea, in qua peccátum, mortis stímulus, extínctum est, quid tandem dicémus℟ nisi mortem ipsi ad ætérnam ac præstantiórem vitam tránsitum fuísse? Pretiósa quidem verè sanctórum Dómini Dei virtútum mors est: at pretiósior Matris Dei ex hac vita migrátio.

TERTIA DIE.

Lectio prima.

CErnere mihi videor hanc sanctis sanctiórem, & sacris sacratiórem, piísque pietáte præstantiórem ✠ hanc (inquam) dulcem mannæ urnam, vel (ut vériùs dicam) fontem ✠ in divína ac célebri Davídis civitáte thoro insidéntem ✠ in visibili (inquam) illa & claríssima Sion, in qua lex literæ compléta: ac spíritus lex dictáta est. In qua Legislátor Christus legále Pascha perégit ✠ ac verum Pascha ille véteris ac novi Testaménti Deus trádidit: seséque velut vítulum saginátum mactávit.

Lectio secunda.

IN hac ígitur arce beáta Virgo, in beatíssimo quodam lecto decumbébat. Aderant autem Dei servi Apóstoli, ut pro eo ac debébant: ipsíus étiam Matri óperam navárent. Sed & ínsuper agmen illud omne áderat: quod in Jerúsalem divínitus colléctum erat. Et verò par erat, ut véterum justórum præstantíssimi quique cómites accéderent ✠ ut qui Dei Verbi ex ea, nostræ salútis causa: carnálem ac benignitátis plenam nativitátem prænuntiássent.

Lectio tertia.

QUin ne Angelórum quidem catérva hujus cœtus expers erat. Huic omnes adstábant Spíritus fulgóre collucénti ✠ splendidissimísque rádiis eos illustránti: qui cum pudóre, ac metu, & constánti cupiditáte, purum in eam mentis óculum defigébant. Hic sermónes divínitus inspiráti: ac divínitus éditi. Hic hymni quidam Deo jucúndi: atque ad ornándum ipsíus discéssum accommodáti.

QUARTA DIE.

Lectio prima.

POstea autem sermónum quoque certámen excitátum est, non ut alter álterum superáret: sed ut nihil stúdii ac vírium prætermítterent. Tum verò Adámus & Heva nostri géneris authóres exultántibus lábiis altè exclamárunt ✠ Beáta tu filia: quæ violáti mandáti pœnas nobis sustulísti. Tu mortáli à nobis córpore accépto, immortalitátis induméntum nobis peperísti.

Lectio secunda.

TU cùm à lumbis nostris ortum accepísses, beatitúdinem nobis rependísti ✠ dolóres delevísti, mortis fascias perfregísti: ad véterem sedem quasi postlimínio nos revocásti. Nos paradísum claúsimus: tu ligni vitæ iter patefecísti. Ex lætis trístia, nostra culpa venérunt: ex trístibus contrà, lætióra per te rediérunt. Quonam autem modo, ô immaculáta, morti obnóxia efficeris ✠ tu, inquam, vitæ pons, & cæli scala?

Lectio tertia.

QUonam modo mors ad immortalitátem ponto esse queat? Verè inter mulíeres beáta es: atque ádeo beatíssima. Applaudébat étiam univérsus Sanctórum chorus his verbis utens. Tu prædictiónes nostras explevísti: tu expectátam nostram lætítiam produxísti. Per te enim mortis vínculis solúti sumus. Veni ad nos, ô divíne & vitam ferens thesaúre. Veni ad nos cupiéntes: quæ cupiditátem nostram explevísti.

QUINTA DIE.

Lectio prima.

AT verò non minóribus verbis eam circumstántium sanctórum, qui

adhuc in córpore versabántur, multitúdo retrahébat: ad hunc modum eam álloquens. Mane nobíscum, ô nostra consolátio: unicúmque in terra solátium. Te labórum réquiem: ac sudórum refrigérium habeámus. Tibi enim & manére voléntí potéstas in promptu est: & abíre constituénti nemo est qui impediméntum ásserat.

Lectio secunda.

SI abis (ô Dei arca:) unà quoque nobis, qui pópulus tuus ob Filium tuum exstitimus, abíre líceat. Tu sola nobis consolátio in terris relicta es. Et te vivénte simul vívere: & moriénte simul mori beátum est. Quid autem moriénte dícimus? Tibi enim mors quoque ipsa vita est, ac vita præstántior: atque hanc vitam incomparabíliter antecéllens. Nobis autem quæ tandem vita esse queat tua consuetúdine orbátis?

Lectio tertia.

HIs mihi verbis Apóstoli simul cum univérso Ecclésiæ ágmine beátam Vírginem tum allocúti fuisse videntur. His porrò quantùm quidem ipse intelléctu ássequi possum ˥ tum præséntis vitæ fragílitas & inconstántia exponebátur: tum occúlta futurórum bonórum mystéria in apértum adducebántur.

XVIII. AUGUSTI.

PRO COMMEMORATIONE S. AGAPITI MARTYRIS.

Oratio.

LÆtétur Ecclésia Deus, beáti Agapíti Mártyris tui confísa suffrágiis: atque ejus précibus gloriósis, & devóta permáneat ˥ & secúra consístat: Per Christum Dóminum nostrum:

XX. AUGUSTI.

IN FESTO S. BERNARDI ABBATIS.

Omnia sunt de Communi unius Abbatis pag. xxviii.

XXII. AUGUSTI.

IN OCTAVIS ASSUMPTIONIS B. V. MARIÆ.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Quàm pulchra es. *pag.* 529.
Psalmi feriales.
Capitul. In ómnibus. *pag.* 646.
℟. Benedícta tu. *pag.* 530.
Hymn. & ℣. ut in Conceptione. p. 525.

Ad Magnificat.

Antiph. Quæ est ista. *pag.* 646.
Oratio. Famulórum. *pag.* 648.
Eodem die pro commemoratione sanctorum Timothei & Simphoriani Martyrum.

Oratio.

AUxílium tuum nobis Dómine quæsumus, placátus impénde: & intercedéntibus sanctis Martyribus tuis Timótheo atque Symphoriáno ˥ déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde: Per Christum.

Ad Matutinas, omnia sicut in die, exceptis Lectionibus sequentibus.

Lectio prima.

Ex Cántico Canticórum. *Cap.* 2.

REvértere: símilis esto, dilécte mi, cápreæ, hinnulóque cervórum super montes Bether. In léctulo meo per noctes quæsívi quem díligit ánima mea: quæsívi illum, & non invéni. Surgam, & circuíbo civitátem ˥ per vicos & platéas quæram quem díligit ánima mea: quæsívi illum, & non invéni.

Lectio secunda.

INvenérunt me vígiles: qui custódiunt civitátem. Num quem díligit

ánima mea, vidístis? Paululùm cùm pertransíssem eos, invéni quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimíttam ✠ donec introdúcam illum in domum matris meæ: & in cubículum genitrícis meæ. Adjúro vos fíliæ Jerúsalem, per cápreas, cervósque campórum ✠ ne suscitétis, neque evigiláre faciátis diléctam: donec ipsa velit.

Lectio tertia.

QUæ est ista, quæ ascéndit per desértum, sicut vírgula fumi, ex aromátibus myrrhæ, & thuris, & univérsi púlveris pigmentárii? En léctulum Salomónis sexagínta fortes ámbiunt ex fortíssimis Israël. Omnes tenéntes gládios, & ad bella doctíssimi: uniuscujúsque ensis super femur suum propter timóres noctúrnos.

Lectio quarta.

FErculum fecit sibi rex Sálomon de lignis Líbani. Colúmnas ejus fecit argénteas: reclinatórium aúreum, ascénsum purpúreum. Média charitáte constrávit propter filias Jerúsalem. Egredímini & vidéte fíliæ Sion regem Salomónem in diadémate, quo coronávit illum mater sua in die desponsatiónis illíus: & in die lætítiæ cordis ejus.

Lectio quinta.

QUàm pulchra es amíca mea, quàm pulchra es. Oculi tui columbárum: absque eo quod intrínsecus latet. Capílli tui sicut greges caprárum: quæ ascendérunt de monte Gálaad. Dentes tui sicut greges tonsárum: quæ ascendérunt de lavácro ✠ omnes geméllis fœtibus: & stérilis non est inter eas. Sicut vitta coccínea lábia tua: & elóquium tuum dulce.

Lectio sexta.

SIcut fragmen mali púnici, ita & genæ tuæ: absque eo, quod intrínsecus latet. Sicut turris David collum tuum ✠ quæ ædificáta est cum propugnáculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatúra fórtium. Duo úbera tua, sicut duo hínnuli cápreæ geméllí, qui pascúntur in líliis: donec aspíret dies, & inclinéntur umbræ. Vadam ad montem myrrhæ: & ad collem thuris. Tota pulchra es amíca mea: & mácula non est in te.

Lectio septima.

VEni de Líbano sponsa mea, veni de Líbano, veni ✠ coronáberis de cápite Amána: de vértice Sanir & Hermon, de cubílibus leónum: de móntibus pardórum. Vulnerásti cor meum soror mea sponsa ✠ vulnerásti cor meum in uno oculórum tuórum: & in uno crine colli tui. Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa ✠ pulchrióra sunt úbera tua vino: & odor vestimentórum tuórum super ómnia arómata.

Lectio octava.

FAvus distíllans lábia tua sponsa ✠ mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentórum tuórum sicut odor thuris. Hortus conclúsus soror mea sponsa, hortus conclúsus, fons signátus. Emissiónes tuæ paradísus malórum punicórum: cum pomórum frúctibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fístula & cinnamómum cum univérsis lignis Líbani: myrrha & alóë cum ómnibus primis unguéntis.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 10.

IN illo témpore: Intrávit Jesus in quoddam castéllum: & múlier quædam Martha nómine excépit illum in domum suam. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem : beáti Ambróſii Epíſcopi.

Lib. 7. comment. in Lucam.

SUbjícitur hìc Marthæ exémplo & Maríæ † altérius opéribus actuóſa devótio : altérius religióſa mentis inténtio Dei verbo. Quæ ſi cum fide cóngruat, étiam ipſis opéribus anteféртur : juxta quod ſcriptum eſt. María óptimam partem elégit, quæ non auferétur ab ea. Studeámus ígitur, & nos habére quod nemo nobis poſſit auférre : non ut perfunctória, ſed díligens audiéntia deferátur.

Lectio decima.

SOlent enim étiam ipsius ſémina verbi cæléſtis auférri : ſi ſecus viam ſunt ſemináta. Agat te ſicut Maríam deſidérium ſapiéntiæ. Hoc enim majus, hoc perféctius opus. Nec miniſtérii cura à cognitióne verbi cæléſtis avértat † nec árguas eos & otióſos júdices : quos vídeas ſtudére ſapiéntiæ. Hanc enim ſibi cohabitántem Sálomon ille pacíficus adſcívit.

Lectio undecima.

NEc Martha tamen in bono reprehénditur miniſtério † ſed María, quòd meliórem ſibi partem elégerit, anteféртur : Jeſus enim multis abúndat, & multa largítur. Et ideo ſapiéntior judicátur : quæ quod principále advértit, elégit. Dénique Apóſtoli óptimum non putavérunt relínquere Dei verbum, & miniſtráre menſis : ſed utrúmque munus ſapiéntiæ eſt.

Lectio duodecima.

UNum enim corpus Eccléſiæ † & ſi divérſa membra, álterum áltero eget. Non poteſt óculus dícere mánui. Operam tuam non desídero † aut íterum caput pédibus : aut aurícula ſe negáre eſſe de córpore. Nam etſi ália principália : tamen ália neceſſária. Sapiéntia in cápite : actus in mánibus. Oculi enim ſapiéntis in cápite ejus.

Evangelium & reliqua ſicut in die, excepto quòd ad ſecundas Veſp. dicitur parvum ℟. Benedícta tu. *pag. 530.*

XXIV. AUGUSTI.

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI APOST.

Omnia ſunt de Communi Apoſtolorum, præter Orationem, Lectiones, & Evangelium quæ ſequuntur.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam ſanctámque lætítiam in beáti Apóſtoli tui Bartholomæi feſtivitáte tribuíſti : da Eccléſiæ tuæ quæſumus, & amáre quod crédidit † & prædicáre quod dócuit : Per Dóminum.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Ex Homil. 27. in Evangel.

VOs amíci mei eſtis. O quanta miſericórdia eſt Conditóris noſtri. Servi digni non ſumus : & amíci vocámur. Quanta eſt dígnitas hóminum † eſſe amícos Dei ? Sed audiſtis glóriam dignitátis : audíte & labórem certáminis. Si fecéritis quæ ego præcípio vobis. Amíci mei eſtis : ſi ea quæ præcípio vobis, fácitis. Ac ſi apértè dicat. Gaudétis de cúlmine : penſáte quibus labóribus pervenítur ad culmen.

Lectio ſecunda.

CErtè dum filii Zebedæi interveniénte matre, quærerent, ut unus à dextris Dei & álius à ſiniſtris ſedére debuíſſent, audiérunt † Potéſtis bíbere cálicem, quem ego bibitúrus ſum ? Jam locum celſitúdinis quærébant. Ad viam

illos Véritas révocat : per quam ad celsitúdinem venírent.

Lectio tertia.

AC si dicátur. Jam vos locus deléctat celsitúdinis : sed priùs via exérceat labóris. Per cálicem enim pertíngitur ad majestátem. Si mens vestra áppetit quod demúlcet : priùs bíbite quod dolet. Sic sic per amárum póculum confectiónis : pervenítur ad gaúdium salútis.

Lectio quarta.

JAm non dicam vos servos : quia servus nescit quid fáciat dóminus ejus. Vos autem dixi amícos : quia ómnia quæcúmque audívi à Patre meo, nota feci vobis. Quæ sunt ómnia quæ audívit à Patre suo, quæ nota fieri vóluit servis suis, ut eos efficeret amícos suos ✠ nisi gaúdia intérnæ charitátis, nisi illa festa supérnæ pátriæ, quæ nostris quotídie méntibus per aspiratiónem sui amóris imprimit ?

Lectio quinta.

DUm enim audíta supérna cæléstia amámus ✠ amáta jam nóvimus : quia amor ipse notítia est. Omnia ergo eis nota fécerat : qui à terrénis desidériis immutáti, amóris summi fácibus ardébant. Istos verò amícos Dei aspéxerat Prophéta, cùm dicébat : Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus. Amícus enim, quasi ánimi custos dícitur.

Lectio sexta.

QUia ergo Psalmísta prospéxit eléctos Dei à mundi hujus amóre separátos custodíre in mandátis cæléstibus voluntátem Dei : mirátus est amícos Dei, dicens. Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus. Et tanquam si ab eo prótinus causas honóris tanti nobis insinuári quærerémus : illico adjúnxit. Nimis confortátus est principátus eórum.

Lectio septima.

ECce, elécti Dei carnem domant ✠ spíritum róborant ✠ dæmónibus ímperant ✠ virtútibus corúscant ✠ præséntia despíciunt ✠ ætérnam pátriam cum voce & móribus prædicant ✠ eam étiam moriéndo díligunt : atque ad illam per torménta pertíngunt. Occídi possunt : & flecti néqueunt.

Lectio octava.

NImis ergo confortátus est principátus eórum. In ista ipsa passióne, qua cecidérunt in morte carnis : vidéte quantum fúerit culmen mentis. Unde hoc, nisi quia confortátus est principátus eórum ? Sed ne putes quòd sic magni fórsitan pauci sunt, subjúnxit. Dinumerábo eos : & super arénam multiplicabúntur.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Joánnem. *Joann.* 15.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Hoc est præcéptum meum ut diligátis ínvicem : sicut diléxi vos. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ.

Homil 27. in Evangel.

CUm cuncta sacra elóquia Domínicis plena sint præcéptis, quid est quod de dilectióne quasi de singulári mandáto Dóminus dicit ✠ Hoc est præcéptum meum ut diligátis ínvicem ✠ nisi quia omne mandátum de sola dilectióne est, & ómnia unum præcéptum sunt ? Quia quidquid præcípitur : in sola charitáte solidátur.

natus trigínta tres, ab ipso baptizátur. Moxque in álterum mutátus virum ꟸ & ex íntimis cordis medúllis totus ad Deum convérsus: spem omnem, quam in século habére póterat, derelíquit.

Lectio tertia.

REvérsus in Africam, cum religióne, vitæ conjúngens sanctitátem: à Valério notæ sanctitátis Epíscopo Hipponénsi Présbyter factus est. Quo témpore Religiosórum famíliam instítuit ꟸ cum quibus commúni victu, eodémque utens cultu, ad Apostólicæ vitæ, doctrinæque disciplínam eos diligentíssimè erudiébat.

Lectio quarta.

VErùm cùm Manichæórum vigéret hæresis, in illam ínvehi cœpit. Fortunatúmque Hæresiárcham ita válidè confutávit: ut de civitáte Hipponénsi proféctus, ad eámdem ámpliùs non sit ausus remeáre. Hac Augustíni pietáte commótus Valérius: eum Adjutórem adhíbuit Episcopális officii.

Lectio quinta.

NIhil illo fuit humílius, nihil continéntius. Lectus ejus ac vestítus moderátus ꟸ vulgáris mensa: quam sacra semper vel lectióne, vel disputatióne condiébat. Tanta fuit in paúperes benignitáte ꟸ ut cùm ália non adésset facúltas: sacra vasa frángeret ad eórum sustentándam inópiam. Fœminárum, & in eis sorōris ac fratris fíliæ contubérnium, familiaritatémque vitávit.

Lectio sexta.

NUllum finem fecit verbum Dei prædicándi, nisi gravi morbo oppréssus. Hæréticos perpétuò insectátus & verbis & scriptis: ac nullo loco passus consístere. Africam à Manichæórum, aliorúmque Hæreticórum erróre magna ex parte liberávit. Tam multa piè, subtíliter, & copiósè scripsit: ut Christiánam doctrínam máximè illustrárit.

Lectio septima.

VVándalis Africam bello vastántibus, & Hippónem tértio jam mense obsidéntibus: in febrim íncidit. Cùmque sibi è vita discéssum instáre intellígeret: Psalmos David, qui ad pœniténtiam pértinent, in conspéctu pósitos, profúsis legébat lácrymis. Solébat autem dícere, néminem, etsi nullíus sibi cónscius esset scéleris: commíttere debére, ut sine pœniténtia è vita migráret.

Lectio octava.

ERgo sénsibus íntegris, in oratióne defixus, adstántibus frátribus, quos ad charitátem, pietátem, virtutésque omnes erat adhortátus, migrávit in cælum: vixit annis septuagínta sex, in Episcopátu ad trigínta sex, & ámpliùs. Cujus corpus primùm in Sardíniam delátum ꟸ deinde à Luitprándo Longobardórum rege, magno prétio redémptum, Tícinum translátum est: ibíque honorífìcè cónditum.

Quatuor ultimæ Lectiones require in festo S. Bonaventuræ, pag. 624.

Evangelium verò in festo S. Ambrosii, pag. 524. Oratio autem. Adésto supplic. *pag.* 658.

XXIX. AUGUSTI.

In Festo Decollationis Sancti Joannis Baptistæ.

Ad primas Vesperas.

Capitul. ℞. *Hymn. &* ℣. *sunt de Communi unius Martyris. pag.* xii.

Ad Magnificat.

Antiph. Dicébat * enim Joánnes Heródi, non licet tibi habére uxórem fratris tui.

ira persuadénte videbátur Ч incaútus juratiónem fudit : & cœpit ire ut fáceret quod juráverat. Occúrrit Abigaïl uxor Nabal : & tulit ei necessária quæ popóscerat. Supplíciter eum rogávit : flexit, & à maríti sánguine revocávit.

Lectio octava.

JUrávit témere : sed non implévit juratiónem majóre pietáte. Proínde (charíssimi) íterum rédeo ad monéndos vos. Ecce sanctus David non quidem irátus hóminis sánguinem fudit Ч sed eum falsum jurásse negáre quis póterit ? De duóbus peccátis elégit minus : sed minus illud fuit in comparatióne majóris. Nam perseípsum appénsum : magnum malum est falsa jurátio.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Marcum. *Marc. 6.*

IN illo témpore : Misit Heródes ac ténuit Joánnem , & vinxit eum in cárcere propter Herodíadem uxórem Philíppi fratris sui , quia dúxerat eam. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Augustíni Epíscopi.

Serm. 10. de Sanct. tom. 10.

CUm sanctum Evangélium legerétur , crudéle spectáculum ante óculos nostros constitútum est : caput sancti Joánnis in disco Ч ferális missus crudelitátis : propter ódium veritátis. Puélla saltat , & sævit mater Ч & inter lascívias & delícias convivántium témere jurátur : & ímpiè quod jurátur , implétur.

℟. Misit Heródes , ac ténuit Joánnem , & vinxit eum in cárcere propter Herodíadem uxórem fratris sui. † Quia dúxerat eam.

℣. Dicébat enim Joánnes Heródi : non licet tibi habére uxórem fratris tui. Quia.

Lectio decima.

FActum est Joánni , quod ipse prædixerat. De Dómino enim Jesu díxerat. Illum opórtet créscere : me autem minui. Iste minútus est in cápite : ille crevit in Cruce. Odium péperit véritas. Non pótuit æquo ánimo tolerári Ч quod homo Dei sanctus monébat , qui útique salútem eórum quærébat : quos sic monébat. Respondérunt illi mala pro bonis.

℟. Metuébat Heródes Joánnem , sciens eum virum justum & sanctum. † Et custodiébat eum.

℣. Et audíto eo multa faciébat , & libénter eum audiébat. Et cust.

Lectio undecima.

DIcébat regi. Non licet tibi habére uxórem fratris tui. Vincébat enim regem libído : tenébat apud se prohíbitam uxórem fratris sui. Sed eum tamen sic libébat : ut non sæviret. Honorábat eum, à quo verum audiébat Ч sed múlier detestábilis ódium concipiébat : quod aliquando dato témpore páreret. Quando parturiébat , péperit fíliam : fíliam saltántem.

℟. Misso Heródes spiculatóre, præcépit afférri caput Joánnis in disco, & decollávit eum in cárcere. † Quo audíto discípuli ejus venérunt, & tulérunt corpus ejus, & posuérunt illud in monuménto.

℣. Et áttulit caput ejus in disco , & dedit illud puéllæ, & puélla dedit matri suæ. Quo.

Lectio duodecima.

ET rex ille, qui sanctum virum habébat Joánnem, qui eum propter Dóminum timébat, etsi ei non obediébat Ч posteáquam ab illo petítum est ca-

io. Sancti Joánnis. *pag.* 660.

Ad Sextam.

ph. Heródes enim. *pag.* 661.

tul. & ℣. de Communi. pag. xvii.

Oratio.

ſta quæſumus omnípotens Deus ꟷ qui beáti Joánnis Baptíſtæ Præ- s & mártyris tui natalítia cólimus: ſſióne ejus in tui nóminis amóre nur. Qui vivis.

Ad Nonam.

ph. Da mihi in diſco. *pag.* 661.

tul. & ℣. de Communi. pag. xvii.

Oratio.

étur Eccléſia tua, Deus, beáti ánnis Baptíſtæ Præcurſóris & már- i confiſa ſuffrágiis ꟷ atque ejus is glorióſis & devóta permáneat: ta consíſtat. Qui vivis.

Ad Veſperas.

ia ut in Communi. pag. xvii.

Ad Magnificat.

ph. Inter natos * mulíerum non t major Joánne Baptíſta.

io. Sancti Joánnis. *pag.* 660.

XXX. AUGUSTI.

TO SS. FELICIS ET ADAUCTI MARTYRUM.

Oratio.

ajeſtátem tuam Dómine ſúpplices leprecámur: ut ſicut nos júgiter rum tuórum commemoratióne s ꟷ ita ſupplicatióne deféndas: ominum.

TA SEPTEMBRIS.

II. SEPTEMBRIS.

STO NATIVITATIS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

ia fiunt ut in Conceptione ejuſdem, .4. *mutato nomine* Concéptiónis, *in nomen* Nativitátis, *exceptis Lectionib.*

Lectio prima.

Ex Cántico Canticórum. *Cap.* 4.

FOns hortórum, púteus aquárum vivéntium: quæ fluunt ímpetu de Líbano. Surge Aquilo, & veni Auſter ꟷ perfla hortum meum: & fluant arómata illíus. Véniat diléctus meus in hortum ſuum: & cómedat fructum pomórum ſuórum. Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa: méſſui myrrham meam cum aromátibus meis. Comédi favum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo.

Lectio ſecunda.

COmédite amíci: & bíbite, & inebriámini charíſſimi. Ego dórmio: & cor meum vígilat. Vox dilécti mei pulſántis. Aperi mihi ſoror mea, amíca mea, colúmba mea, immaculáta mea ꟷ quia caput meum plenum eſt rore: & cincínni mei guttis nóctium. Expoliávi me túnica mea ꟷ quómodo índuar illa? Lavi pedes meos ꟷ quómodo inquinábo illos?

Lectio tertia.

DIléctus meus miſit manum ſuam per forámen: & venter meus intrémuit ad tactum ejus. Surréxi, ut aperírem dilécto meo ꟷ manus meæ ſtillavérunt myrrham: & digiti mei pleni myrrha probatíſſima. Péſſulum óſtii mei apérui dilécto meo: at ille declináverat, atque transíerat. Anima mea liquefacta eſt, ut locútus eſt: quæſívi, & non invéni illum ꟷ vocávi: & non reſpóndit mihi.

Lectio quarta.

INvenérunt me cuſtódes qui circúmeunt civitátem ꟷ percuſſérunt me, & vulneravérunt me: tulérunt pállium meum mihi cuſtódes murórum. Adjú-

ɛáta deléret. Unde & in consequén-
s Ruth Moabítis pónitur: & Bethsá-
uxor Uríæ.

Lectio duodecima.

NAhásson autem génuit Salmon. Iste est Nahásson princeps tribus æ, sicut in Númeris légimus. Joram em génuit Ozíam. In quarto Regum úmine légimus: de Joram Ochozíam se generátum. Quo mórtuo, Jósaba regis Joram soror Ochozíæ tulit s fílium fratris sui: & eum interne- ni, quæ exercebátur ab Athalía, sub- tit. Cui succéssit in regnum fílius Amasías.

FRA OCTAVAS NATIVITATIS B. V. MARIÆ.

Privatis diebus omnia dicuntur sicut atis dieb. infra Octav. Conceptionis dem, pag. 530. præter Lectiones quas ries pag. 667. & sequenti.

DOMINICA INFRA DICTAS

avas, omnia fiunt sicut in Dominica a Octav. Visitationis, pag. 616. præ- Lectiones & Evangelium.

Lectio prima.

Ex libro Job. *Cap. 7.*

Ilítia est vita hóminis super ter- ram: & sicut dies mercenárii, dies s. Sicut servus desíderat umbram, icut mercenárius præstolátur finem ris sui ꟸ sic & ego hábui menses uos: & noctes laboriósas enumerávi ni. Si dormíero, dicam ꟸ Quando isúrgam? Et rursum expectábo vé- ram: & replébor dolóribus usque ténebras.

Lectio secunda.

Ndúta est caro mea putrédine & sór- dibus púlveris: cutis mea áruit, & contrácta est. Dies mei velóciùs tran- siérunt quàm à texénte tela succíditur: & consúmpti sunt absque ulla spe. Me- ménto quia ventus est vita mea: & non revertétur óculus meus, ut vídeat bo- na. Nec aspíciet me visus hóminis ꟸ óculi tui in me: & non subsístam.

Lectio tertia.

SIcut consúmitur nubes, & pertrán- sit: sic qui descénderit ad ínferos, non ascéndet. Nec revertétur ultrà in domum suam: neque cognóscet eum ámpliùs locus ejus. Quaprópter & ego non parcam ori meo ꟸ loquar in tribu- latióne spíritus mei: confabulábor cum amaritúdine ánimæ meæ. Nunquid ma- re ego sum, aut cetus, quia circumde- dísti me cárcere?

Lectio quarta.

SI díxero, Consolábitur me léctulus meus ꟸ & relevábor loquens me- cum in strato meo: terrébis me per sómnia, & per visiónes horróre concú- ties. Quamóbrem elégit suspéndium ánima mea: & mortem ossa mea. De- sperávi ꟸ nequáquam ultrà jam vi- vam: parce mihi, nihil enim sunt dies mei.

Lectio quinta.

QUid est homo, quia magníficas eum? Aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo: & sú- bitò probas illum. Usquequo non par- cis mihi ꟸ nec dimíttis, ut glútiam sali- vam meam? Peccávi. Quid fáciam tibi ô custos hóminum? Quare posuísti me con- trárium tibi ꟸ & factus sum mihimet- ípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum ꟸ & quare non aufers iniquitá- tem meam? Ecce nunc in púlvere dór- miam: & si manè me quæsíeris, non subsístam.

eſt ex muliere : ut tu desíneres
Filius mulíeris.

*angelium require in Nativitate Do-
pag.* 168.

*MA DIE INFRA OCTAVAS
Nativitatis B. V. Mariæ.*

Lectio prima.

Ex libro Job. *Cap.* 8.

abſorbúerit eum de loco ſuo : ne-
ábit eum, & dicet, Non novi te.
eſt enim lætítia viæ ejus : ut rur-
de terra álii germinéntur. Deus
projíciet símplicem : nec pórriget
im malignis. Donec impleátur ri-
tuum : & lábia tua júbilo. Qui
ınt te, induéntur confuſióne : &
náculum impiórum non ſubsiſtet.

Lectio ſecunda.

T reſpóndens Job, ait. Verè ſcio
quòd ita ſit : & quòd non juſtificétur
o compóſitus Deo. Si volúerit con-
ere cum eo : non póterit ei reſpon-
unum pro mille. Sápiens corde
& fortis róbore † quis réſtitit ei,
cem hábuit ? Qui tránſtulit mon-
& neſciérunt hi, quos ſubvértit in
e ſuo. Qui cómmovet terram de
ſuo : & colúmnæ ejus concutiúntur.

Lectio tertia.

Ui præcipit ſoli, & non óritur :
& ſtellas claudit quaſi ſub ſigná-
. Qui exténdit cælos ſolus : & grá-
ſuper fluctus maris. Qui facit
úrum, & Orióna, & Hyadas : &
ióra auſtri. Qui facit magna, &
mprehenſíbilia, & mirabília : quo-
non eſt númerus. Si vénerit ad
non vidébo eum : ſi abíerit, non
ligam. Si repéntè intérroget † quis
ondébit ei ? Vel quis dícere po-
† Cur ita facis ?

SECUNDA DIE.

Lectio prima.

DEus, cujus iræ nemo resíſtere po-
teſt : & ſub quo curvántur qui
portant orbem. Quantus ergo ſum ego
ut reſpóndeam ei, & loquar verbis meis
cum eo ? Qui étiam ſi habúero quíppiam
juſtum, non reſpondébo : ſed meum jú-
dicem deprecábor. Et cùm invocántem
exaudíerit me : non credo quòd audíerit
vocem meam. In túrbine enim cónteret
me : & multiplicábit vúlnera mea, étiam
ſine cauſa.

Lectio ſecunda.

NOn concédit requiéſcere ſpíritum
meum : & implet me amaritudíni-
bus. Si fortitúdo quæritur, robuſtíſſi-
mus eſt : ſi æquitas judícii, nemo audet
pro me teſtimónium dícere. Si juſtificá-
re me volúero, os meum condemnábit
me : ſi innocéntem oſténdero : pravum
me comprobábit. Etiam ſi ſimplex fúe-
ro, hoc ipſum ignorábit ánima mea :
& tædébit me vitæ meæ.

Lectio tertia.

UNum eſt quod locútus ſum : &
innocéntem & ímpium ipſe con-
ſúmit. Si flagéllat, occídat ſemel : &
non de pœnis innocéntum rídeat. Terra
data eſt in manus ímpii : vultum
júdicum ejus óperit. Quòd ſi non ille
eſt, quis ergo eſt ? Dies mei velocióres
fuérunt curſóre : fugérunt, & non vidé-
runt bonum. Pertranſiérunt quaſi naves
poma portántes : ſicut aquila volans ad
eſcam.

TERTIA DIE.

Lectio prima.

CUm díxero, Nequáquam ita lo-
quar : commúto fáciem meam, &

XI. SEPTEMBRIS.

COMMEMOR. SS. PROTI ET HYACINTHI MARTYRUM.

Oratio.

Eáti Proti nos, Dómine, & Hyacinthi fóveat pretiósa conféssio ꝰ ia júgiter intercéssio tueátur: Per istum Dóminum nostrum:

XIV. SEPTEMBRIS.

FESTO EXALTATIONIS SANCTÆ CRUCIS.

mnia dicuntur sicut in festo Inventionis dem, pag. 587. rejectis & dimissis ue Allelu-ia, *quod tamen in duabus s, scilicet 3. & 5. secundi Nocturni atur, præter ea quæ sequuntur.*

Oratio.

Eus, qui Unigéniti tui Dómini nostri Jesu Christi pretióso sanne humánum genus redímere dignáes: concéde propítius, ut qui ad rándam vivíficam Crucem advént ꝰ à peccatórum suórum néxibus réntur: Per eúmdem Dóminum.

Quando hæc solennitas accidit in Sab-, aut Dominica, vel feria secunda, ter fit commemoratio primò de Octav. ndò de Dominica, tertiò de SS. Marius Cornelio & Cypriano.

Oratio.

Nfirmitátem nostram quæsumus Dónine, propítius réspice: & mala ómquæ justè merémur ꝰ sanctórum um intercessióne avérte: Per Dóm.

Lectio prima.

ermo beáti Augustíni Epíscopi.

Ex Tractatu 12. in Joannem.

Agnum sacraméntum, & qui legérunt, novérunt. Deínde aút & qui non legérunt: vel qui fortè lectum, vel audítum oblíti sunt. Prosternebátur in erémo pópulus Israël mórsibus serpéntum. Fiébat magna strages multórum mortuórum. Plaga enim Dei erat corripiéntis, & flagellántis, ut erudíret. Demonstrátum est ibi magnum sacraméntum rei futúræ.

Lectio secunda.

IPse Dóminus testátur in hac lectióne ꝰ ut nemo áliud possit interpretári: quàm quod ipsa Véritas de se índicat. Dictum est enim ad Moysen à Dómino, ut fáceret æneum serpéntem, & exaltáret in ligno in erémo ꝰ & admonéret pópulum Israël, ut si quis morsus esset à serpénte: illum serpéntem in ligno exaltátum attènderet.

Lectio tertia.

FActum est. Mordebántur hómines ꝰ intuebántur: sanabántur. Quid sunt serpéntes mordéntes? Peccáta de mortalitáte carnis. Quis est serpens exaltátus? Mors Dómini in Cruce. Quia enim à serpénte mors: per serpéntis effigiem figuráta est mors.

Lectio quarta.

MOrsus serpéntis, lethális: mors Dómini vitális. Et quia mortem suscépit ꝰ ipsam in Cruce suspéndit: & de ipsa morte salvávit mortáles. Atténditur serpens: ut nihil váleat serpens. Quid est hoc? Atténditur mors: ut nihil váleat mors. Mors útique vitæ. Si dici potest mors vitæ ꝰ imò quia dici potest: mirabíliter dícitur.

Lectio quinta.

SEd nunquid non erit dicéndum ꝰ quod fuit faciéndum? Ego dúbitem dícere ꝰ quod Dóminus pro me dignátus est fácere? Nonne vita Christus? Et tamen in Cruce Christus. Sed in morte Christi, mors mórtua est: quia

terra: ómnia traham ad meipſum. Hoc autem dicébat: ſigníficans qua morte eſſet moritúrus. Reſpóndit ei turba. Nos audívimus ex lege: quia Chriſtus manet in ætérnum. Et quómodo tu dicis, opórtet exaltári Fílium hóminis? Quis eſt iſte Fílius hóminis? Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc módicùm lumen in vobis eſt. Ambuláte dum lucem habétis: ut non vos ténebræ comprehéndant. Et qui ámbulat in ténebris: neſcit quò vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucem, ut filii lúcis ſitis. Amen.

Oratio. Deus qui Unigéniti. *p. 669. quæ etiam dicitur ad Laudes, Tertiam, & ſecundas Veſperas.*

Ad Benedictus.

Antiph. Qui vult veníre poſt me * ábneget ſemetípſum, & tollat crucem ſuam, & ſequátur me.

In ſecundis Veſperis.

Ad Magnificat.

Antiph. Si ego * exaltátus fúero à terra, ómnia traham ad meipſum: hoc autem dicébat ſigníficans, qua morte eſſet moritúrus.

Et fit commem. de Octav. per Antiph. Quaſi palma. *pag. 531.*

Oratio. Fámulis. *pag. 529. poſtea de SS. Martyribus Cornelio & Cypriano.*

XV. SEPTEMBRIS.

In Octavis Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ.

Ad Matut. Laudes, Horas, & Veſp. omnia dicuntur ſicut in die Conceptionis ejuſdem, pag. 525. exceptis Lectionibus.

Lectio prima.

Ex Cántico Canticórum. *Cap. 6.*

SExagínta ſunt regínæ ᛌ & octogínta concubínæ: & adoleſcentulárum non eſt númerus. Una eſt colúmba mea, perfécta mea ᛌ una eſt matris ſuæ: eléćta genitríci ſuæ. Vidérunt eam fíliæ, & beatiſſimam prædicavérunt ᛌ regínæ & concubínæ: & laudavérunt eam. Quæ eſt iſta, quæ progréditur quaſi auróra conſúrgens ᛌ pulchra ut luna, eléćta ut ſol, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta?

Lectio ſecunda.

DEſcéndi in hortum nucum ᛌ ut vidérem poma convállium, & inſpícerem ſi floruíſſet vínea: & germinaſſent mala púnica. Neſcívi: ánima mea conturbávit me propter quadrígas Amínadab. Revértere, revértere Sulamítis: revértere, revértere, ut intueámur te. Quid vidébis in Sulamíte ᛌ niſi choros caſtrórum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceaméntis, fília príncipis.

Lectio tertia.

JUnctúræ fémorum tuórum ſicut monília: quæ fabricáta ſunt manu artíficis. Umbilícus tuus crater tornátilis: nunquam índigens póculis. Venter tuus ſicut acérvus trítici: vallátus líliis. Duo úbera tua: ſicut duo hínnuli gemélli cápreæ. Collum tuum ſicut turris ebúrnea. Oculi tui ſicut piſcínæ in Héſebon: quæ ſunt in porta fíliæ multitúdinis.

Lectio quarta.

NAſus tuus ſicut turris Líbani: quæ réſpicit contra Damáſcum. Caput tuum ut Carmélus: & comæ cápitis tui ſicut púrpura regis vincta canálibus. Quàm pulchra es, & quàm decóra chariſſima, in delíciis. Statúra tua aſſimiláta eſt palmæ: & úbera tua botris. Dixi, Aſcéndam in palmam: & apprehéndam fructus ejus ᛌ & erunt úbera tua ſicut botri víneæ: & odor oris tui ſicut malórum.

illis qui illíus virtútem erant imi-
íri.

Lectio duodecima.

T Ezechíæ quidem dicit. Prótegam
istam civitátem propter me : &
pter David púerum meum. Salomó-
verò dicébat. Quóniam propter Da-
,regnum ejus ipso vivénte non dirúm-
et. Multa enim illíus viri & coram
) erat , & coram homínibus glória.
ptérea ígitur à notióre ínterim &
ebratióre persóna sumit exórdium : &
ı demum ad antiquiórem recúrrit
éntem.

Eodem die pro commem. S. Nicomedis
rtyris , ad Laudes.

Oratio.

Désto Dómine pópulo tuo : ut
beáti Nicomédis Mártyris tui mé-
præclára suscípiens † ad impetrán-
ı misericórdiam tuam semper ejus
rocíniis adjuvétur : Per Christum.

XVI. SEPTEMBRIS.

FESTO SS. LUCIÆ ET GEMINIANI
MARTYRUM.

Oratio.

Ræsta Dómine précibus nostris cum
exultatióne provéntum : ut quorum
n passiónis ánnua devotióne recóli-
† étiam fidei constántiam subse-
mur : Per Dóminum.

Eodem die pro commemoratione Sanctæ
hemiæ Virginis & Martyris.

Oratio.

Mnípotens sempitérne Deus , qui
infírma mundi éligis , ut fórtia
que confúndas † concéde propí-
: ut qui beátæ Euphémiæ Vírgi-
& Mártyris tuæ solénnia cólimus †
apud te patrocínia sentiámus : Per
istum.

XIX. SEPTEMBRIS.

IN FESTO S. JANUARII EPISCOPI
ET SOCIORUM EJUS MARTYRUM.

Omnia sunt de Communi plurimorum Martyrum , pag. vi. *præter Orationem.*

Oratio.

DEus , qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Januárii Epíscopi & sociórum ejus solennitáte lætíficas † concéde propítius : ut quorum gaudémus méritis † accendámur exémplis : Per Dóminum.

XX. SEPTEMBRIS.

IN FESTO S. EUSTACHII ET SOCIORUM EJUS MARTYRUM.

Omnia ut in Communi. pag. vi.

XXI. SEPTEMBRIS.

IN FESTO S. MATTHÆI APOSTOLI
ET EVANGELISTÆ.

Omnia sunt de Communi Apostolorum præter ea quæ sequuntur.

Ad primas Vesperas.

Oratio.

DA quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Matthæi Apóstoli tui & Evangelístæ quam prævenímus veneránda solénnitas † & devotiónem nobis aúgeat , & salútem : Per Dóminum.

Lectio prima.

Sermo beáti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 5. Comment. in Lucam.

MYsticam vocatiónem publicáni sequi Dóminus jubet † non córporis gressu : sed mentis afféctu. Itaque ille priùs avára de mércibus , dura de labóribus , periculísque nautárum emoluménta convértens : verbo vocátus , própria derelíquit , qui rapiébat aliéna † ac vile illud sedíle destítuens : toto

Homilia Lectiónis ejúsdem : beáti Hyerónimi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in Matthæum.

CÆteri Evangelístæ propter verecúndiam & honórem Matthæi, noluérunt eum nómine appelláre vulgáto ✠ sed dixérunt Levi : dúplici quippe vocábulo fuit. Ipse autem Matthæus, secúndùm illud quod dictum est à Salomóne, Justus accusátor est sui in princípio sermónis ✠ Matthæum se & publicánum nóminat : ut osténdat legéntibus nullum debére salútem desperáre.

Lectio decima.

ARguit hoc loco Porphírius, & Juliánus Augústus vel imperítiam histórici mentiéntis ✠ vel stultítiam eórum, qui statim secúti sunt Salvatórem ✠ quasi irrationabíliter quémlibet vocántem hóminem sint secúti : cùm tantæ virtútes tantáque signa præcésserint ✠ quæ Apóstolos ántequam créderent : vidísse non dúbium est.

Lectio undecima.

CErtè fulgor ipse, & majéstas Divinitátis occúltæ, quæ étiam in humána facie relucébat : ex primo ad se vidéntes tráhere póterat aspéctu. Si enim in magnéte lápide, & súccinis hæc esse vis dícitur, ut ánnulos, & stípulam, & festúcas sibi cópulent ✠ quantò magis Dóminus ómnium creaturárum ad se tráhere póterat quos volébat ?

Lectio duodecima.

IBat autem Dóminus ad convívia peccatórum, ut occasiónem habéret docéndi : & spirituáles suis invitatóribus præbéret cibos. Dénique cùm frequénter pérgere ad convívia describátur : nihil refértur áliud, nisi quid ibi fécerit, quidve docúerit ✠ ut & humílitas Dómini eúndo ad peccatóres : & poténtia doctrínæ ejus in conversióne pœniténtium demonstrarétur.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth. 9.*

IN illo témpore : Cùm transíret Jesus, vidit hóminem sedéntem in telónio, Matthæum nómine : & ait illi. Séquere me. Et surgens : secútus est eum. Et factum est discumbénte eo in domo ✠ ecce multi publicáni & peccatóres veniéntes : discumbébant cum Jesu, & discípulis ejus. Et vidéntes Pharisæi : dicébant discípulis ejus. Quare cum publicánis & peccatóribus mandúcat magíster vester ? At Jesus aúdiens : ait. Non est opus valéntibus médicus : sed malè habéntibus. Eúntes autem díscite quid est : Misericórdiam volo, & non sacrifícium. Non enim veni vocáre justos, sed peccatóres. Amen.

Oratio quæ etiam ad Laudes, Tertiam, & Vesperas dicitur.

ECcléſiam tuam, Dómine, benígnus illústra : ut beáti Matthæi Apóstoli & Evangelístæ illumináta doctrínis ✠ ad dona pervéniat sempitérna : Per Dóm.

Ad Sextam, & Nonam.

Oratio.

BEáti Apóstoli & Evangelístæ Matthæi Dómine, précibus adjuvémur ✠ ut quod possibílitas nostra non óbtinet : ejus nobis intercessióne donétur. Per.

XXII. SEPTEMBRIS.

IN FESTO S. MAURITII ET SOCIORUM EJUS MART.

Omnia de Communi plurimorum Mart. pag. vi. *præter ea quæ sequuntur.*

Oratio.

ANnue, quæsumus omnípotens Deus, ut nos sanctórum Mártyrum tuórum Maurítii, Exupérii, Cándidi, Victó-

ris, Innocéntii, & Vitális, ac ſociórum eórum lætíficet votíva ſolénnitas : & quorum natalítiis gloriámur † ſuffrágiis adjuvémur : Per Dóminum.

Lectio prima.

Sermo beáti Auguſtíni Epíſcopi.

Tom. 10. *Serm.* 13. *de Sanctis.*

ADmonent nos elóquia divína quæ lecta ſunt, timéndo non timére, & non timéndo timére. Advertíſtis cùm ſanctum Evangélium legerétur, Dóminum Deum noſtrum ántequam pro nobis morerétur, firmos nos eſſe voluíſſe† ſed admonéndo ne timerémus : & admonéndo ut timerémus.

Lectio ſecunda.

AIt enim † Nolíte timére eos qui corpus occídunt : ánimam autem non poſſunt occídere. Ecce ubi mónuit ne timerémus. Vidéte ubi monúerit, ut timerémus. Sed eum,inquit, timéte qui poteſtátem habet corpus & ánimam occídere in gehénnam. Ergo timeámus, ut non timeámus. Timor vidétur ad ignáviam pertinére. Timor infirmórum vidétur eſſe : non fórtium.

Lectio tertia.

SEd vidéte quid ait Scriptúra. Timor Dómini ſpes fortitúdinis. Timeámus ne timeámus : hoc eſt, prudénter timeámus, ne ināniter timeámus. Mártyres ſancti, propter quorum ſolennitátem hoc ex Evangélio recitátum eſt, timéndo non timuérunt†quia Deum timéndo: hómines contempſérunt. Quid enim ab homínibus hómini metuéndum eſt ?

Lectio quarta.

ET quid eſt unde álterum térreat homo hóminem? Terret, & dicit, Occído te : & non timet† ne cùm minátur: priùs moriátur. Occído, inquit. Quis dicit ? Cui dicit ? Duos aúdio : unum terréntem, álterum metuéntem † qu[illegible] rum duórum unus eſt potens, alter i[illegible] firmus : ſed ambo mortáles.

Lectio quinta.

QUid ergo exténdit ſe in hom[illegible] inflátior potéſtas ? In carne æq[illegible] lis infirmitas ? Secúrus minétur mort[illegible] qui non timet mortem. Si verò un[illegible] terret, timet† atténdat ſe : & ei cui m[illegible] nátur cómparet ſe. Invéniat in eo [illegible] minátur parem conditiónem : & à D[illegible] mino ſimul cum illo petat miſeratióne[illegible] Homo eſt enim † & hómini minátu[illegible] creatúra creatúræ † ſed una infláta ſ[illegible] Creatóre : áltera fúgiens ad Creatóre[illegible]

Lectio ſexta.

DIcat ergo fortíſſimus Martyr, ſta[illegible] homo ante hóminem. Non tim[illegible] quia tímeo : tu quod mináris, ſi ille n[illegible] vult, non facis. Quod autem ille min[illegible] tur ut fáciat : à nullo impeditur. Dei[illegible] de & tu quod mináris, etſi permítt[illegible] ris † quid facis ? Uſque ad carnem ſ[illegible] vis : ánima tuta eſt. Non occídes quo[illegible] non vides. Visíbilis visíbilem terres.

Lectio ſeptima.

HAbémus ambo invisíbilem Cre[illegible] tórem † quem ſimul timére debe[illegible] mus : qui hóminem ipſum ex visíbili [illegible] invisíbili creávit. Visíbilem de ter[illegible] fecit : invisíbilem ſuo flatu animávi[illegible] Subſtántia ergo invisíbilis, hoc eſt áni[illegible] ma † quæ jacéntem terram eréxit d[illegible] terra : non timet cùm pércutis terram.

Lectio octava.

POtes ferire habitáculum † nunqui[illegible] habitántem ? fugit percúſſo vin[illegible] colligátus : & erit in occúlto coroná[illegible] Quid ergo mináris † qui ánimæ nihi[illegible] fácere potes ? Per méritum ejus, cu[illegible] fácere nihil potes : reſúrget cui fácer[illegible] áliquid potes. Per méritum enim ánim[illegible]

resúrget & caro ꟸ & habitatóri reddétur jam non ruitúra: sed mansúra.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 5.

IN illo témpore: Videns Jesus turbas: ascéndit in montem. Et cùm sedisset: accessérunt ad eum discípuli ejus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Sermo 14. *de Sanctis.*

ECce íncipe divína dicta recólere: & ipsa Evangélica præcépta vel múnera. Beáti paúperes spíritu, quóniam ipsórum est regnum cælórum. Póstea erit tuum regnum cælórum: modò esto pauper spíritu. Vis ut póstea regnum cælórum tuum sit? Vide modò tu ipse cujus sis. Esto pauper spíritu.

Lectio decima.

QUæris à me fortásse: quid sit esse paúperem spíritu. Omnis inflátus non est pauper spíritu. Ergo húmilis pauper est spíritu. Altum est regnum cælórum: sed qui se humíliat, exaltábitur.

Lectio undecima.

ATténde quod séquitur. Beáti mites: quóniam ipsi hæreditábunt terram. Jam vis possidére terram: vide ne possideáris à terra. Possidébis mitis: possidéberis immítis. Nec cùm audis præmium propósitum, ut possídeas terram: exténdas avarítiæ sinum ꟸ qua vis possidére modò terram: exclúso étiam utcúmque vicíno tuo.

Lectio duodecima.

NOn te ista fallat opínio. Tunc verè possidébis terram: quando inhæseris ei, qui fecit cælum & terram. Hoc est enim esse mitem: non resístere Deo tuo ꟸ ut in eo quod bene facis, ipse tibi pláceat, non tu tibi: in eo quod mala justè páteris ꟸ ipse tibi non displíceat: sed tu tibi. Neque enim parum est quia placébis ei, dísplicens tibi ꟸ displicébis autem ei: placens tibi.

Evangelium sicut in festo omnium Sanctorum. pag. 704.

Ad Sextam, & Nonam.

Oratio.

DEus, qui es ómnium Sanctórum tuórum splendor mirábilis: quique hunc diem beatórum Mártyrum tuórum Maurítii, Exupérii, Cándidi, Victóris, Innocéntii, & Vitális, sociorúmque eórum martyrio consecrásti ꟸ da Ecclésiæ tuæ de eórum lætári natalítio: atque apud misericórdiam tuam, exémplis eórum & méritis adjuvémur. Per Dóminum.

XXIII. SEPTEMBRIS.

IN FESTO S. LINI PAPÆ ET MART.

Omnia ut in Communi. pag. xii.

Eodem die pro commem. S. Teclæ V. & M. Oratio. Deus qui inter. *pag.* xxviii.

XXVII. SEPTEMBRIS.

IN FESTO SS. COSMÆ ET DAMIANI MARTYRUM.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Cosmæ & Damiáni natalítia cólimus ꟸ à cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur: Per.

XXIX. SEPTEMBRIS.

IN FESTO SANCTI MICHAELIS ET OMNIUM ANGELORUM.

Ad primas Vesperas.

Antiph. Stetit Angelus * juxta aram

templi, habens thuribulum áureum in manu sua. *Psalmi feriales.*

Capitulum, *Apoc.* 12.

Factum est prælium magnum in cælo ✠ Michäël & Angeli ejus præliabántur cum dracóne: & draco pugnábat, & ángeli ejus ✠ & non prævaluérunt: neque locus invéntus est eórum ámpliùs in cælo. ℟. Deo grátias.

℟. *magnum.* Benedícite Dómino omnes Virtútes. *pag.* 679.

Hymnus.

Tibi Christe splendor Patris,
Vita virtus córdium,
In conspéctu Angelórum
Votis voce psállimus,
Alternántes concrepándo
Melos damus vócibus.

Collaudámus venerántes
Omnes cæli mílites,
Sed præcipuè primátem
Cæléstis exércitus
Michaélem in virtúte
Conteréntem Zábulum.

Quo custóde procul pelle
Rex Christe piíssime
Omne nefas inimíci,
Mundo corde & córpore,
Paradíso redde tuo
Nos sola cleméntia.

Glóriam Patri melódis
Personémus vócibus,
Glóriam Christo canámus,
Glóriam Paraclèto,
Qui trinus & unus Deus
Extat ante sécula. Amen.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.

℟. Et adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat.

Antiph. Data sunt ei * incénsa multa, ut adoléret ea super altáre áureum, quod est ante óculos Dómini.

Oratio.

Deus, qui miro órdine, Angelórum ministéria hominúmque dispénsas ✠ concéde propítius: ut à quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur ✠ ab his in terra vita nostra muniátur: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitator. Regem Angelórum Dóminum: Veníte adorémus. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymn. Tibi Christe. *ut suprà.*

In primo Nocturno.

Antiph. Introíbo * in domum tuam Dómine, & adorábo ad templum sanctum tuum. *Psalm.* Verba mea. *pag.* 38.

Antiph. Dómine * Dóminus noster, quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra. *Psalmus ipse. pag.* 8.

Antiph. Dóminus in templo * sancto suo, Dóminus in cælo, allelu-ia *Psalm.* In Dómino confido. *pag.* 10.

Antiph. Tóllite * portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternales. *Psalm.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Flúminis ímpetus lætíficat, * allelu-ia, civitátem Dei, allelu-ia. *Psal.* Deus noster. *pag.* 40.

Antiph. Psállite * Deo nostro, psállite, psállite Regi nostro, psállite sapiénter. *Psalm.* Omnes gentes. *pag.* 40.

℣. Benedícite Dómino omnes Angeli ejus.

℟. Poténtes virtúte faciéntes verbum illíus.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Ex homil. 34. *in Evangel.*

Angelórum & hóminum natúram ad cognoscéndum se Dóminus con-

didit ꝗ quam dum consístere ad æternitátem vóluit: eam proculdúbiò ad suam similitúdinem creávit. Decem verò drachmas hábuit múlier: quia novem sunt órdines Angelórum. Sed ut compleréiur Electórum númerus ꝗ homo décimus est creátus: qui à Conditóre suo nec post culpam périit ꝗ quia hunc ætérna Sapiéntia per carnem miráculis corúscans: ex lúmine testæ reparávit.

℟. Benedícite Dómino omnes Angeli ejus, poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus. † Ad audiéndam vocem sermónum ejus.

℣. Benedícite Dómino omnes virtútes ejus, miníſtri ejus qui fácitis voluntátem ejus. Ad audiéndam.

Lectio secunda.

NOvem verò Angelórum órdines díximus: quia vidélicet esse (testánte sacro elóquio) scimus Angelos, Archángelos, Virtútes, Potestátes, Principátus, Dominatiónes, Thronos, Chérubim, atque Séraphim. Esse namque Angelos & Archángelos penè omnes sacri elóquii páginæ testántur. Chérubim verò atque Séraphim sæpe, ut notum est: libri Prophetárum loquúntur.

℟. Benedícite Dómino omnes virtútes ejus. † Miníſtri ejus qui fácitis voluntátem ejus.

℣. Benedícite Dómino ómnia ópera ejus in omni loco dominatiónis ejus. Miníſtri.

Lectio tertia.

QUátuor quoque órdinum nómina Paulus Apóstolus ad Ephésios enúmerat, dicens ꝗ Supra omnem Principátum, & Potestátem: & Virtútem, & Dominatiónem. Qui rursus ad Colossénses scribens, ait: sive Throni, sive [Do]minatiónes, sive Principátus, sive Potestátes. Dominatiónes verò & Principátus, ac Potestátes, jam ad Ephésios loquens, descrípserat. Sed ea quoque Colossénsibus dictúrus, præmísit Thronos: de quibus necdum quidquam fúerat Ephésiis locútus.

℟. In conspéctu Angelórum psallam tibi. † Et adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo Dómine.

℣. Confitébor tibi Dómine in toto corde meo, quóniam audísti verba oris mei. Et adorábo.

Lectio quarta.

DUm ergo illis quátuor quæ ad Ephésios dixit, id est, Principátibus, Potestátibus, Virtútibus, atque Dominatiónibus conjungúntur Throni: quinque sunt órdines, qui speciáliter exprimúntur. Quibus dum Angeli, & Archángeli, Chérubim, & Séraphim adjúncta sunt: proculdúbio novem esse Angelórum órdines inveniúntur.

℟. Laudáte Deum omnes Angeli ejus, laudáte eum omnes Virtútes ejus. † Laudáte eum cæli cælórum, & aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

℣. Laudáte Dóminum de cælis, laudáte eum in excélsis. Laudáte.

℣. Glória Patri. nomen Dómini.

In secundo Nocturno.

Antiph. Suscépimus Deus * misericórdiam tuam in médio templi tui. *Psalm.* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

Antiph. Beáti qui hábitant * in domo tua Dómine, in sǽculum sǽculi laudábunt te. *Psalm.* Quàm dilécta. *pag.* 62.

Antiph. Adoráte Dóminum, * allel, in aula sancta ejus, allel. *Psalm.* Cantáte. *i. pag.* 69.

Antiph. Adoráte Deum, * allelu-ia,

℣. Glória Patri. pópuli tui.

In tertio Nocturno.

Antiph. Data sunt ei * incénsa multa: ut adoléret ea super altáre aúreum, quod est ante óculos Dómini. *Cantic.* Dómine miserére. *cum duobus sequentibus. pag.* 23.

℣. Ascéndit fumus arómatum.

℟. In conspéctu Dómini de manu Angeli.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 18.

IN illo témpore : Accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes ꟸ Quis putas major est in regno cælórum ? Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 3. *Comment. in Matthæum.*

POst invéntum statérem, post tribúta réddita ꟸ quid sibi vult Apostolórum repentína interrogátio ? In illa hora accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes ꟸ Quis putas major est in regno cælórum ? Quia víderant pro Petro & Dómino idem tribútum rédditum ꟸ ex æqualitáte prétii, arbitráti sunt ómnibus Apóstolis Petrum esse prælátum : qui in redditióne tribúti Dómino fúerat comparátus. Ideo intérrogant quis major est in regno cælórum.

℟. In témpore illo consúrget Michaël, qui stat pro fíliis pópuli tui. † Et véniet tempus quale non fuit ex eo, ex quo gentes esse cœpérunt usque ad tempus illud.

℣. In témpore illo salvábitur pópulus tuus omnis qui invéntus fúerit scriptus in libro. Et véniet.

Lectio decima.

VIdénsque Jesus cogitatiónes eórum ꟸ & causam erróris intélligens : vult desidérium glóriæ, humilitátis contentióne sanáre. Et ádvocans Jesus párvulum : státuit eum in médio eórum. Vel simplíciter quémlibet párvulum ꟸ ut ætátem quæreret : & similitúdinem innocéntiæ demonstráret.

℟. Stetit Angelus juxta aram templi habens thuríbulum aúreum in manu sua, & data sunt ei incénsa multa. † Et ascéndit fumus arómatum de manu Angeli in conspéctu Dómini.

℣. Et accépit Angelus thuríbulum, & implévit illud de igne altáris. Et.

Lectio undecima.

VEl certè párvulum státuit in médio eórum seípsum ꟸ qui non ministrári, sed ministráre vénerat : ut eis humilitátis tribúeret exémplum. Alii párvulum interpretántur Spíritum sanctum ꟸ quem posúerit in córdibus discipulórum : ut supérbiam in humilitátem mutáret.

℟. Michaël & Angeli ejus pugnábant cum dracóne, & draco pugnábat, & ángeli ejus : & non prævaluérunt. † Neque locus invéntus est ámpliùs eórum in cælo.

℣. Et projéctus est draco ille magnus, qui sedúcit univérsum orbem, & ángeli ejus cum illo missi sunt. Neque.

Lectio duodecima.

AMen dico vobis ꟸ Nisi convérsi fuéritis, & efficiámini sicut párvuli : non intrábitis in regnum cælórum. Non præcípitur Apóstolis ut ætátem hábeant parvulórum, sed ut innocéntiam : & quod illi per annos póssident ꟸ hi possídeant per indústriam : ut malítia non sapiéntia párvuli sint. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste : hic est major in regno cælórum.

℟. Nunc facta est salus, & virtus,

lent fáciem Patris mei.
tio. Deus qui miro. *pag.* 678.

Ad Primam.

iph. Stetit Angelus. *pag.* 682.

Ad Tertiam.

iph. Ascéndit fumus * arómatum
spéctu Dómini de manu Angeli.
itulum. Factum est. *pag.* 678.
Benedícite Dómino. *ibidem.*
tio. Deus qui miro. *ibidem.*

Ad Sextam.

iph. Et omnes Angeli * stabant in
u throni, & cecidérunt in con-
throni in fácies suas, & adora-
Deum.

apitulum. *Apoc.* 1.

iificávit Deus quæ opórtet fieri
: mittens per Angelum suum
suo Joánni ˥ qui testimónium
uit verbo Dei : & testimónium
hristi, quæcúmque vidit.
Deo grátias.
Stetit Angelus. *pag.* 680.

Oratio.

pétuum nobis Dómine tuæ mise-
iónis præsta subsídium: quibus &
ca præstitísti suffrágia non deésse.
óminum.

Ad Nonam.

iph. Angeli eórum. *pag.* 682.

apitulum. *Apoc.* 7.

omnes Angeli stabant in circúitu
roni, & seniórum, & quátuor
ium ˥ & cecidérunt in conspéctu
in fácies suas : & adoravérunt
, dicéntes, Amen.
Deo grátias.
Ascéndit fumus. *pag.* 681.
tio. Perpétuum. *ut suprà.*

Ad Vesperas.

iph. Stetit Angelus. *pag.* 682. *Ps.*
Dóminus. *pag.* 94.

Antiph. Ascéndit fumus. *ut suprà.*
Psalm. Confitébor. *i. pag.* 95.
Antiph. Et omnes Angeli. *ut suprà.*
Psalm. Beátus vir qui timet. *pag.* 95.
Antiph. In conspéctu * Angelórum psallam tibi Deus meus. *Psalm.* Confitébor. *ii. pag.* 101.
Capitulum. Factum est. *pag.* 678.
℟. Benedícite Dóminum omnes Virtútes ejus. Benedícite.
℣. Minístri ejus qui fácitis voluntátem ejus. Benedícite.
℣. Glória Patri. Benedícite.
Hymn. Tibi Christe. *pag.* 678.
℣. In conspéctu Angelórum. *ibidem.*

Ad Magnificat.

Antiph. Míllia míllium * ministrábant ei, & décies míllies centéna míllia assistébant ei.
Oratio. Deus qui miro. *pag.* 678.
Et fit commemor. de S. Hieronymo.

XXX. SEPTEMBRIS.

IN FESTO S. HIERONYMI CONFESS. ET DOCTORIS ECCLESIÆ.

Omnia sunt de Communi unius Confess. non Episcopi. pag. xxiii. *præter ea quæ sequuntur.*

Oratio.

ADésto, Dómine, précibus nostris, quas in sancti Confessóris tui Hierónymi commemoratióne deférimus: ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus ˥ ejus qui tibi plácuit méritis & précibus adjuvémur: Per Dóminum.

Lectio prima.

Sermo beáti Basílii Epíscopi.
In regul. fusius disput. interrog. 8.

CUm Dóminus noster Jesus Christus post multa eáque multis ex rebus gestis firmíssimè à se trádita documénta ad omnes loquátur, ac dicat ˥ Si

tióni succúmbere decet.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth. 5.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vos estis sal terræ. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Hierónymi Presbyteri.

Comment. in Matth. Lib. 1.

SAl appellántur Apóstoli & Doctóres: quia per illos univérsum hóminum cónditur genus. Quod si sal evanúerit ✠ in quo saliétur ? Si doctor erráverit ✠ à quo álio doctóre emendábitur ? Ad níhilum valet ultrà, nisi ut mittátur foras : & conculcétur ab homínibus. Exémplum de agricultúra sumptum est.

Lectio decima.

SAl enim cibórum condiméntum, & ad siccándas carnes necessárium est: ita ut álium usum non hábeat. Certè légimus in Scriptúris urbes quasdam ita victórum sale seminátas : ut nullum in ipsis germen orirétur. Cáveant ergo Doctóres & Epíscopi : & vídeant poténtes poténter sustinére torménta ✠ nihílque esse remédii : sed majórem ruínam ad tártarum dúcere.

Lectio undecima.

VOs estis lux mundi. Non potest civitas abscóndi supra montem pósita ✠ neque accéndunt lucérnam, & ponunt eam sub módio, sed super candelábrum : ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Docet fidúciam prædicándi ✠ ne Apóstoli abscondántur ob metum : & sint símiles lucérnæ sub módio ✠ sed tota libertáte se prodant : ut quod audiérunt in cubículis, prædicent in tectis.

Lectio duodecima.

NOlíte putáre quóniam veni sólvere legem aut prophétas : non veni solvere, sed adimplére. Sive quòd de se per álios prophetáta compléverit: sive quòd ea quæ antè propter infirmitátem audiéntium, rúdia & imperfécta fúerant, sua prædicatióne compléverit ✠ iram tollens, & vicem taliónis exclúdens : & occúltam in mente concupiscéntiam damnans.

Evangelium quare in festo S. Ambrosii Episcopi & Doctoris Ecclesiæ. pag. 524.

Ad Sextam, & Nonam.

Oratio. Deus, qui nos beáti. *ut in Communi. pag.* xxiii.

FESTA OCTOBRIS.

I. OCTOBRIS.

IN FESTO S. REMIGII EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Omnia ut in Commmuni unius Confessoris Episcopi. pag. xvii.

IV. OCTOBRIS.

IN FESTO S. FRANCISCI CONFESSORIS.

Omnia sunt de Communi Confessoris non Episcopi pag. xxiii. *præter Orationem.*

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Francísci méritis fœtu novæ prolis amplíficas : tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere ✠ & cæléstium donórum semper participatióne gaudére : Per Dóminum.

V. OCTOBRIS.

IN FESTO S. PLACIDI ET SOCIORUM EJUS MARTYRUM.

Omnia ut in Communi plurimor. Martyrum. pag. vi.

cat ꟾ cùm inde paulò post discessúrus sit? Nemo proféctò ꟾ sed si quis id étiam fácere vellet: quasi próditor trucidarétur.

Lectio quinta.

QUis in castris agri júgera emit? Quis miles mercatúram exércet? Nullus certè ꟾ neque id injúria: ad prælium enim, non ad caupónis (inquit) venísti artes. Cur ígitur castrórum loca éxcolis ꟾ quæ paulò post relictúrus es? In pátria (inquit) hæc: non in castris faciénda sunt.

Lectio sexta.

HÆc tibi à me símiliter dicúntur: cùm in suprémam civitátem pervenérimus, tunc ista fácito ꟾ immo verò nullo tibi labóre opus ibi est: cùm univérsa hæc tibi à rege præparáta sint. Hìc ígitur satis est nobis fossam fácere ꟾ vallum fígere: ædificiórum constructióne opus non est. Audísti unquam Scythárum qui absque certo vagántur domicílio vivéndi consuetúdinem?

Lectio septima.

ITa Christiános circumeúntes orbem ꟾ advérsùs diábolum pugnántes ꟾ captívos à mánibus ejus rapiéntes: ómnibus temporálibus negléctis vívere opórtet. Cur ítaque magníficas ædes struis ô homo? An ut teípsum magis víncias? Cur thesaúrum óbruis ꟾ ut diábolum advérsùs ánimam tuam invítes? Cur mœnia condis? An ad cárceres tibi construéndos?

Lectio octava.

QUòd si hæc tibi difficília vidéntur negléctu ꟾ ad tabernácula Monachórum proficiscámur: ut re ipsa fácilè ista contémni posse perdíscas. Tugúria sibi constítuunt, quæ si relinquere oportébit ꟾ ita fácilè id fáciunt sícuti mílites castra: ut absque ullo dolóre relínquant. Simíliter ut mílites ínvicem hábitant: & multò suáviùs vivunt.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 12.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Sint lumbi vestri præcíncti: & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Petri Chrysólogi Epíscopi. *Serm.* 24.

SEmper & ad ómnia vigílias esse salutáres nullus ignórat: quia re vera plus vigiláre, plus vívere est. Nam quid tam morti símile ꟾ quàm dormiéntis aspéctus? Quid tam vita plenum ꟾ quàm forma vigilántis? Indulgéndum somno est, ut corpus réparet, non resólvat: & vires révocet, non enérvet.

Lectio decima.

QUæ ars, quod opus, quod tempus, quæ potéstas, quod offícium ꟾ non vitæ lucra lucubratióne perquírit? Hoc Prophéta sciens: non die solo, sed tota nocte clamábat ad Dóminum. Dómine Deus salútis meæ, in die clamávi, & nocte coram te. Quid plura? Ipse Dóminus pernóctat in oratióne Dei: ut antè nos oratióne líberet, quàm rédimat passióne.

Lectio undecima.

ET si pro servis Dóminus vígilat ꟾ mérito pro seípsis servos vigiláre sic jubet: Præcíncti (inquit) sint lumbi vestri, & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris ꟾ & vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum: quando véniat à núptiis. Novus ordo vigiliárum: novus hábitus imperátur.

Lectio duodecima.

NIhil de vestítu, nihil de calceaméntis, nihil de ipsíus occúrsus

, vel in móntibus : & pastophória
a.

Lectio secunda.

T scidérunt vestiménta sua, & plan-
xérunt planctu magno ✠ & imposué-
cínerem super caput suum : & ce-
unt in fáciem super terram ✠ & ex-
avérunt tubis signórum : & clama-
nt in cælum. Tunc ordinávit Judas
s , ut pugnárent advérsùs eos qui
t in arce : donec emundárent sancta.

Lectio tertia.

T elégit sacerdótes sine mácula, vo-
luntátem habéntes in lege Dei ✠ &
davérunt sancta : & tulérunt lápides
aminatiónis in locum immúndum.
ogitávit de altári holocaustórum,
d profanátum erat : quid de eo fá-
t.

Lectio quarta.

T íncidit illis consílium bonum, ut
destrúerent illud : ne fortè illis esset
ppróbrium ✠ quia contaminavérunt
Gentes : & demolíti sunt illud. Et
suérunt lápides in monte domus in
apto : quoadúsque veníret Prophé-
& respondéret de eis.

In secundo Nocturno.

Antiph. In fide. *pag.* xxiv.

Lectio quinta.

T accepérunt lápides íntegros se-
cúndùm legem , & ædificavérunt al-
novum secúndùm illud quod fuit
s ✠ & ædificavérunt sancta , & quæ
a domum erant intrínsecus: & ædem,
tria sanctificavérunt. Et fecérunt
sancta nova : & intulérunt cande-
um , & altáre incensórum , & men-
in templum.

Lectio sexta.

T incénsum posuérunt super altáre ✠
& accendérunt lucérnas , quæ super
candelábrum erant : & lucébant in tem-
plo. Et posuérunt super mensam panes,
& appendérunt vela : & consummavé-
runt ómnia ópera quæ fécerant. Et ante
matutínum surrexérunt : & obtulérunt
sacrifícium secúndùm legem, super altáre
holocaustórum novum, quod fecérunt.

Lectio septima.

Secúndùm tempus, & secúndùm diem in quo contaminavérunt illud gentes : in ipsa renovátum est in cánticis, & cítharis , & cínyris , & in cymbalis. Et cécidit omnis pópulus in fáciem suam : & adoravérunt , & benedixérunt in cælum eum , qui prosperávit eis. Et fecérunt dedicatiónem altáris diébus octo : & obtulérunt holocáusta cum lætítia , & sacrifícium salutáris , & laudis.

Lectio octava.

Et ornavérunt fáciem templi corónis aúreis , & scútulis ✠ & dedicavérunt portas , & pastophória : & imposuérunt eis jánuas. Et facta est lætítia in pópulo magna valde : & avérsum est oppróbrium Géntium. Et státuit Judas, & fratres ejus , & univérsa Ecclésia Israël , ut agátur dies dedicatiónis altáris in tempóribus suis , ab anno in annum, per dies octo.

In tertio Nocturno.

Antiph. Cantic. & ℣. sicut in die.

Evangelium , & Homilia sicut in festo S. Benedicti. pag. 563.

Oratio. Omnipotens. *pag.* 686.

Ad Laudes.

Sola Antiph. Serve bone * & fidélis intra in gáudium dómini tui. *Psalmi festivales.*

Ad Horas , sicut in die.

Ad Vesperas.

Omnia sicut privatis diebus infra dictas Octav. pag. 688.

ecútus est eos usque ad portam Pto
ïidis ꟷ & cecidérunt de géntibus ferè
míllia virórum : & accépit spólia
im. Et assúmpsit eos qui erant in
læa, & in Arbátis cum uxóribus, &
, & ómnibus quæ erant illis : &
ixit in Judæam cum lætítia ma-

QUARTA DIE.

Lectio prima.

T Judas Machabæus, & Jónathas
frater ejus transiérunt Jordánem: &
unt viam trium diérum per desér-
ꟷ & occurrérunt eis Nabuthæi, &
epérunt eos pacíficè: & narravérunt
mnia, quæ accíderant frátribus eó-
in Galaadítide ꟷ & quia multi ex
omprehénsi sunt in Barása, & Bosor,
Alimis, & in Casphor, & Mageth,
arnáim : hæ omnes civitátes muní-
magnæ.

Lectio secunda.

ed & in cæteris civitátibus Galaadí-
idis tenéntur comprehénsi ꟷ & in
inum constituérunt admovére exér-
n civitátibus his: & comprehéndere,
llere eos in una die. Et convértit
s, & exércitus ejus, viam in desér-
Bosor repéntè, & occupávit civitá-
ꟷ & occídit omnem másculum in
gládii : & accépit ómnia spólia eó-
, & succéndit eam igni.

Lectio tertia.

T surrexérunt inde nocte : & ibant
usque ad munitiónem. Et factum
ilúculò, cùm eleváſſent óculos suos:
pópulus multus, cujus non erat
erus ꟷ portántes scalas, & máchinas,
omprehénderent munitiónem : &
gnárent eos.

QUINTA DIE.

Lectio prima.

ET vidit Judas quia cœpit bellum: & clamor belli ascéndit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus de civitáte ꟷ & dixit exercítui suo : Pugnáte hódie pro frátribus vestris. Et venit tribus ordínibus post eos ꟷ & clamavérunt tubis: & clamavérunt in oratióne.

Lectio secunda.

ET cognovérunt castra Timóthei, quia Machabæus est : & refugérunt à fácie ejus ꟷ & percussérunt eos plaga magna : & cecidérunt ex eis in die illa ferè octo míllia virórum. Et divértit Judas in Maspha, & expugnávit & cepit eam ꟷ & occídit omnem másculum ejus: & sumpsit spólia ejus, & succéndit eam igni.

Lectio tertia.

UT autem appropinquávit Judas ad torréntem aquæ : státuit scribas pópuli secus torréntem, & mandávit eis, dicens ꟷ Néminem hóminum reliquéritis: sed véniant omnes in prælium. Et transfretávit ad illos prior, & omnis pópulus post eum ꟷ & contrítæ sunt omnes gentes à fácie eórum, & projecérunt arma sua: & fugérunt ad fanum, quod erat in Carnáim.

VII. OCTOBRIS.

PRO COMMEM. S. MARCI PAPÆ ET CONFESSORIS.

Oratio.

EXaúdi Dómine preces nostras : & interveniénte beáto Marco Confessóre tuo atque Pontífice ꟷ supplicatiónes nostras placátus inténde : Per Christum.

mícos vestros, benefácite his qui odérunt vos: sicut & Pater vester cæléstis, qui solem suum oríri facit super bonos & malos. Et íterum. Estóte perfécti, sicut & Pater cæléstis perféctus est. Et licèt sint ália multa, in quibus debémus Deum & beátos mártyres imitári ✠ ista tamen duo præcépta sunt, id est, ut mites simus, & húmiles corde: & inimícos nostros totis víribus diligámus.

Lectio octava.

DE diligéndis inimícis (fratres charíssimi) nullus unquam in veritáte se póterit excusáre. Potest mihi áliquis dícere. Non possum jejunáre, non possum vigiláre ✠ nunquid potest dícere, Non possum amáre? Potest dícere, Non possum res meas totas paupéribus dare, & in monastério Deo servíre ✠ nunquid potest dícere, Non possum dilígere?

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 21.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Cùm audiéritis prælia & seditiónes, nolíte terréri ✠ opórtet primùm hæc fieri: sed nondum statim finis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Lib. 50. *Homil. homil.* 14.

DOminus noster Jesus Christus téstibus, id est, Martyribus suis pro humána fragilitáte solícitis, ne fortè eum confiténdo, atque moriéndo, períerent ✠ magnam securitátem dedit, dicens: Capíllus de cápite vestro non períbit. Times ergo ne péreas ✠ cujus capíllus non períbit? Si sic custodiúntur supérflua tua ✠ in quanta securitáte est ánima tua? Non perit capíllus, qui cùm tondétur, non sentis ✠ & perit ánima, per quam sentis?

Lectio decima.

SAnè multa dura eos passúros esse prædíxit ✠ ut prædicéndo fáceret paratióres: diceréntque illi. Parátum cor meum. Quid est parátum cor meum ✠ nisi paráta volúntas mea? Parátam ergo habent Mártyres voluntátem in martyrio: sed præparátur volúntas à Dómino. Illis autem in malis duris, atque ásperis futúris commémorans adjécit. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

Lectio undecima.

IN vestra patiéntia, inquit. Non enim esset patiéntia tua, si non ibi esset & volúntas tua. In vestra patiéntia ✠ sed unde vestra? Nostrum est quod à nobis habétur: nostrum est & quod nobis donátur. Quómodo enim áliquid donas, nisi ut ejus sit, cui donas? Apérta est enim illa conféssio. Nonne Deo subjiciétur ánima mea? Ab ipso enim patiéntia mea.

Lectio duodecima.

DIcit nobis ipse ✠ In vestra patiéntia: dicámus illi & nos. Patiéntia mea ab ipso est. Tuum fecit donándo: noli ingrátus esse tibi assignándo. Nonne in oratióne Domínica dícimus & nostrum esse quod à Deo est? Quotídie dícimus, Panem nostrum quotidiánum. Jam dixísti nostrum: & dicis, da nobis. Ecce nostrum: ecce da nobis.

XIII. OCTOBRIS.

IN OCTAVIS S. PATRIS NOSTRI BRUNONIS CONFESSORIS.

Omnia sicut in die exceptis Lectionibus.

Octo primæ Lectiones petantur ex Communi unius Confess. Episcopi. pag. xviii.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Homil. 4. in Ezechiel.

PEr sanctum prophetíæ spíritum pennáta animália subtíliter describúntur ꝰ ut per hæc, Evangelistárum significári persónas ipsa nobis subtílitas descriptiónis apériat : nihilque sermo Dei nostro intelléctui dubietátis relínquat. Ecce enim dícitur. Similitúdo autem vultus eórum ꝰ fácies hóminis, & fácies leónis à dextris ipsórum quátuor : fácies autem bovis à siníſtris ipsórum quátuor, & fácies áquilæ désuper ipsórum quátuor.

Lectio secunda.

QUòd enim quátuor hæc pennáta animália sanctos quátuor Evangelístas desígnent : ipsa uniuscujúsque libri Evangélici exórdia testántur. Nam quia ab humána generatióne cœpit, jure per hóminem Matthæus ꝰ quia per clamórem in desérto, rectè designátur per leónem Marcus ꝰ quia à sacrificio exórsus est, bene per vítulum Lucas ꝰ quia verò à Divinitáte Verbi cœpit : dignè per áquilam significátur Joánnes.

Lectio tertia.

SEd quia elécti omnes membra sunt Redemptóris nostri : ipse autem Redémptor noster caput est ómnium electórum ꝰ per hoc quòd ejus membra figuráta sunt : nihil obstat si étiam in his ómnibus & ipse signétur. Ipse enim Unigénitus Dei Fílius veráciter factus est homo ꝰ ipse in sacrificio nostræ redemptiónis dignátus est mori ut vítulus : ipse per virtútem suæ fortitúdinis surréxit ut leo.

Lectio quarta.

LEo étiam apértis óculis dormíre perhibétur ꝰ quia in ipsa morte, in qua ex humanitáte Redémptor noster dormíre pótuit : ex Divinitáte sua immortális permanéndo vigilávit. Ipse étiam post resurrectiónem suam ascéndens in cælos : in superióribus est elevátus ut áquila. Totum ergo simul nobis est, quia nascéndo homo : & moriéndo vítulus ꝰ & resurgéndo leo : & ad cælos ascendéndo áquila factus est.

Lectio quinta.

SEd quia per hæc animália, Evangelístas quátuor, & sub eórum spécie simul perféctos omnes jam supérius significári díximus : restat ut quómodo unusquísque electórum istis animálium visiónibus exprimátur, ostendámus. Omnis eléctus, atque in via Dei perféctus : & homo, & vítulus, & leo simul, & áquila est.

Lectio sexta.

HOmo enim rationále est ánimal. Vítulus autem in sacrificio mactári solet. Leo verò fortis est béstia, sicut scriptum est : Leo fortíssimus bestiárum ad nullíus pavébit occúrsum. Aquila ad sublímia évolat : & irreverberátis óculis solis rádiis inténdit.

Lectio septima.

OMnis ítaque qui in ratióne perféctus est : homo est. Et quóniam semetípsum ab hujus mundi voluptáte mortíficat : vítulus est. Quia verò ipsa sua spontánea mortificatióne contra advérsa ómnia fortitúdinem securitátis habet ꝰ (Unde scriptum est, Justus autem quasi leo confídens, absque terróre erit :) leo est.

Lectio octava.

QUia verò sublímiter contemplátur ea quæ cæléstia atque terréna sunt : áquila est. Igitur quóniam justus quisque per ratiónem homo ꝰ per sacrificium

quo per martyrii palmam ad supérnæ contemplatiónis pertingerent glóriam: da quæsumus eárum nos intercessiónibus adjuvári quas hodiérna die transcénso mortis stádio, in cæléstibus fecísti triumpháre: Per Dóminum.

Eodem die fit commemor. de S. Hilarione Abbate.

Oratio. Intercéssio. *pag.* xxviii.

Ad Matutinas.

Invitator. & Hymn. ut in Communi Virginum. pag. xxviii.

In primo Nocturno.

Antiph. Hæc est * quæ nescívit thorum in delícto, habébit fructum in respectióne animárum sanctárum. *Psalm.* Dómine Dóminus noster. *pag.* 8.

Antiph. O quàm pulchra est * casta generátio cum claritáte. *Psalm.* Dómine quis habitábit. *pag.* 11.

Antiph. Hæc est generátio * quæréntium Dóminum, quæréntium fáciem Dei Jacob. *Ps.* Dómini est terra. *p.* 18.

Antiph. Spécie tua * & pulchritúdine tua inténde, prósperè procéde, & regna. *Psalm.* Eructávit. *pag.* 37.

Antiph. Flúminis ímpetus lætíficat,* allel. civitátem Dei, allelu-ia. *Psalm.* Deus noster refúgium. *pag.* 40.

Antiph. Psállite * Deo nostro, psállite, psállite regi nostro, psállite sapiénter. *Psalm.* Omnes gentes. *pag.* 40.

℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui.

℟. Vísita nos in salutári tuo.

Lectiones, Homiliam, & Evangelium recipe ex Comm. Virg. & Mart. p. xxix.

℟. 1. Vidi speciósam. *ibidem.*

℟. 2. Fulcíte me. *ibidem.*

℟. 3. Ego sicut vitis fructificávi suavitátem odóris, allelu-ia. † Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, & à generatiónibus meis adimplémini, allel. allelu-ia.

℣. In me grátia omnis viæ & veritátis, in me est omnis spes vitæ & virtútis. Transíte.

℟. 4. Regnávit Dóminus Deus noster omnípotens. † Gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam ei, allelu-ia.

℣. Quia venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit se. Gaudeámus.

℣. Glória Patri. allelu-ia.

In secundo Nocturno.

Antiph. Sicut lílium * inter spinas, sic amíca mea inter fílias. *Psalm.* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

Antiph. Dedísti * hæreditátem timéntibus nomen tuum Dómine. *Psalm.* Exaúdi Deus deprecatiónem. *pag.* 48.

Antiph. Annuntiavérunt * ópera Dei, & facta ejus intellexérunt. *Psal.* Exaúdi Deus oratiónem meam cùm. *pag.* 54.

Ant. Vidi turbam magnam, * quam dinumeráre nemo póterat ex ómnibus géntibus stantes ante thronum. *Psalm.* Fundaménta ejus. *pag.* 66.

Antiph. Jucundáre * fília Sion, & exúlta satis fília Jerúsalem, allel. *Psal.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Vidi speciósam * sicut colúmbam, & circúmdabant eam flores rosárum, & lília convállium. *Psalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

℣. Adducéntur regi vírgines post eam.

℟. Próximæ ejus offeréntur tibi.

℟. 5. Laudáte Dóminum Deum nostrum, qui non deséruit sperántes in se, & in me adimplévit misericórdiam suam. † Quàm promísit dómui Isräel.

℣. Confitémini ei quóniam bonus, quóniam in séculum misericórdia ejus. Quam.

ea quæ pro peccátis nostris merémur : te miseránte vincámus. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Tunc surrexérunt. *pag.* 698.

Capitulum. *Joann.* 15.

NOn vos me elegístis ⁊ sed ego elégi vos : & pósui vos ut eátis ⁊ & fructum afferátis : & fructus vester máneat. ℟. Deo grátias.

℣. Mirábilis Deus. *pag.* 698.

Oratio. Deus qui nos. *pag.* 698.

Ad Vesperas ut in Communi Virginum, præter Capitulum. Æmulor vos, *& Orationem*, Deus qui dignè. *pag.* 696.

XXV. OCTOBRIS.

IN FESTO SS. CRISPINI ET CRISPINIANI MARTYRUM.

Omnia ut in Communi. pag. vi.

XXVIII. OCTOBRIS.

IN FESTO SS. APOSTOLORUM SIMONIS ET JUDÆ.

Omnia sunt de Communi Apostolorum, præter Orationes, & Lectiones quatuor Homiliæ, cum Evangelio.

Ad primas Vesperas.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus : ut sicut Apostolórum tuórum Simónis & Judæ natalítia prævénimus ⁊ sic ad tua benefícia promerénda majestátem tuam pro nobis ipsi prævéniant : Per Dóminum.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 10.

IN illo témpore : Misit Dóminus Jesus duódecim discípulos suos, præcípiens eis, dicens : In viam Géntium ne abiéritis ⁊ & in civitátes Samaritanórum ne intravéritis : sed pòtius ite ad oves, quæ periérunt domus Isráel. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 4. *in Evang.*

CUm constet ómnibus (fratres charíssimi) quia Redémptor noster in mundum pro redemptióne Géntium venit ⁊ cùm Samaritános quotídie ad fidem vocári conspícimus ⁊ quid est quòd in prædicatiónem discípulos mittens, dicit ⁊ In viam Géntium ne abiéritis, & in civitátes Samaritanórum ne intravéritis ⁊ sed pótiùs ite ad oves, quæ periérunt domus Israël ?

Lectio decima.

NIsi hoc quod ex facti fine collígimus : quia priùs soli Judææ vóluit, & póstmodum cunctis géntibus prædicári ⁊ ut dum illa convérti vocáta renúeret : prædicatóres sancti ad vocatiónem Géntium per órdinem venírent ⁊ quátenus Redemptóris nostri prædicátio à própriis repúlsa : Gentíles pópulos quasi extráneos quæreret. Et quod Judæis fiébat in testimónium : hoc Géntibus grátiæ esset increméntum.

Lectio undecima.

ERant verò tunc qui de Judæa vocándi essent : & de Géntibus vocándi non essent. Nam & in Actibus Apostolórum, Petro prædicánte, légimus & priùs Hebræórum tria míllia, & póstea quinque míllia credidísse. Et cùm prædicáre Apóstoli Géntibus in Asia voluíssent, per Spíritum prohíbiti esse memorántur ⁊ & tamen ipse Spíritus, qui priùs prædicatiónem prohíbuit : hanc Asianórum córdibus póstmodum infúdit. Nam diu est quòd cuncta Asia crédidit.

Lectio duodecima.

IDcircò ergo priùs prohíbuit quod póstmodum fecit : quia tunc in illa

Oratio.

DOmine Deus noster multíplica super nos grátiam tuam: & quorum prævenímus gloriósa solénnia ꝰ tríbue subsequi in sancta professióne lætítiam: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitat. Gaudéte, & exultáte: Quia nómina vestra scripta sunt in cælis. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymn. Christe Redémptor. *pag.* 700.

In primo Nocturno.

Antiph. Ego sum qui sum, * & consílium meum non est cum ímpiis: sed in lege Dómini volúntas mea est, allel. *Psalm.* Beátus vir. *pag.* 2.

Antiph. Benedícta tu * in muliéribus & benedíctus fructus ventris tui. *Psalm.* Dómine Dóminus noster. *pag.* 8.

Antiph. Angeli eórum * in cælis semper vident fáciem Patris mei. *Psal.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Inter natos * mulíerum non surréxit major Joánne Baptísta. *Psalm.* Benedícam Dóminum. *pag.* 30.

Antiph. Tu es Petrus, * & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. *Ps.* Eructávit. *pag.* 37.

Antiph. Bonum * certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. *Psalm.* Omnes gentes. *pag.* 40.

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte justi.

℞. Et gloriámini omnes recti corde.

Lectio prima.

Sermo beáti Augustíni Epíscopi.

Serm. 37. *de Sanctis.*

HOdie (dilectíssimi) ómnium Sanctórum sub una solennitátis lætítia celebrámus festivitátem: quorum societáte cælum exúltat ꝰ quorum patrocíniis terra lætátur ꝰ quorum triúmphis Ecclésia sancta coronátur ꝰ quorum conféssio quantò in passióne fórtior: tantò est clárior in honóre.

℞. In própria venit, & sui eum non recepérunt: quotquot autem recepérunt eum dedit eis potestátem fílios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus. † Qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri: sed ex Deo nati sunt.

℣. Si autem filii, & hærédes, hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi. Qui non.

Lectio secunda.

QUia dum crevit pugna: crevit & pugnántium glória ꝰ & martyrii triúmphus multíplici passiónum génere adornátur: per quæ gravióra torménta, gratióra fuére & prǽmia. Dumque Cathólica mater Ecclésia per totum orbem longè latéque diffúsa, in ipso cápite suo Christo Jesu edócta ꝰ contumélias crucis, & mortem dídicit non timére: magis magísque roboráta est, non resisténdo, sed perferéndo.

℞. Beátam me dicent omnes generatiónes. † Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.

℣. Magníficat ánima mea Dóminum, & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. Quia fecit.

Lectio tertia.

UNivérsos autem quos ágmine ínclyto carcer pœnális inclúsit: pari & símili calóre virtútis ad geréndum certámen glória triumphális inspirávit. O verè beáta mater Ecclésia, quam sic honor divínæ dignatiónis illúminat ꝰ quam vincéntium gloriósus Mártyrum sanguis exórnat: quam inviolátæ conféssiónis cándida índuit virgínitas. Fló-

hoste prostráto trophæa feréntibus occúrrit: cum triumphántibus viris & fœminæ véniunt, quæ cum século sexum quoque vicérunt. Et gemináta glória militiæ vírgines cum púeris téneros annos virtútibus transeúntes ꝰ sed & cætera fidélium turba aulæ perpétuæ régiam intrábit: qui sinceritátem fidei inconcússis præceptórum cæléstium disciplínis unita pace observavérunt.

℟. Non sunt loquélæ neque sermónes, quorum non audiántur voces eórum. † In omnem terram exivit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus, nimis confortátus est principátus eórum. In omnem.

Lectio octava.

ERgo ágite nunc (fratres) aggrediámur iter vitæ ꝰ revertámur ad Civitátem cæléstem: in qua scripti sumus, & cives decréti. Non sumus hóspites: sed cives sanctórum & doméstici Dei ꝰ étiam illíus hærédes: cohærédes autem Christi. Hujus nobis Urbis jánuas apériet fortitúdo: & fidúcia latum præbébit ingréssum.

℟. Lætámini in Dómino, & exultáte justi, & gloriámini, † Omnes recti corde.

℣. Cantáte ei cánticum novum, bene psállite ei in vociferatióne. Omnes.

℣. Glória Patri. corde.

In tertio Nocturno.

Antiph. Córpora Sanctórum * in pace sepúlta sunt, & vivent nómina eórum in ætérnum. *Cantic.* Vos autem Sacerdót. *cum reliquis duobus. pag.* 116.

℣. Mirábilis Deus in Sanctis suis.

℟. Deus Israel ipse dabit virtútem & fortitúdinem plebi suæ.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 5.

IN illo témpore: Videns Jesus turbas: ascéndit in montem. Et cùm sedísset: accessérunt ad eum discípuli ejus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Leónis Papæ.

PRædicánte (dilectíssimi) Dómino nostro Jesu Christo Evangélium regni, & divérsos per totam Galilæam curánte languóres ꝰ in omnem se Syriam virtútum ejus fama diffúderat: & multæ ex divérsa Judæa turbæ ad cæléstem Médicum confluébant ꝰ ut cujus tam benígnam experiebántur poténtiam: non ambígerent salutárem esse doctrínam.

℟. Centum quadraginta quátuor míllia qui empti sunt de terra, hi sunt qui cum muliéribus non sunt coinquináti, vírgines enim permansérunt. † Hi sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℣. Hi empti sunt ex homínibus primítiæ Deo & Agno, & in ore eórum non est invéntum mendácium. Hi seq.

Lectio decima.

IGitur qualis doctrina sit Christi, sacræ ipsíus senténtiæ protestántur ꝰ ut qui ad ætérnam beatitúdinem perveníre desíderant: gradus felicíssimæ Ascensiónis agnóscant. Beáti (inquit) paúperes spíritu: quóniam ipsórum est regnum cælórum. De quibus paupéribus Véritas loquerétur fortè esset ambíguum ꝰ si dicens, Beáti paúperes: nihil ádderet de intelligénda paúperum qualitáte.

℟. Córpora Sanctórum in pace sepúlta sunt. † Et nómina eórum vivent in generatiónem & generatiónem.

[A]ntiph. Exultábunt * Sancti in glória, [læta]búntur in cubílibus suis. *Psal.* Lau[date] Dóminum de cælis. *pag.* 27.
[C]*apitul.* Ego Joánnes. *pag.* 700.
[℟]. Justi autem in perpétuum vivent. [Justi] autem.
[℣]. Et apud Dóminum est merces eó[rum.] Justi autem.
[℣]. Glória Patri. Justi autem.

Hymnus.

[Jes]u Salvátor séculi,
[R]edémptis ope súbveni,
[Et p]ia Dei Génitrix
[Salu]tem posce míseris.
[C]œtus omnes Angélici,
[Patr]iarchárum cúnei,
[Et P]rophetárum mérita,
[Nob]is precéntur véniam.
[Ba]ptísta Christi prævius,
[Et c]láviger æthéreus,
[Cum] cæteris Apóstolis,
[Nos] solvant nexu críminis.
[C]horus sacrátus Mártyrum,
[Con]féssio Sacerdótum,
[Et v]irginális cástitas,
[Nos] à peccátis ábluant.
[M]onachórum suffrágia,
[Om]nésque cives cælici,
[Ann]uant votis súpplicum,
[Et v]itæ poscant præmium.
[L]aus, honor, virtus, glória
[Deo] Patri, & Fílio,
[Sanc]to simul Paracléto,
[In s]æculórum sécula. Amen.
[℣]. Sancti tui Dómine benedícent te.
[℟]. Glóriam regni tui dicent, & po[tenti]am tuam loquéntur.

Ad Benedictus.

[A]ntiph. Beáti * paúperes spíritu, quó[niam] ipsórum est regnum cælórum.
[O]ratio. Omnípotens sempitérne Deus *pag.* 704.

Ad Primam.

Antiph. Justórum ánimæ * in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum malítiæ.

Ad Tertiam.

Antiph. Córpora Sanctórum * in pace sepúlta sunt, & vivent nómina eórum in ætérnum.
Capitul. Ego Joánnes. *pag.* 700.
℣. Lætámini. *pag.* 701.
Oratio. Omnípotens semp. *pag.* 704.

Ad Sextam.

Antiph. Sancti * per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt promissiónes.

Capitulum. *Apoc.* 7.

ET audívi númerum signatórum: centum quadragínta quátuor míllia signáti ex omni tribu filiórum Israël.
℟. Deo grátias.
℣. Exúltent justi. *pag.* 702.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum multíplici facis celebritáte gaudére: concéde quæsumus ✠ ut sicut illórum commemoratióne temporáli gratulámur officio: ita perpétuo lætémur aspéctu. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Fulgébunt justi, * & tanquam scintíllæ in arundinéto discúrrent, judicábunt natiónes, & regnábunt in ætérnum.

Capitulum. *Apoc.* 7.

VIdi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat ex ómnibus géntibus, & tríbubus, & pópulis, & linguis ✠ stantes ante thronum, & in conspéctu Agni, amícti stolis albis: & palmæ in mánibus eórum.
℟. Deo grátias.

Lectio tertia.

DEos porrò, & reges, ac dóminos, non natúra dico ✠ sed quia ánimi perturbatiónibus imperárunt, ac domináti sunt: atque imáginem Divínam, ad cujus similitúdinem procreáti fúerant, íntegram miniméque adulterátam servárunt ✠ & quia ánimi inductióne ac voluntáte Deo uníti sunt: eúmque hóspitem suscepérunt ✠ ac per ejus perceptiónem quod ipse natúra est: hoc per grátiam extitérunt.

Lectio quarta.

ECquid ígitur causæ est, quin eos honóre complectámur ✠ qui Dei servi & amíci ac filii appelláti sunt? Etenim is honor qui probis consérvis habétur: benévoli erga commúnem Dóminum ánimi arguméntum est. Illi sanè Dei promptuária, & pura domicília extitérunt. Inhabitábo enim in illis (ait Deus) & inambulábo: atque ero illórum Deus.

Lectio quinta.

AC quòd justórum ánimæ in manu Dei sint, nec mors eos attíngat: líteris sacris próditum est. Mors enim Sanctórum: somnus pótiùs est, quàm mors. Laboravérunt síquidem in hoc ævo: & in ætérnum vivent. Ac pretiósa in conspéctu Dómini mors Sanctórum ejus.

Lectio sexta.

SEd quid præclárius ac pluris æstimándum quàm in manu Dei esse? Deus quippe vita & lux est. Ita fit ut qui in manu Dei sunt in vita quoque ac luce sint. Quòd autem Deus étiam per mentem in ipsórum quoque corpóribus sedem ac domicílium habúerit: his verbis Apóstolus testátur. Nescítis quòd córpora vestra templum sunt Spíritus sancti, qui hábitat in vobis? Dóminus autem Spíritus est.

Lectio septima.

QUid ígitur afférri potest, quin animátis Dei templis & vivis Dei tabernáculis honor sit adhibéndus? Hi cùm hujúsce vitæ usúra fruueréntur, Deo fidénti ánimo astitérunt. Christus Dóminus Sanctórum relíquias velut salutíferos fontes præbuit ✠ ex quibus plúrima ad nos beneficia manant: suavíssimúmque unguéntum prófluit.

Lectio octava.

NEc verò quisquam huic sermóni fidem détrahat. Nam si aqua in desérto ex áspera & sólida rupe atque ex ásini maxílla ad sedándam Samsónis sitim (Deo ita volénte) prosíliit ✠ erítne cur cuiquam incredíbile videátur ex Mártyrum relíquiis suáve unguéntum scaturíre? Minimè certè: iis quidem quibus Dei poténtia, honórque quo sanctos suos ásficit, perspéctus & explorátus est.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth. 5.*

IN illo témpore: Videns Jesus turbas: ascéndit in montem. Et cùm sedísset: accessérunt ad eum discípuli ejus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Joánnis Chrysóstomi Epíscopi.

Brevi enarr. in Matth. cap. 5.

CUm vidísset turbas: ascéndit in montem. Cujus rei grátia Dóminus Jesus conspéctis turbis ascéndit in montem? Nempè quòd erat minimè ambitiósus: honorísque ac glóriæ apprimè contémptor. Neque eas secum circumducébat ✠ sed ubi quidem deambuláre licébat: ípsemet univérsa lustrábat.

Lectio decima.

ILlud autem (docébat illos) non tantùm de discípulis dictum putémus: sed étiam de ómnibus qui tunc ei áderant præséntes, & qui póstmodum futúri essent. Et hoc unde patet? Nimírum quòd non díxerit, Beáti estis vos, si paúperes fuéritis ✠ verùm, Beáti paúperes spíritu: quóniam illórum est regnum cælórum.

Lectio undecima.

QUi verò sunt paúperes spíritu? Húmiles nempe ac mente contríti. Spíritum enim hoc loco pro ánima pósuit: quæ sua se voluntáte cómprimit, & humíliat. Nam quia plúrimi sunt non sua sponte húmiles, sed quadam necessitáte acti hujúsmodi omíssis: qui própria se voluntáte cónterunt, beátos áppellat.

Lectio duodecima.

QUam verò ob rem non dixit, Beáti húmiles, sed paúperes? Nimírum quòd hoc sit præstántius illo. Eos enim hìc dicit, qui Dei præcépta pavent ac reformídant. Multi namque sunt humilitátis modi. Et ille quidem modéstè húmilis est: hic autem supra omnem modum. Hanc humilitátem & beátus David comméndat, dicens: Cor contrítum & humiliátum Deus non spernet.

Evangelium sicut in festo omnium Sanctorum. pag. 704.

Oratio. Propitiáre. *pag.* 706, *quæ etiam ad Laudes, Tertiam, & Vesperas dicitur.*

Ad Sextam, & Nonam.

Oratio.

EXaúdi quæsumus Dómine clementer in hac domo tua preces servórum tuórum ✠ quátenus illórum méritis tuam consequámur grátiam: quorum hìc patrocínia venerámur. Per Dóminum.

Hac die post Primam, lecta lectione Apostoli, in Capitulo Reliquiæ a Lectore pronuntiantur, quibus pronuntiatis, dicitur Psalmus. Laudáte Dóminum in sanctis. *pag.* 17. *ad* Glória Patri. *prosternimur, & sequitur.* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave María. *Deinde subjungitur ab Hebdomadario.* Et ne nos indúcas in tentatiónem ✠

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte justi ✠

℟. Et gloriámini omnes recti corde ✠

℣. Dóminus vobíscum ✠ Orémus ✠

Oratio. Propitiáre. *pag.* 706.

℣. Dóminus vobíscum ✠

℣. Benedicámus Dómino ✠

Hac die, vel sequenti si sit festum duodecim Lectionum, ante Completorium dicitur in cellis, Placébo. *pro Fratribus Ordinis nostri defunctis, cum prima Oratione.* Deus véniæ. *secunda pro Antecessoribus.* Inclína famulórum famularúmque. *tertia pro Tricenario current.* Deus cui próprium. *in plurali, deinde,* Deus qui inter. Omnípotens sempitérne. Fidélium. *& in Missa.* Omnípotens qui vivórum. *Et post Nocturna sequentis diei dicitur in Ecclesia residuum Agendæ.*

IX. NOVEMBRIS.

IN FESTO SANCTI THEODORI MARTYRIS.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Theodóri Mártyris tui confessióne gloriósa circúmdas & prótegis: præsta nobis ejus imitatióne profícere ✠ & oratióne fulcíri: Per Dóminum.

XI. NOVEMBRIS.

In Festo S. Martini Episcopi et Confessoris.

Omnia sunt de Communi unius Confess. Episcopi, præter Orationem propriam, & quatuor lectiones Homiliæ.

Oratio.

DEus, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsistimus ꝉ concéde propítius : ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis ꝉ contra advérsa ómnia muniámur : Per Dóminum.

Et fit commem. de S. Menna Mart. Oratio. Præsta quæs. *de Comm. pag.* xii.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 25.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Homo quidam péregre proficíscens vocávit servos suos : & trádidit illis bona sua. Et réliq.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Hilárii Epíscopi.

Canone 27. *in Matth.*

DIvísio pecúniæ inæquális est : sed non ad dividéntem referénda est divérsitas. Ait enim unumquémque secúndùm virtútem suam accepísse. Ergo in quantum quis capax esset, accépit ꝉ & extra moderántis arbítrium est : quod erat in jure suméntis. Patremfamílias seípsum esse signíficat.

Lectio decima.

PEregrinatiónis tempus pœniténtiæ spátium est : quo in cælis à dextris Dei assídens, potestátem univérso géneri humáno, fidei atque operatiónis Evangélicæ permísit. Igitur unusquísque secúndùm fidei suæ mensúram : taléntum, id est, Evangélii prædicatiónem à prædicánte suscépit. Hæc enim incorrúpta substántia est : hoc Christi patrimónium ætérnis hærédibus reservátum.

Lectio undecima.

SEd servus ille, qui quinque talénta accépit ꝉ pópulus ex lege credéntium est : ex qua proféctus, méritum ipsíus rectè probéque perfúnctus, Evangélicæ fidei operatióne duplicávit. In ratióne autem ponénda, judicii exámen est : quo cæléstis verbi usus, & réditus dispensáti talénti postulátur.

Lectio duodecima.

IGitur cui erant quinque commíssa, dómino revérso de quinque decem óbtulit ꝉ talis scílicet in fide repértus : qualis in lege, qui decem verbórum quinque libris Moysi præceptórum obediéntiam per grátiam Evangélicæ justificatiónis expléverit. Igitur jubétur in gaúdium Dómini introíre, id est, in honórem glóriæ Christi recípitur.

XII. NOVEMBRIS.

In Festo S. Didaci Confessoris.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili, infírma mundi éligis : ut fórtia quæque confúndas ꝉ concéde propítius humilitáti nostræ : ut piis beáti Dídaci Confessóris tui précibus ꝉ ad perénnem in cælis glóriam sublimári mereámur : Per Dóminum.

XIII. NOVEMBRIS.

In Festo S. Britii Episc. et Conf.

Oratio.

ADésto Dómine précibus nostris ꝉ quas in sancti Confessóris tui atque Pontíficis Britii commemoratióne deférimus : ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus ꝉ ejus qui tibi plá-

Lectio septima.

QUando enim aperímus audítum mala & iníqua loquéntibus, ac damnabíliter obtrectántibus ꟸ & quæ Deo sunt contrária suadéntibus : mors intrat per fenéstras nostras ꟸ horror mortíferæ noctis irrúmpit : per quas Sol justítiæ intráre debúerat. Quando istæ peccáti fenéstræ apértæ sunt : jánua salútis & vitæ, ac portæ paradísi clausæ sunt.

Lectio octava.

HAs iste vir beátus fenéstras multis seris divíni amóris obstrúxit. De quantórum córdibus, quos inhonésta iníquitas & impíetas possidébat, fugávit luxúriam ꟸ dejécit iram, & extínxit invídiam ꟸ & velut de antíqua domo bárbaris hospítibus perturbátis : revocándo illuc fidem, castitátem, justítiam, misericórdiam, habitatóres pacíficos intromísit ꟸ per quos in domicílium mentis caput horum bonórum Christus intráret ?

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 25.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Homo quidam péregre profiscíscens vocávit servos suos : & trádidit illis bona sua. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : sancti Patris nostri Brunónis Confessóris.

Serm. 6. de Confessoribus.

HOmo iste Salvátor noster est : qui verus Deus & verus homo, non secúndùm Divinitátem quæ ubíque est, sed secúndùm humanitátem proféctus péregre ꟸ carnem nostram ad cæléstia vexit : & ad Patris déxteram collocávit. Felix peregrinátio, ubi peregríni mox cives facti : tantis divítiis ditántur, ut præteritórum ómnium obliviscántur.

Lectio decima.

QUinque autem talénta, & duo, & unum, idem signíficant. Et quantùm quinque signíficant, tantùm & duo : & quantùm duo, tantùm & unum. Sunt autem qui per quinque talénta : quinque córporis sensus intellígere volunt, visum vidélicet, audítum, gustum, odorátum, & tactum.

Lectio undecima.

QUi ídeo quidem córporis sensus dicúntur ꟸ quóniam eórum instruménta in córpore sunt, & ipsíus córporis membra sunt : sensus autem ipsi non córporis, sed ánimæ sunt. Tolle ánimam, & vácua rémanent instruménta ꟸ quia neque óculi vident, neque aures áudiunt ꟸ neque ipsíus visus & audítus instruménta sunt : simíliter autem & in áliis.

Lectio duodecima.

UNde maniféstum est & instruménta quidem ad corpus : sensus autem ipsos speciáliter ad ánimam pertinére. Quinque autem sensus in ánima, sola intelligéntia consístunt. Nulla ália instruménta ibi sunt, quibus sensus variéntur. Ipsa sola pro óculis, pro aúribus, pro náribus, pro ore, & pro mánibus habétur. Anima autem solo intelléctu videt, audit, ólfacit, gustat, & tangit.

Evangelium quære in Communi unius Confessoris Episcopi, pag. xxi.

Oratio. Deus, qui beátum Hugónem, *pag.* 710. *qua etiam ad Laudes, Tertiam, & Vesperas dicitur.*

Cætera omnia sunt sicut in Communi unius Confessoris Episcopi.

ei, qui talem tibi mediatrícem beni-gnissima miseratióne provídit: in qua nihil possit esse suspéctum. Dénique ómnibus ómnia facta est: sapiéntibus & insipiéntibus copiosissima charitáte debitrícem se fecit.

Lectio octava.

OMnibus misericórdiæ sinum áperit, ut de plenitúdine ejus accípiant univérsi: captívus redemptiónem, æger curatiónem ꝟ tristis consolatiónem, peccátor véniam ꝟ justus grátiam, Angelus lætítiam ꝟ dénique tota Trínitas glóriam ꝟ Filii persóna carnis humánæ substántiam: ut non sit qui se abscóndat à calóre ejus.

Lectio nona.

Inítium sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 1.

LIber generatiónis Jesu Christi filii David: filii Abraham. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Joánnis Chrysóstomi Epíscopi.

Comment. in Matth. Homil. 4.

CUm progenitóres omnes nominássset, & usque ad Joseph enumeratiónem venísset: non tamen in eo fuit stare conténtus ꝟ sed áddidit, virum Maríæ: proculdúbio declárans propter illam istum quoque generatiónum catálogo comprehénsum. Deínde ne cùm audíres virum Maríæ, commúni putáres lege natúræ natum esse ꝟ consídera quemádmodum id quod secus póterat intélligi: sequénti statim narratióne corréxerit.

Lectio decima.

AUdísti virum (inquit) audísti Matrem, audísti quoque púero nomen impósitum: audi ítaque nunc étiam generatiónis modum. Jesu Christi autem generátio sic erat. Respónde, quæso, super qua generatióne nunc dísseras: quanquam jam idípsum ex parte indicásse videáris, progenitóres supériùs nominándo.

Lectio undecima.

VIdes certè, quemádmodum auditóris ánimum suscitárit ꝟ nam tanquam novum quiddam dictúrus esset: promíttit se modum quoque explicatúrum. Sed consídera quæso dictórum admirábilem consequéntiam. Neque enim contínuò ad ostendéndam generatiónem ejus accéssit: sed in primis quotus ab Abraham, quotus à David, quotque generatiónum grádibus à transmigratióne Babylónis distáret, edócuit.

Lectio duodecima.

PEr quod studiósum auditórem ad témporum supputatiónem remísit: osténdens quòd ille sit Christus, qui à prophétis est prædicátus. Cùm enim generatiónum númerum percúrreris ꝟ & didíceris à témpore ipsum esse qui porrò ante promíssus est: fácilè suscípies & miráculum, quod in generatióne ejus implétum est.

XXII. NOVEMBRIS.

IN FESTO S. CÆCILIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátæ Cæcíliæ Vírginis & Mártyris tuæ solennitáte lætíficas: da, ut quam venerámur offício ꝟ étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo: Per Dóminum.

XXIII. NOVEMBRIS.

IN FESTO S. CLEMENTIS PAPÆ ET MARTYRIS.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártyris tui atque Pontíficis

ta tua liberè prædicat, in igne confitétur.

Lectio octava.

CORonábitur ergo quia legítimè certávit ꝛ quia fidéliter vicit: quia nec blandiméntis vitæ hujus, nec mortis horróre à charitáte Christi pótuit separári. Dic quæso nobis ánima sancta, quæ sic corpus tuum supplíciis exponébas ꝛ óbsecro diligébas illud, an non? Utique diligébam (inquit:) nemo enim unquam ódio hábuit carnem suam. Diligébat ergo eam, sed parum diligébat tanquam ancíllam, & multò magis diligébat Dóminum Deum.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc. 9.*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Si quis vult post me veníre ꝛ ábneget semetípsum, & tollat crucem suam quotídie: & sequátur me. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Augustíni Epíscopi.

Tom. 10. Sermo 27. de diversis.

DUrum vidétur & grave, quod Dóminus imperávit: ut si quis eum vult sequi, ábneget seípsum. Sed non est durum nec grave quod ille ímperat: qui ádjuvat ut fiat quod imperat. Nam & illud verum est quod ei dícitur in Psalmo: Propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Lectio decima.

ET illud verum est quod ipse dixit: Jugum meum lene est, & onus meum leve est. Quidquid enim durum est in præcéptis: ut sit lene cháritas facit. Nóvimus quanta ipse amor fáciat. Plerúmque étiam ipse amor réprobus atque lascivus est. Quanta hómines dura perpéssi sunt, quanta indígna & intolerabília pertulérunt ꝛ ut pervenírent ad id quod amavérunt?

Lectio undecima.

COnsideráte tamen quantùm labórent omnes amatóres: nec séntiunt quòd labórent. Et tunc ab eis plus laborátur, quando à labóre quisque prohibétur. Cùm ergo tales sint hómines plures quales sunt amóres ꝛ nihílque áliud curæ esse débeat quómodo vivátur, nisi ut quod amándum est eligátur ꝛ quid miráris, si ille qui díligit Christum, & qui vult sequi Christum ꝛ amándo negat seípsum?

Lectio duodecima.

SI enim perit homo, amándo se: profécto invenítur negándo se. Prima hóminis perdítio fuit amor sui. Si enim se non amáret ꝛ & Deum sibi præpóneret: Deo esse semper súbditus vellet ꝛ non autem converterétur ad negligéndam voluntátem illíus: & faciéndam voluntátem suam. Hoc est enim amáre se: velle fácere voluntátem suam.

Evangelium sicut & cætera omnia habentur in Communi unius Martyris.

XXIV. NOVEMBRIS.

IN FESTO S. CHRYSOGONI MART.

Oratio.

ADésto Dómine, supplicatiónibus nostris: ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus ꝛ beáti Chrysógoni Mártyris tui intercessióne liberémur: Per Dóminum.

XXV. NOVEMBRIS.

IN FESTO SANCTÆ CATHARINÆ VIRGINIS ET MARTYRIS.

Oratio.

DEus, qui dedísti legem Moysi in summitáte montis Sinái: & in có-

que tibi demónstro carpéndum : illum útique qui dixit, Ego flos campi & lílium convállium ✠ tanquam lílium in médio spinárum : quod est evidéntis indícii, spirituálium nequitiárum séntibus virtútes obsidéri ✠ unde nemo fructum réferat : nisi qui cautus accédat.

Lectio nona.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 13.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile est regnum cælórum thesaúro abscóndito in agro ✠ quem qui invénit homo, abscóndit : & præ gaúdio illíus, vadit, & vendit univérsa quæ habet, & emit agrum illum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Hyerónimi Presbyteri.

Comment. in Matth. lib. 2.

THesaúrus iste, in quo sunt omnes thesaúri sapiéntiæ & sciéntiæ abscónditi ✠ aut Deus Verbum est, qui in carne Christi vidétur abscónditus : aut sanctæ Scriptúræ, in quibus repósita est notítia Salvatóris ✠ quem cùm quis in eis invénerit : debet ómnia istíus mundi emoluménta contémnere, ut illum possit habére quem réperit.

Lectio decima.

QUod autem séquitur, Quem cùm invénerit homo, abscóndit : idcírco dícitur, non quòd de invídia fáciat ✠ sed quòd timóre servántis, & noléntis pérdere : abscóndat in corde suo quem prístinis prætulit facultátibus. Iterum símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quæréntì bonas margarítas. Aliis verbis idípsum quod suprà dícitur.

Lectio undecima.

BOnæ margarítæ sunt lex & Prophétæ, & notítia véteris instruménti. Unum autem est pretiosíssimum margarítum, sciéntia Salvatóris, & sacraméntum Passiónis illíus, & Resurrectiónis arcánum ✠ quod cùm invénerit homo negotiátor símilis Pauli Apóstoli : ómnia legis prophetarúmque mystéria, & observatiónes prístinas, in quibus inculpátè víxerat ✠ quasi purgaménta contémnit : ut Christum lucrifáciat.

Lectio duodecima.

ITerum símile est regnum cælórum sagénæ missæ in mare. Impléto Jeremíæ vaticínio, dicéntis : Ecce ego mittam ad vos piscatóres multos. Postquam audiérunt Petrus, & Andræas, & Jacóbus & Joánnes filii Zebedæi, Sequímini me, & fáciam vos piscatóres hóminum ✠ contexuérunt sibi ex véteri & novo Testaménto sagénam Evangelicórum dógmatum, & misérunt eam in mare hujus séculi : quæ usque hódie in médiis flúctibus ténditur.

Evangelium sicut in Commune Sanctæ Martyris tantùm, pag. xxxviii.

Oratio. Deus, qui dedísti. *pag.* 715. *quæ etiam ad Laudes, Tertiam, & Vesp. dicitur.*

Cætera omnia sunt sicut in Communi Virginum & Martyrum.

EXPLICIT PROPRIUM SANCTORUM.

COMMUNE SANCTORUM.

FESTIS COMMUNIBUS
APOSTOLORUM.

Ad primas Vesperas.

Capitulum. *Rom.* 8.

CIMUS quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum : iis qui secúndùm propósitum áti sunt sancti.

ɥ. Deo grátias.

ɥ. In omnem terram exívit sonus um. In omnem terram.

ɏ. Et in fines orbis terræ verba eó- ı. In omnem.

ɏ. Glória Patri. In omnem.

Hymnus.

Xúltet cælum laúdibus,
Resúltet terra gaúdiis,
ɔstolórum glóriam
ra canunt solénnia.
Vos secli justi júdices,
vera mundi lúmina,
tis precámur córdium,
líte preces súpplicum.
Qui cælum verbo claúditis,
ásque ejus sólvitis,
à peccátis ómnibus
vite jussu, quæsumus.
Quorum præcépto súbditur
s, & languor ómnium,
áte ægros móribus,
reddéntes virtútibus.
Ut cùm judex advénerit
Christus in fine séculi,
Nos sempitérni gaúdii
Fáciat esse cómpotes.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paraclèto,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

ỷ. Annuntiavérunt ópera Dei.

℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Magnificat.

Antiph. Dum stetéritis* ante reges & præsides, nolíte præmeditári quemádmodum respondeátis : dábitur enim vobis in illa hora quid loquámini.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus ✝ ut beátus N. Apóstolus, cujus prævenímus festivitátem, tuum pro nobis implóret auxílium : ut à nostris reátibus absolúti✝ à cunctis étiam perículis eruámur : Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitator. Gaudéte, & exultáte : Quia nómina vestra scripta sunt in cælis. *Psalm.* Veníte exultémus. *pag.* 16.

Hymnus.

ÆTérna Christi múnera,
Apostolórum glóriam,
Laudes canéntes débitas,
Lætis canámus méntibus.
Ecclesiárum príncipes,

Lectio quarta.

QUòd autem hìc ita dixit, Hoc est mandátum meum, velut non sit álind ꝟ quid putámus, fratres mei? Nunquídnam solum ejus de ista dilectióne mandátum est, qua dilígimus ínvicem? Nonne est & áliud majus ꝟ ut diligámus Deum? Aut verò de sola Deus nobis dilectióne mandávit ꝟ ut ália non requirámus?

℟. Beáti qui persecutiónem patiúntur propter justítiam. † Quóniam ipsórum est regnum cælórum.

℣. Beáti pacífici, quóniam fílii Dei vocabúntur. Quóniam.

℣. Glória Patri. vocabúntur.

In secundo Nocturno.

Antiph. Exaltabúntur * córnua justi, allelu-ia. *Psalm.* Confitébimur. *pag.* 57.

In Septuagesima.

Antiph. Beáti * paúperes spíritu, quóniam ipsórum est regnum cælórum. *Psal.* Confitébimur. *pag.* 57.

Antiph. Tradent enim vos * in concíliis, & in synagógis suis flagellábunt vos: & ante reges & præsides ducémini propter me, in testimónium illis, & Géntibus. *Psalm.* Cantáte. *i. pag.* 69.

Antiph. Lux orta est justo, * allelu-ia, rectis corde lætitia, allelu-ia. *Psalm.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

In Septuagesima.

Antiph. Scimus * quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum his, qui secúndùm propósitum vocáti sunt sancti. *Psalm.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Tóllite * jugum meum super vos: quia mitis sum & húmilis corde. *Psalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

Antiph. Custodiébant * testimónia ejus, & præcépta ejus, allelu-ia. *Psalm.* Dóminus regnávit irascántur. *pag.* 70.

In Septuagesima.

Antiph. Justi autem * in perpétuum vivent, & apud Dóminum est merces eórum. *Psal.* Dóminus regn. iras. *p.* 70.

Antiph. Jugum enim meum * suáve est, & onus meum leve, dicit Dóminus. *Psalm.* Misericórdiam & jud. *pag.* 71.

℣. Annuntiavérunt cæli justítiam ejus.

℟. Et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Lectio quinta.

TRia certè comméndat Apóstolus, dicens ꝟ Manent autem fides, spes, cháritas, tria hæc: major autem horum est cháritas. Et si in charitáte, hoc est, in dilectióne concludúntur duo illa præcépta: major tamen dicta est esse, non sola. De fide ígitur nobis quàm multa mandáta sunt, quàm multa de spe?

℟. Beáti éritis cùm maledíxerint vobis hómines, & persecúti vos fúerint, & díxerint omne malum advérsùm vos, mentiéntes, propter me. † Gaudéte & exultáte, quóniam merces vestra copiósa est in cælis.

℣. Cùm vos óderint hómines, & cùm separáverint vos, & exprobráverint, & ejécerint nomen vestrum tanquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte.

Lectio sexta.

QUis potest cuncta collígere ꝟ quis enumerándo sufficere? Sed intueámur quod ait idem Apóstolus: Plenitúdo legis cháritas. Ubi ergo cháritas est, quid est quod possit deésse? Ubi autem non est, quid est quod possit prodésse? Dæmon credit: nec díligit. Nemo díligit, qui non credit. Frustra quidem ꝟ sed tamen potest speráre véniam: qui non díligit. Nemo autem potest desperáre: qui díligit.

eórum, & in fines orbis terræ verba eórum.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus: nimis confortátus est principátus eórum. In omnem.

Lectio undecima.

ECce enim binos ad prædicándum discípulos Dóminus mittit: quátenus hoc nobis tácitus ínnuat ꟸ quia qui charitátem erga álterum non habet: prædicatiónis officium suscípere nullátenus debet. Bene autem dícitur ꟸ quia misit eos ante fáciem suam: in omnem civitátem & locum, quò erat ipse ventúrus.

℟. Constítues eos príncipes super omnem terram. † Mémores erunt nóminis tui Dómine in omni progénie & generatióne.

℣. Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum, & in séculum séculi. Mémores.

Lectio duodecima.

PRædicatóres enim suos Dóminus séquitur ꟸ quia prædicátio prævénit: & tunc ad mentis nostræ habitáculum Dóminus venit ꟸ quando verba exhortatiónis præcúrrunt: atque per hoc, véritas in mente suscípitur.

℟. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. † Nimis confortátus est principátus eórum.

℣. Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur. Nimis.

℣. Glória Patri. principátus eórum.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 10.

IN illo témpore: Designávit Dóminus Jesus & álios septuagínta duos ꟸ & misit illos binos ante fáciem suam: in omnem civitátem & locum, quò erat ipse ventúrus. Et dicébat illis. Messis quidem multa: operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis: ut mittat operários in messem suam. Ite. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sácculum, neque peram, neque calceaménta: & néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis: primùm dícite. Pax huic dómui. Et si ibi fúerit fílius pacis: requiéscet super illum pax vestra. Sin autem: ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte: edéntes, & bibéntes quæ apud illos sunt. Dignus est enim óperárius mercêde sua. Amen.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus ꟸ ut beátus N. Apóstolus, tuum pro nobis implóret auxílium: ut à nostris reátibus absolúti ꟸ à cunctis étiam perículis eruámur: Per Dóminum.

Ad Laudes.

Antiph. Hoc est præcéptum meum * ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos. *Psalm.* Dóminus regnávit dec. *pag.* 68.

Antiph. Majórem * charitátem nemo habet, ut ánimam suam ponat quis pro amícis suis. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Antiph. Vos amíci * mei estis si fecéritis quæ præcipio vobis, dicit Dóminus. *Psalm.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Beáti pacífici, * beáti mundo corde quóniam ipsi Deum vidébunt. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. In patiéntia vestra * possidébitis ánimas vestras. *Psal.* Laudáte Dóminum de cælis. *pag.* 27.

Capitul. Scimus quóniam. *pag.* 1.

℟. Annuntiavérunt ópera Dei. Annuntiavérunt.

℣. Et facta ejus intellexérunt. Annuntiavérunt.

℣. Glória Patri. Annuntiavérunt.

Hymnus.

SAnctórum méritis ínclyta gáudia
Pangámus sócii, gestáque fórtia:
Nam glíscit ánimus prómere cántibus
Victórum genus óptimum.

Hi sunt quos rétinens mundus inhórruit:
Ipsum nam stérili flore peráridum
Sprevére pénitus, teque secúti sunt,
Rex Christe bone cælitus.

Hi pro te fúrias, atque ferócia
Calcárunt hóminum sævâque vérbera:
Cessit his lácerans fórtiter úngula,
Nec carpsit penetrália.

Cædúntur gládiis more bidéntium:
Non murmur résonat, non querimónia:
Sed corde tácito mens bene cónscia
Consérvat patiéntiam.

Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,
Quæ tu Martyribus múnera præparas?
Rubri nam flúido sanguine laúreis
Ditántur bene fúlgidis.

Te summa Déitas, unáque póscimus,
Ut culpas ábluas, nóxia súbtrahas,
Des pacem fámulis, nos quoque glóriam
Per cuncta tibi sécula. Amen.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

Ad Magnificat.

Antiph. Sancti * per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam: adépti sunt promissiónes.

Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum N. & N. natalítia cólere ꝰ da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Regem Mártyrum Dóminum: Veníte adorémus. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Sanctórum, *ut suprà.*

In primo Nocturno.

Antiph. Beáti * paúperes spíritu, quóniam ipsórum est regnum cælórum. *Psalm.* Beátus vir. *pag.* 2.

Antiph. Scimus * quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum his, qui secúndùm propósitum vocáti sunt sancti. *Psalm.* Quare fremuérunt. *pag.* 2.

Antiph. Sancti * ludíbria & vérbera expérti, ínsuper & víncula, & cárceres: tentáti sunt, & in occisióne gládii mórtui sunt. *Psalm.* In Dómino confído. *pag.* 10.

Antiph. Isti sunt * qui venérunt ex magna tribulatióne: & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. *Psalm.* Dómine quis habitábit. *pag.* 11.

Antiph. Sanctis qui in terra sunt ejus * mirificávit omnes voluntátes meas inter illos. *Psalm.* Consérva me. *pag.* 12.

Antiph. Hæc est generátio * quæréntium Dóminum, quæréntium fáciem Dei Jacob. *Psal.* Dómini est- *pag.* 18.

℣. Lætámini in Dómino & exultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Homil. 35. *in Evangel.*

MOrs justórum bonis in adjutórium est: malis in testimónium. Ut inde pervérsi sine excusatióne péreant: unde elécti exémplum cápiunt, ut vivant. Sed audítis tot terróribus: turbári póterant infirmórum corda ꝰ atque ídeo consolátio adjúngitur: cùm prótinus subinfértur.

℟. Abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis sanctórum, & mors non erit

℣. Exúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

Lectio quinta.

ET rursum. Homo pacis meæ in quo sperábam, & qui edébat panes meos: ampliávit advérsùm me supplantatiónem. Ac si de traditóre suo apértis vócibus dicat ☩ Transgressiónem ejus tantò grávius pértuli: quantò hanc ab eo, qui meus esse videbátur, sensi.

℟. Tanquam aurum in fornáce probávit eléctos Dóminus, & quasi holocaústi hóstiam accépit eos: & in témpore erit respéctus illórum. † Quóniam donum & pax est eléctis Dei.

℣. Qui confídunt in illo, intélligent veritátem, & fidéles in dilectióne acquiéscent illi. Quóniam.

Lectio sexta.

OMnes ergo elécti, quia summi cápitis membra sunt, caput quoque suum in passiónibus sequúntur ☩ ut ipsos adversários in sua morte séntiant: de quorum vita præsumébant ☩ & tantò eis crescat merces óperis: quantò eis virtútis lucrum próficit ex aliénæ damno charitátis.

℟. Justi in perpétuum vivent, & apud Dóminum est merces eórum: & cogitátio illórum apud Altíssimum. † Ideóque accípient regnum decóris de manu Dómini.

℣. Lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt. Ideóque.

Lectio septima.

SEd quia dura sunt, quæ prædicúntur de afflictióne mortis ☩ prótinus consolátio súbditur de gaúdio resurrectiónis, cùm dícitur: Capíllus de cápite vestro non períbit. Scimus (fratres ☩) quia caro incísa dolet: capíllus incísus non dolet.

℟. Córpora sanctórum in pace sepúlta sunt. † Et nómina eórum vivent in generatiónem & generatiónem.

℣. Sapiéntiam sanctórum narrant pópuli, & laudem eórum núntiat Ecclésia. Et nómina.

Lectio octava.

AIt ergo Dóminus Martyribus suis: Capíllus de cápite vestro non períbit. Vidélicet apértè dicens ☩ Cur timétis ne péreat quod incísum dolet ☩ quando & illud in vobis períre non potest, quod incísum non dolet?

℟. Lætámini justi & exultáte in Dómino, & gloriámini. † Omnes recti corde.

℣. Cantáte ei cánticum novum, bene psallite ei in vociferatióne. Omnes.

℣. Glória Patri. corde.

In tertio Nocturno.

Antiph. Sancti * qui sperant in Dómino, mutábunt fortitúdinem: assúment pennas ut áquilæ, volábunt, & non defícient. *Canticum.* Vos autem sacerdótes. *cum duobus sequentibus, pag.* 116.

℣. Mirábilis Deus in sanctis suis.
℟. Deus Israël ipse dabit virtútem & fortitúdinem plebi suæ.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 21.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Cùm audiéritis prælia & seditiónes: nolíte terréri. Opórtet primùm hæc fieri: sed nondum statim finis. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 35. *in Evang.*

QUia lóngiùs ab urbe digréssi sumus ☩ ne ad reverténdum nos tár-

mini autem à paréntibus, & frátribus, & cognátis, & amícis: & morte afficient ex vobis. Et éritis ódio ómnibus: propter nomen meum. Et capíllus de cápite vestro non períbit. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras. Amen.

Oratio. Deus, qui nos. *pag.* vii.

Ad Laudes.

Antiph. Justórum ánimæ * in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum malítiæ. *Psal.* Dóminus regn. *pag.* 68.

Antiph. Réddidit Deus * mercédem labórum sanctórum suórum, & dedúxit illos in via mirábili. *Psal.* Jubiláte. *p.* 71.

Antiph. Córpora sanctórum * in pace sepúlta sunt: & vivent nómina eórum in ætérnum. *Psalm.* Deus Deus. *pag.* 26.

Antiph. Spíritus * & ánimæ justórum hymnum dícite Deo nostro, allel. allel. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Lavérunt * stolas suas & dealbavérunt eas in sanguine Agni. *Psalm.* Laudáte Dóminum de cælis. *pag.* 27.

Capitul. Justórum ánimæ. *pag.* vi.

℟. Justi autem in perpétuum vivent. Justi.

℣. Et apud Dóminum est merces eórum. Justi.

℣. Glória Patri. Justi.

Hymnus.

REx glorióse Mártyrum,
Coróna confiténtium,
Qui respuéntes térrea
Perdúcis ad cæléstia.

Aurem benígnam prótinus
Appóne nostris vócibus:
Trophæa sacra pángimus,
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis in Martyribus,
Parcéndo Conféssoribus:
Tu vince nostra crímina,
Donándo indulgéntiam.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paracléto,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Sancti tui Dómine benedícent te.

℟. Glóriam regni tui dicent, & poténtiam tuam loquéntur.

Ad Benedictus.

Antiph. Fulgébunt justi * & tanquam scintíllæ in arundinéto discúrrent, judicábunt natiónes, & regnábunt in ætérnum.

Oratio. Deus qui nos con. *pag.* vii.

Ad Primam.

Antiph. Justórum ánimæ. *ut suprà.*

Ad Tertiam.

Antiph. Réddidit Deus. *ut suprà.*

Capitulum. Justórum ánimæ. *pag.* vi.

℣. Lætámini in Dómino. *gag.* vii.

Oratio. Deus qui nos. *pag.* vii.

Ad Sextam.

Antiph. Córpora sanctórum. *ut suprà.*

Capitulum. *Sap.* 5.

JUsti autem in perpétuum vivent ✠ & apud Dóminum est merces eórum: & cogitátio illórum apud Altíssimum.

℟. Deo grátias.

℣. Exúltent justi. *pag.* ix.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus ✠ ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus: pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Lavérunt. *ut suprà.*

Capitulum. *Hebr.* 11.

SAncti per fidem vicérunt regna ✠ operáti sunt justítiam: adépti sunt repromissiónes in Christo Jesu Dómino nostro. ℟. Deo grátias.

℣. Mirábilis Deus. *pag.* ix.

ejus. *Psalm.* Quare fremuérunt. *pag.* 2.

Antiph. Filii hóminum * scitóte quia Dóminus sanctum suum mirificávit. *Psalm.* Cùm invocárem. *pag.* 106.

Antiph. Scuto bonæ * voluntátis tuæ coronásti eum Dómine. *Psalm.* Verba mea. *pag.* 38.

Antiph. In univérsa terra * glória & honóre coronásti eum. *Psalm.* Dómine Dóminus noster. *pag.* 8.

Antiph. Justus Dóminus * & justítias diléxit, æquitátem vidit vultus ejus. *Psalm.* In Dómino confido. *pag.* 10.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine.

℞. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Ex Homil. 32.

DIcat ergo Véritas, dicat ✠ Si quis vult post me veníre : ábneget semetípsum. Quia nisi quis à semetípso deficiat : ad eum qui super ipsum est, non appropínquat ✠ nec valet apprehéndere quod ultra ipsum est : si nesciérit mactáre quod est. Sic ólerum plantæ transponúntur, ut proficiant : atque (ut ita dixerim)eradicántur ut crescant.

℞. Qui vícerit fáciam illum colúmnam in templo meo, dicit Dóminus. † Et scribam super eum nomen meum, & nomen civitátis novæ Jerúsalem. *allelu-ia.*

℣. Vincénti dabo édere de ligno vitæ quod est in paradíso Dei mei. Et scri.

Lectio secunda.

SIc rerum sémina in terræ admixtióne deficiunt : ut in reparatióne sui géneris ubériùs assúrgant. Unde enim vidéntur perdidísse quod erant : inde incípiunt apparére quod non erant. Sed qui jam se à vítiis ábnegat : exquiréndæ ei virtútes sunt, in quibus crescat. Nam cùm dictum est, Qui vult post me veníre, ábneget semetípsum, prótinus ádditur ✠ Et tollat crucem suam quotídie : & sequátur me.

℞. Qui me conféssus fúerit coram homínibus, dicit Dóminus, confitébor & ego eum coram Patre meo. † Qui est in cælis. *allelu-ia, allelu-ia.*

℣. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus. Qui est.

Lectio tertia.

DUóbus étenim modis crux tóllitur ✠ cùm aut per abstinéntiam afficitur corpus : aut per compassiónem próximi affligitur ánimus. Pensémus quáliter utróque modo Paulus crucem suam túlerat, qui dicébat ✠ Castigo corpus meum & in servitútem rédigo : ne fortè áliis prædicans, ipse réprobus efficiar

℞. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit illum ab inimícis. † Et à seductóribus tutávit illum, & dedit illi claritátem ætérnam. *allel. allel. allel.*

℣. Honestávit illum in labóribus & complévit labóres illíus. Et à seduct.

Lectio quarta.

ECce in afflictióne córporis audívimus crucem carnis : audiámus nunc in compassióne próximi crucem mentis. Ait enim. Quis infirmátur ✠ & ego non infirmor ? Quis scandalizátur ✠ & ego non uror ? Perféctus quippe prædicátor, ut exémplum daret abstinéntiæ : crucem portábat in córpore. Et quia in se trahébat damna infirmitátis aliénæ : crucem portábat in corde.

℞. Certámen forte dedit illi Dóminus. † Ut vínceret, & sciret quóniam ómnium poténtior est sapiéntia.

Lectio octava.

COmpassiónem verò ánimi plerúmque laténter óbsidet píetas falsa ꟸ ut hanc nonnúnquam usque ad condescendéndum vítiis pértrahat : cùm ad culpas quisque non débeat compassiónem exercére, sed zelum. Compássio quippe hómini, & rectitúdo vítiis debétur ꟸ ut in uno eodémque hómine & diligámus bonum quod factus est, & persequámur mala quæ fecit ꟸ ne dum culpas incaútè remíttimus : non jam per charitátem cómpati, sed per negligéntiam concessísse videámur.

℟. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei Dómine. † Et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. Et voluntáte.

℣. Glória Patri. non fraudásti eum.

In tertio Nocturno.

Antiph. Qui odit * ánimam suam in hoc mundo : in vitam ætérnam custódit eam. *Cantic.* Beátus vir, qui in sapiéntia. *cum duobus sequentibus, pag.* 117.

℣. Lætábitur justus in Dómino, & sperábit in eo.

℟. Et laudabúntur omnes recti corde.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Lucam. *Luc.* 9.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum ꟸ & tollat crucem suam quotídie : & sequátur me. Et réliqua.

Homilía Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 32. *in Evang.*

QUia Dóminus ac Redémptor noster novus homo venit in mundum : nova præcépta dedit mundo. Vitæ étenim nostræ véteri, in vítiis enutrítæ : contrarietátem oppósuit novitátis suæ. Quid enim vetus, quid carnális homo nóverat, nisi sua retinére ꟸ aliéna rápere si posset ꟸ concupíscere si non posset ?

℟. Dómine prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis. † Posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. *allelu-ia, allelu-ia.*

℣. Vitam pétiit à te, & tribuísti ei longitúdinem diérum in séculum & in séculum séculi. Posuísti.

Lectio decima.

SEd cæléstis médicus síngulis quibúsque vítiis obviántia ádhibet medicaménta. Nam sicut arte medicínæ cálida frígidis, frígida cálidis, curántur ꟸ ita Dóminus noster contrária oppósuit medicaménta peccátis : ut lúbricis continéntiam ꟸ tenácibus largitátem ꟸ iracúndis mansuetúdinem : elátis præcíperet humilitátem.

℟. Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide prætióso. † Vitam pétiit à te, & tribuísti ei in séculum séculi. *allelu-ia.*

℣. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei : & voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. Vitam.

Lectio undecima.

CErtè cùm se sequéntibus nova mandáta propóneret, dixit. Nisi quis renuntiáverit ómnibus quæ póssidet : non potest meus esse discípulus. Ac si apérte dicat ꟸ Qui per vitam véterem aliéna concupíscitis : per novæ conversatiónis stúdium, & vestra largímini. Quid verò in hac lectióne dicat : audiámus. Qui vult post me venire : ábneget semetípsum. Ibi dícitur, Ut abnegémus nostra : hìc dícitur, Ut abnegémus nos.

Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paracléto,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

℣. Posuísti Dómine super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

Ad Benedictus.

Antiph. Qui vult veníre post me, * ábneget semetípsum: & tollat crucem suam, & sequátur me.

Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* xii.

Ad Primam.

Ant. Qui me conféssus fúerit. *p.* xvi.

Ad Tertiam.

Antiph. Qui perdíderit. *pag.* xvi.
Capitulum. Beátus vir. *pag.* xii.
℟. Glória & honóre. *pag.* xiii.
Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* xii.

Ad Sextam.

Antiph. Qui séquitur me. *pag.* xvi.

Capitulum. *Eccl.* 14.

BEátus vir, qui in sapiéntia morábitur ˥ & qui in justítia sua meditábitur: & in sensu cogitábit circumspectiónem Dei. ℟. Deo grátias.

℣. Desidérium ánimæ. *pag.* xiv.

Oratio.

LÆtétur Ecclésia tua Deus beáti N. Mártyris tui, *atque Pontificis*, confísa suffrágiis ˥ atque ejus précibus gloriósis & devóta permáneat: & secúra consístat. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Si quis mihi. *pag.* xvi.

Capitulum. *Eccles.* 31.

BEátus vir, qui invéntus est sine mácula ˥ & qui post aurum non ábiit: nec sperávit in pecúnia & thesaúris ˥ quis est hic, & laudábimus eum? Fecit enim mirabília in vita sua.

℟. Deo grátias.
℣. Lætábitur justus. *pag.* xv.
Oratio. Lætétur. *ut supra.*

Ad Vesperas.

Antiph. Virgam * virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: domináre in médio inimicórum tuórum. *Psalm.* Dixit Dóminus. *pag.* 94.

Antiph. Potens in terra * erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur. *Psalm.* Beátus vir. *pag.* 95.

Antiph. Cóllocet eum * Dóminus cum princípibus pópuli sui. *Psalm.* Laudáte púeri. *pag.* 95.

Antiph. Dirupísti Dómine * víncula mea: tibi sacrificábo hóstiam laudis. *Psalm.* Crédidi. *pag.* 98.

Capitulum. ℟. *Hymnus*, ℣. *ut in primis Vesperis*, *pag.* xii.

Ad Magnificat.

Antiph. Qui mihi minístrat, * me sequátur: & ubi sum ego, illic & miníster meus erit. *allelu-ia.*

Oratio. Præsta quæsumus. *pag.* xii.

IN FESTIS COMMUNIBUS UNIUS CONFESSORIS EPISCOPI.

Ad primas Vesperas.

Capitulum. *Eccl.* 44.

ECce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo ˥ & invéntus est justus: & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio. ℟. Deo grátias.

℟. Ecce verè Israëlíta. Ecce.
℣. In quo dolus non est. Ecce.
℣. Glória Patri. Ecce.

Hymnus.

ISte conféssor Dómini sacrátus,
Festa plebs cujus célebrat per orbem,
Hódie lætus méruit secréta
Scándere cæli.

Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbrius, castus fuit, & quiétus,
Vita dum præsens vegetávit ejus
Córporis artus.

Lectio tertia.

DE hoc audístis modò Evangélium quid monúerit nos, vel admonúerit: cautos nos fáciens, & volens esse expedítos & parátos ad expectándum novíssima ⁊ ut post novíssima quæ sunt in hoc sǽculo metuénda: succédat réquies quæ non habet finem. Beáti qui partícipes facti fúerint. Erunt autem tunc secúri, qui modò non sunt secúri: & íterum tunc timébunt, qui modò timére nolunt.

℟. Sint lumbi vestri præcíncti, & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris. † Et vos símiles homínibus expectántibus Dóminum suum quando revertátur à núptiis.

℣. Vigiláte ergo quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et vos símiles.

Lectio quarta.

AD hanc expectatiónem & propter hanc spem Christiáni facti sumus. Nonne spes nostra non est de hoc sǽculo? Non amémus sǽculum. Ab amóre sǽculi hujus vocáti sumus: ut áliud sǽculum sperémus & diligámus.

℟. Beátus vir qui invéntus est sine mácula, qui post aurum non ábiit, nec sperávit in thesaúris pecúniæ. † Ideo stabilíta sunt bona illíus in Dómino.

℣. Pótuit enim tránsgredi, & non est transgréssus, & fácere mala, & non fecit. Ideo stabilíta.

℣. Glória Patri. in Dómino.

In secundo Nocturno.

Antiph. Habitábit * in tabernáculo tuo, requiéscet in monte sancto tuo. *Psalm.* Dómine quis habitábit. *pag.* 11.

Antiph. Vitam * pétiit à te, & tribuísti ei Dómine, glóriam & magnum decórem imposuísti super eum: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. *Psalm.* Dómine in virtúte. *pag.* 17.

Antiph. Hic accípiet * benedictiónem à Dómino, & misericórdiam à Deo salutári suo: quia hæc est generátio quæréntium Dóminum. *Psalm.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Cognóvit eum Dóminus * in benedictiónibus suis, & invénit grátiam coram óculis Dómini. *Psalm.* Cantáte. *i. pag.* 69.

Antiph. In fide * & lenitáte ipsíus sanctum fecit illum Dóminus & osténdit illi glóriam suam. *Psalm.* Dóminus regnávit exúltet. *pag.* 70.

Antiph. Euge * serve bone in módico fidélis, intra in gaúdium Dómini tui. *Psalm.* Cantáte. *ii. pag.* 70.

℣. Justus germinábit sicut lílium.

℟. Et erúmpet radix ejus ut Líbani.

Lectio quinta.

IN hoc abstinére nos debémus ab ómnibus illícitis concupiscéntiis: hoc est, lumbos accínctos habére debémus ⁊ & fervére & lucére in opéribus bonis: hoc est, lucérnas ardéntes in mánibus habére.

℟. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus, & usque in sǽculum non delébitur, non recédet memória ejus. † Et nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem.

℣. In fide & lenitáte ipsíus sanctum fecit illum Dóminus. Et nomen.

Lectio sexta.

DIxit enim ipse Dóminus discípulis suis álio loco Evangélii. Nemo accéndit lucérnam, & ponit eam sub módio ⁊ sed super candelábrum: ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Et ut osténderet unde dicébat: subjécit, & ait. Sic lúceat lux vestra coram homíni-

múnerat : servum verò à bono ópere torpéntem damnat.

℞. Véritas mea & misericórdia mea cum ipso. † Et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

℣. Manus enim mea auxiliábitur ei, & bráchium meum confortábit eum. Et in.

Lectio undecima.

QUis itaque iste homo est, qui péregre proficíscitur ˀ nisi Redémptor noster qui in ea carne, quam assúmpserat, ábiit in cælum ? Carnis enim locus próprius terra est : quæ quasi ad peregrína dúcitur, dum per Redemptórem nostrum in cælo collocátur. Sed homo iste péregre proficíscens, servis suis bona sua trádidit : quia fidélibus suis spirituália bona concéssit.

℞. Justus ut palma florébit, sicut cedrus Líbani multiplicábitur. † Plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri florébit.

℣. Glória & divítiæ in domo ejus : & justítia ejus manet in séculum séculi. Plantátus.

Lectio duodecima.

ET uni quidem quinque talénta ˀ álii duo : álii verò commísit unum. Quinque étenim sunt córporis sensus : vidélicet, visus, audítus, gustus, odorátus, & tactus. Quinque ergo taléntis donum quinque sénsuum : id est exteriórum sciéntia exprímitur. Duóbus verò : intelléctus & operátio designántur. Uníus autem taléntí nómine : intelléctus tantúmmodo designátur.

℞. Jurávit Dóminus & non pœnitébit eum. † Tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchisédec.

℣. Dixit Dóminus Dómino meo, sede à dextris meis. Tu es.

℣. Glória Patri. Melchisédec.

Sequéntia sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 25.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis parábolam hanc. Homo quidam péregre proficíscens, vocávit servos suos : & trádidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta ˀ álii autem duo: álii verò unum. Unicuíque secúndùm própriam virtútem : & proféctus est statim. Abiit autem qui quinque talénta accéperat ˀ & operátus est in eis : & lucrátus est ália quinque. Simíliter & qui duo accéperat : lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat ˀ ábiens fodit in terram : & abscóndit pecúniam dómini sui. Post multum verò témporis venit dóminus servórum illórum : & pósuit ratiónem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accéperat : óbtulit ália quinque talénta, dicens. Dómine ˀ quinque talénta tradidísti mihi : ecce ália quinque superlucrátus sum. Ait illi dóminus ejus. Euge serve bone & fidélis ˀ quia super pauca fuísti fidélis : super multa te constítuam. Intra in gaúdium dómini tui. Accéssit autem & qui duo talénta accéperat : & ait. Dómine ˀ duo talénta tradidísti mihi : ecce ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus ejus. Euge serve bone & fidélis ˀ quia super pauca fuísti fidélis : super multa te constítuam. Intrá in gáudium dómini tui. Amen.

Oratio. Da quæsumus. *pag.* xviii.

Ad Laudes.

Antiph. Ecce sacérdos magnus * qui in diébus suis plácuit Deo, & invéntus est justus. *Psalm.* Dóminus regnávit decórem. *pag.* 68.

Antiph. Fidélis servus * & prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam. *Psalm.* Jubiláte. *pag.* 71.

Psalm. Crédidi propter. *pag.* 98.

Capitulum, ℟. *Hymnus*, & ℣. *ut in primis Vesperis pag.* xvii.

Ad Magnificat.

Antiph. Dómine * quinque taléntatradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum.

Oratio. Da quǽsumus. *pag.* xviii.

IN FESTIS COMMUNIBUS
UNIUS CONFESSORIS
NON EPISCOPI.

Ad primas Vesperas.

Capitulum. *Sapient.* 10.

JUstum dedúxit Dóminus per vias rectas ⁊ & osténdit illi regnum Dei: & dedit illi sciéntiam sanctórum.

℟. Deo grátias.

℟. *Hymnus*, ℣. & *Antiph. ad Magnificat*, *ut in festis communibus Unius Confessoris Episcopi*, *pag.* xvii.

Oratio.

DEus, qui nos beáti N. Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas ⁊ concéde propítius: ut cujus natalítia cólimus ⁊ per ejus ad te exémpla gradiámur: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitator. Regem Confessórum Dóminum: Veníte adorémus. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Iste Conféssor. *pag.* xvii.

In primo Nocturno.

Antiph. In lege * Dómini fuit volúntas ejus die ac nocte. *Psal.* Beátus vir. *pag.* 2.

Antiph. Prædicans * præcéptum Dómini, constitútus est in monte sancto ejus. *Psalm.* Quare fremuérunt. *pag.* 2.

Antiph. Filii hóminum * scitóte quia Dóminus sanctum suum mirificávit. *Psalm.* Cùm invocárem. *pag.* 106.

Antiph. Scuto bonæ * voluntátis tuæ coronásti eum Dómine. *Psalm.* Verba mea. *pag.* 38.

Antiph. In univérsa terra * glória & honóre coronásti eum. *Psalm.* Dómine Dóminus noster. *pag.* 8.

Antiph. Justus Dóminus * & justítias diléxit: æquitátem vidit vultus ejus. *Psalm.* In Dómino confido. *pag.* 10.

℣. Justus ut palma florébit.

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Lectio prima.

Sermo beáti Gregórii Papæ.

Homil. 37. *in Evangel.*

OMne quod ágimus: prævenire per stúdium consideratiónis debémus. Ecce enim juxta Veritátis vocem, qui turrim ædíficat: priùs ædificii sumptus parat. Si ergo humilitátis turrim constrúere cúpimus: priùs nos præparáre contra advérsa hujus séculi debémus.

℟. Euge serve bone & fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam. † Intra in gaúdium Dómini tui.

℣. Dómine quinque talénta tradidísti mihi: ecce ália quinque superlucrátus sum. Intra.

Lectio secunda.

HOc enim inter terrénum & cæléste ædificium distat ⁊ quòd terrénum ædificium expénsas colligéndo constrúitur: cæléste verò ædificium expénsas dispergéndo. Ad illud sumptus fácimus: si non hábita colligámus. Ad istud sumptus fácimus: si & hábita relinquámus.

℟. Beátus servus, quem cùm vénerit Dóminus invénerit vigilántem: amen dico vobis. † Super ómnia bona sua constítuet eum.

℣. Hic accípiet benedictiónem à Dómino, & misericórdiam à Deo salutári suo. Super.

regem, non sedens, priùs cógitat si possit cum decem míllibus, occúrrere ei, qui cum vigínti míllibus venit ad se? Alióquin adhuc illo longè agénte: legatiónem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.

℟. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus & usque in séculum non delébitur, non recédet memória ejus. † Et nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem.

℣. In fide & lenitáte ipsíus sanctum fecit illum Dóminus. Et.

Lectio septima.

REx contra regem ex æquo venit ad prælium ✠ & tamen si se perpéndit non posse sufficere: legatiónem mittit, & ea quæ pacis sunt póstulat. Quibus ergo nos lácrymis véniam speráre debémus ✠ qui in illo treméndo exámine cum rege nostro ex æquo ad judícium non venímus? Quos nimírum conditiónis infírmitas & causa inferióres éxhibet.

℟. Cognóvit eum Dóminus in benedictiónibus suis: consevávit illi misericórdiam suam, & invénit grátiam coram óculis Dómini. † Et dedit illi corónam glóriæ.

℣. Státuit illi testaméntum sempitérnum: & beatificávit illum in glória. Et dedit illi.

Lectio octava.

SEd fortásse jam mali óperis culpas abscídimus: jam prava quæque extériùs declinámus. Nunquid ad reddéndam ratiónem cogitatiónis nostræ sufficimus? Nam cum vigínti míllibus veníre dícitur is: contra quem mínimè súfficit iste, qui cum decem míllibus venit. Decem míllia quippe ad vigínti míllia: simplum ad duplum sunt.

℟. Elégit eum Dóminus, & excélsum fecit illum: státuit illi testaméntum ætérnum: circumcínxit eum zona justítiæ. † Et índuit eum coróna glóriæ.

℣. Glorificávit illum in conspéctu regum, & osténdit illi glóriam suam. Et índuit.

℣. Glória Patri. coróna glóriæ.

In tertio Nocturno.

Antiph. Sint lumbi vestri * præcíncti: & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris. *Cantic.* Beátus vir. *pag.* 117. *cum duobus sequentibus.*

℣. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus.

℟. Et usque in séculum non delébitur.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* 14.

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis. Si quis venit ad me: & non odit patrem suum, & uxórem, & filios, & fratres, & soróres ✠ adhuc autem & ánimam suam: non potest meus esse discípulus. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 37. *in Evang.*

SI considerémus (fratres charíssimi) quæ & quanta sunt, quæ nobis promittúntur in cælis: viléscunt ánimo ómnia quæ habéntur in terris. Terréna namque substántia supérnæ felicitáti comparáta: pondus est, non subsídium. Temporális vita ætérnæ vitæ comparáta: mors est pótiùs dicénda, quàm vita.

℟. Justus germinábit sicut lílium. † Et erúmpet radix ejus ut Líbani.

℣. Et erit quasi olíva glória ejus. Et erúmpet.

Lectio decima.

IPse enim quotidiánus deféctus corruptiónis ✠ quid est áliud, quàm quædam prolíxitas mortis? Quæ autem lingua dícere, vel quis intelléctus cápere

Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Servi Dómini * Dóminum benedícite in ætérnum. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26.

Antiph. Ecce verè * Israëlíta, in quo dolus non est. *Psalm.* Laudáte. *pag.* 27.

Capitulum. Justum dedúxit. *pag.* xxiii.

℟. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. Justum.

℣. Et osténdit illi regnum Dei. Justum.

℣. Glória Patri. Justum.

Hymnus.

JEsu coróna célsior,
Et véritas sublímior,
Qui confiténti sérvulo
Reddis perénne præmium.

Da supplicánti cœtui,
Obténtu hujus óptimi,
Remissiónem críminum,
Rumpéndo néxum vínculi.

Anni recúrso témpore,
Dies illúxit lúmine,
Quo sanctus hic de córpore
Polum migrávit præpotens.

Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prædia,
Pollúta sorde députans,
Ovans tenet cæléstia.

Te Christe Rex piíssime
Hic confiténdo júgiter,
Calcávit hostem fórtiter
Supérbum ac satéllitem.

Virtútum actu, & fide,
Confessiónis órdine,
Jejúna membra déferens
Dapes supérnas óbtinet.

Proínde te piíssime
Precámur omnes súpplices,
Ut hujus almi grátia
Nobis remíttas débita.

Glória Patri Dómino,
Glória Unigénito,
Unà cum sancto Spíritu
In sempitérna sécula. Amen.

℣. *& Antiph. ad Benedictus ut in communi Confessoris Episcopi. pag.* xxii.

Oratio. Deus, qui nos. *pag.* xxiii.

Ad Primam.

Antiph. Justum dedúxit Dó. *pag.* xxvi.

Ad Tertiam.

Antiph. Serve bone. *pag.* xxvi.

Capitulum. Justum dedúxit. *pag.* xxiii.

℣. Justus ut palma. *pag.* xxiii.

Oratio. Deus, qui nos. *pag.* xxiii.

Ad Sextam.

Antiph. Beátus ille servus. *pag.* xxvi.

Capitulum. *Eccles.* 39.

COllaudábunt multi sapiéntiam ejus, & usque in séculum non delébitur ✝ non recédet memória ejus: & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem. ℟. Deo grátias.

℣. Justus germinábit. *pag.* xxiv.

Oratio.

ADésto Dómine précibus nostris, quas in sancti Confessóris tui N. commemoratióne deférimus ✝ ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus: ejus qui tibi plácuit méritis & précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Ecce verè. *ut suprà.*

Capitulum. *Eccles.* 39.

JUstus cor suum tradet ad vigilándum dilúculo ad Dóminum qui fecit illum: & in conspéctu Altíssimi deprecábitur. ℟. Deo grátias.

℣. Collaudábunt multi. *pag.* xxv.

Oratio. Adésto. *ut suprà.*

Ad Vesperas.

Capitulum. Justum dedúxit. *pag.* xxiii.

Oratio. Deus, qui nos. *pag.* xxiii.

Cætera omnia ut in Communi Confessor. Episcopi. pag. xxii.

Sánguine fuſo méruit ſacrátum
Scándere cælum.
Hujus obténtu, Deus alme, noſtris
Parce jam culpis, vítia remíttens,
Quò tibi puri reſonémus almum
Péctoris hymnum.
Glória Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriúſque ſemper
Spíritus alme, Deus unus omni
Témpore ſecli. Amen.

In primo Nocturno.

Antiph. Hæc eſt * quæ neſcívit thorum in delícto, habébit fructum in reſpectióne animárum ſanctárum. *Pſalm.* Dómine Dóminus noſter. *pag.* 8.

Ant. O quàm púlchra eſt * caſta generátio cum claritáte. *Pſal.* Cæli enár. *p.* 14.

Antiph. Dum eſſet rex * in accúbitu ſuo, nardus mea dedit odórem ſuum. *Pſalm.* Dómini eſt terra. *pag.* 18.

Antiph. Spécie tua * & pulchritúdine tua inténde, próſperè procéde, & regna. *Pſalm.* Eructávit. *pag.* 37.

Antiph. Adjuvábit eam * Deus vultu ſuo: Deus in médio ejus non commovébitur. *Pſalm.* Deus noſter. *pag.* 40.

Antiph. Sicut lílium * inter ſpinas, ſic amíca mea inter fílias. *Pſ.* Magnus. *p.* 40.

℣. Diffúſa eſt grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Lectio prima.

Sermo beáti Auguſtíni Epíſcopi.
Tom. 4. *lib.* 83. *quæſt. quæſt.* 59.

INter parábolas à Dómino dictas ſolet quæréntes multùm exercére iſta, quæ de decem virgínibus pósita eſt. Et multi quidem hinc multa ſenſérunt: quæ non ſunt præter fidem: ſed quómodo pártibus ejus convéniat expoſítio, id elaborándum eſt.

℟. Vidi ſpecióſam ſicut colúmbam aſcendéntem déſuper rivos aquárum, cujus inæſtimábilis odor erat nimis in veſtiméntis ejus. † Et ſicut dies verni circúmdabant eam flores roſárum & lília convállium. *allelu-ia.*

℣. Vidérunt illam fíliæ Sion, beatíſſimam prædicavérunt, & regínæ laudavérunt eam. Et ſicut.

Lectio ſecunda.

LEgi étiam in quadam ſcriptúra ex eárum génere quæ apócryphæ nominántur, non quòd ſit contra Cathólicam fidem: ſed huic loco mihi minùs congrúere viſa eſt: conſideránti omnes hujus ſimilitúdinis partes. De qua tamen expoſitióne témerè nihil aúdeo judicáre: ne fortè non ejus inconveniéntia mihi angúſtias fécerit: ſed mea tarditas in ea conveniéntiam non invénerit. Quid autem mihi videátur non abſúrdè hoc loco áccipi: quantùm pótero, bréviter, & diligénter expónam.

℟. Fulcíte me flóribus, ſtipáte me malis. † Quia amóre lángueo. *allelu-ia.*

℣. Adjúro vos fíliæ Jerúſalem, ſi invenéritis diléctum, ut annuntiétis ei. Quia.

Lectio tertia.

INterrogátus igitur Dóminus noſter ſecrétò à diſcípulis de conſummatióne ſéculi: inter multa ália quæ locútus eſt: hoc quoque dixit: Tunc símile æſtimábitur regnum cælórum decem virgínibus: quæ accepérunt lámpades ſuas: & venérunt óbviam ſponſo. Quinque autem ex eis erant fatuæ: & quinque prudéntes. Sed quinque fatuæ accéptis lampádibus ſuis, non ſumpſérunt óleum ſecum: prudéntes autem accepérunt óleum ſecum in vaſis ſuis cum lampádibus.

℟. Surge própera amíca mea, & ve-

& invidére fas non sit eas, quæ ita perféctæ sunt, ut à sponso recipiántur ꟓ quo nómine, nullo dubitánte, Dóminus Jesus Christus significátur : & misericórdes esse opórteat ad præstándum ex eo quod habent ꟓ præscribénte illa senténtia ejúsdem Dómini dicéntis : Omni poscénti te, tribue.

℟. Spécie tua & pulchritúdine tua. † Inténde prósperè, procéde, & regna.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Inténde.

Lectio octava.

QUid est autem quòd possit dando non sufficere utrísque ? Hæc máximè augent quæstiónis difficultátem ꟓ quanquam & cætera diligénter consideráta, ut ómnia in unam ratiónem concúrrant ꟓ nihílque in unam partem dicátur, quod impédiat áliam : magna caútio adhibénda est.

℟. Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem, proptérea † Unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ.

℣. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam. Unxit.

℣. Glória Patri. lætítiæ.

In tertio Nocturno.

Antiph. Invénta bona margaríta * dedit ómnia sua, & comparávit eam. *Canticum.* Obaudíte. *cum duobus sequentibus. pag.* 117.

℣. Adducéntur regi vírgines post eam.

℟. Próximæ ejus afferéntur tibi.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii : secúndùm Matthæum. *Matth.* 25.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile erit regnum cælórum decem virgínibus ꟓ quæ accipiéntes lámpades suas : exiérunt óbviam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ : & quinque prudéntes. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem : beáti Gregórii Papæ. *Homil.* 12. *in Evang.*

SÆpe vos (fratres caríssimi) admóneo prava ópera fúgere : mundi hujus inquinaménta devitáre. Sed hodiérna sancti Evangélii lectióne compéllor dícere : ut & bona quæ ágitis cum magna cautéla timeátis ꟓ ne per hoc quod à vobis rectum géritur : favor aut grátia humána requirátur. Ne appetítus laudis subrépat ꟓ quod foris osténditur : intus à mercéde vacuétur.

℟. Offeréntur regi vírgines Dómino post eam, próximæ ejus offeréntur tibi. † In lætítia & exultatióne.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua inténde : prósperè procéde, & regna. In.

Lectio decima.

ECce enim Redemptóris voce, decem vírgines, & omnes dicúntur vírgines : & tamen intra beatitúdinis jánuam non omnes sunt recéptæ ꟓ quia eárum quædam dum de virginitáte sua glóriam foris éxpetunt : in vasis suis óleum habére noluérunt. Sed priùs quæréndum nobis est quid sit regnum cælórum ꟓ aut cur decem virgínibus comparétur : quæ étiam vírgines prudéntes & fátuæ dicántur. Dum enim cælórum regnum constat quia reprobórum nullus ingréditur ꟓ étiam fátuis virgínibus cur símile esse perhibétur ?

℟. Induit me Dóminus vestiménto salútis, & induménto lætítiæ circúmdedit me. † Et tanquam sponsam decorávit me coróna.

℣. Dedúxit me super sémitas justítiæ propter nomen suum. Et tanquam.

Capitul. Qui gloriátur. *pag.* xxviii.

℟. Adjuvábit eam Deus vultu suo. Adjuvábit.

℣. Deus in médio ejus non commovébitur. Adjuvábit.

℣: Glória Patri. Adjuvábit.

Hymnus. Jesu coróna. *pag.* xxviii.

℣. Audi filia & vide, & inclína aurem tuam.

℟. Et oblivíscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Ad Benedictus.

Antiph. Símile est * regnum cælórum sagénæ missæ in mare, & ex omni génere píscium congregánti: quam cùm impléta esset, educéntes, & secus littus sedéntes: elegérunt bonos in vasa sua, malos autem foras misérunt. *allel.*

Oratio. Deus qui inter. *pag.* xxviii.

Ad Primam.

Antiph. Unguéntum. *pag.* xxxii.

Ad Tertiam.

Antiph. Favus distillans. *pag.* xxxii.

Capitulum. Qui gloriátur. *pag.* xxviii.

℣. Diffúsa est. *pag.* xxix.

Ad Sextam.

Antiph. Quàm pulchri sunt gressus tui. *pag.* xxxii.

Capitulum. 2. *Cor.* 11.

ÆMulor vos Dei æmulatióne: despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

℟. Deo grátias.

℣. Spécie tua. *pag.* xxx.

Oratio.

INdulgéntiam nobis Dómine, beáta N. Martyr implóret ꟷ quæ tibi grata semper éxtitit: & mérito castitátis, & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Tunc surrexérunt omnes. *pag.* xxxii.

Capitulum. *Proverb.* 31.

ACcínxit fortitúdine lumbos suos ꟷ & roborávit bráchium suum: ideóque lucérna ejus non extinguétur in sempitérnum. ℟. Deo grátias.

℣. Adducéntur. *pag.* xxxi.

Ad Vesperas.

Antiph. Hæc est * quæ nescívit thorum in delícto, habébit fructum in respectióne animárum sanctárum. *Psalm.* Dixit Dóminus. *pag.* 94.

Antiph. O quàm pulchra est * casta generátio cum claritáte. *Psalm.* Laudáte púeri. *pag.* 95.

Antiph. Dum esset rex * in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suum. *Psalm.* Lætátus sum. *pag.* 92.

Antiph. Sicut lílium * inter spinas, sic amica mea inter filias. *Psalm.* Nisi Dóminus ædificáverit. *pag.* 94.

Capitulum, ℟. *parvum*, *Hymnus*, & ℣. *ut in primis Vesperis. pag.* xxviii.

Ad Magnificat.

Antiph. Veni * in hortum meum soror mea sponsa: méssui myrrham meam cum aromátibus meis.

Oratio. Deus qui inter. *pag.* xxviii.

IN FESTIS COMMUNIBUS VIRGINUM NON MARTYRUM.

Ad Vesperas, Laudes, & Tertiam.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátæ N. solennitáte lætíficas: da ut quam venerámur officio ꟷ étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo: Per Dóm.

Ad Matutinas, & Sextam.

Oratio.

EXaúdi nos Deus salutáris noster ꟷ ut sicut de beátæ N. festivitáte gaudémus: ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

victóriam martyrii contulísti ꝰ concéde propítius : ut qui beátæ N. Mártyris tuæ natalítia cólimus ꝰ per ejus ad te exémpla gradiámur : Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitatorium. Laudémus Deum nostrum : In confessióne beátæ N. *Psalm.* Veníte. *pag.* 16.

Hymnus. Hujus obténtu. *pag.* xxxiv.

In primo Nocturno.

Antiph. Hæc est * quæ nescívit thorum in delícto, habébit fructum in respectióne animárum sanctárum. *Psalm.* Dómine Dóminus noster. *pag.* 8.

Antiph. O quàm pulchra est * casta generátio cum claritáte. *Psalm.* Cæli enárrant. *pag.* 14.

Antiph. Læva ejus * sub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me. *Psal.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Spécie tua * & pulchritúdine tua inténde, prósperè procéde, & regna. *Psalm.* Eructávit. *pag.* 37.

Antiph. Adjuvábit eam * Deus vultu suo, Deus in médio ejus non commovébitur. *Psalm.* Deus noster. *pag.* 40.

Antiph. Dum esset rex * in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suum. *Psalm.* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Lectio prima.

Sermo beáti Ambrósii Epíscopi.

Tom. 4. *lib. de viduis.*

UTraque sunt pensa, quæ dívidit sapiéntia. Et ita dívidit virtútem : ut vires æstimet singulórum. Scit enim Creátor ómnium affféctus esse vários singulórum. Et ídeo præmiis virtútem provocávit : non infirmitátem vínculis alligávit. Scit & ille Géntium Doctor, bonus morum auríga nostrórum, & quidem interiórum rector affféctuum ꝰ qui de seípso didícerat legi mentis legem córporis repugnáre : eámdem tamen Christi grátiæ cédere.

℟. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. † Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

℣. Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem. Proptérea.

Lectio secunda.

SCit (inquam) vários cursus méntium repugnáre. Et ídeo neque in tantum adhortatiónem integritátis inténdit, ut aboléret grátiam nuptiárum ꝰ neque ita conjúgium prætulit, ut stúdia integritátis extíngueret : sed à continéntiæ persuasióne incípiens, ad incontinéntiæ remédia descéndit.

℟. Spécie tua & pulchritúdine tua. † Inténde, prósperè, procéde, & regna.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Inténde.

Lectio tertia.

ET cùm bravium supérnæ vocatiónis fortióribus demonstrásset ꝰ defícere tamen néminem in via passus est : ita plaudens prióribus, ut non despíceret & sequéntes. Didícerat enim, & ipse, quia Dóminus Jesus áliis panem hordeáceum, ne in via deficerent : áliis corpus suum, ut ad regnum conténderent, ministrávit.

℟. Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem, proptérea † Unxit te Deus Deus tuus óleo lætítiæ.

℣. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam. Unxit.

Lectio quarta.

NEc Dóminus ipse præcéptum impósuit : sed voluntátem invitávit. Nec Apóstolus præcéptum státuit : sed

in viduitáte perseverántem, non tantùm suo consílio: sed étiam Spíritu Dei definívit.

℟. Quàm pulchra es amíca mea, quàm pulchra es & decóra, óculi tui columbárum. † Absque eo quod intrínsecus latet.

℣. Sicut vitta coccínea lábia tua, & elóquium tuum dulce. Absque.

Lectio octava.

QUænam ígitur talis consiliárii benignitátem recúset ✠ qui & voluntáti habénas indúlgeat, & id suádeat quod in se expértus útile judicávit non facilè comprehéndi ✠ nec fastidióſiùs æquári? Quæ ígitur refúgiat sancta fieri córpore & spíritu ✠ cùm supra labórem sit præmium ✠ supra usum grátia ✠ supra opus merces?

℟. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum. † Quia concupívit rex spéciem tuam.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua inténde, prósperè, procéde, & regna. Quia.

℣. Glória Patri. spéciem tuam.

In tertio Nocturno.

Antiph. Invénta bona margaríta, * dedit ómnia sua, & comparávit eam.

Cantic. Obaúdite. *cum duobus sequentibus. pag.* 117.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in médio ejus non commovébitur.

Lectio nona.

Léctio sancti Evangélii: secúndùm Matthæum. *Matth.* 13.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile est regnum cælórum thesaúro abscóndito in agro: quem qui invénit homo, abscóndit ✠ & præ gaúdio illíus, vadit & vendit univérsa quæ habet: & emit agrum illum. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúsdem: beáti Gregórii Papæ.

Homil. 11. *in Evang.*

CÆlórum regnum (fratres charíssimi) idcírco terrénis rebus símile dícitur ✠ ut ex his quæ ánimus novit, surgat ad incógnita: quátenus exémplo visibílium se ad invisibília rápiat ✠ & per ea quæ usu dídicit quasi confricátus incaléscat: ut per hoc quod scit notum dilígere, discat & incógnita amáre.

℟. Regnum mundi, & omnem ornátum séculi contémpsi, propter amórem Dómini mei Jesu Christi. † Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

℣. Eructávit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea regi. Quem.

Lectio decima.

ECce enim cælórum regnum thesaúro abscóndito in agro comparátur: quem qui invénit homo, abscóndit ✠ & præ gaúdio illíus vadit, & vendit univérsa quæ habet: & emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notándum est: quòd invéntus thesaúrus abscónditur, ut servétur. Quia stúdium cæléstis desidérii à malígnis spirítibus custodíre non súfficit: qui hoc & ab humánis laúdibus non abscóndit.

℟. Lauda filia Sion, lætáre, & exúlta filia Jerúsalem: quia Dóminus rex in médio tui. † Non timébis malum ultrà.

℣. Abstulit Dóminus judícium tuum, avértit inimícos tuos. Non timébis.

Lectio undecima.

IN præsénti étenim vita quasi in via sumus: qua ad pátriam pérgimus. Malígni autem spíritus iter nostrum quasi quidam latrúnculi óbsident. De-

℣. Glória Patri. Adjuvábit.

Hymnus.

PIa mater & húmilis,
Natúræ memor frágilis,
In hujus vitæ flúctibus
Nos rege tuis précibus.
Te deprecámur lárgiùs,
Noſtris adaúge ſénſibus.
Neſcíre prorſus ómnia
Corruptiónis vúlnera.
Sit Chriſte Rex piíſſime,
Tibi, Patríque glória,
Cum Spíritu Paracléto
In ſempitérna ſécula. Amen.

℣. Audi fília, & vide, & inclína aurem tuam.

℟. Et oblivíſcere pópulum tuum, & domum patris tui.

Ad Benedictus.

Antiph. Símile eſt * regnum cælórum hómini negotiatóri, quæréntí bonas margarítas: invénta una pretióſa margaríta, dedit ómnia ſua, & comparávit eam.

Oratio. Deus qui inter. *pag.* xxxiv.

Ad Primam.

Antiph. Dum eſſet rex. *pag.* xxxviii.

Ad Tertiam.

Antiph. Unguéntum. *pag.* xxxviii.
Capitulum. Confitébor. *pag.* xxxiv.
℣. Diffúſa eſt. *pag.* xxxv.
Oratio. Deus qui inter. *pag.* xxxiv.

Ad Sextam.

Antiph. Favus diſtillans. *pag.* xxxviii.

Capitulum. *Eccl.* 51.

LIberáſti me ſecúndùm multitúdinem miſericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus præparátis ad eſcam ✝ de mánibus quæréntium ánimam meam: & de multis tribulatiónibus, quæ circumdedérunt me. ℟. Deo grátias.

℣. Spécie tua. *pag.* xxxvi.

Oratio. Exaúdi nos. *pag.* xxxiii.

Ad Nonam.

Antiph. Quàm pulchri ſunt greſſus tui * in calceaméntis fília príncipis.

Capitulum. *Eccleſ.* 51.

LAudábit uſque ad mortem ánima mea Dóminum ✝ quóniam éruis ſuſtinéntes te: & líberas eos de manu angúſtiæ, Dómine Deus noſter.

℟. Deo grátias.
℣. Adjuvábit eam. *pag.* xxxvii.
Oratio. Exaúdi nos. *pag.* xxxiii.

Ad Veſperas.

Antiph. Hæc eſt. *pag.* xxxv. *Pſalm.* Dixit Dóminus. *pag.* 94.
Antiph. O quàm pulchra eſt. *p.* xxxv. *Pſalm.* Laudáte púeri. *pag.* 95.
Antiph. Læva ejus. *pag.* xxxv. *Pſalm.* Lætátus ſum. *pag.* 92.
Antiph. Dum eſſet rex. *pag.* xxxv. *Pſalm.* Niſi Dóminus ædifi. *pag.* 94.
Capitulum, ℟. *parvum*, *Hymnus*, *&* ℣. *ut in primis Veſperis.* *pag.* xxxiv.

Ad Magnificat.

Antiph. Veni * in hortum meum ſoror mea ſponſa, méſſui myrrham meam cum aromátibus meis.

Oratio. Deus qui inter. *pag.* xxxiv.

IN FESTIS COMMUNIBUS SANCTÆ NEC VIRGINIS NEC MART.

Omnia ut in Communi unius Sanctæ Martyris tantùm præter ea quæ ſequuntur.

Ad Veſperas, Laudes, & Tertiam.

Capitulum. *Proverb.* 31.

MUlierem fortem quis invéniet? procul & de últimis fínibus prétium ejus ✝ confídit in ea cor viri ſui: & ſpóliis non indigébit. ℟. Deo grát.

Ad utraſque Veſperas, Matutinas, Laudes, & Tertiam.

Oratio. Deus qui nos ánnua. *p.* xxxiii.

Eo die quo Ecclesia dedicatur.

Oratio.

DEus, qui invisibiliter ómnia cóntines ꟸ & tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis: templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra ꟸ & concéde, ut omnes qui huc deprecatúri advéniunt: ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint ꟸ consolatiónis tuæ beneficia consequántur: Per Dóminum.

Ad Matutinas.

Invitator. Dóminum qui fecit nos: Veníte adorémus. *Ps.* Veníte. *pag.* 16,

Hymn. Urbs beáta. *pag.* xxxx.

In primo Nocturno.

Antiph. Introíbo * in domum tuam Dómine, & adorábo ad templum sanctum tuum. *allel. Ps.* Verba mea. *p.* 38.

Antiph. Dóminus in témplo * sancto suo: Dóminus in cælo, allelu-ia. *Psalm.* In Dómino confído. *pag.* 10.

Antiph. Tóllite * portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles. *allel. Psalm.* Dómini est terra. *pag.* 18.

Antiph. Adoráte Dóminum * in aula sancta ejus. *allel. Psalm.* Afférte. *p.* 21.

Antiph. Cùm evigilásset * Jacob à somno, ait: Verè Dóminus est in loco isto. *allel. Psalm.* Deus noster ref. *p.* 40.

Antiph. Suscépimus Deus * misericórdiam tuam in médio templi tui. *allel. Psalm.* Magnus Dóminus. *pag.* 40.

℣. Introíbo in domum tuam Dómine.

℟. Et adorábo ad templum sanctum tuum. *allel. allel.*

Lectio prima.

Ex libro Regum tértio. *Cap.* 8.

FActum est autem cùm exíssent sacerdótes de sanctuário: nébula implévit domum Domini ꟸ & non póterant sacerdótes stare, & ministráre propter nébulam: impléverat enim glória Dómini domum Dómini. Tunc ait Sálomon. Dóminus dixit ut habitáret in nébula. Ædíficans ædificávi domum in habitáculum tuum: firmíssimum sólium tuum in sempitérnum.

℟. Vidi civitátem sanctam Jerúsalem novam à Deo parátam, & audívi vocem de throno, dicéntem: Ecce tabernáculum Dei cum homínibus. † Et habitábit cum illis. *allel.*

℣. Et ipsi pópulus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eórum Deus. Et.

Lectio secunda.

COnvertítque rex fáciem suam: & benedíxit omni Ecclésiæ Israël. Omnis enim Ecclésia Israël stabat. Et ait Sálomon. Benedíctus Dóminus Deus Israël, qui locútus est ore suo ad David patrem meum: & in mánibus ejus perfécit, dicens. A die qua edúxi pópulum meum Israël de Ægypto: non elégi civitátem de univérsis tríbubus Israël, ut ædificarétur domus ꟸ & esset nomen meum ibi: sed elégi David, ut esset super pópulum meum Israël.

℟. Ædificávit Noë altáre Dómino, ófferens super illud holocaústum, odorátus est Dóminus odórem suavitátis, & benedíxit eis. † Créscite, & multiplicámini, & repléte terram. *allel.*

℣. Ego státuam pactum meum vobíscum, & cum sémine vestro post vos. Créscite.

Lectio tertia.

VOluítque David pater meus ædificáre domum nómini Dómini Dei Israël: & ait Dóminus ad David patrem meum. Quod cogitásti in corde tuo ædificáre domum nómini meo: benefecísti hoc ipsum mente tractans. Verúmtamen tu non ædificábis mihi do-

Iſraël firméntur verba tua, quæ locútus es ſervo tuo David patri meo.

℟. Audi Dómine hymnum & oratiónem, quam ſervus tuus orat coram te hódie. † Ut ſint óculi tui apérti, & aures tuæ inténtæ ſuper domum iſtam die ac nocte. *allel.*

℣. Réſpice ad oratiónem ſervi tui, & ad preces ejus Dómine. Ut ſint.

Lectio ſeptima.

ERgóne putándum eſt quòd verè Deus hábitet ſuper terram? Si enim cælum & cæli cælórum te cápere non poſſunt: quantò magis domus hæc, quam ædificávi? Sed réſpice ad oratiónem ſervi tui, & ad preces ejus, Dómine Deus meus: audi hymnum & oratiónem: quam ſervus tuus orat coram te hódie.

℟. Dómine diléxi decórem domus tuæ, † Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. *allel. allel.*

℣. Salvum fac pópulum tuum, & bénedic hæreditáti tuæ. Et locum.

Lectio octava.

UT ſint óculi tui apérti ſuper domum hanc nocte ac die: ſuper domum de qua dixíſti: Erit nomen meum ibi: ut exaúdias oratiónem, quam orat in loco iſto ad te ſervus tuus. Ut exaúdias deprecatiónem ſervi tui, & pópuli tui Iſraël: quodcúmque oráverint in loco iſto: & exaúdies in loco habitáculi tui in cælo: & cùm exaudíeris, propítius eris.

℟. Tóllite hóſtias, & introíte in átria ejus, adoráte Dóminum, † In aula ſancta ejus. *allel. allel.*

℣. Afférte Dómino pátriæ Géntium, afférte Dómino glóriam & honórem. In aula.

℣. Glória Patri, & Fílio. *allel. allel.*

In tertio Nocturno.

Antiph. In domum Dómini * lætántes íbimus. *allel. Pſalm.* Lætátus ſum. *p.* 92. *Pſalmus.* Niſi Dóminus ædific. *pag.* 94. *Pſalm.* Lauda Jerúſalem. *pag.* 106.

℣. Domum tuam Dómine decet ſanctitúdo.

℟. In longitúdinem diérum. *allel. allel.*

Lectio nona.

Léctio ſancti Evangélii: ſecúndùm Lucam. *Luc.* 19.

IN illo témpore: Ingréſſus Jeſus, perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus: & hic princeps erat Publicanórum: & ipſe dives. Et réliqua.

Homília Lectiónis ejúſdem: beáti Ambróſii Epíſcopi.

Lib. 8. *in Luc.*

PUsíllus Zachæus, hoc eſt, nulla nobilitátis ingénitæ dignitáte ſublímis: exíguus méritis, ſicut pópulus natiónum: audíto Dómini Salvatóris advéntu: quem ſui non recéperant, vidére cupiébat: ſed nemo fácilè Jeſum videt: nemo poteſt Jeſum vidére conſtitútus in terra.

℟. In conſpéctu Angelórum pſallam tibi. † Et adorábo ad templum ſanctum tuum, & confitébor nómini tuo Dómine. *allel.*

℣. Confitébor tibi Dómine in toto corde meo, quóniam audíſti verba oris mei. Et adorábo.

Lectio decima.

ET quia non prophétas, non legem habébat tanquam formæ grátiam naturális: aſcéndit in árborem ſycómorum: vanitátem ſcílicet Judæórum veſtígio ſuo terens: erráta quoque córrigens ſuperióris ætátis: & ideo Jeſum interióris domus recépit hoſpítio. Et bene aſcéndit in árborem, ut arbor bona

Deum, & lapis iste vocábitur domus Dei. *allel.* *Ps.* Deus Deus meus. *pag.* 26.

Antiph. Benedícta glória * Dómini de loco suo, allel. *Cantic.* Benedicite.

Antiph. Domus mea * domus oratiónis vocábitur. *allel.* *Psalm.* Laudáte Dóminum de cælis. *pag.* 27.

Capitul. Vidi civitátem. *pag.* xxxx.

℟. Replébimur in bonis domus tuæ. *allel.* *allel.* Replébimur.

℣. Sanctum est templum tuum mirábile in æquitáte. *allel.* *allel.* Repléb.

℣. Glória Patri. Replébimur.

Hymnus.

ANguláris fundaméntum
Lapis Christus missus est,
Qui compáge parietum
In utróque néctitur:
Quem Sion sancta suscépit,
In quo credens pérmanet.

Omnis illa Deo sacra,
Et dilécta civitas,
Plena módulis in laude,
Et canóro júbilo
Trinum Deum unicúmque
Cum favóre prædicat.

Hoc in templo, summe Deus,
Exorátus ádveni,
Et cleménti bonitáte
Precum vota súscipe,
Largam benedictiónem
Hic infúnde júgiter.

Hic promereámur omnes
Petíta acquírere,
Et adépta possidére
Cum Sanctis perénniter,
Paradísum introíre
Transláti in réquiem.

Glória & honor Deo
Usquequo Altíssimo,
Una Patri, Filióque,
Inclyto Paracléto,
Cui laus est & potéstas
Per imménsa sécula. Amen.

℣. O quàm metuéndus est locus iste.

℟. Non est hìc áliud nisi domus Dei. *allel.* *allel.*

Ad Benedictus.

Antiph. Zachæe * festínans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére, allelu-ia, at ille festínans descéndit, & suscépit illum gaudens, allelu-ia.

Oratio. Deus, qui nobis. *pag.* xxxx. *vel ipsa die.* Deus, qui invisibíliter ómnia. *pag.* xli.

Ad Primam.

Antiph. Eréxit Jacob. *pag.* xliv.

Ad Tertiam.

Antiph. Erit mihi. *pag.* xliv.

Capitul. Vidi civitátem. *pag.* xxxx.

℣. Introíbo. *pag.* xli.

Oratio. Deus, qui nobis. *pag.* xxxx. *vel in die.* Deus, qui invisibíliter ómnia. *pag.* xli.

Ad Sextam.

Antiph. Benedícta glória. *ut suprà.*

Capitulum. *Apoc.* 21.

ET audívi vocem magnam de throno, dicéntem ˥ Ecce tabernáculum Dei cum homínibus: & habitábit cum eis ˥ & ipsi pópulus ejus erunt: & ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

℟. Deo grátias.

℣. Beáti qui hábitant. *pag.* xlii.

Oratio.

DEus, qui de vivis & eléctis lapídibus ætérnum Majestáti tuæ condis habitáculum: auxiliáre pópulo supplicánti ˥ ut quod Ecclésia tua corporálibus próficit spátiis: spiritálibus amplificétur augméntis. Per Dóminum.

Ad Nonam.

Antiph. Domus mea. *ut suprà.*

Antiph. Ecce tu * pulchra es amíca mea, ecce tu pulchra, óculi tui columbárum. *Psalmi.* Dóminus regnávit decórem. *pag.* 68. Jubiláte Deo. *pag.* 71. Deus Deus meus. *pag.* 26. Deus misereátur. *pag.* 25. *Cantic.* Benedícite. *pag.* 26. *Psalm.* Laudáte Dóminum de cælis. *cum duobus sequentibus. pag.* 27.

Capitulum. *Eccles.* 24.

EGo quasi vitis fructificávi suavitátem odóris: & flores mei fructus honóris & honestátis. ℟. Deo grátias.

Hymn. Verè grátia plena es. *p.* 529.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus.

Antiph. Hortus * conclúsus es, soror mea, hortus conclúsus es, fons signátus.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat. *vel* Dóminus vobíscum.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui salútis ætérnæ beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti: tríbue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus authórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus: per ómnia sécula seculórum. Amen.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Sequuntur Psalmi. Deus venérunt gentes. *pag.* 60. *&* Ad te levávi. *pag.* 91.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Exúrgat Deus & dissipéntur inimíci ejus.

℟. Et fúgiant qui odérunt eum à fácis ejus.

℣. Non nobis Dómine non nobis.

℟. Sed nómini tuo da glóriam.

℣. Exúrge Dómine ádjuva nos.

℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.

℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor. *vel* Dóminus vobíscum.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui ad exhibénda nostræ redemptiónis mystéria terram promissiónis elegísti, líbera eam quæsumus ab instántia paganórum, & restítue eam cúltui Christiáno: ut Gentílium incredulitáte confúsa, pópulus tuus Christiánus in te confídens, de tuæ virtútis poténtia gloriétur.

Oratio.

ECcléſiæ tuæ Dómine, preces placátus admítte: ut destrúctis adversitátibus & erróribus univérsis, secúra tibi sérviat libertáte.

Oratio.

DEus, à quo sancta desidéria, recta consília, & justa sunt ópera: da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem, ut & corda nostra mandátis tuis dédita, & hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

A die Paschæ usque ad diem Pentecostes dicitur pro Prioribus venientibus ad Capitulum generale, & inde recedentibus.

Per Patrem, per Paraclétum,
Adsis præsens ad óbitum,
Nostrúmque muni éxitum.
Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Psalmi dicuntur sic distincti.

Deus in nómine tuo salvum me. *pag.* 43. Beáti immaculáti in via. *pag.* 84. Retríbue servo tuo. *usque ad* Legem.

Antiph. Allelu-ia.

Capitulum. *Eccles.* 24.

EGo mater pulchræ dilectiónis, & timóris, & agnitiónis, & sanctæ spei: in me grátia omnis viæ & veritátis: in me omnis spes vitæ & virtútis.

℟. Deo grátias.

Hic accipimus veniam.

℟. Ave María grátia plena. Ave.
℣. Dóminus tecum. Ave.
℣. Glória Patri. Ave.
℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.
℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero verbum tuum Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis, ut qui verè eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

Sequitur Missa B. Virginis Mariæ, omni tempore, præterquam in Adventu. Et dicitur semper post Primam, vel Tertiam ejusdem. Ad Introit. verò sumimus veniam.

Introitus.

SAlve sancta Parens, eníxa puérpera Regem, qui cælum terrámque regit in sécula seculórum. ℣. Quia concupívit Rex decórem tuum, quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum. ℣. Glória Patri. Sicut erat. Salve sancta. *usque ad versum.* Quia concup.

Kyrie eleison. 3. Christe eleison. 3. Kyrie eleison. 3.

GLória in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter glóriam tuam magnam. Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili Unigénite Jesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecatiónem nostram. Qui sedes ad déxteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus Jesu Christe, cum sancto Spíritu in glória Dei Patris. Amen.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

Oratio.

COncéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis prosperitáte gaudére: & gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne: à præsénti liberári tristítia: & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóm.

Léctio libri Ecclesiástici. *Cap.* 24

AB inítio, & ante sécula creáta sum: & usque ad futúrum séculum non désinam: & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. Et sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi: & in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, & in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. Benedícta & venerábilis es Virgo

ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognóvit. In própria venit: & sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus. Qui non ex sanguínibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntáte viri: sed ex Deo nati sunt. *Hic accipimus veniam.* Et Verbum caro factum est, & habitávit in nobis. Et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti à Patre plenum grátiæ & veritátis. Amen.

Aña Te decet laus, te decet hymnus, tibi glória Deo Patri, & Filio, cum sancto Spíritu in sécula seculórum. Amen.

Orémus. *Oratio.*

COncéde quæsumus omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet: quos sub pecccáti jugo vetústa sérvitus tenet.

Oratio.

DEus illuminátor ómnium géntium, da pópulis tuis perpétua pace gaudére: & illud lumen spléndidum infúnde córdibus nostris: quod trium Magórum méntibus aspirásti Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Oratio.

PRotéctor in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: multíplica super nos misericórdiam tuam: ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Dóminum.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Animæ ómnium fidélium. *pag.* l.

Antiph. Salve Regína. *ibidem.*

IN ADVENTU DOMINI.

Missa B. Virginis Mariæ.

Introitus.

ROráte cæli désuper, & nubes pluant justum: aperiátur terra, & gérminet Salvatórem. *Psalm.* Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

℣. Glória Patri. Roráte.

Kyrie eleison. 3. Christe eleison. 3. Kyrie eleison. 3.

Non dicitur Glória in excélsis.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta súpplicibus tuis, ut qui verè eam Genitrícem Dei crédimus: ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmd.

Léctio Isaíæ Prophétæ. *Cap.* 7.

IN diébus illis: Locútus est Dóminus ad Achaz, dicens. Pete tibi signum à Dómino Deo tuo in profúndum inférni, sive in excélsum suprà. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit. Audíte ergo domus David. Nunquid parum vobis est moléstos esse homínibus, quia moléſti estis & Deo meo? Propter hoc, dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípiet, & páriet filium: & vocábitur nomen ejus Emmánuël. Butyrum & mel cómedet: ut sciat reprobáre malum, & elígere bonum.

℟. Prope est Dóminus ómnibus in-

vocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritáte.

℣. Laudem Dómini loquétur os meum, & benedícat omnis caro nomen sanctum ejus. Allelu-ia.

℣. Excita Dómine poténtiam tuam, & veni: ut salvos fácias nos. Allelu-ia.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus. *vel*,

℣. Dóminus vobíscum.

Sequéntia sancti Evangélii: secúndùm Lucam. *Luc.* I.

℟. Glória tibi Dómine.

IN illo témpore: Missus est Angelus Gábriël à Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David: & nomen Vírginis María. Et ingréssus Angelus ad eam: dixit. Ave grátia plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cùm audísset, turbáta est in sermóne ejus: & cogitábat qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei. Ne tímeas María: invenísti enim grátiam apud Deum. Ecce concípies in útero, & páries Filium: & vocábis nomen ejus JESUM. Hic erit magnus: & Fílius Altíssimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus, & regnábit in domo Jacob in ætérnum: & regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum. Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus, dixit ei. Spíritus sanctus supervéniet in te: & virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque & quod nascétur ex te sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elízabeth cognáta tua, & ipsa concépit filium in senectúte sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María. Ecce Ancílla Dómini: fiat mihi secúndùm verbum tuum.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus. Orémus.

Hic accipimus veniam.

Offert. Ave María grátia plena, Dóminus tecum, benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui.

Communio. Ecce virgo concípiet, & páriet filium, & vocábitur nomen ejus Emmánuël.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Oratio. Grátiam tuam. *pag.* liii.

Sequitur etiam Evangelium secundùm Joannem cum suis annotatis orationibus. pag. lii.

Ad Tertiam.

DEus in adjutórium meum inténde. Dómine ad adjuvándum, *&c.*

Hymn. Meménto salútis. *pag.* l.

Sequuntur Psalmi sic distincti. Legem pone. *pag.* 86. Memor esto. Bonitátem fecísti.

Antiph. Allelu-ia.

Capitulum. *Eccles.* 24.

IN ómnibus réquiem quæsívi: & in hæreditáte Dómini morábor: tunc præcépit, & dixit mihi Creátor ómnium: & qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

℟. Deo grátias.

℟. Benedícta tu in muliéribus. Benedícta.

℣. Et benedíctus fructus ventris tui. Benedícta.

℣. Glória Patri. Benedícta tu.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Oratio.

COncéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis prosperitáte gaudére: & gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne à præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Animæ ómnium. *pag.* l.

Antiph. Salve Regína. *ibidem.*

Ad Sextam.

DEus in adjutórium meum inténde. Dómine ad adjuvándum, *&c.*

Hymnus. Meménto salútis. *pag.* l.

Psalm. Defécit. *pag.* 88. Quómodo diléxi. Iníquos ódio.

Antiph. Allelu-ia.

Capitulum. *Eccles.* 24.

ET sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi: & in Jerúsalem potéstas mea.

℟. Deo grátias.

℟. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. Diffúsa.

℣. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Diffúsa.

℣. Glória Patri. Diffúsa.

℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.

℟. Inténde prósperè, procéde, & regna.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

Orémus. *Oratio.*

COncéde miséricors Deus fragilitáti nostræ subsídium: ut qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus: intercessiónis ejus auxílio, à nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Animæ ómnium fidélium. *pag.* l.

Aña. Salve Regína. *ibidem.*

Ad Nonam.

DEus in adjutórium meum inténde. Dómine ad adjuvándum.

Hymn. Meménto salútis. *pag.* l.

Psalm. Mirabília. *pag.* 89. Clamávi. *pag.* 90. Príncipes. *pag.* 91.

Antiph. Allelu-ia.

Capitulum. *Eccles.* 24.

ET radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus: & in plenitúdine sanctórum deténtio mea. ℟. Deo grátias.

℟. Spécie tua & pulchritúdine tua. Spécie.

℣. Inténde prósperè, procéde, & regna. Spécie tua.

℣. Glória Patri. Spécie.

℣. Adducéntur regi vírgines post eam.

℟. Próximæ ejus afferéntur tibi.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens Deus nos fámulos tuos déxtera poténtiæ tuæ: à cunctis prótege perículis: & beáta María semper Vírgine intercedénte, fac nos præsénti gaudére prosperitáte & futúra. Per Dóminum.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

℣. Benedicámus Dóm. ℟. Deo grá.

℣. Animæ ómnium fidélium. *pag.* l.

Aña. Salve Regína. *ibidem.*

Ad Vesperas.

DEus in adjutórium meum inténde. Dómine ad adjuvándum.

Antiph. Sicut lílium.

Psalmi. Dixit Dóminus. *pag.* 94. Laudáte púeri. *pag.* 95. Lætátus sum. *pag.* 92 Nisi Dóminus. *pag.* 94. Lauda Jerúsalem. *pag.* 106.

Antiph. Sicut lílium inter ſpinas, ſic amíca mea inter fílias.

Capitulum. *Eccleſ.* 24.

QUaſi cedrus exaltáta ſum in Líbano, & quaſi cypréſſus in monte Sion, quaſi palma exaltáta ſum in Cades: & quaſi plantátio roſæ in Jéricho.

Hymn. Ave maris ſtella. *pag.* 525.

℣. Ave María. *ibidem.*

Antiph. Tota pulchra es * amíca mea, & mácula non eſt in te. *Cantic. Magnificat. pag.* 96.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

Oratio. Deus qui ſalútis. *pag.* xlix.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Animæ ómnium fidélium. *pag.* l.

Aña. Salve Regína. *ibidem.*

Ad Completorium beatæ V. Mariæ.

COnvérte nos Deus ſalutáris noſter. Et avérte iram tuam à nobis.

Deus in adjutórium meum inténde.

Dómine ad adjuvándum me feſtína.

Pſalmi. Cùm invocárem. *pag.* 106. In te Dómine ſperávi. *pag.* 22. *uſque ad verſum*, Odiſti. Ecce nunc benedícite. *pag.* 107.

Antiph. Allelu-ia.

Hymn. Meménto ſalútis. *pag.* l.

Capitulum. *Eccleſ.* 24.

SIcut Cinnamómum & bálſamum aromatízans odórem dedi: quaſi myrrha elécta dedi ſuavitátem odóris.

℟. Deo grátias.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu ſuo.

℟. Deus in médio ejus non commovébitur.

Antiph. Spíritus ſanctus.

Canticum. *Luc.* 2.

NUnc dimíttis ſervum tuum Dómine: ſecúndùm verbum tuum in pace.

Quia vidérunt óculi mei: ſalutáre tuum.

Quod paráſti: ante fáciem ómnium populórum.

Lumen ad revelatiónem Géntium: & glóriam plebis tuæ Iſraël.

Glória Patri, & Fílio.

Antiph. Spíritus ſanctus ſupervéniet in te, & virtus Altíſſimi obumbrábit tibi.

℣. Dómine exaúdi. ℟. Et clamor.

Oratio.

FAmulórum tuórum Dómine delíctis ignóſce: ut qui tibi placére de áctibus noſtris non valémus genitrícis Fílii tui, Dómini Dei noſtri interceſſióne ſalvémur. Per eúmdem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

℣. Dómine exaúdi.

℟. Et clamor meus.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Antiph. Hic accipimus veniam.

SAncta María ſuccúrre míſeris, juva puſillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo intérveni pro Clero, intercéde pro devóto fœmíneo ſexu: ſéntiant omnes tuum juvámen, quicúmque célebrant tuam ſanctam commemoratiónem.

℣. Dignáre me laudáre te Virgo ſacráta.

℟. Da mihi virtútem contra hoſtes tuos.

Orémus. *Oratio.* Concéde nos fámulos tuos. *pag.* li.

Immediatè ſequitur terna vice. Pater noſter. Ave. Dómine exaúdi. *vel*, Dóminus vobiſcum.

Inítium ſancti Evangélii: ſecúndùm Joánnem, *cum ſuis Orationibus require ut ſuprà. pag.* xlii.

QUOMODO TRACTANDUS SIT QUI MORITUR,

ET

DE SEPULTURA DEFUNCTI.

Cum frater ægrotans morti propinquare videbitur, congregatur Conventus ad eum visitandum, & inungendum. Omnibusque necessariis præparatis, præcedunt qui portant cereum ardentem, Crucem, & aquam benedictam, scilicet Sacrista, Diaconus hebdomadarius, & Procurator: sequitur Sacerdos, scilicet Prior, vel eo absente, Vicarius indutus cuculla Ecclesiastica & stola, portans librum Officii, & Oleum sanctum. Post Sacerdotem sequuntur Antiquiores & cæteri per ordinem, & in eundo cantatur Psalm. Miserére mei Deus. *Porrò si infirmus ea die non communicaverit, & communicare sit paratus, portat ad eum Sacerdos Corpus Domini intra Calicem argenteum, coopertum patena & desuper mapula Ecclesiastica. Portatur etiam vinum, & aqua, & paratur cinis benedicendus.*

Intrans autem Sacerdos domum, aspergit ad ostium cellæ, & per cellam aquam benedictam, dicens. Pax huic dómui, & ómnibus habitántibus in ea. ℟. Amen.

Tunc dicit infirmus. Confiteor. *si potest (si tamen communicandus est, aliàs non) Post Confessionem dicit Sacerdos.* Misereátur tui. *nec subdit absolutionem sacramentalem, quæ in articulo mortis dari solet, quam post privatam & sacramentalem Confessionem jam dedit, sed dicto (* Misereátur *) subjungit preces.*

℣. Salvum fac servum tuum ✠

℟. Deus meus sperántem in te.

℣. Esto ei Dómine turris fortitúdinis ✠

℟. A fácie inimíci ✠

℣. Nihil profíciat inimícus in eo ✠

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei ✠

℣. Dóminus vobíscum ✠

℟. Et cum spíritu tuo ✠

Orémus ✠

Duæ Orationes sub una conclusione.

DEus, qui fámulo tuo Ezechíæ ter quinos annos ad vitam donásti: ita & hunc fámulum tuum à lecto ægritúdinis suæ poténtia tua érigat ad salútem.

DEus, qui per Apóstolum tuum Jacóbum locútus es, dicens ✠ Infirmátur quis in vobis: indúcat Presbyteros Ecclésiæ, & orent super eum, ungéntes eum óleo sancto in nómine Dómini ✠ & orátio fidei salvábit infirmum: & si in peccátis est, dimitténtur ei ✠ cura quæsumus Redémptor noster, per grátiam sancti Spíritus, languóres istius infirmi: & ejus sana vúlnera, ejúsque dimítte peccáta ✠ atque dolóres cunctos cordis & córporis ab eo expélle: plenámque ei intériùs exteriúsque sanitátem misericórditer redde ✠ ut ope misericórdiæ tuæ, sanitáti restitútus: ad prístina pietátis tuæ reparétur officia. Qui vivis. In unitáte ejúsdem.

Sequitur Psalmus. Dómine ne in furóre. *i. pag. 2. à Præsidente & ejus Choro incipiendus. Post cujus finem, suscepto per pollicem dexteræ manus oleo sacro inunguntur ei oculi singuli, in formam crucis, dicendo:*

Per istam sanctam Unctiónem & suam piissimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid peccásti per visum. *Statimque partes inunctæ, & pollex, stupa terguntur, quæ ad singulas unctiones est mutanda, & in vasculum ad hoc præparatum mittenda, ut simul comburatur.*

Sequitur Psal. Beáti quorum. *pag.* 22. *post quem inungit utramque aurem prædicto modo, dicendo:*

Per istam sanctam Unctiónem, & suam piissimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid peccásti per audítum.

Sequitur Psalm. Dómine ne in furóre. *ii. pag.* 33. *post quem inungit nares, unicam formans crucem, dicendo:*

Per istam sanctam Unctiónem, & suam piissimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid peccásti per olfáctum.

Sequitur Psalmus. Miserére mei Deus. *pag.* 6. *post cujus finem inungit os conjunctis labiis, dicendo:*

Per istam sanctam Unctiónem, & suam piissimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid peccásti per gustum sive loquélam. *Post tersionem cum stupa, os rursus cum linteo mundo tergitur.*

Sequitur Psalmus. Dómine exaúdi. *i. pag.* 74. *quo finito, inungit duas ambarum manuum volas, dicendo:*

Per istam sanctam Unctiónem, & suam piissimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid peccásti per tactum.

Post Psalmum De profúndis. *pag.* 98. *inungit ambas pedum plantas, dicendo:*

Per istam sanctam Unctiónem, & suam piissimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid peccásti per incéssum.

Post Psalm. Dómine exaúdi. *ii. pag.* 81. *inungit renes, dicens:*

Per istam sanctam Unctiónem, & suam piissimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid peccásti per ardórem libídinis.

Tersionibus peractis, lavat manus: illaque ablutio est igni tradenda. Post quæ infirmus dicit, Credo in Deum*: moneturque ut ab omnibus veniam petat, & ipse omnibus dimittat. Deinde dicuntur istæ Orationes sub una conclusione.*

Dóminus vobíscum ✠ Orémus ✠

Respice Dómine fámulum tuum in infirmitáte sui córporis laborántem: & ánimam réfove quam creásti ✠ ut castigatiónibus emendátus: contínuò se séntiat tua medicína salvátum.

Deus, qui factúræ tuæ pio semper domináris affectu ✠ inclina aurem tuam supplicatiónibus nostris: & fámulum tuum ex advérsa valetúdine córporis laborántem propítius réspice ✠ & vísita in salutári tuo: ac cæléstis grátiæ præsta medicínam.

Deus, qui humáno géneri & salútis remédium, & vitæ ætérnæ múnera contulísti: consérva fámulo tuo tuárum dona virtútum ✠ & concéde ut medélam tuam non solùm in córpore: sed étiam in ánima séntiat. Per Dóminum.

℟. Amen.

Tunc benedicitur cinis, & dicitur:

℣. Dóminus vobíscum ✠ Orémus ✠

Deus indulgéntiæ, pietátis & misericórdiæ, qui Ninivitis cínere, & cilício indútis, & misericórdiam tuam clamántibus subvenísti: exaúdi nos propítius ✠ & hanc creatúram cíneris, quo peccatóres indulgéntiam tuæ sanctæ misericórdiæ implorántes, utúntur, bene†dícere dignáre: & sanctificatiónis tuæ

grátiam super eum infúnde ✠ ut quicúmque púlveris hujus conclusióne aspérsus fúerit : indulgéntiam & remissiónem ómnium peccatórum à te piè omnípotens Deus mereátur accípere. Per.

Et benedicto, & aqua asperso cinere, aspergitur lectus in quo jacet infirmus, & ab omnibus osculatur infirmus, si Superior judicaverit. Quibus peractis (remanente ibi aliqua Cruce, & aqua benedicta) Sacerdos deferens oleum, cum aliis eo ordine quo exierunt, redeunt, dicentes : Miserére mei Deus. *Cum jam mori videbitur infirmus, signo cum poste vel campana dato, convocantur Religiosi omnes, vel qui à Priore deputati fuerint, dicentes,* Credo in unum Deum. *Deinde Sacerdos antiquior ex his qui adsunt, cum stola Ecclesiastica incipit Litaniam Sanctorum, proüt sequitur.*

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Sancta María. ora pro eo.
Omnes sancti Angeli & Archángeli. oráte pro eo.
Sancte Abel. ora.
Omnis chorus Justórum. oráte.
Sancte Abraham. ora.
Sancte Joánnes Baptísta. ora.
Omnes sancti Patriárchæ & Prophétæ. oráte.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andréa. ora.
Sancte Joánnes. ora.
Omnes sancti Apóstoli, & Evangelístæ. oráte pro eo.
Omnes sancti discípuli Dómini. oráte.
Omnes sancti Innocéntes. oráte.
Sancte Stéphane. ora.
Sancte Lauréntí. ora.
Omnes sancti Mártyres. oráte.
Sancte Sylvéster. ora.
Sancte Augustíne. ora.
Omnes sancti Pontífices, & Confessóres. oráte pro eo.
Sancte Benedícte. ora.
Sancte Francísce. ora.
Sancte Pater Bruno. ora.
Omnes sancti Mónachi, & Eremítæ. oráte pro eo.
Sancta Anna. ora.
Sancta María Magdaléna. ora.
Sancta Lúcia. ora.
Omnes sanctæ Vírgines & Víduæ. oráte.
Omnes sancti & sanctæ Dei. oráte.

Si prolixiorem dicere tempus permittat require suprà. pag. 109.

Propítius esto. Parce ei Dómine.
A morte perpétua. líbera eum Dómine.
A terróre dæmonum. líbera.
A mentálibus ténebris. líbera.
A loco pœnárum, & póndere peccatórum. líbera.
Ab omni malo. líbera.
Per Nativitátem tuam. líbera.
Per Passiónem & Crucem tuam. líbera.
Per glorióśam Resurrectiónem tuam. líbera eum Dómine.
Per admirábilem Ascensiónem tuam. líbera eum Dómine.
Per grátiam Spíritus Paracléti. líbera.
In die judícii. líbera.
Per intercessiónem ómnium Sanctórum. líbera.
Peccatóres. Te rogámus audi nos.
Ut iracúndiæ tuæ flagélla ab eo remóveas. Te rogámus.
Ut eum ab ómnibus erróribus & peccátis absólvas. Te rogámus.
Ut eum præmia ætérnæ vitæ adipísci fácias. Te rogámus.
Fili Dei. Te rogámus.
Agnus Dei qui tollis peccáta mundi.

péctu tuo omnis vivens ꟾ

℣. Dóminus vobíscum ꟾ Orémus ꟾ

DEus, cui ómnia vivunt, & cui non péreunt moriéndo córpora nostra ꟾ sed mutántur in mélius: te súpplices deprecámur ꟾ ut súscipi júbeas ánimam fámuli tui per manus sanctórum Angelórum tuórum deducéndam in sinum amíci tui Abrahæ Patriárchæ: resuscitandámque in novíssimo magni judícii die ꟾ & quidquid vitiórum, diábolo falléente, contráxit: tu pius & miséricors áblue indulgéndo. Per Dóminum.

Deinde corpore ad Ecclesiam delato cum consuetis ceremoniis, Cantor incipit alta voce.

℟. Credo quòd Redémptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrectúrus sum. † Et in carne mea vidébo Deum Salvatórem meum.

℣. Quem visúrus sum ego ipse, & non álius, & óculi mei conspectúri. Et in.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave María.

Sacerdos aspergit corpus, & thurificat Crucem & corpus, dicens:

℣. Et ne nos, *&c.*

℣. A porta ínferi ꟾ

℣. Nihil profíciat inimícus in eo ꟾ

℣. Ne intres in judícium cum servo tuo Dómine ꟾ

℣. Dóminus vobíscum ꟾ

Orémus ꟾ *Oratio.*

SUscipe Dómine ánimam fámuli tui ꟾ quam de ergástulo hujus séculi vocáre dignátus es: & líbera eam de princípibus tenebrárum, & de locis pœnárum ꟾ ut absolúta ómnium vínculo peccatórum, quiétis ac lucis ætérnæ beatitúdine perfruátur: & inter sanctos & eléctos tuos in resurrectiónis glória resuscitári mereátur. Per Dóminum.

Cùm laicus Defunctus apportatur aliunde in domum superiorem ponitur ante portas Ecclesiæ, collocata Cruce ad caput, & cereo ad pedes. Et Prior præsente Conventu indutus exit ad eum, remanente Conventu in choro Conversorum: qui aspergens & thurificans incipit alta voce. Pater noster. Ave María. In memória. *&c. cum precibus & Orationibus ut suprà, pag.* lx.

Si tempus permittit dicitur Missa antequam sepeliatur cum Orationibus supradictis in Agenda. Cantata Missa sepelitur Defunctus hoc modo. Incipit Sacerdos. Pater noster. Ave María. *Et aspergit corpus, & thurificat Crucem & corpus, & subdit.* ℣. Et ne nos indúcas.

℣. A porta ínferi ꟾ

℣. Dóminus vobíscum ꟾ

Orémus ꟾ *Oratio.*

DEus vitæ dator, & humanórum córporum reparátor ꟾ qui te à peccatóribus exorári voluísti: exaúdi preces quas speciáli devotióne pro ánima fámuli tui tibi lacrymabíliter fúndimus ꟾ ut liberáre eam ab inferórum cruciátibus, & collocáre eam inter ágmina sanctórum tuórum dignéris: veste quoque cæléfti, & stola immortalitátis indui, & paradísi amœnitáte confovéri júbeas. Per Dóminum.

Exinde cantatur. ℟. Credo quòd. *ut habetur suprà. Sequitur.* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave María. *Aspergit & thurificat, ut suprà, & subdit.* ℣. Et ne nos.

℣. Ne intres in judícium cum servo tuo Dómine ꟾ ℟. Quia non.

℣. Dóminus vobíscum ꟾ Orémus ꟾ

DEus, qui animárum es amátor ꟾ ánimam fámuli tui, quam cùm in córpore manéret, vera ténuit fides: ab

omni cruciátu inferórum redde extórrem ✠ ut segregáta ab infernálibus claustris: sanctórum tuórum mereátur adunári consórtiis. Per Dóminum.

℞. Ne abscóndas me, Dómine, à facie tua, manum tuam longè fac à me. † Et formído tua non me térreat.

℣. Parce mihi Dómine, nihil enim sunt dies mei. Et formído.

Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster. Ave María. *Aspergit, & thurificat, ut suprà, & subdit.*

℣. Et ne nos, *&c.*

℣. Ne tradas béstiis ánimam confiténtem tibi ✠

℞. Et ánimas paúperum tuórum ne obliviscáris in finem ✠

℣. Dóminus vobíscum ✠ Oremus ✠

NOn intres in judícium cum servo tuo Dómine ✠ quóniam apud te nullus justificábitur homo : nisi per te ómnium peccatórum tribuátur remíssio ✠ Non ergo eum tua, quæsumus, judiciális senténtia premat : quem tibi vera supplicátio fidei Christiánæ commendat ✠ sed grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis : qui dum víveret, insignítus est signáculo sanctæ Trinitátis. Per Dóminum.

℞. Ne intres in judícium cum servo tuo Dómine. † Educ de tribulatióne ánimam meam.

℣. Velóciter exaúdi me Dómine, defécit spíritus meus. Educ de.

Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster. Ave María. *Aspergit, & thurificat, ut suprà, & subdit.*

℣. Et ne nos, *&c.*

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine ✠

℞. Et lux perpétua lúceat ei ✠

℣. Dóminus vobíscum ✠ Orémus ✠

FAc quæsumus Dómine, hanc cum servo tuo defúncto misericórdiam ✠ ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem : qui tuam in votis ténuit voluntátem ✠ ut sicut hìc eum vera fides junxit fidélium turmis : ita illic eum tua miserátio sóciet Angélicis choris. Per.

Finita hac oratione, portatur ad tumulum eo ordine quo fuit in Ecclesiam allatus, Monachis hos sequentes psalmos cantantibus coopertis capitibus cum Réquiem. *in fine psalmi cujuslibet, scilicet.*

In éxitu Israël. *pag. 97.*
Miserére mei Deus. *pag. 6.*
Confitémini Dómino. *pag. 25.*
Quemádmodum. *pag. 36.*
Meménto Dómine. *pag. 99.*
Dómine probásti me. *pag. 102.*
Inclína Dómine. *pag. 66.*
Laudáte Dóminum de cælis. *pag. 27.*
Benedíctus Dóminus Deus Is. *pag. 28.*
Magníficat. *pag. 96.*

Cùm autem ventum est ad sepulchrum, qui Crucem tenet, stat ad caput : & qui portant aquam & thuribulum juxta Sacerdotem, & subdit Sacerdos submissa voce.

Pater noster. Ave María. ℣. Et ne nos.

℣. Aporta ínferi ✠ ℣. Dóminus vobíscum ✠

Orémus ✠ *Oratio.*

TIbi Dómine commendámus ánimam fámuli tui : ut defúnctus sǽculo tibi vivat ✠ & si qua per fragilitátem mundánæ conversatiónis peccáta admísit : tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérgas. Per Dóminum.

Tunc benedicit fossam, dicens.

Dóminus vobíscum ✠ Orémus ✠

DEus, qui fundásti terram, formásti cælos, qui ómnia sydera statúta fixísti ✠ qui captum láqueo mortis hómi-

nem à luvióne réparas ꝟ qui sepúltos Abraham, Isaac, & Jacob in spelúnca dúplici, libro vitæ atque totíus glóriæ príncipes annotásti benedicéndos: ita bene † dicere dignáre hunc túmulum fámuli tui ꝟ & eum hìc requiéscere fácias, & in sinu Abrahæ collocáre dignéris: qui Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, devíctis láqueis inferórum, resúrgere in se credéntium voluísti salútem ꝟ réspice quæsumus super hanc fábricam sepultúræ, descéndat huc Dómine Spíritus sanctus ꝟ ut te jubénte, sit ei in hoc loco quiéta pausátio, & témpore judícii cum sanctis ómnibus vera resurréctio. Per eúmdem Dóminum. In unitáte ejúsdem.

Deinde aspergit fossam, & thurificat Crucem & fossam: tumque deponitur corpus in eam, & Sacerdos primus ponit terram, & dum operitur, Sacerdos, cæteris Monachis prædictos Psalmos canentibus, submissa voce dicit istas Orationes.

Dóminus vobíscum ꝟ

Orémus ꝟ *Oratio.*

OBsecrámus misericórdiam tuam omnípotens Deus ꝟ qui hóminem ad imáginem tuam creáre dignátus es: ut spíritum & ánimam fámuli tui, quam hodiérna die de rebus humánis éximi, & ad te accersíri jussísti ꝟ blandè & misericórditer suscípias: non ei dominéntur umbræ mortis, nec tegat eum chaos & calígo tenebrárum ꝟ sed exútus ómnium críminum labe, & in sinu amíci tui Abrahæ patriárchæ collocátus: locum refrigérii & lucis se adéptum gaúdeat ꝟ & cùm dies judícii advénerit: cum sanctis & eléctis tuis resuscitári mereátur. Per Dóminum.

Dicitur Orémus, *ad quamlibet & respondetur* Amen, *à circumstantibus.*

Orémus ꝟ *Oratio.*

DEus, apud quem mortuórum spíritus vivunt, & in quo electórum ánimæ depósito carnis ónere, plena felicitáte lætántur ꝟ præsta supplícibus nobis, ut ánima fámuli tui, qui temporáli per corpus visiónis hujus lúminis cáruit usu, ætérnæ lucis solátio potiátur: non eum torméntum attíngat ꝟ non dolor eum horréndæ visiónis affíciat: non eum pœnális timor excrúciet ꝟ non eum reórum caténa constríngat: sed concéssa sibi delictórum ómnium vénia, beátæ quiétis consequátur gaúdia repromíssa. Per Dóminum. ℟. Amen.

Orémus ꝟ *Oratio.*

TE Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, sýpplices exorámus pro spíritu fámuli tui, quem ab erróribus hujus séculi ad te accersíri præcepísti ꝟ ut ei dare dignéris locum lúcidum, locum refrigérii & quiétis: líceat transíre portas inferórum & vias tenebrárum ꝟ máneat in mansiónibus sanctórum: & in luce sancta, quam olim Abrahæ promisisti & sémini ejus ꝟ nullam læsiónem sustíneat spíritus ejus: sed cùm magnus ille dies resurrectiónis & remuneratiónis advénerit, resuscitáre eum dignéris unà cum sanctis & eléctis tuis ꝟ delens ejus delícta atque peccáta usque ad novíssimum quadrántem: ut immortalitátis vitam & regnum consequátur ætérnum. Per Dóminum.

℟. Amen.

Orémus ꝟ *Oratio.*

ORémus, fratres charíssimi, pro spíritu Chari nostri, quem Dóminus de láqueis hujus séculi liberáre dignátus est cujus hódie corpúsculum sepultúræ tráditur ꝟ ut eum píetas divína in sinu Abrahæ, Isaac, Jacob collocáre

Orémus ꟸ *Oratio.*

DEus cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt : fámulis & famulábus tuis ómnibus hìc & ubíque in Christo quiescéntibus da propítius véniam peccatórum ꟸ ut à cunctis reátibus absolúti : tecum sine fine læténtur. Per eúmdem. Amen.

Quibus finitis, Sacerdote aspersorium tenente, & cœmeterium aspergente : hoc ipso ordine, quo venimus, redimus à tumulo, capitibus coopertis cantantes Psalmum. Miserére mei Deus. *& etiam Psalmum* De profúndis, *si opus sit. Quo in Ecclesia finito, Conventu super misericordias inclinato, Sacerdos ad lectorium stans, dicit.*

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine ꟸ ℟. Et lux. Pater noster. Ave María. ℣. Et ne nos. ℟. Sed líbera nos. ℣. A porta ínferi ꟸ ℟. Erue Dómine ánimas eórum ꟸ ℟. Dóminus vobíscum ꟸ

Oremus ꟸ *Oratio.*

FIdélium Deus ómnium cónditor & Redémptor : animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum ꟸ ut indulgéntiam, quam semper optavérunt : piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis.

℣. Requiéscant in pace ꟸ ℟. Amen.

Post hæc Sacerdote præcedente, exeuntes de Ecclesia convenimus in claustrum, ibique Prior stans, cæterisque cum eo stantibus, nudataque capita habentibus sequentem facit deprecationem. Dóminus vobíscum ꟸ Orémus ꟸ

ABsólve Dómine ánimam fámuli tui ab omni vínculo peccatórum : ut in resurrectiónis glória inter Sanctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum ꟸ Amen.

℣. Requiéscat in pace ꟸ ℟. Amen.

Cætera quæ fieri debeant die sepulturæ fratrum, recipe ex Statutis.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Per totum annum singulis diebus post Vesperas in Ecclesia dictas, Agendam ab initio ipsius, Placébo, *usque ad* Exultábunt, *exclusivè conventualiter dicimus : exceptis tribus septimanis, scilicet, Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, cum triduo ante Pascha : exceptis etiam omnibus diebus Dominicis, & festis duodecim lectionum, diebusque tam Dominicas, quàm hujusmodi festa immediatè præcedentibus. Cujus quidem Agendæ Laudes, sive* Exultábunt, *post Nocturna sequentis diei in Ecclesia cantamus. Verumtamen in Quadragesima cantatis Vesperis.* Placébo. *tantum in Ecclesia dicimus.* Dírige, *usque ad* Exultábunt. *in cellis persolvimus. Quæ verò, & quot, & quando, Orationes dici debeant, vide in Statutis.*

AGENDA DEFUNCTORUM.

Ad Vesperas.

Antiph. Placébo ꟸ *Psalm.* Diléxi. *pag.* 97. Ad Dóminum. *pag* 91. Levávi óculos. *pag.* 91. De profúndis. *pag.* 98. Confitébor. *ii. pag.* 95.

Antiph. Placébo Dómino in regióne vivórum.

℣. Ne tradas béstiis ánimam confiténtem tibi ꟸ

℟. Et ánimas paúperum tuórum ne oblivíscáris in finem ꟸ

Antiph. Audívi ꟸ *Cantic.* Magníficat. *pag.* 96.

Antiph. Audívi vocem de cælo dicéntem, Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur. Pater noster. Ave María. *Psalm.* Lauda ánima mea. *pag.* 105.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dñe ꟸ

℟. Et lux perpétua lúceat eis ✠
℣. Dóminus vobíſcum ✠ *vel* Dómine exaúdi. Orémus ✠

Pro uno Sacerdote. *Oratio.*

DA nobis Dómine ✠ ut ánimam fámuli, & Sacerdótis tui, quam de ſéculi eduxíſti laborióſo certámine: ſanctórum cœtui tríbuas eſſe conſórtem.

Pro Anniverſario. *Oratio.*

DEus indulgentiárum Dómine: da animábus famulórum tuórum, quorum Anniverſárium depoſitiónis diem commemorámus, refrigérii ſedem ✠ quiétis beatitúdinem: & lúminis claritátem.

Pro uno Laico. *Oratio.*

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper & párcere: propitiáre ánimæ fámuli tui, & ómnia ejus peccáta dimítte ✠ ut mortis vínculis abſolúta: transíre mereátur ad vitam.

Pro pluribus Defunctis. *Oratio.*

INclína Dómine aurem tuam ad preces noſtras: quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur ✠ ut ánimas famulórum & famulárum tuárum, quas de hoc ſéculo migráre juſsíſti, in pacis ac lucis regióne conſtítuas: & ſanctórum tuórum júbeas eſſe conſórtes.

Pro Epiſc. & Prælatis. *Oratio.*

DEus, qui inter Apoſtólicos Sacerdótes fámulos tuos pontificáli, vel ſacerdotáli feciſti dignitáte vigére: præſta quæſumus ✠ ut quorum vicem gerébant ad horam in terris: eórum perpétuo conſórtio læténtur in cælis.

Pro Fratribus Ordinis. *Oratio.*

DEus véniæ largítor, & humánæ ſalútis author: quæſumus cleméntiam tuam ✠ ut noſtræ ſocietátis fratres & ſoróres, qui ex hoc ſéculo tranſiérunt: beáta María ſemper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium pervenire concédas.

Pro Benefactoribus. *Oratio.*

OMnipotens ſempitérne Deus, cui nunquam ſine ſpe miſericórdiæ ſupplicátur: propitiáre animábus famulórum & famulárum tuárum ✠ ut qui de hac vita in tui nóminis confeſſióne diſceſſérunt: Sanctórum tuórum número fácias aggregári.

Pro omnibus Defunctis. *Oratio.*

FIdélium Deus ómnium cónditor & Redémptor: animábus famulórum famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum ✠ ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt: piis ſupplicatiónibus conſequántur. Qui vivis & regnas.

Pro patre & matre. *Oratio.*

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepiſti: miſerére cleménter animábus patris & matris meæ ✠ eorúmque peccáta dimítte: meque cum illis in ætérnæ claritátis gaúdio conſtítue.

Pro muliere. *Oratio.*

QUæſumus Dómine pro tua pietáte miſerére ánimæ fámulæ tuæ ✠ & à contágiis mortalitátis exútam: in ætérnæ ſalvatiónis partem reſtítue.

AD MATUTINAS.

In primo Nocturno.

Antiph. Dírige ✠ *Pſalm.* Verba mea. *pag.* 38. Dómine ne. *i. pag.* 2. Dómine Deus meus. *pag.* 8.

Antiph. Dírige Dómine Deus meus in conſpéctu tuo viam meam.

℣. Convértere Dómine & éripe ánimam meam ✠

℟. Salvum me fac propter miſericór-

diam tuam. Pater noster. Ave María.

℣. Et ne nos.

Lectio prima. *Job.* 7.

PArce mihi Dómine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum ✠ aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo: & súbitò probas illum. Usquequo non parcis mihi ✠ nec dimíttis me ut glútiam salívam meam? Peccávi. Quid fáciam tibi ô custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi ✠ & factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum ✠ & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam: & si manè me quæsíeris, non subsístam.

℟. Credo quòd Redémptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrectúrus sum. † Et in carne mea vidébo Salvatórem meum ✠

℣. Quem visúrus sum ego ipse, & non álius, & óculi mei conspectúri ✠ Et in.

Lectio secunda. *Job.* 10.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ: dimíttam advérsùm me elóquium meum. Loquar in amaritúdine ánimæ meæ ✠ dicam Deo: Noli me condemnáre. Indica mihi: Cur me ita júdices. Nunquid bonum tibi vidétur si calumniéris me, & ópprimas me opus mánuum tuárum ✠ & consílium impiórum ádjuves? Nunquid óculi cárnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu vidébis? Nunquid sicut dies hóminis dies tui, & anni tui sicut humána sunt témpora ✠ ut quæras iniquitátem meam, & peccátum meum scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim: cùm sit nemo qui de manu tua possit erúere.

℟. Indúta est caro mea putrédine, & sórdibus púlveris: cutis mea áruit, & contrácta est. † Meménto mei Dómine quia ventus est vita mea ✠

℣. Dies mei velóciùs transiérunt, quàm à texénte tela succíditur, & consúmpti sunt absque ulla spe. Meménto.

Lectio tertia. *Job.* 10.

MAnus tuæ Dómine fecérunt me, & plasmavérunt me totum in circúitu ✠ & sic repéntè præcípitas me? Meménto quæso, quòd sicut lutum féceris me: & in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, & sicut cáseum me coagulásti? Pelle & cárnibus vestísti me: óssibus & nervis compegísti me. Vitam & misericórdiam tribuísti mihi: & visitátio tua custodívit spíritum meum.

℟. Meménto mei Deus, quia ventus est vita mea. † Nec aspíciet me visus hóminis ✠

℣. Cutis mea áruit, & contrácta est, & non revertétur óculus meus ut vídeat bona ✠ Nec.

In secundo Nocturno.

Antiph. In loco páscuæ ✠ *Psalm.* Dóminus regit me. *pag.* 18. Ad te Dómine levávi. *pag.* 19. Dóminus illuminátio mea. *pag.* 20.

Antiph. In loco páscuæ ibi me collocávit.

℣. Custódi ánimam meam, & érue me. Non erubéscam quóniam sperávi in te. Pater noster. Ave María. ℣. Et ne nos.

Lectio quarta. *Job.* 13.

REspónde mihi quantas hábeo iniquitátes, & peccáta: scélera mea & delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscóndis ✠ & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur osténdis poténtiam tuam: & stípulam siccam perséqueris. Scribis enim

contra me amaritúdines : & consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum * & observásti omnes sémitas meas : & vestígia pedum meórum considerásti. Qui quasi putrédo consuméndus sum : & quasi vestiméntum, quod coméditur à tinea.

℟. Paúcitas diérum meórum finiétur brevi : dimítte me, Dómine, ut plangam paúlulum dolórem meum. † Antequam vadam ad terram tenebrósam, & opértam mortis calígine *

℣. Manus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me totum in circúitu, & sic repéntè præcípitas me ? Antequam.

Lectio quinta. *Job. 14.*

HOmo natus de muliére, brevi vivens témpore : replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur, & contéritur * & fugit velut umbra : & nunquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos * & addúcere eum tecum in judícium ? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es ? Breves dies hóminis sunt : númerus ménsium ejus apud te est. Constituísti términos ejus : qui præteríri non póterunt. Recéde paúlulùm ab eo ut quiéscat : donec optáta véniat, sicut mercenárii dies ejus.

℟. Ne abscóndas me Dómine à fácie tua, manum tuam longè fac à me. † Et formído tua non me térreat *

℣. Parce mihi Dómine, nihil enim sunt dies mei * Et formído.

Lectio sexta. *Job. 14.*

QVis mihi hoc tríbuat ut in inférno prótegas me & abscóndas me, donec pertránseat furor tuus * & constítuas mihi tempus, in quo recordéris mei ? Putásne mórtuus homo rursum vivat ? Cunctis diébus, quibus nunc mílito : expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, & ego respondébo tibi : óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti : sed parce peccátis meis.

℟. Homo cùm dormíerit, non resúrget. † Donec atterátur cælum, non evigilábit, nec consúrget de somno suo *

℣. Cùm mórtuus fúerit, & nudátus, atque consúmptus, ubi quæso est ? Donec atterátur.

In tertio Nocturno.

Antiph. Compláceat * *Psalmi.* Expéctans. *pag.* 35. Beátus qui intél. *pag.* 36 & Quemádmodum. *ibidem.*

Antiph. Compláceat tibi Dómine, ut éruas me : Dómine ad adjuvándum me réspice.

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam * ℟. Et cum viris sanguínum vitam meam *

Pater noster. Ave María. ℣. Et ne nos.

Lectio septima. *Job. 17.*

SPíritus meus attenuábitur * dies mei breviabúntur : & solùm mihi súperest sepúlchrum. Non peccávi : & in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, & pone me juxta te : & cujúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt * cogitatiónes meæ dissipátæ sunt : torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem : & rursum post ténebras spero lucem. Si sustinúero * inférnus domus mea est : & in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi. Pater meus es. Mater mea, & soror mea : vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea * & patiéntia mea ? Tu es Dómine Deus meus.

℟. Nocte os meum perforátur dolóribus, & qui me cómedunt, non dór-

miunt, à multitúdine eórum consúmitur vestiméntum meum. † Comparátus sum luto, & assimilátus sum favíllæ & cíneri ✠

℣. Nunc autem in memetípso marcéssit ánima mea, & póssident me dies afflictiónis ✠ Comparátus.

Lectio octava. *Job.* 19.

PElli meæ, consúmptis cárnibus adhæsit os meum: & derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos amíci mei: quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus ✠ & cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat, ut scribántur sermónes mei? Quis mihi det, ut exaréntur in libro stilo férreo, & plumbi lámina ✠ vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quòd Redémptor meus vivit ✠ & in novíssimo die de terra surrectúrus sum: & rursum circúmdabor pelle mea, & in carne mea vidébo Deum Salvatórem meum. Quem visúrus sum ego ipse ✠ & óculi mei conspectúri sunt: & non álius. Repósita est hæc spes mea in sinu meo.

℟. Versa est in luctum cythara mea, & órganum meum in vocem fléntium. † Parce mihi Dómine, nihil enim sunt dies mei ✠

℣. Cutis mea denigráta est super me, & ossa mea aruérunt ✠ Parce.

Lectio nona.

QUare de vulva eduxísti me? Qui útinam consúmptus essem: ne óculus me vidéret. Fuíssem quasi non essem: de útero translátus ad túmulum. Nunquid non paúcitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam paúlulùm dolórem meum ántequam vadam ad terram tenebrósam, & opértam mortis calígine. Terram misériæ, & tenebrárum ✠ ubi umbra mortis, & nullus ordo: sed sempitérnus horror inhábitat.

℟. Ne intres in judícium cum servo tuo, Dómine. † Educ de tribulatióne ánimam meam. ✠

℣. Velóciter exaúdi me Dómine, defécit spíritus meus ✠ Educ.

℣. Audívi vocem de cælo dicéntem ✠

℟. Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur ✠

Pater noster. Ave María.

Psalm. Ad Dóminum. *pag.* 91.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine ✠

℟. Et lux perpétua lúceat eis ✠

Orationes ut suprà, pag. lxvi.

Ad Laudes.

Antiph. Exultábunt ✠

Psalm. Miserére. *pag.* 6.

Psalm. Te decet. *pag.* 55.

Psalm. Deus Deus. *pag.* 26. *&* Deus misereátur. *pag.* 25.

Cantic. Ego dixi. *pag.* 46.

Psalm. Laudáte Dóminum de cælis. Cantáte. *&* Laudáte Dóminum in sanctis. *pag.* 27.

Antiph. Exultábunt Dómino ossa humiliáta.

℣. Audívi vocem de cælo dicéntem ✠

℟. Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur ✠

Ad Benedictus.

Antiph. Omne * quod dat mihi Pater, ad me véniet: & eum qui venit ad me, non ejíciam foras.

Pater noster. Ave María.

Psalm. De profúndis. *pag.* 98.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine ✠

℟. Et lux perpétua lúceat eis ✠

Orationes ut suprà, pag. lxvi.

BENEDICTIONES VARIÆ.

In omnibus Benedictionibus ſemper præponitur.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini *

℟. Qui fecit cælum & terram *

℣. Dóminus vobíſcum *

℟. Et cum ſpíritu tuo * Orémus *

BENEDICTIO PANIS.

℣. Adjutórium. *ut ſuprà.*

Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte, panis Angelórum, panis vivus, & ætérnæ vitæ: bene † dicere dignáre panem iſtum, ſicut benedixíſti quinque panes in deſérto * ut omnes ex eo dignè guſtántes: inde córporis & ánimæ deſiderábilem percípiant ſanitátem. Qui vivis &.

℟. Amen. *Aſpergatur aqua benedicta.*

BENEDICTIO AD QUODCUMQUE COMESTIBILE.

℣. Adjutórium. *ut ſuprà.*

Oratio.

BEne † dic Dómine creatúram iſtam *N.* ut ſit remédium ſalutáre géneri humáno: & præſta per invocatiónem ſancti nóminis tui * ut quicúmque ex ea ſumpſerint: córporis ſanitátem, & ánimæ tutélam accípiant. Per Dómin.

℟. Amen. *Aſpergatur aqua benedicta.*

BENEDICTIO SACERDOTALIUM INDUMENTORUM

℣. Adjutórium. *ut ſuprà.*

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui per Moyſen famulum tuum pontificália, & ſacerdotália, atque levítica veſtiménta ad expléndum miniſtérium eórum in conſpéctu tuo, ad honórem, & decórem nóminis tui fieri decreviſti: adéſto propítius invocatiónibus noſtris * & hæc induménta ſacerdotália, déſuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictióne per noſtræ humilitátis ſervitútem purifi † cáre, bene † dícere, & conſe † cráre dignéris: ut divínis cúltibus, & ſacris myſtériis apta, & benedicta exiſtant * hiſque ſacris véſtibus Pontífices, Sacérdótes, ſeu Levítæ tui indúti: ab ómnibus impulſiónibus, ſeu tentatiónibus malignórum ſpirítuum muníti, & defénſi eſſe mereántur * tuíſque myſtériis aptè & condignè ſervíre, & inhærére: atque in his tibi plácitè & devótè perſeveráre tríbue. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Alia Oratio.

DEus invíctæ virtútis author, & ómnium rerum creátor & ſanctificátor: inténde propítius preces noſtras * & hæc induménta levíticæ & ſacerdotális glóriæ miníſtris tuis fruénda tuo ore próprio bene † dicere, conſe † cráre, & ſancti † ficáre dignéris: omnéſque eis uténtes, tuis myſtériis aptos, & tibi in eis devótè & amabíliter ſerviéntes gratos effici concédas. Per Dóm. ℟. Amen.

Orémus * *Oratio.*

DOmine Deus omnípotens, qui veſtiménta Pontificibus, Sacerdótibus, & Levítis in uſum tabernáculi fœderis neceſſária, Moyſen famulum tuum ágere juſsíſti * eúmque ſpíritu ſapiéntiæ ad id peragéndum replevíſti * hæc veſtiménta in uſum & cultum miniſtérii tui ſancti † ficáre, bene † dicere, & conſe † cráre dignéris: atque miniſtros altáris tui, qui ea indúerint, ſeptifórmis Spíritus grátia dignánter impléri, atque caſtitátis ſtola, beáta fácias cum bonó-

rum fructu óperum miniſtérii congruéntis immortalitáte veſtíri. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergantur ipſa indumenta aqua benedicta.

Sequuntur quædam formulæ abſolvendi pro diverſitate Confeſſariorum, & materiarum. Ac primùm forma communis abſolvendi in quotidianis confeſſionibus, dicto (Miſereátur tui.) *à Confeſſario ſubjungatur hæc.*

DOminus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt ſummus Póntifex, te abſólvat, & ego authoritáte ipsíus mihi concéſſa, abſólvo te in primis à vínculo excommunicatiónis, ſi indígeas: deínde ego abſólvo te ab ómnibus peccátis tuis, in nómine Patris & Fílii † & Spíritus ſancti. Amen.

Mox ſubjungit Confeſſarius.

PAſſio Dómini noſtri Jeſu Chriſti, mérita & preces glorioſíſſimæ Vírginis Maríæ, & ómnium Sanctórum, ſuffrágia ſanctæ matris Eccléſiæ, & quidquid boni féceris, & mali ſuſtinúeris, ſint tibi in remiſſiónem peccatórum, in augméntum grátiæ, & virtútum, & præmium vitæ ætérnæ. Amen.

Alia forma in generalioribus Confeſſionibus impendenda.

DOminus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt ſummus Póntifex, te abſólvat: & ego authoritáte ipsíus mihi concéſſa, abſólvo te in primis ab omni vínculo excommunicatiónis, ſuſpenſiónis, & interdícti, in quantum poſſum, & tu índiges: deínde ego abſólvo te ab ómnibus peccátis tuis in nómine Patris, & Fílii, † & Spíritus ſancti. Amen.

Et ſi Confeſſarius habet poteſtatem diſpenſandi ſuper irregularitate, dicat poſt illa verba (& índiges) & diſpénſo tecum ſuper irregularitáte ſi quam incurríſti, quátenus poſſum: & habílito te ad actus legítimos: deínde abſolvo te ab ómnibus peccátis tuis, *&c. ut ſuprà.*

Forma abſolvendi à Caſibus Reſervatis.

DOminus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt ſummus Póntifex, te abſólvat, & ego authoritáte ipsíus mihi concéſſa, abſólvo te à vínculo (talis cenſúræ) *eam nominando ſolam, ſive ſit excommunicatio, ſive ſuſpenſio, ſive interdictum,* ſeu excommunicatiónis (*aut*) interdícti (*aut*) ſuſpenſiónis, quam incurríſti propter talem cauſam.

Et ſi ſæpius eadem cenſura incurſa fuerit, dicendo.

Toties quóties eam, vel id incurríſti propter talem cauſam, vel tales cauſas. Et ſi tenéris alíquibus áliis vínculis excommunicatiónis, ſuſpenſiónis, & interdícti, à quibus te poſſum abſólvere, abſólvo te, in nómine Patris, & Fílii, † & Spíritus ſancti. Amen. Et eádem authoritáte ego abſólvo te ab ómnibus peccátis tuis, in nómine Patris, *&c.*

Forma abſolvendi in articulo mortis.

Si nulla ſit mora breviter & ſtatim dicat Confeſſarius.

EGo abſólvo te primùm ab omni Eccleſiáſtica cenſúra, deinde ab ómnibus peccátis tuis: & eórum ómnium concédo tibi plenáriam indulgéntiam, in nómine Patris, & Fílii, † & Spíritus ſancti. Amen.

Si autem ſit ſufficiens ſpatium.

DOminus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt ſummus Póntifex, te abſólvat: & ego authoritáte ipsíus mihi concéſſa, abſólvo te in primis ab omni vínculo excommunicatiónis, ſuſpenſiónis, & interdícti, in quantum índiges: & diſ-

pénſo tecum ſuper omni irregularitáte, quamcúmque incurríſti,& habilito te ad actus legítimos : deinde ego abſólvo te ab ómnibus peccátis tuis, in nómine Patris, & Filii, † & Spíritus ſancti. Amen. Et eádem authoritáte concédo tibi omnem illam indulgéntiam peccatórum tuórum,quam tibi concédere poſſum virtúte cujuſcúmque grátiæ tuæ, ſi tamen hac vice moriéris : alióquin pro ália vice eam tibi reſérvo. In nómine, *&c.* Páſſio,*&c.*

ITINERARIUM.

More Romani Breviarii.

In ipſo itineris ingreſſu.

Antiph. In viam pacis * *Cant.* Benedíctus Dóminus Deus Iſraël. *pag.* 28. *uſque in finem , cum* Glória Patri.

Antiph. In viam pacis & proſperitátis dírigat nos omnípotens & miſéricors Dóminus, & Angelus Rapháël comitétur nobíſcum in via,ut cum pace,ſalúte, & gaúdio revertámur ad própria.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem *

℟. Sed líbera nos à malo *

℣. Salvos fac ſervos tuos *

℟. Deus meus ſperántes in te.

℣. Mitte nobis Dómine auxílium de ſancto *

℟. Et de Sion tuére nos.

℣. Eſto nobis Dómine turris fortitúdinis *

℟. A fácie inimíci *

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis *

℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis *

℣. Benedíctus Dóminus die quotídie *

℟. Próſperum iter fáciat nobis Deus ſalutárium noſtrórum *

℣. Vias tuas Dómine demónſtra mihi *

℟. Et ſémitas tuas édoce me.

℣. Utinam dirigántur viæ noſtræ *

℟. Ad cuſtodiéndas juſtificatiónes tuas *

℣. Erunt prava in recta *

℟. Et áſpera in vias planas *

℣. Angelis ſuis Deus mandávit de te.

℟. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis *

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam *

℟. Et clamor meus ad te véniat *

℣. Dóminus vobíſcum *

℟. Et cum ſpíritu tuo *

Orémus * *Oratio.*

DEus, qui fílios Iſraël per maris médium ſicco veſtígio ire fecíſti : quique tribus Magis iter ad te ſtella duce pandíſti * tríbue nobis quæſumus iter próſperum, tempúſque tranquíllum : ut Angelo tuo ſancto cómite, ad eum quò pérgimus locum, ac demum ad ætérnæ ſalútis portum pervenire felíciter valeámus.

Oratio.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Hur Chaldæórum eréptum, per omnes ſuæ peregrinatiónis vias illæſum cuſtodíſti : quæſumus, ut nos fámulos tuos cuſtodíre dignéris * eſto nobis Dómine in procínctu ſuffrágium, in via ſolátium, in æſtu umbráculum, & in plúvia & in frígore teguméntum, in laſſitúdine vehículum, in adverſitáte præſídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus : ut te duce, quò téndimus próſperè perveniámus, & demum incólumes ad própria redeámus.

Oratio.

ADéſto quæſumus Dómine ſupplicatiónibus noſtris : & viam famulórum tuórum in ſalútis tuæ proſperitáte diſpóne * ut inter omnes viæ & vitæ

hujus

hujus varietátes : tuo ſemper protegámur auxílio.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, ut família tua per viam ſalútis incédat ✠ & beáti Joánnis hortaménta ſectándo : ad eum quem prædíxit ſecúra pervéniat Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit & regnat. ℟. Amen.

℣. Procedámus in pace ✠

℟. In nómine Dómini, Amen.

In Cartuſia Monachi domo exeuntes dicunt Pſalmum. Ad te levávi. *pag.* 92. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Ave María.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ✠

℟. Sed líbera nos à maló ✠

℣. Salvos fac ſervos tuos ✠

℟. Deus meus ſperántes in te.

℣. Mitte nobis Dómine auxílium de ſancto ✠

℟. Et de Sion tuére nos.

℣. Eſto nobis Dómine turris fortitúdinis ✠

℟. A fácie inimíci ✠

℣. Nihil proficiat inimícus in nobis ✠

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis ✠

℣. Dómine exaúdi oratiónem meam ✠

℟. Et clamor meus ad te véniat ✠

℣. Dóminus vobíſcum ✠

℟. Et cum ſpíritu tuo ✠

Orémus ✠ *Oratio.*

ADéſto quæſumus Dómine ſupplicatiónibus noſtris : & viam famulórum tuórum in ſalútis tuæ proſperitáte diſpóne ✠ ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes : tuo ſemper protegámur auxílio.

Oratio.

ACtiónes noſtras quæſumus Dómine aſpirándo præveni, & adjuvándo proſéquere ✠ ut omnis noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat : & per te cœpta finiátur. Per Dóminum.

℣. Dóminus vobiſcum ✠

℟. Et cum ſpíritu tuo ✠

℣. Benedicámus Dómino ✠

℟. Deo grátias ✠

℣. Animæ ómnium fidélium defunctórum per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace ✠ ℟. Amen.

FINIS.

INDEX HYMNORUM.

FINIS.

INDEX CANTICORUM.

INDEX CANTICORUM,